Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNIS TVR RISCREMATAE SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ PRESBYTERI CARDINALIS SANCTI SIXTI SVMMAE ECCLESIASTICAE LIBRI QVATVOR.

* *
*

Cum Indice copiosissimo atq; locupletissimo.



Es del Colº Rl de Loyola, y de Estella

SALMANTICÆ,
Apud Ioannem Mariam à Terranoua.
M. D. LX.

FF 28

Universidad de Deusto
Biblioteca

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, Conde de Flandes, è de Tirol, &c. Por quanto por parte de uos Andrea de Portonarijs nuestro Impressor nos fue hecha relacion que uos tenades un libro intitulado Summa Ecclesiæ de Turrecremata: el qual era muy util y necessario, y prouechoso: y nos suplicastes, mandassemos uer y examinar el dicho libro, y daros licencia para que uos, ò la persona que nombrassedes le pudiessedes imprimir è uender por el tiempo que fuessemos seruido, ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual uisto por los del nuestro consejo se hizo en el dicho libro la diligencia que la prematica por nos agora nueuamente fecha dispone. Y fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta: por la qual damos licencia y facultad para que qualquier Impressor destos reynos pueda imprimir el dicho libro sin que por ello caya, ni incurra en pena alguna. E despues de impresso, mandamos que no se pueda uender, ni uenda sin que primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el original, que en el nuestro consejo fue uisto, que ua rubricado è firmado al fin del, de Francisco del Castillo, secretario del nuestro consejo, para que se uea si la dicha impression esta conforme al original, y se de licencia para lo poder uender, y se tase el precio en que cada uolumen se houiere de uender, so pena que si de otra manera se hiziere, de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica è leyes de nuestros reynos: y no fagades ende al, so pena de la nuestra merced, è de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en la ciudad de Toledo, a diez dias del mes de Marzo, de mil è quinientos è sesenta años.

El Marques. El licenciado Vaca de Castro. El licenciado Montaluo. El licenciado Arrieta. El doctor Diego Gasca. El doctor Hernan Perez.

Yo Francisco del Castillo escriuano de camara de su Magestad la fize escreuir por su mandado con acuerdo de los de su consejo.

BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO

IO. TVRRISCREMATA Augustino Turricrematæ fratri.

OMNIVM RERVM AVGVstine frater quas summa cura, studio, labore homines consectantur, & quæ vitam tueri, ornareq́, vel maximè possunt, solam virtutem vtilitate, & dignitate longè maximam, atque ampliſsimam semper existimaui. Quæ licèt vna quidem, atq́, eadem sit, plures tamen officij, honestatis, actionum, laudum, ac vitæ modos gignit, & parit, quibus hoc ipsum, quod præclariſsimum est, honesti nomen efficitur, ac quò rectè viuendi, rectèq́, faciendi, omnium hominum consilia, studia, contentiones referuntur. Illud alij vitæ genus sequũtur, quo morum probitate, & laudabili quadã naturæ moderatione, cari ipsi quidẽ vniuersis & iucundi fiant. In eoq́, curam oẽm adhibent, vt ijs quàm maximè lenioribus virtutibus ornati, & viri sint, & habeãtur boni. Alij maiore quadã honoris, & gloriæ cupiditate incẽsi, nouã militari gloria, aut patriæ, aut suæ gẽti celebritatis, & nominis commendationem attulerunt. In qua profectò excellere difficillimum iudico, quòd non tam corporis viribus, vt nonnulli putant, quàm ingenio, & ratione, ac virtutum præsidijs quibusdam, & quasi copijs ad eam sit contendendum. Ardentiùs verò & magnificentiùs illi quidem ad honestatem & virtutem incẽduntur, qui maximarum artium studia complexi, non solùm animos optimis institutis & præceptis, sed præstantiſsimis disciplinis ornarunt. Digna profectò res æternis laudibus non solùm in vita, opera, consilio, literis ciueis suos iuuare, sed præclaris cogitationum, & vigiliarum monumentis de posteris benè mereri. Hæc omneis vna virtutes superat, vniuersas continet, atq́, cõplectitur, & ad nominis immortalitatem plurimùm valet. In quo si rectè omnẽ operam, & studium ponimus, eos quidẽ certè qui id assequuti sint, ampliſsima gloria ornatos, maximis ornamentis nobilitatos ad æternam posteri temporis memoriam existimare debemus. Quid cõmemorem sanctiſsimos, & sapientiſsimos viros, quos religio, pietas, iustitia in cælum sustulit, ingenium, doctrina, sapientia, immortalitati consecrauit? Vt vnum ego quidem ab ijs ipsis sapientiſsimè, & sanctiſsimè actum diem omnibus clariſsimorum Imperatorum triumphis, & laudibus anteponã. Nam rerum ab istis gestarum aut utilitatis, aut dignitatis modus morte definitur, omniaq́, ipsorum cum vita simul extinguũtur, Nominis etiam, & gloriæ fama aut hominum interitu obruitur, aut ipsa die. Illorum quidem ingenij monumenta literis mandata ad vitã erudiendam, moresq́, hominum instituendos, ad artium studia colẽda vehementer vtilia, illorũ ad oẽs homines, omnia sæcula latiſsimè manat industria. Quin eos ipsos & vetustas clariores, et hominũ sermone, prædicatione notiores, & illustriores ef-

ficit tẽporis longinquitas. Eos verò & cùm legimus, & cùm audimus, quis est qui inusitato laudum quodã genere non prosequatur? Vt quæ ætas tulerit, auream: quæ patria crearit, beatã: quæ gens ediderit, præstantissimã, quæ familia aluerit, clarissimã: qui parentes progenuerint, maximos: qui posteri inter Gẽtiles numerent suos, & præclaros referant nobilitatis auctores summis gloriæ, famæ, ꝟ plẽdoris laudibus decoratos prædicet. Nam quæ præstantior esse potest honestatis in familijs origo, quàm quæ ab huiusmodi clarissimis diffusa viris ad posteros permanarit? Nobis sanè Augustine frater vel maximam eius gloriæ, quam de nunc agimus, partẽ diuino quodã fato obtigisse arbitror, quibus ad familiæ vetustatẽ, & honestatẽ illustrãdam Io. Turriscremata incredibili virtute, singulari religione, inaudita sapientia præditus præstanti Dei munere donatus videtur. Fuit enim is vir, vt scis, Garsiæ Ferdinãdi fratris filius, cuius tu & nomẽ, & familiã lõgo auorũ ordine repetitam sustines. Tu domus, tu gentis, tu familiæ columen, quæ ante Io. Turrecrematam claros, & honestos viros extulerat, vt non ille quidem videatur nomen antiquissimæ genti dedisse, sed famam auxisse, & vetustatẽ illustrasse Sed quid ego hæc te doceo, cui domus ornamẽta tuæ nota esse debent & sunt notissima? Quæ nuper maiorũ nostrorum negligẽtia sepulta, & diuturnitate in obliuionem adducta, ex ipsis sepulchrorum monumentis tanquam è tenebris eruta planè cognouisti, & publicis literarum monimẽtis consignata non sine voluptate aliqua legere potuisti. Vt enim apud posteros quales futuri simus, curæ nobis et cordi esse debet, ita olim dũ nos neq; inhonoratos, neq; inglorios fuisse cogitamus, vix possumus non recordatione gaudere: & à maioribus illa quidẽ prodita nobis honestas non tam non expetẽda, quàm tuenda, & maximi facienda est, qui non solùm non inuiderint nobis, sed optimè consuluerint. Fuit igitur hic vir non in nostra modò familia clarus, & nobilis, sed inter aliarum gentium præstãtes viros clarissimus, cuius quæso & mores & facta cognosce, neq; vnum sapientiæ studiũ, in quo maximè excelluit, aut admirabilem doctrinam, sed maximarum ornamenta virtutum, excelsi animi, & præstantis monimenta admirere. Tantam enim diuinarum rerum cognitionem, Pontificij iuris incredibilem prudentiã quis non summis laudibus in cœlum ferat? Quis in scribendo ingenium, industriã, singularem quãdam disserẽdi vim, & acumen non magnoperè laudet? accuratam scriptorum diligentiam, eruditissimorum librorum multitudinem? Hæc in illo quidem longè maxima ad nominis immortalitatem, & dignitatem sempiternam præstantissima fuerunt. Sed in eo alia maiora. Egregiam vide magni animi præstantiam, inauditam in omni genere liberalitatem, singularem continẽtiam, admirabilem pietatem, diuinum religionis studium, vt & domesticis præclarissimarum virtutum exemplis gaudeas, & æterni nominis gloriam cognoscas in genus, & nomen nostrum egregijs factis deriuatã. Neq; enim res altas, & præstãtes nisi magnus & excelsus animus capere potest, & diuina quadam inter homines virtute ad res præclarè gerendas est opus. Templa Deo, O P. Max. religiosissima posuit, dedicauit, donisq;, & omnibus religionis muneribus ornauit. Bibliothecas vndiq; conquisitis libris ingentes exstruxit. Romanis virginibus collocandis perpetuas, annuasq; pecunias erogauit, vt quam ille morum, vitæq; pudicitiam, innocentiam, integritatem sanctissimè coluerat, testatam nobis æterno monumento relinqueret. Quid dici, quid excogitari potest diuinius?

uinius? quid ad dignitatem clarius? ad benignitatem magis amplum, & magnificum? ad gloriam æquè sempiternum? Num & Gn. Magnus Romæ porticus ad sui nominis splendorem, ad Pop. Romani voluptatem nõ magnificè exstruxit? Athenis Pericles propylæa, decora, & ornamenta ciuitatis. Sed non hic vnum templum, nam & Mineruæ ædem Romæ sacrauit, in Hispania plura varijs in locis erexit sanctissimis religionibus consecrata. Sed hoc præclarius, & melius, quod non ad Pop. sermonem aut voluptatem, quæ quàm citò conseneſcunt, vides, sed ad Dei honorem, pietatem, religionem colẽdam, ad sanctissimos religiosissimorum hominum cœtus continendos, & conseruandos instituit: quæ firmissimis religionis, pietatis fundamentis innixa, interitum nullum vnquã sint habitura, vt simul cum templis illius æterna nominis memoria consecrata, & in Diuorum numero collocata videatur. Sed in maximis & ampliſsimis liberalitatis exemplis summum parsimoniæ, & continentiæ decus apparet. Non enim tot opera magnifica, tot præclaræ impensæ, tot beneficentiæ vberrimi fructus exstarent, si pecunias ad luxuriem, & prodigalitatem contulisset, non ad Reip. Christianæ, vnde acceperat, vtilitatem reseruasset. O magnum & præclarum virum, dignum illo clarissimo ordine, illo quo functus est Cardinalitio maximo munere, illis etiam melioribus sæculis! Sed neq; illa non virtutis & sapientiæ potiùs, quàm ætatis laus est, qua præditi qui sunt, ab ijs nullum præclarè agendi, nullum rectè cogitandi tẽpus prætermittitur. Nec si mores hominum tantum iam ad ignauiam & libidinem incubuerint, non potiùs nostrum est, quàm temporum vitium. Sit igitur Io. Turriscrematæ & memoria & nomen non solùm apud nos, sed apud omnes gentes, in omnium oculis, & ore versetur. Talis ille vir fuit, neq; de nostra solùm familia, sed de vniuersis hominibus benè meritus. Eius laudes omnium literis celebrẽtur. Meæ certè aliquæ partes sunt, qui illius sum familiæ, quã ille suo nomine claram reddidit, & in ijs etiam studijs pro parte versor, quibus ille ad tantam gloriam peruenit, Iuris Pontificij, sapientiæ, industriæ, religionis, quæ studiorum & artiũ coniunctio maior est, & grauior ea, qua nos tãtoperè delectamur, nominis & gentis. Quod cùm libenter faciam, vt officio, generi, & nomini debito cumulatissimè pro mea parte satisfaciam, tum verò sæpiùs tecum & multò libentiùs sim fabulatus, eius præstantissimi viri quòd recordatione nobis nihil aut iucũdius esse possit, aut gratius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Io. Maria Terranoua studioſis.

NON IGNORO, in tanta librorũ copia, in tanta eorum frequentia, qui leuiſſima etiam ſcripta excudenda curant, fore etiam, qui exiſtiment, in hac mea opera ſuſcipienda me nõ magnam à vobis gratiam inijſſe, quod quaſi iam inuitis obtrudi, non obferri poſtulantibus libri videantur. Ego verò cùm meum hoc factũ, ſtudium, induſtriam cum multorum labore comparo, vt illorũ & inutiles, & pernicioſos labores fateor, ita me vobis & vtilem, & gratam rem feciſſe iudico. Nam cùm ij, quo vberiorem ſibi quæſtum comparent potiùs, quàm quo profint alijs, cogitent, id ſibi librorum genus edendum ſumunt, quibus ſæpe teneri adoleſcentum mores vitijs imbuantur, atq; ab honeſtis ſtudijs, & rectis artibus auocentur, ad libidinem, & voluptatem quaſi quibuſdam illecebris trahãtur. Quo & præclara optimarum diſciplinarum ſtudia deſeri, veteres illos præſtãtiſſimos diuinarum artium auctores abijci, virtutem contemni, omnes ad ignauiam, & turpitudinem omni ſtudio incumbere videmus, vt nõ modò nullo afficiendos præmio, ſed pœna huiuſmodi hominum quæſtum & auaritiam coërcendam putem. Meum certè contrà in hac re conſilium, eam porrò meam omnem cogitationem ſemper fuiſſe vobis confirmo, vt quæ diuino beneficio hominibus tradita hæc noſtra ars eſt, omnis ad omnium commoda, & vtilitates comparata, totam in ingenijs iuuandis veſtris pro mea parte ponerem. Feci igitur, vt accuratiſsimũ Io. Cardinalis Turriſcrematæ de ſumma eccleſiæ, & Ro. pont. auctoritate opus ederem, olim quidẽ ante annos. LXXX. Romæ Innocentio. VIII. Pont. Max. iubente editum, neq; multò poſt in Gallia typis excuſum. Quod tum de ſapientiſſimi & ſanctiſsimi viri nomine atq; auctoritate ſatis omnibus notum, tum illuſtri ſanè argumento fore commendatum non dubitaui. Nam & is certè vir fuit, qui præclaris ingenij, & literarum monimentis maximam Hiſpano nomini gloriam attulit, ad res Diuinas cognoſcendas tot luculentiſsimè ſcriptis libris omnium ſtudia vehementer adiuuit, ſe, nomenq; ſuum immortalitati conſecrauit. Argumento verò quid illuſtrius? quid maius? quo totam fidei, religionis ſummam complectitur, auctoritatẽ, dignitatem, maieſtatẽ, numenq; eccleſiæ Ro. cõtra impuriſsimũ hominũ genus tuetur. Quid ad hanc noſtrorum temporum peſtem extinguendam, ad inſanos furores conſtringendos vehementius? Quorũ eò vſq; peruaſit audacia, vt firmiſsimum religionis, pietatis, totius denique Chriſtianæ Reipub. fundamentum conuellere, & labefactare impudentiſsimè ſint auſi. Sed hinc, quibus furori ire obuiã poſitis, arma munitiſsima, & tela vehementiſsima vobis ſumenda erũt. Quod in nobis fuit, fecimus, vt opus emendatum, & omni excultum elegantia prodiret in lucem, vos opera noſtra libenter vtemini, quę fi grata vobis & iucunda atq; vtilis accidet, fructum quidem laboris noſtri ex voluptate, vtilitateq; veſtra vel maximum cœpero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX EORVM, QVAE in hac ſumma eccleſiæ continentur, ordine Alphabetico digeſtus.

A

ABbatis Ioachim error recitat. pag. 606. col. 2. nu. 1
Abbatiſſa ſeu prioriſſa q̃ ſubiectas ſibi regere poſſit, clauium tamen poteſtatem habere nõ poſsit, oſtẽditur. pagi. 168. col. 2. nu. 11.
Abel q̃ primus geſſerit typum eccleſię. Et q̃ primus virgo, martyr, pontifex, doctorq; fuerit probatur. pag. 43. col. 1. nu. 5.
Abiurandi ſchiſmatis forma. pag. 561. colũ. 1. num. 1.
Abiurãdæ hæreſis forma. pa. 594. col. 1. nu. 1
Abraham in quo ſenſu dicatur pater credentium. pag. 47. col. 1. nu. 8.
Acies ordinata quomodo dicatur eccleſia, oſtenditur. pag. 59. col. 2. nu. 4.
Adam quidã probant eſſe caput eccleſiæ, & non Abel. pag. 43. col. 2. nu. 1. Quod quidẽ improbatur. pag. 45. col. 1. nu. 1.
Adam licèt primus fidẽ habuerit, non tamẽ eã ſigno, quod eſt ſacramẽtum, legitur demonſtraſſe. pag. 45. col. 2. nu. 3.
Adam licèt pœnituerit ante natũ Abel, non tamẽ ſacrificiũ obtulit. pag. 47. col. 2. nu. 7
Adhærentes antipapę, ſeu intruſo, an omnes ſint ſchiſmatici cenſendi, oſtenditur. pagi. 558. col. 2. nu. 1
Adoratio duplex offerenda Deo. Et vbi orandum ſit. pag. 64. col. 4. nu. 5.
Aelius Adrianus imaginẽ ſuã poſuit in tẽplo Hieruſalem, vt à Iudæis adoraretur. pagi. 52. col. 1. nu. 2.
Aetates ſex, in quas eccleſia diſtincta legitur, exponuntur. pag. 38. col. 2. nu. 4.
Ager dicit eccleſia. pag. 54. col. 1. in medio.
Almarici deteſtabiliſsimus error recitatur. pag. 606. col. 2. in medio.
Amica Dei dicit eccleſia. pag. 65. col. 2. nu. 2.
Angeli quòd in creatione ſua fidem habuerint. pag. 42. col. 1. nu. 2.
Antiqui defuncti ſunt iuxta fidẽ, quem ſenſum habeat. pag. 41. col. 1. nu. 4.
Apoſtoli quòd dicantur filij prophetarum. pag. 33. col. 2. in fi.
Apoſtoli quòd nihil ad ſalutem neceſſãriũ didicerunt, quod non ab euangelio, ſiue à Chriſto didicerint. pag. 34. col. 1. nu. 5.
Apoſtoli oẽs in paſsione Chriſti à fide eius defeciſſe probantur. pag. 520. col. 1. in fi.
Apoſtoli deficientes in fide, an potuerunt dici hæretici? pag. 522. col. 1. nu. 3.
Apoſtolorũ triplex conſideratio. Et quomodo Cardinales Apoſtolorum ſtatui ſuccedãt. Item & quid in illis eorum dignitas requirat. &c. pag. 139. col. 2. nu. 3.
Apoſtolica dicitur eccleſia. pa. 30. col. 2. in fi.
Apoſtolicum nomen Græcum quid ſignificet. pag. 32. col. 1. nu. 2.
Argumenta octo, quibus probatur ſanctam & catholicam eccleſiam non poſſe dici & vniuerſitatem, & collectionem bonorum & malorum. pag. 8. col. 2.
Argumenta quindecim, quibus obijcitur eccleſiã catholicã non poſſe dici vnam. pag. 13. col. 1. &. 2.
Argumenta duodecim, quibus obijcitur eccleſiam non poſſe dici ſanctam: tum quòd conſtet permiſtim ex bonis & malis: tum etiam, quòd ſolus Deus dicatur ſanctus. pag. 20. col. 1. &. 2.
Argumenta quinq;, quibus obijcitur, quòd fides Chriſtianorum nõ poſsit dici catholica, & vniuerſalis. pag. 27. col. 2. nu. 1.
Auditores diuerſorum magiſtrorum tenentium contrarias opiniones, an excuſentur à peccato, opiniones eorũdẽ ſequẽdo, etiã ſi ſint contra veritatem fidei, diſquiritur. pag. 580. col. 2. nu. 1.
Authoritates Hieremiæ & Danielis aſſerentiũ quòd fides & iuſtitia perierit, quo ſenſu accipiantur. pag. 51. col. 2. nu. 1.

B

BAptiſmus quòd propriè ſit tantũ vnus. pag. 16. col. 2. nu. 10.
Baptiſmus eſt ianua, qua Chriſto incorporandi eccleſiã ingredimur. pag. 3. col. 2. in fi.
Baſilienſe concilium quale fuerit, oſtẽditur. pag. 259. col. 1. & per totum cap.
Beata virgo Maria quòd ſola in fide tempore paſsio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re passionis Christi perstiterit, Apostolis omnibus à fide deficientibus, ostẽditur. pagi. 522. col. 1. nu. 2.
Beguardarum, & Beguinarum errores recensentur. pag. 608. col. 1. in med.
Bona, quæ ex hæresis malo eliciuntur, propter quæ dictũ est ab Apostolo, Oportet hæreses esse. enumerantur. pag. 565. col. 2. numer. 2.
Bona ecclesiastica quibus sint concessa. pag. 397. col. 2. nu. 3.
Bona ecclesiastica aliter esse collata, & aliter bona laicorũ ostẽdit. pag. 398. col. 1. nu. 5.
Boni & mali, quòd differenti ratione in ecclesia existant. pag. 9. col. 2. nu. 1.
Boni cũ malis, q vsq; ad consummationẽ sæculi semper permixti futuri sint in ecclesia. pag. 49. col. 1. nu. 2.
Bonitas creaturarũ addita creatoris bonitati, q eã nõ faciat maiorẽ. pa. 112. co. 2. n. 1.

C

Cælũ dicitur ecclesia. pag. 55. col. 2. circa med.
Canonũ sacrorũ interpretatio, q Roma. põtifici maximè conueniat. pag. 506. col. 1. nu. 4.
Canonũ duplex genus describitur. Et quomodo in eorũ altero summus Põtifex ius interpretandi, & immutandi habeat, ostenditur. pag. 507. col. 2. nu. 1.
Caput ecclesiæ quare dicatur Christus. pag. 77. col. 1. nu. 2.
Caput quomodo in alia membra dupliciter influat. pag. 92. col. 2. nu. 3.
Caput esse ecclesiæ, q alijs cõueniat personis, quàm personæ Christi, ostẽditur. pag. 93. col. 1. nu. 4.
Capitis nomine quid importet. Et quid nomine mẽbri. pag. 84. col. 2. nu. 1.
Capitis duplex acceptio notatur. pag. 92. colum. 1. nu. 2.
Cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ quòd sint in statu perfectionis, ostenditur. pag. 139. col. 1. per totam.
Cardinales cur cæteris prælatis sint præferẽdi. pag. 141. col. 2. per totam.
Cardinalium institutio, & perfectio. pag. 139. col. 2. nu. 2.
Cardinalium dignitas describitur. Et quare sic nominentur. pag. 140. col. 2. nu. 4.
Cardinalium authoritas quanta sit, ostenditur. pag. 141. col. 1. nu. 5.
Cardinalium tres ordines describuntur. pag. 145. col. 1. nu. 1.
Catharorũ species, & errores recẽsentur. pa. 607. col. 1. post prin.
Catholica vocantur tria. pag. 26. col. 1. nu. 1.
Catholica veritas qd sit. pag. 369. col. 2. nu. 1.
Catholica veritas quot genera aut gradus habeat. pag. 370. col. 1. nu. 1.
Catholicum, verbũ quòd tripliciter vsurpari soleat. pag. 26. col. 1. nu. 1.
Causa efficiens vnionis membrorum ecclesiæ admonicẽ, declarat. pag. 111. col. 1. n. 1.
Causæ quatuor ecclesiam constituentes. pagi. 3. col. 2. nu. 4.
Causæ, ob quas conciliũ congregari debeat, recensentur. pag. 425. col. 1. nu. 1.
Charitas quòd tempore Antichristi non ita refrigebit, vt deficiat: imò quòd apud aliquos feruentissima futura sit. pag. 52. col. 1. nu. 4.
Christus quòd fuerit verus sacerdos, bonus pastor, mediator optim⁹, & iudex æquus. pag. 70. col. 1. nu. 3.
Christus quòd fuerit singularis medicus, & ostiarius inexpugnabiles. pa. 71. col. 1. n. 4
Christus quare dicatur caput ecclesiæ. pagi. 77. col. 1. nu. 2.
Christus quod non sit caput ecclesiæ dicendus, octo argumenta obijciuntur. pag. 81. col. 1. per totam.
Christus quòd rectè dicatur caput ecclesiæ secundùm similitudinem humani corporis. pag. 81. col. 2. nu. 2.
Christus quòd potiùs dicendus sit caput ecclesiæ, quàm cor tribus rationibus ostenditur. pag. 82. col. 2. nu. 2.
Christus quomodo ecclesiæ membrum dici possit. pag. 84. col. 2. nu. 3.
Christus quòd nihil accipiat à corpore ecclesiæ, sed à Deo. pag. 85. col. 1. nu. 4.
Christus quòd sit caput excellentia gratiæ, & membrũ cõformitate naturæ. ibid. nu. 5.
Christus quòd semper fuerit caput ecclesiæ, ostẽdit. pagi. 85. col. 2. & pag. 86. per totũ.
Christus quòd secundùm diuinitatem caput ecclesiæ ante incarnationem fuerit, ostenditur. pag. 85. col. 2. nu. 1.
Christus quòd secundùm humanitatem caput fuerit omnium fidelium, qui incarnationẽ eius præcesserunt. ibid. nu. 2.
Christus quòd non fuerit caput fideliũ, qui incarnationem præcesserunt, obiectiones vndecim. pag. 86. col. 2. nu. 1.
Christus homo licèt ante incarnationem nõ esset in rerum natura, q tamen erat in fide patrum. pag. 88. col. 1. nu. 1.
Christus secundùm quòd homo, quòd sit mediator inter Deũ & hominem, & dupliciter nos iustificare dicat. pa. 89. col. 1. nu. 3
Christus secundùm quòd homo, quòd principium ecclesiæ inquantum in fide humanitatis eius fundata est, dici possit. pag. 89. col. 2. nu. 4.
Christus quòd sit caput ecclesiæ, siue fideliũ quantum ad animas, & quantum ad corpora, sed principaliter animarum, & secũdariò corporum. pag. 93. col. 2. nu. 1.
Christus quòd solùm electorum dicẽdus sit caput, propositiones sex quorundam referuntur. pag. 96. col. 1. nu. 2. Respondetur ad eas. pag. 101. in prin.
Christus, & corpus eius, quod est ecclesia, q sint vnus homo, quomodo sit accipiendũ. pag. 114. col. 2. nu. 1.
Christus, & corpus eius, quod est ecclesia, q sint vna persona, quomodò sit intelligendum. pag. 116. col. 1. nu. 2.
Christus, quòd non sit proprium nomẽ, sed appellatiuum. Et quid significet. Et quomodo tribus nominetur modis. pag. 117. col. 2. nu. 1.
Christus & corpus eius, quod est ecclesia, q sint vnus christus, quomodo intelligatur. pag. 118. col. 1. nu. 2.
Christus quomodo iudicari voluerit à non suo iudice ex charitate. Item vt homo priuatus, non vt in dignitate cõstitutus. pag. 348. col. 2. nu. 1.
Christi prærogatiuæ, quas ecclesiæ suæ concesit, non angelis. pag. 70. col. 1. nu. 2.
Christi membra quòd soli sint prædestinati. Et quòd solùm electorum Christus dicendus sit caput, rationes, seu motiua decem quorũdam recensentur. pag. 94. col. 2. nu. 1. Respõdetur ad eas. pag. 96. col. 2. & pag. 97. per totum.
Christi membrum vt quis dicatur, quę requirantur. pag. 101. col. 1. nu. 2.
Christi membra triplicia describuntur. pag. 103. col. 2. nu. 1.
Christi mẽbra quòd non dicantur esse actualiter fideles, qui peccatis mortalibus subuertuntur. pag. 104. col. 1. nu. 2.
Christo quòd ratio capitis dupliciter secundùm humanitatem conuenire possit. pag. 88. col. 1. nu. 2.
Christo homini Deo soli an conueniat esse caput ecclesiæ. pag. 91. col. 2. nu. 1.
Ciuitas dicitur ecclesia. pag. 68. col. 1. nu. 3.
Ciuitates duæ in hoc mundo coniunctæ corpore, sed mẽte diuisæ. pag. 58. col. 2. nu. 4.
Clauis ecclesiæ quid significet. Et quomodo de claue diuersimodè loqui possimus, ostẽditur. pag. 160. col. 1. nu. 8.
Clauis definitio ponitur. ibid. col. 2. nu. 9.
Claues ordinis duæ conuenienter assignantur. Et quæ sint. pag. 160. col. 2. nu. 10.
Claues ordinis duæ, scilicet scientia discernẽdi, & potẽtia dignos recipiẽdi, & indignos excludendi à regno, quòd in essentia dignitatis non distinguantur. pag. 161. colum. 1. in prin.
Claues ordinis, & character sacerdotalis q distinguantur essentialiter obiectiones sex. pag. 163. col. 1. nu. 1. Et responsio ad eas. pag. 164. col. 2. nu. 1. &c.
Claues ordinis quòd distinguantur ab inuicẽ realiter, obiectiones duæ. pag. 163. col. 2. nu. 2. Et respõsio ad eas. pag. 165. col. 1. in medio.
Claues in potestate iurisdictionis ordinariæ, quòd sint vna & eadẽ essentialiter. Et quomodo per relationem ad actus subordinatos distinguantur. pag. 168. col. 1. nu. 9.
Claues quomodo toti ecclesiæ dicantur datæ, ostenditur. pag. 311. col. 2. nu. 1.
Clauium potestas quòd ad remissionem pœnę & culpę quodãmodò se extendat. pag. 161. col. 1. prope fi.
Clauium potestas quòd sacerdoti euãgelico solùm conueniat. pag. 162. col. 1. in fi.
Clauium aliquis vsus licèt mulieribus, vt Abbatissis, & Prioris is aliquando committatur, quòd tamen eas potestatem clauium habere non cõueniat, ostẽditur. pag. 168. col. 2. nu. 11.
Clauium potestas quando sit data Petro, sex conclusionibus ostenditur. pag. 313. col. 1. nu. 1.
Clauium potestas, scilicet scientia discernendi, & potentia iudicandi, quòd non sit potestas, siue virtus intrinseca ecclesiæ, qua se in esse suo cõseruare possit, ac tueri, vt quidam falsò & stultè autumant, ostenditur. pag. 318. col. 1. nu. 5.
Clericorum nomina describuntur. pag. 146. col. 1. nu. 2.
Conciliũ vnde dicatur? pag. 411. col. 1. nu. 1.
Concilium vniuersale ecclesiæ catholicæ definitur. pag. 417. col. 1. nu. 1.
Concilium vniuersale cuius authoritate congregandũ sit, ostẽditur. pag. 418. col. 1. nu. 1. Cõtra quod fiunt obiectiones. pag. 420. col. 1. nu. 1. Et respõdetur ad eas. ibid. col. 2. per totum cap.
Concilium vniuersale, quòd non expostulẽt necessariò põtificis Romani præsentiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed authoritatē.pag.429.col.2.in.fi.
Concilium celebraturi, & ad ipsum vocandi prælati quales esse debeant. pag.443.col.2.numer.1.
Concilium vniuersale de quibus causis se debeat intromittere,ostenditur.pa.477.col.2.nu.1.Cōtra quod fiunt obiectiones.pagi.479.col.2.nu.1. Et respondetur ad eas. pag.480.col.2.nu.1.
Concilium vniuersale congregatum, aut cōgregandū vacante sede apostolica ad quæ se possit extēdere,& qua authoritate,ostēditur.pag.481.col.2.nu.1.Cōtra quod fiūt obiectiones.pag.483.col.1.nu.1.Et respō detur ad eas.ibid. col.2.nu.1.
Concilium vniuersale q̄ sit minoris authoritatis quàm papa,ostenditur.pag.485.col.2.nu.1. Cōtra quod fiunt obiectiones.pagi.487. col.1. nu.1.Et respon.ad eas.pag.490.col.1.nu.1.
Concilium vniuersale q̄ non sit tantæ authoritatis,vt ad ipsum liceat à papa appellare, ostēditur.pa.498.col.2.nu.1. Cōtra quod multipliciter objicitur.pag.500.col.1.nu.1.Et respōdetur ad obiectiones.pag.501.col.1.nu.1.
Concilium vniuersale, in Romanum pontificem verum & indubitatū extra casum hæresis nullam habere iurisdictionem probatur.pag.502.col.1.nu.1.
Concilium vniuersale,q̄ contra Romanū pōtificē decretum irritans facere non possit. pag.504.col.2.nu.1.
Conciliū vniuersale plenariū capi dupliciter, ostenditur.pag.515.col.1.nu.1.
Concilium vniuersale in his,quę ad fidem attinent,quæ tam patrū ecclesiæ,quàm Romani pontificis vnanimi cōsensu diffinita sunt,errare non possit, ostēdit.ibid. nu.2.
Concilium vniuersale non interueniente cōsensu,& approbatione apostolicæ sedis,q̄ in his,quæ fidei sunt, errare possit. pagin.517.col.1.in fi.Cōtra quod fiunt obiectiones. pag.518.colū.1.in fi.Et respō.ad eas. pag.519.col.1.nu.1.
Conciliū vniuersale irritè factū, q̄ à papa reuocari possit,ostēdit.pag.523.col.1.nu.1
Conciliū vniuersale congregatū,q̄ à papa de loco ad locū, rationabili causa id exigēte, trāsferri possit.pag.530.col.2.nu.1.
Conciliū vniuersale congregatū,q̄ à papa,rationabili causa id exigente,dissolui possit. pag.531.col.2.nu.1. Contra quod fiunt obiectiones ab aduersarijs.pag.532.col.2.in fi.Et respō.ad eas. pag.533.co.1.cir.me.
Concilij per causas descriptio. pagi.411.colum.2.nu.2.
Concilij celebrandi origo. pagi.412.colū.1.num.1.
Concilij conuocandi causæ recensentur. pagina 425. col.1.nu.1.
Concilij celebrandi vtilitas,ostenditur. pag.428.col.1.num.1.
Concilij vniuersalis celebrationē impedientes,qua pœna puniri debeant? pag.446.colum.1.num.1.
Concilij vniuersalis in exordio,quę sint obseruanda.Hoc est,in quo habitu comparêre debeant patres concilij. Quo ordine sedere. Et à quo Synodum inchoare.pagi.453.col.1.num.1.
Concilio vniuersali qui admitti debeant, & qui non. pag.436.col.1.num.1.
Concilio in vniuersali quis debeat præsidere pag.446.colum.1.num.1. Contra quod fiunt obiectiones.pag.448.colum.1.Et respondetur ad eas.ibid.col.2.nu.1.& pagi.450.col.1.nu.1.
Concilio in vniuersali si patres à Papa, vel ejus legato dissentiant,cuius iudicio standum sit, quatuor conclusionibus ostenditur.pag.527.col.2.num.1.
Concilio in vniuersali si patres inter se dissentiant cui parti eorum standum sit,ostenditur.pag.529.col.2.nu.1.
Concilia quo tempore celebrari cœperunt? pag.416.col.1.num.1.
Concilia vniuersalia, quòd semper supplicare sint solita,vt sua gesta per Roma. Pont. confirmarentur, multorum patrum testimonijs ostenditur.pag.467.col.2.num.1. Cōtra quod fiunt obiectiones.pag.471.colum.1.nu.1. Et respondetur ad eas. pagi.472.col.2.nu.1.
Concilia vniuersalia quomodo summū Pontificem honorare debeant,ostenditur.pa.476.col.2.nu.1.
Concilia vniuersalia quem ordinem habeāt adinuicem. Et quibus standum sit, si inter se dissentire inueniantur,quibusdam conclusionibus docetur.pag.526.col.1.nu.1.
Conciliorum variæ species,quæ sunt, Concilium vniuersale , prouinciale, & episcopale,describuntur.pag.414.col.1.nu.1.
Conciliorum antiquorum laudabilis consuetudo recensetur.pag.466.col.2.nu.1.
Conciliorum vniuersalium authoritas, q̄ à summo Pontifice deriuetur,& dependeat, latissimè ostenditur.pag.455.col.2.nu.1. Cōtra qđ fiūt obiectiones.pag.458.col.2.num.

nu.1.Et respōdetur ad eas.pag.459.col.2.nu.1.& pag.462.col.1.nu.1.
Conciliorum generalium leges & statuta,q̄ Romanum non ligent pontificem.pagin.503.col.1.nu.1.
Concilijs vniuersalibus quare superioribus temporibus summi pontifices præsentialiter non interierant,triplex assignatur ratio.pag.430.col.1.nu.2.
Concilijs vniuersalibus qui interesse debeāt, ostenditur. Et qui ad ea potissimùm & necessariò sint vocādi? pag.413.col.1.nu.1. Contra quod fiunt obiectiones. pag.432.col.2.nu.1.Et respōdetur ad eas.pag.434.col.2.nu.1.
Concilijs in vniuersalibus à quibus cauendū sit,ostenditur.pag.454.col.2.nu.1.
Concilijs in vniuersalibus quicquid diffinitur,aut sentētiatur, quòd authoritate summi pontificis principaliter fieri debeat, ostenditur. pag.463.col.2.nu.1.
Concilijs in vniuersalibus si oriatur ambiguitas,q̄ad Romanum pontificem maximè illius declaratio pertineat. pag.505.col.2.num.3.
Coniugium Christi cū ecclesia quomodo differat ab alijs carnalibus coniugijs hominū dupliciter.pag.74.col.1.nu.3.
Conseruatio rerum in esse suo, quòd ab earū conditore Deo dependeat,ostēditur. pag.314.col.2.nu.1.
Corona clericalis quid operet.pag.169.col.1.in prin.
Corpus Christi conficere , & ad illius susceptionem populum aptum,dignūq; reddere,quòd ad ordinis potestatem pertineat. pag.159.col.2.nu.5.
Corpus Christi dupliciter accipitur.pag.75.col.2.nu.1.
Corpus Christi verum,an,& quomodo dicatur melius corpore mystico.pag.112.col.1.in princi.
Corpus Christi,& quodlibet membrum eius quomodo à sanctis dicatur aliquādo Christus,ostenditur.pag.119.col.2.nu.1.
Corpus Christi mysticum quòd ad sui integritatem non nisi multis membris, & multiformi varietate distinctis cōstare possit. pag.126.col.1.nu.3.
Corpora nostra qualiter cōtinuationem aliquo modo ad corpus Christi habeāt,ostēditur.pag.94.col.1.nu.2.
Credere in Christū quid sit.pag.34.col.2.n.1
Credibilium triplex genus, ad quod hæresis se extendit,declaratur.pag.566.col.2.n.1.
Credo vnā sanctā ecclesiā catholicā,q̄ sit melius dicere, quàm Credo in vnā sanctam. &c.pag.35.col.1.nu.2.

D

Decreta Romani pontificis , quòd à cunctis fidelibus sint venerabiliter suscipienda, ostenditur. pag.377.col.2.nu.1.
Decretum irritans quòd à concilio vniuersali contra summū pontificem fieri non possit.pag.504.col.2.nu.1.
Decētia varietatis multiplicis in ecclesia Dei ex trib⁹ colligi ostēdit.pa.126.co.1.nu.4.
Despōsatio ecclesiæ cū Christo, ostenditur multiplex.pag.68.col.1.&.2.
Deus quomodo nūquā permittat oēs fideles à fide cadere.pag.52.col.2.nu.5.
Deus quare filium suum vnigenitū miserit. pag.71.col.2.nu.6.
Dispensatio tā sacrorū canonū,quàm regularū sanctorū patrū moderatio quòd spectet ad Ro.pontificē.pag.506.col.1.nu.4.
Dispensatio, reuocatio,& interpretatio cūo differāt,ostēditur.pag.508.col.1.in fi.
Distinctio & varietas multiplex q̄ congruè ponat in ecclesia ostēdit.pa.125.co.2.n.1
Diuitię veræ quæ dicātur.pag.61.col.2.n.5.
Doctores ab ecclesia approbati enumerantur.pag.371.col.2.in.fi.
Doctores, q̄ semper vsq; ad cōsummationē seculi erunt in ecclesia , qui eam defendūt pag.49.col.1.nu.3.
Domus cur & quomodo appelletur ecclesia. pag.57.col.1.prope fi.
Donaria,seu donationes quæ Christus largitus est suæ sponsæ ecclesię recensentur.pagi.69.col.2.nu.1.
Dubia,quæ occurrūt in fide,aut in sacra scriptura,q̄ per summū pontificē sint declarāda,& decidēda.pag.374.col.1.nu.1.& pagi.505,col.2.nu.3.
Dubitās in fide,an semper sit hæreticus censendus,disquiritur.pag.574.col.1.nu.1.

E

Ecclesia,& synagoga nomina græca idē significāt.pa.2.col.2.n.1.
Ecclesia quid propriè significet. pag.3.col.2.nu.3.
Ecclesia quomodo aliquando capiatur pro domo materiali.pag.4.col.2.nu.1.
Ecclesia q̄ aliquādo pro vniuersitate omniū fideliū tam comprehensorū, quàm viatorum sumatur.pag.5.col.1.nu.2.
Ecclesia quòd aliquādo pro vniuersis homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus vnius prouinciæ,aut familiæ ſumatur.pag.5.col.1.nu.3.
Eccleſia quòd aliquando pro vniuerſitate fidelium hominum tantum ſumatur.pagi.5.col.1.nu.2.
Eccleſia,q̃ pro omnibus fidelibus habentib⁹ fidē charitate formatā, accipiatur.Item & pro electis& p̃deſtinatis.Deniq; aut ,pvniuerſis in eccleſia p̃ſidētibus. pa.5.co.1.n.4
Eccleſia in qua ſignificatione largiùs, & arctiùs accipiat.pag.5.col.2.nu.5.
Eccleſia quare vniuerſitatē fidelium bonorū & malorū comprehendat, ſex rationibus oſtenditur.pag.6.col.1.nu.1.
Eccleſia in quibus ſcripturæ locis dicitur hortus cōcluſus,tota pulchra,immaculata,ſancta.&c.qui intelligātur.pa.10.col.2.nu.2.
Eccleſia quare dicatur vna ſancta catholica, & apoſtolica.pag.11.col.2.nu.2.
Eccleſia quādo ſub multitudinis nomine reperitur,quid intelligēdum ſit.pag.14.col.1.num.1.
Eccleſia q̃ vna & eadem fuerit à principio. pag.14.col.2.nu.2.
Eccleſia q̃ ſit ſancta. Et in quotuplici ſignificatione ſanctum accipiatur.pag.18.col.1.num.1.
Eccleſia prout comprehendit angelos & homines ſemper fuit ſancta.pa.24.col.2.n.5.
Eccleſia q̃ ſancta ſit in veris mēbris ſuis.pag.25.col.2.nu.2.
Eccleſia vt ſancta nominetur,q̃ ſola fidei integritas non ſufficiat.pag.26.col.1.nu.3.
Eccleſia octo de cauſis catholica nominatur. pag.26.col.2.nu.2.
Eccleſia Chriſtiana q̃ nō ſit dicēda catholica obiectiones quinque.pagin.29.colum.1.numero.1.
Eccleſia veterum & noſtra ſemper fuit catholica.pag.29.col.2.nu.2.
Eccleſia quòd tempore etiam apoſtolorum dicebatur catholica.pag.29.col.2.nu.1.
Eccleſia quòd multiplici ratione dicatur apoſtolica.pag.30.col.2. in fin.& pag.31.per totum.
Eccleſia Chriſtiana, & eccleſia catholica idē ſunt.pag.32.col.2.prope fi.
Eccleſia quòd non ſolùm ab apoſtolis,ſed à Chriſto apoſtolica dicatur.pag.33.col.1.nume.2.
Eccleſia quibus de cauſis potiùs Apoſtolica, quàm prophetica dicenda ſit.pag.33.col.1.nu.3.
Eccleſia cùm dicitur apoſtolica, in apoſtolis intelligūtur patriarchæ,& prophetæ.pag.34.col.1.in prin.
Eccleſia non defuit in terris ad initio mundi, cuius primitiæ Abel ſanctus eſt immolatus.pag.37.col.2.nu.1.
Eccleſia quòd dupliciter accipiatur.pag.39.col.2.nu.1.
Eccleſia quòd incœperit,quomodo quatuor modis dici poteſt. pag.39.col.2.prope fi.
Eccleſia quotidie ædificatur. pag.41.colū.1.num.5.
Eccleſia quòd ab Abel incœperit.pag.42.colum.2.nu.3.
Eccleſia quòd potiùs initium ſumpſerit ab Adam,quàm ab Abel,obiectiones quindecim.pag.43.col.2.& pag.44.per totum.
Eccleſia quare ab Abel & non ab Adam incœperit.pag.45.col.1.nu.2.
Eccleſia quòd poſt lapſum idololatriæ à Iudæis incœperit.pag.47.col.1.nu.9.
Eccleſia q̃ vſq; ad conſummationē ſeculi in fide,ſanctitate, & doctrina ſit duratura.pagi.48.col.1.nu.1.
Eccleſia nō deficiet in ſacramentis vſq; in finē ſeculi.pag.50.col.1.nu.6.
Eccleſia tota de Iudæis q̃ nō ſic defecerit, vt nulli eorū in eccleſia remāſerint. pag.53.col.1.nu.6.
Eccleſia quot nominibus compellata reperiat in ſcriptura ſacra.pa.53.col.2.in prin.
Eccleſia quare dicitur cælū.pag.53.col.2.n.1
Eccleſia quare dicat terra,ager, ſagena. pagi.53.col.2.in fi.
Eccleſia vniuerſalis duplici ratione dicit vnica.pag.54.col.2.nu.1.
Eccleſia quare dicatur hortus cōcluſus. pag.55.col.2.nu.3.
Eccleſia quare dicat fons & puteus.pagi.56.col.1.nu.4.
Eccleſia quare dicat Nauis,variæ,& pulcherrimæ rationes tradunt.pag.56.co.2.nu.1.
Eccleſia q̃ dicatur domus, atq; in ea diuerſimodè ſancti & peccatores inhabitēt. pag.57.col.2.nu.2.
Eccleſia quare ciuitati comparetur. pag.58.col.1.nu.3.
Eccleſia caſtrorum acies ordinata.pag.59.colum.1.nu.5.
Eccleſia quibus armis vtatur aduerſus hęreticos,& tyrannos.pag.59.col.1.nu.6.
Eccleſia quòd tabernaculū rectè nominetur. Quia vita hominis eſt militia ſuper terrā. pag.63.col.1.nu.1.
Eccleſia ratione aptitudinis ad fœcunditatē, & ratione ſimilitudinis cum Eua dicitur Mulier.pag.65.col.1.nu.1.

Eccleſia

Eccleſia dicitur Dei Amica. Et quare ita nominata.pag.65.col.2.nu.2.
Eccleſia quòd dicatur Colūba.Et pennæ eius deargentatæ quòd eccleſię doctores ſignificent.pag.66.col.1.nu.3.
Eccleſia quod triplici ratione dicatur vna.ibidem.num.4.
Eccleſia quare dicatur perfecta,Soror Chriſti & filia Dei.pag.66.col.2.nu.5.
Eccleſia quare nominetur Chriſti ſpōſa. pagi.67.col.1.nu.1.
Eccleſia quòd fuerit Chriſto deſponſata. pagi.67.col.2.nu.2.
Eccleſia q̃ primò ſub Abrahā in circūciſione fuerit deſponſata.pag.68.col.2.nu.2.
Item ſecundò fuit ſub Moyſe in datione legis deſponſata.ibid.nu.3.
Item & tertiò in aduentu filij Dei in carnē fuit deſponſata.ibid.nu.4.
Eccleſia q̃ ſit fœcunda,& mater omnium fidelīū omniumq; viuentium in fide & charitate Chriſti.pag.72.col.2.nu.2.
Eccleſia quòd ſicut mater carnalis,in ſpirituali eductione quinq; tempora obſeruat.ibidem.num.3.
Eccleſia non ſolùm fidelīū,ſed & ipſius Chriſti mater nuncupatur.pag.73.col.1.nu.4.
Eccleſia & cōiux, & mater, & filij dicit.ibid. numer.5.
Eccleſia eſt cōiux Chriſti.pag.72.col.1.nu.1
Eccleſia & virgo eſt,& mater omnium fidelium.pag.73.col.2.nu.1.
Eccleſia triplici ratione regina nominatur. pag.74.col.2.nu.1.
Eccleſia quare dicatur corpus myſticū. pag.76.col.1.nu.3.
Eccleſia quomodo varios habeat gradus. pagi.146.col.2.nu.1.
Eccleſia militans quòd ſignificetur per atriū, & eccleſia triūphans per templū, oſtenditur.pag.147.col.1.nu.2.
Eccleſia quod habeat virtutem intrinſecā, & poteſtatem regendi ſeipſam,ac gubernandi ſe,vt quidam aiunt, in quo ſenſu ſit falſum,& in quo verum, oſtēditur.pag.317.col.2.nu.3.
Eccleſia quòd habeat intrinſecam virtutem, ſiue poteſtatem aduerſantibus ad ſui deſtructionem reſiſtendi,vt dicunt quidam, in quo ſenſu ſit verum oſtenditur. pagin.318.col.1.nu.4.
Eccleſia catholica quomodo in fide & moribus errare non poſsit, elidendo quandam aduerſariorum obiectionem, oſtenditur. pag.335.col.2.nu.1.
Eccleſiæ nomē qua ratione & angeloscōprehendat.pag.14.col.2.nu.3.
Eccleſiæ dupliciter cōtingit incorporari,merito,& numero pag.16.col.1.nu.8.
Eccleſiæ particulares in toto orbe diſperſæ, qua ratione dicuntur catholicæ.pag. 30. col.1.in fi.
Eccleſiæ quæ dicatur iuuentus, ſenectus.&c. pag.38.col.1.nu.3.
Eccleſiæ varia acceptio.pag. 42. col. 1.nu.1.
Eccleſię tres ſtatus,ſcilicet,paſtores,virgines, & martyres quomodo in Abel fuerint figurati.pag.43.col.1.nu.5.
Eccleſiæ Dei ſeparatio ab eccleſia malignantium,quòd primò in Abel facta fuerit.pagi.43.col.1.nu.6.
Eccleſię duplex gladius.pag.59. col. 1.nu.7.
Eccleſiæ in regno quòd omnes incolæ ſint reges, & ſacerdotes. pagin. 62. colmu. 1. num.7.
Eccleſię regni antiquitas, & eius amplitudo. pag.60.col.2.nu.3.
Eccleſię duplex deſpōſatio. pag. 68. colum. 1.num.1.
Eccleſię mēborū diuerſitas.pa.77.col.1.n.1.
Eccleſię facies.Et quomodo per eam viri exēplo & ſanctis moribus prædicti deſignētur. ibid.col.2.nu.3.
Eccleſiæ genæ quare dicantur ſicut turturis. Et quæ perſonæ per genas eccleſiæ deſignentur.pag.78.col.1.nu.4.
Eccleſiæ genæ quare cōparentur areolis aromatum conſitis à pigmentaris.ibid.nu.5.
Eccleſiæ oculi quare comparentur columbę. Et quæ perſonæ per oculos eccleſiæ deſignentur ibid.col.2.nu.6.
Eccleſię aures.Et quomodo per eas viri ſpiritu ſancto illuminati intelligātur.pag.79. col.1.nu.7.
Eccleſiæ naſus quare dicatur turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.pagi.79. col.1.nu.8.
Eccleſiæ labia quòd ſint doctores, & prædicatores,qui propter ſuauitatem ſermonis melli comparantur.ibid.nu.9.
Eccleſiæ collum ſicut turris Dauid, denotat prælatos, qui doctrinæ cibo,& ſacramentorum adminiſtratione, alios Chriſto incorporant.ibid.col.2.nu.10
Eccleſiæ duo vbera,quòd vtrunque teſtamētum ſignificent,ex quo tanquam ex vberibus lac emanat, eccleſia mater ſuos nutrit filios.ibid.nu.11.
Eccleſię manus diſtillare myrrhā quid ſignificet.pag.80.col.1.nu.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesię venter quare comparetur aceruo tritici vallato lilijs.ibid.nu.13.
Ecclesiæ pedes quòd designent Apostolos, qui fidem in omnem terram prædicando, exemplis,& miraculis coruscando, ecclesiam deportant.ibid.col.2.nu.14.
Ecclesiæ nomen dupliciter accipitur. pa.84. col.2.nu.2.
Ecclesiæ in vnitate ꝙ boni,& mali esse dicantur,dummodò rectam habeant fidem.pagi.104.col.1.nu.3.
Ecclesiæ vniuersitas ex quibus constet partibus.pag.125.col.2.nu.2.
Ecclesiæ vniuersali quomodo claues datæ dicantur,sanctorum patrum dictis ostenditur.pag.300.col.2.nu.1.
Ecclesiæ suæ ꝙ Deus non dederit virtutē, seu potestatē intrinsecā,qua in suo esse se conseruare possit,contra quosdam ostēditur. pag.315.col.2.nu.2.
Ecclesiæ authoritas an maior ,ꝓbetur authoritate papali ex illo Matth. 18. Dic ecclesiæ. respondendo cuidam aduersariorum obiectioni, per quinq; puncta principalia ostenditur.pag.336.col.2.nu.1.
Ecclesiam esse vnam octo rationibus probatur.pag.111.col.2.nu.2.
Ecclesiam esse sanctam, ꝙ firmiter tenēdum sit.pag.21.col.2.nu.1.
Ecclesiam non fuisse apud patres noui testamenti,quibus argumentis hæretici probare conentur.pag.39.col.1.nu.1.
Item ꝙ non modò ab initio humani generis, sed ante mundi constitutionem fuerit ecclesia.ibid.col.2.nu.2.
Ecclesiā ab Adam incœpisse,quomodo multi doctores antiqui crediderint.pa.45.col. 1.nu.1.
Ecclesiam iam defecisse,aut ante mundi consummationem perituram esse, quomodo nouem argumentis hæretici probare conantur.fo.51.col.1.per totam.
Electos solos esse membrum Christi, probant quidam decem argumentis pag.94. col.2.num.1. Quæ quidem soluuntur.pa. 105.col.1.nu.1. Et ponuntur ab aduersarijs sex conclusiones pag.96. colū.1.nu.2. Et hæ cum earum fundamētis improbantur ibid.col.2.& per totum cap.
Epikeia quid sit. Et quomodo in republica ponēda ostendit.pag.506.co.2.in medio.
Episcopus qualiter sicut & quilibet alius prę latus deponi possit.pag.398.col.2.nu.7.
Episcopi & presbyteri differētia quòd in antiquo testamēto figurata legatur. pa.138. colum.1.num.4.
Episcopi & presbyteri quomodo olim quantum ad nomen non differrent, sed quantum ad rem. Et vnde inter eos nominum distinctio ortum traxerit.ibid.col.2.nu.5.
Episcopum à presbytero re differre, sanctorum authoritatibus ostenditur. pag. 138. col.1.nu.1.
Item quòd talis differentia tempore apostolorum seu primitiuæ ecclesiæ fuerit. ibid. num.2.
Item quomodo etiam non humana inuentione,sed diuina dispositione fuerit instituta.ibid.nu.3.
Episcoporum status quòd religiosorum status sit perfectior, ostenditur. pagi.134.colum.1.nu.2.
Episcopos solos necessariò vocandos esse ad vniuersale concilium,probatur.pag.413. aliàs.431.col.2.prope fi.Contra qđ fiunt obiectiones pag.432.col.2.nu.5.Et respōdetur ad eas.pag.434.col.1.in fin.
Error dicentiū ecclesiā iam perijsse eliditur. Et quid de hoc dicat Augustinus.pag.50. col.1.nu.7.
Error quorundam,dicentium,ꝙ Christus ante incarnationem caput ecclesiæ non fuerit,&c. confutatur.fo.90.col.1.nu.1.
Error cuiusdam magistri,qui circa quandam propositionē dogmatizare præsumpsit, ostenditur.fo.124.col.1.nu.3.
Error quorundam aduersariorum,& eorum decem rationes,qui dicunt Papam nō habere iurisdictionem coactiuam super fideles.fo.239.col.1.nu.1.
Error eorum,qui dicunt prælatos ex Christi ordinatione non habere super fideles iurisdictionem coactiuam,multipliciter improbatur.Et papalis potestas quā,& vnde habeat iurisdictionem coactiuam, ostēditur pag.240.col.2.nu.1.
Error pestifer eorū,qui aiunt iurisdictionem coactiuam, quæ est penes ecclesiam, ex concessione imperatoris pendere, confutatur.pag.242.col.1.nu.2.
Errores duo principales & pniciosissimi circa claues ecclesiæ notantur. pagi.308.colum.2.num.2.
Excusi quòd sint prophetę, & filij excussorū apostoli,ostenditur. pag. 33.co.2.in fi.
Excommunicatio quid.Et quòd excommunicatus non sit priuatus fide, qua ecclesiæ corpori vnitus est. pag.15.col.2.nu.7.
Excōicatio iniusta quomodo nō noceat excōmunicato,sed prosit,si modestè ferat,ostenditur

stenditur.pag.15.col.1.nu.6.
Excommunicatus iniustè, nullo modo per talē sententiā læditur.pag.15.col.1.nu.6.
Extra ecclesiam non esse salutem ostēditur. pag.36.col.1.nu.1.

F

Fautores, defensores,credentes,& receptores hæreticorū qui sunt censendi,ostenditur, & quæ sit corū pœna.pag.592.col.2.n.1.
Fideles, qui peccatis mortalibus subuertuntur, quòd actualiter Christi membra non dicantur.pag.104.col.1.nu.2.
Fides immutabilis semper apud aliquos vsq; ad consummationem seculi duratura est. pag.52.col.1.nu.3.
Fides in passione Christi quòd in sola beata virgine permanserit.pag.53.col.1.nu.7.
Fides,spes,charitas quanuis differant secundùm essentiam,conueniunt tamen in vnū secundùm numerum.pag.15.col.1.nu.4.
Fides antiquorum & nostra eadem.pag.15. col.1.nu.5.
Fides qualiter in dæmonibus esse dicatur.pagi.17.col.1.nu.11.
Fides catholica omnes philosophiæ partes complectitur. pag.27.col.2.nu.4.
Fides Christiana cur dicta vniuersalis,siue catholica.pag.28.col.2.in fi.
Fides quid sit, & quòd extra vnitatem fidei nemini pateat salus.pag.36.col.1.nu.1.
Fides quòd sit omnium bonorum radix, ita vt vbi fides non sit,nullum opus meritorium esse possit.pag.36. col.2.nu.4.
Fides Christi ostium dicitur. pagin.37. colū. 1.num.5.
Fides eadem iustos saluauit antiquos,quę saluat nos.pag.37.col.2.in fi.
Fidei duplex materia.pag.28.col.1.nu.1.
Fidei quòd saluatio æterna tanquā proprius effectus attribuatur.pag.36.col.1.nu.2.
Fidei formatæ,ex qua vnitas ecclesiæ specialiter consurgit,quòdvita spiritualis animę specialiter attribuatur.pag.36.col.2.nu.3.
Fidem dubiam habens,quòd non semper sit hæreticus,ostenditur.pag.574. colum. 1. numer.1.
Figuret quomodo seu representet vna res aliam multipliciter.pag.305.col.2.nu.1.
Florum diuersorum proprietates applicantur ijs,qui ad ecclesiam pertinent.pag.55. col.2.nu.3.
Fons dicitur ecclesia.pag.56.col.1.nu.4.
Forma abiurandi schismatis. pagi.561.colū. 1.num.1.
Forma abiurandæ hæresis.pag. 594. colum. 1.num.1.
Fortes qui ambiunt lectulū Salomonis sunt doctores catholici.pag.1.col.2.nu.2.
Fundamentum ecclesiæ quomodo sanctus Petrus dicitur,ostenditur. pagi.198.colū. 2.num.1.

G

Genera,seu gradus catholicarū veritatū recēsent.pa.370.co.1.n.1
Genera hæresum narrantur. pag. 572.col.2.nu.1.
Genera propositionum damnabilium referuntur.pag.573.col.2.nu.1.
Germanorum conuentū reprehenditur dicētiū,ꝙ ecclesia nō dicat sancta ratione suppositorū,sed rōne formæ.pa.25.co.1.n.1.
Gladius duplex ecclesiæ ostēditur.pa. 59.colū.2.prope fi.Et pag.402.col.2.in prin.
Glossatorum error vnde nascatur. pag.380. col.2. prope fi.
Glossarum inter se contrariarū cui adhærendum sit,ostenditur. pag.362.col.2.in fin.
Gradus,& ordines ecclesiæ spiritualis,ostenduntur.pag.148.col.1.in prin.
Graduum in ecclesia Dei varietas & distinctio declaratur.pag.146.col.2.nu.1.

H

Hæresis quid sit,latè describit.pag. 562.col.1.nu.1.
Hæresis definitio sex obiectionibus impugnatur.pag. 563.col. 1.nu.1.Et respondetur ad obiectiones.ibi col.1.nu.1.
Hæresis,ꝙ in intellectu vt in subiecto sit ponenda,ostenditur,pag.564.col.2.in fi.
Hęresis,Secta,& Superstitio in quo differāt, ostenditur.pag.565.col.1.nu.2.
Hæresis quòd circa triplex genus credibiliū se extēdat,ostēditur.pag.566.col.2.nu.1.
Hæresis abiurandæ forma describitur. pagi. 594.col.1.nu.1.
Hæreses in prima synodo Nicæna condemnatæ recensentur.pag.594.col.2.nu.1.
Hęreses in concilio Romano Romæ celebrato cōdēnatæ referūtur.pag.595.col.1.n.1
Hæreses in Gangrensi concilio condemnatæ narrantur.pag.596.col.1.nu.1.
Hæreses in secunda vniuersali synodo Constantinopoli celebrata condemnatæ,recitantur.pag.597.col.1.nu.1.
Hæreses in decretalibus condemnatæ recen

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentur.pag.606.col.2.nu.1.
Hæreſes in ſexto & Clementinis reprobatæ reſeruntur.pag.608.col.1.nu.1.
Hæreſes in extrauagantibus Alexandri.4. & Honorij pap.& aliorum ſummorũ pontificum condemnatæ recenſentur.pagin. 609.col.1.nu.1.
Hæreſes in concilio Milmitano condemnatę referuntur.pag.597.col.1.nu.1.
Hæreſes in tertia ſynodo vniuerſali Ephesina condemnatæ recenſentur.ibid.col.2.in fi.
Hęreſes in quarta ſynodo vniuerſali Chalced. celebrata condemnatæ narrantur.pagin. 598.col.2.nu.1.
Hæreſes in ſynodo Toletana condemnatæ referuntur.pag.699.aliàs.599.col.1.nu.1.
Hæreſes in quinta ſynodo vniuerſali Conſtãtinopoli celebrata condemnatæ,recenſentur.ibi.col.2.nu.1.
Hæreſes in ſynodo prima Bracarenſi condẽnatæ referuntur.pag.602. col.1.in fi.
Hæreſes in ſexta ſynodo Conſtantinopolitana, & in ſeptima Nicæna condẽnatæ narrantur.pag.603.col.1.nu.1.
Hæreſes Iohan.Witeleff,& Iohã.Hus in cõcilio Conſtantienſi condemnatæ deſcribũtur.pag.611.col.2.nu.1.
Hæreſum vtilitates,& bona, quæ ex eis eccleſiæ accreſcant,oſtendũtur.pag.565.col.2. numer.2.
Hæreſum diuerſa genera & ſpecies deſcribũtur.pag.572.col.2.nu.1.
Hæreticus quibus modis quis dicitur,pagin. 574.col.1.nu.1.
Hæreticus quis propriè ſit dicendus.ibidem. col.2.nu.1.
Hæretici quibus artibus hodierno die eccleſiam catholicam inuaſerint.pag.1.colum. 2.nume.3.
Hæretici quibus argumentis conentur probare apud patres veteris teſtamẽti nõ fuiſſe ſimpliciter eccleſiam.pag.39.col.1.nu.1.
Hæretici definitio octo obiectionibus impugnatur.pag.576.col.1.nu.1. Et ſoluuntur obiectiones.pag.577.col.2.nu.1.
Hæreticorum vanitas,non ſermonis elegantia,ſed manifeſtis rebus deuincenda.pagi. 2.col.1.num.4.
Hæreticorum congregatio non eccleſia,ſed ſynagoga dicenda eſt.pag.4.col.1.nu.6.
Hæreticorum eccleſiæ quare catholicæ dici non poſsint.pag.27.col.1.nu.3.
Hæreticorum ſectis non propriè conuenit vniuerſalitatis nomen.pag.28.col.2.nu.2.
Hæreticorum credẽtes,fautores, receptores, & defenſores qui dicantur.Et quæ ſit eorũ pœna oſtenditur.pag.592.col.2.nu.1.
Hæreticorum ſectæ quot ſint,& vnde nomina deſumpſerint,deſcribitur.pag.603.col. 2.num.1.
Hierarchia vnde dicatur. Et qualiter à beato Dionyſio definiatur.pag.176.col.2.nu.2.
Hieruſalem ſuprema euerſio ab Aelio Adriano facta tangitur.pag.52.col.1.poſt prin.
Homo quomodo dupliciter dicatur eſſe Dei oſtenditur.pag.105.col.1.num.2.
Homo quotupliciter ſumi poſsit,refertur.pagi.114.col.2.nu.1.
Homines nunquam potuerũt ſaluari etiam ante Chriſti aduentum,niſi fierent mẽbra Chriſti.pag.16.col.1.nu.9.
Hortus dicitur eccleſia.pag.55.col.2.nu.3.

I

IMperator q̃ ſit iudex ordinarius papæ veritatis aduerſarij multipliciter oſtẽdere conãtur.pag. 346.col.1.nu.1. Et reſpõdetur eorũ obiectionibus pag.248.col.2.nu.1.
Imperator quòd non ſit ſolùm põtificis, ſeu papæ iudex ordinarius, vt quidã falſò autumant,oſtenditur.ibid.col.2.nu.1.
Imperium,aut regnum q̃ nullum fuerit ante eccleſiam.pag.47.col.2.nu.12.
Imperia quatuor oſtenduntur per violentiã introducta.pag.151.col.2.nu.2.
Improbantur ab aduerſarijs quædam fundamenta pro primatu Petri adducta.pagin. 187.col.1.nu.1.
Improbationes factæ contra fundamenta, quę pro primatu Petri fuerunt inducta,diluuntur.pag.190.col.1.nu.1.
In Deum,& in ſanctam eccleſiam catholicã quomodo differenter credendum ſit oſtẽditur.pag.35.col.1.nu.2.
Infidelitatis tres ſpecies recenſentur.pa.522. col.2.nu.4.
Innocẽtes,& pœnitẽtes quòd eãdem conſequantur beatitudinem.Vbi interpretatur illud,Qui totã legem ſeruauerit,& in vno offenderit.&c.pag.46.col.2.nu.5.
Interpretari legem quid ſit.pag.505.colum. 1.nu.1.
Interpretationis genera quot ſint,oſtenditur.ibidem.nu.2.
Iohannis Hus,& Witcleff hæreſes referũtur. pag.611.col.2.nu.1.
Iudas quòd quandoq; fuerit filius eccleſię,& mẽbrũ Chri probatur.pa.102.co.1.in me.

Iudicium papæ, ſeu apoſtolicæ ſedis, quòd in his, quę fidei ſunt, & ad humanã ſalutẽ neceſſaria errare non poſsit, latè oſtenditur.pag.379.col.2.& per totum cap.Contra quod ſiunt obiectiones.pagi.386.col. 2.num.1.Et ſoluuntur.pag.388.colum.2. num.1.
Iuriſdictio, quam habet papa in temporalibus,oſtenditur, pagi,395.col.2.num.1.Et qualem habeat.pag.399.col.1.nu.1.
Iuriſdictionis omniũ prelatorũ eccleſiæ authoritas non ſolùm quo ad executionem & vſum,ſed etiam quo ad ſubſtantiam poteſtatis à papa mediatè, vel immediate regulariter deriuata probatur.pag.257.col. 1.nu.1.& pag.259.col.1.nu.1.& pag.262 col.1.nu.1.Et pag.268.col.2.in fin.& per totum cap.
Iuriſdictionis poteſtas quid ſit oſtẽditur.pagi.166.col.2.nu.1.
Iuriſdictionis poteſtas quòd ſit duplex, ſecundùm q̃ duplex diſtinguitur forũ,ſcilicet conſcientiæ, & forum cauſarum.ibid. num.2.
Iuriſdictionis poteſtas in foro conſcientiæ, & poteſtas iuriſdictiõis in foro cauſarum, q̃ diſtinguantur ab inuicem, & ſeparẽtur. pag.167.col.1.num.3.
Iuriſdictionis poteſtas in foro conſcientiæ, & poteſtas iuriſdictiõis in foro cauſarum, quod vtraq; harum à poteſtate ordinis diſtinguatur.ibid.nu.4. Et obiectiones contra hoc ponuntur.pag.169.col.2.nu.1.Et reſponſio ad eas.pag.170.col.2.nu.1.
Iuriſdictionis poteſtas licèt ab ordinis poteſtate realiter diſtinguatur,quòdtamen neceſſaria ſit ad hoc, quòd poteſtas ordinis in ſuum exeat actum, qui eſt abſolutio à peccatis.pag.167.col.2.num.5.
Iuriſdictionis poteſtas,etiam in foro cõſcientiæ,quòd omnibus ſacerdotibus æqualiter non conueniat.ibid.nu.6.
Iuriſdictionis ſpiritualis poteſtas in foro cauſarũ,ſiue exterioris iudicij licèt dicatur clarius,quod tũ non ita propriè,& immediatè,ſicut poteſtas ordinis, oſtenditur.ibid. num.7.
Iuriſdictionis ſpiritualis poteſtati q̃ duæ aſſignentur claues,ſcientię ſcilicet & poteſtatis,ſicut in poteſtate ordinis.pa.168.co.1. num.8.
Iuriſdictionis ſpiritualis poteſtas q̃ puris laicis,aut etiam religioſis corona clericali nõ inſignitis conuenire non poſsit.ibid.co.2 num.12.

L.

LAteranẽſis eccleſiæ dignitas,oſtẽditur.pag.229.col.1.nu.4.
Legis naturæ in ſtatu q̃ non ſufficiebat homini ad ſalutem ſola naturalis cognitio, oſtenditur.pa.42.col. 2.num.4.
Legum eccleſiaſticarum ſanctimonia.pagi. 61.col.2.in fi.
Libertas duplex,ſcilicet à peccato, & à iuſtitia oſtenditur.pag.131.col.1.nu.2.
Lugduneñ.pauperum ſeu Valdeñ.error circa potẽſtatem clauũ,recenſetur.pag.173 col.2.nu.1.
Lugdunen.pauperum ſeu Valdeñ. hæreſes recitantur.pag.607.col.2.in medio.

M.

MAli licèt numero ſint de eccleſia, non tamen merito.pag.24.colum.1.nu.3.
Mali non ſunt propriè membra eccleſiæ.pag.24.col.1.nu.4.
Mariæ ſemper virginis fides cõmendatur.Et quõ in ea ſola tempore paſsionis Chriſti perſtiterit, apoſtolis omnibus à fide deficientibus oſtenditur.pag.522.co.1.nu.2.
Mater fidelium q̃ ſit eccleſia. Vbi notanda ſunt quinq; officia matris in prolem.pag. 72.co.2.nu.3.Et plura d hoc ibi referũtur.
Membrum eccleſiæ an etiam Chriſtus ſit dicendus,& quomodo,oſtenditur.pagin. 84.col.2.num.3.
Membra Chriſti actualiter qui fideles nõ dicantur eſſe.pag.104.col.1.nu.2.
Membra corporis myſtici eccleſię,& eorum ſignificationes.pagi.77.col.1.nu.1.& per totum cap.
Membra Chriſti an ſint ſoli electi? pagi.94. col.2.nu.1. Et plura de hoc referuntur.ibi.
Membra Chriſti,ſeu corporis eius, q̃ in triplici ſint differentia, oſtenditur.pag.103. col.2.nu.1.
Mendax eſt ois homo, quõ intelligi debeat, oſtenditur.pag.22.col.2. Ad quartum.
Metaphoricis in locutionibus q̃ non oporteat attendi ſimilitudinem quãtum ad omnia.pa.83.col.2.nu.4.
Militia celeſtis & terreſtris data eſt à Chriſto in cuſtodiam eccleſiæ ſuæ.pa.1.col.1.n.1.
Miniſter q̃ non ſemper ſit minor eo cui fit miniſtratio,oſtenditur.pag.215.col.2.in princ.
Mittens q̃ non ſemper ſit minoris authoritatis,aut dignitatis,quàm miſſus. pagi.195. col.1.poſt medium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modi duo dicendi, & describendi membra corporis mystici Christi referuntur. pagi. 102.col.2.nu.1. Et solutio ad rationes ibi factas ponitur.pa.108.col.1.nu.1.
Mulier dicitur ecclesia.pa.65.col.1.num.1.
Mysticum quid sit, & vnde dicatur.pag.76. col.1.nu.2.
Mysticum corpus quomodo dicatur vnum. pag.110.col.1.nu.4.

N.

NAuis q dicatur ecclesia, variæ, & pulcherrimæ rationes traduntur.pag.56.col.2.nu.1.
Necessarium capi multipliciter, ostenditur.pag.565.col.2.nu.1.
Nomina ecclesiæ describuntur.pagi.53.col. 2.& per totum cap.& per quinq; cap. seq.
Nouatiani schisma recensetur. pag.546.col. 1.nu.1.
Nuptiæ inter Christum, & ecclesiam, qualiter celebratæ,& consummatæ fuerint. pa. 68.col.2.in fi.

O.

OBedientia, quæ Pontifici summo debetur,q in tribus cõsistat,videlicet in exhibitione reuerentiæ,in mandatorum susceptione,& subiectione iudicij.pa.245.co.2.n.2.
Obedientiam summo Pontifici subtrahentes,quas incurrant pœnas.pag.246.col.4. prope finem.
Obedire quòd debeat quilibet fidelis cuiuscunq; sit dignitatis summo Pontifici,ostẽditur.pag.245.col.2.nu.1.
Obediendum q non sit Romano pontifici, obiectiones quatuor. Et ad eas responsio. pag.247.col.1.nu.1.
Obediendum in quibus sit Romano Pontifici,& in qbus nõ,ostẽditur.ibid.co.2.nu.2.
Obediendum q sit Papalibus statutis, ostenditur.pag.249.col.1.nu.1.
Obiectiones decem eorum, qui dicunt solos electos,siue prædestinatos membra Christi esse, ac illorum tantùm Christum esse caput,diluuntur.pag.105.col.1.nu.1.
Obiectiones septẽ aduersus varietatem,& diuersitatem statuum,ac officiorum in ecclesia Dei,ponũtur.pa.127.col.1.nu.1. Et ad easdem responsio.pag.127.col.1.nu.1.
Obiectionescõtra id qđdicitur,scilicet q prelati, & religiosi sunt in statu pfectionis,referuntur.pa.134.col.2.nu.1.Et ad easdem responsio.pag.135.col.1.nu.1.
Obiectiones octo contra statũ dominorum Cardinalium ponũtur.pag.142.co.1.n.1. Et ad eas responsio.pag.143.col.1.nu.1.
Obiectiones quatuor contra duplicem in re publica Christiana potestatẽ, spiritualem scilicet & terrenam.pa.148.col.1.in fi. Et ad eas responsio.pa.149.&.150.per tot.
Obiectiones octo cõtra ea quæ dicuntur de præeminentia potestatis spiritualis supra secularem.pag.155.col.1.nu.1.Et responsio ad eas.pag.156.col.1.nu.1.
Obiectiones quædam factæ contra id quod dicitur de iurisdictione coactiua, quæ est penes ecclesiã,diluũtur.pa.242.co.2.nu.1.
Officium vnde dicatur.pa.129.col.2.nu.2.
Officia ecclesiæ varia & differẽtia esse ostenduntur.pag.145.col.2.nu.1.
Orans extra templũ Dei quomodo non exaudiatur.pag.64.col.2.nu.4.
Ordinarij iudices qui sunt dicẽdi.Et quæ potestas ordinaria ostẽditur. pag.177.col.2. in prin.
Ordo secundùm gradus superioritatis & inferioritatis q in ecclesia sit ponendus, probatur.pa.176.colum.1.nu.1.
Ordo q sit & debeat esse talis in ecclesia, vt vnus in ea credatur superior, princeps,rector,ac gubernator,multis authoritatibus ostenditur.pag.177.178.&.179.per totũ. Contra quod fiunt obiectiones.pag.180. col.1.num.1.Et responsio ad easdem.ibid. col.2.nu.1.
Ordo sedentium in concilio vniuersali describitur.pag.553.col.1.in fi.

P.

PApa q sit vniuersalis pontifex,& rector catholicus ecclesiæ.pag. 30.col.2.nu.5.
Papa quomodo rex dici posset, si vellet. pag.181.col.2.in fi.
Papa quomodo sit spõsus ecclesiæ, ostenditur.pag.213.col.2.in med.
Papa q non possit dici spõsus vniuersalis ecclesiæ,obiectiones quinq;,& ad eas respõsio.pag.214.col.1.in medio.& per tot.ca.
Papa,seu Pontifex Romanus q sit successor beati Petri in episcopali primatu. pa.227. col.1.nu.1.& per totum cap.
Papa vniuersalis dici põt, licèt ita nominari prohibeatur.pa.30.col.2.num.5.
Papa,q sit vicarius Christi,& eius locũ tenẽs in terris,ostẽditur. pag.229.col.2.num.1.
Papa q potestatem,seu primatum suum immediatè à Christo habuerit,ostenditur.pagi.230.col.2.nu.1.

Papa

Papa cur eligatur,& non succedat,nec instituatà papa adhuc viuẽte?pa.250.co.1.n.1
Papa q sit immediatus prælatus & iudex omniũ fideliũ. Et quomodo etiã facere possit,quicquid prælati inferiores possunt,ostenditur.pag.284.col.1.nu.1.
Papa q non sit immediatus prælatus & iudex omnium fidelium.&c. ab aduersarijs obijcitur.pag.286.col.1.in fi.Et satisfit obiectionibus eorũ. pag.287.col.1.& per totum.cap.ibid.
Papa,seu Ro.pontifex,q solus in ecclesia plenitudinẽ potestatis non habeat, ab aduersarijs obijcitur.pag.290.col.2.nu.1.
Papa, q iurisdictionis authoritate sit superior tota vniuersali ecclesia ostenditur.pagi.320.col.1.nu.1.
Papa quòd iurisdictionis authoritate nõ sit superior tota vniuersali ecclesia, vndecim argumentis ab aduersarijs obijcitur. pag. 321.col 2 nu.1.Et respondetur ad ea per vndecim cap. sequentia, quorum primus incipit.pag.322.col.2.in fi.
Papa quomodo pater est, & filius ecclesiæ, ostenditur.pag.329.col.2.nu.2.
Papa an sit dominus rerum ecclesiasticarum,cuidam aduersariorum obiectioni respondendo,ostẽditur.pag.332.col.2.nu.1
Papa quomodo est rex,& ecclesia regina diluendo quãdã aduersariorũ obiectionem ostenditur.pag.333.col.1.nu.1.
Papa quod extra casum hæresis non habeat iudicem superiorem in terris, ostenditur. pag.341.col.1.nu.1.
Papa q extra casum hæresis iudicẽ habeat in terris videlicet ecclesiã vniuersalẽ,aduersarij authoritatibus sacræ scripturæ,cõciliorum,doctorũrationibus & exemplis ostẽdere conantur.pag.351.col.1.nu.1.Et respondetur aduersariorum obiectionibus per sex ca.sequẽtia,quorũ primus incipit. pag.352.col.2.in fi.
Papa quomodo per hæresim notoriã cadat à papatu,ostenditur.pag.363.col.2.nu.1.
Papa q nõ possit se alteri submittere,aut potestatẽ concedere,vt aliquis tanquã iudex eius posset in eum claue exterioris iudicij vti,& per consequens quòd non possit deponi.pagi.368.colũ.1.nu.1.Contra quod obijcitur ab aduersarijs,& respondetur ad obiectiones.pag.369.col.2.nu.1.
Papa q habeat determinare ea, quæ sunt fidei, & sacræ scripturæ sensus interpretari, atq; aliorũ quoruncũq; dicta vel opera approbare,vel reprobare ostenditur. pagin. 374.col.1.nu.1.
Papa q errare possit,sed non apostolicæ sedis iudiciũ,ostẽditur.pag.390.col.2.nu.2.
Papa quã iurisdictionẽ habeat in tẽporalib⁹ ostenditur.pag.393.col.2.nu.1.
Papa q bonorũ ecclesiæ non sit dominus.pagi.397.col.2.nu.4.
Papa qualẽ potestatem habeat circa tẽporalia.pag.399.col.1.nu.1.Et ponũtur obiectiones.pag.405.col.1.nu.1.Et respondetur ad eas.pag.406.col.2.nu.1.
Papa qualiter secluſa hæresi regẽ deponere possit,ostenditur.pag.401.col.2.nu.2.
Papa quomodo ad reges & principes se habeat,ostenditur.pag.402.col.1.nu.3.
Papa quam potestatẽ circa infideles habeat, ostenditur.pag.404.col.1.nu.5.
Papa quòd tollendi,& reuocandi statuta aliqua tam sacrorũ conciliorũ,q prædecessorũ suorum authoritatẽ habeat,authoritatibus,rationibus,& exẽplis ostẽditur. pagi. 508.col.2.nu.1. Cõtra quod fiũt obiectiones.pag.509.col.2.nu.1.Et respõdetur ad eas.pag.512.col.1.nu.3.
Papa q possit habere in multis authoritatẽ interpretãdi,in quibus nullã habeat dispẽsandi facultatẽ, & multò minùs reuocandi,ostenditur.pag.511.col.1.nu.1.
Papa q in aliquib⁹ sanctorũ patrũ canonib⁹, siue statutis possit dispẽsare,in quibus nõ potest tollere generaliter aliquid, siue reuocare.ibid.col.2.nu.2.
Papa verus an propter schisma tollendũ possit cogi, vt cedat papatui, disquiritur.pag. 553.colũ.1.nu.1.Et quid secundũ veritatẽ tenẽdum sit,ostẽditur.pag.554.col.1.n.1.
Papa, aut alius ꝓlatus factus hæreticus, q nõ sit ipso facto iure diuino prelatiõe,siue papatu priuatus quibusdã cõclusionibus nõ nulli ostẽdere conãtur.pa.586.col.2.nu.1 Et respõ.ad cõclusiones.pa. 588.co.1.n.1.
Papæ decreta,vel decretales quomodo ab omnibus suscipi debeãt,ostẽditur.pag.377. col.2.nu.1.
Papæ,seu apostolicæ sedis iudicium in his, quæ fidei sunt,non posse errare,ostẽditur. pag.379.col.2.&c.Et fiunt obiectiones de cẽ ab aduersarijs.pag.386.col.2.Et respondetur ad eas.pag.388.col.2.nu.1.
Papæ honori & authoritati detrahentes,quã incurrũt pœnam. pag.477. col.1.in prin.
Papalis authoritas super alios,quòd ex institutione & dono Constantini imperatoris vt aduersarij aiunt,nõ emanarit.Et eorum obiectiones diluuntur.pa.236.col.1.nu.1.

Papalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papalis dignitas, siue pontificatus apostolicus, quod à collegio dominorum Cardinalium, vt aduersarij obijciunt, non pendeat. Et ad eorum obiectiones respondetur. pa. 236. col. 2. num. 1.
Papalis potestas, quòd à nullo alio, quàm à Deo restringi, aut ampliari possit, ostẽditur. pag. 237. col. 1. nu. 1.
Papalis potestas quam, & vnde habeat iurisdictionem coactiuam, ostẽditur. pag. 240. col. 2. num. 1.
Papalis potestatis plenitudo, ꝙ ea solius Papæ sit, authoritatibus & rationibus ostenditur. pag. 255. col. 1. num. 1.
Papalibus statutis quomodo sit obediẽdum, ostenditur. pag. 249. col. 1. nu. 1.
Paparum depositorũ historiæ recensentur. pag. 366. col. 2. nu. 1.
Papatus potestatis plenitudo in quindecim ostenditur. pag. 252. col. 2. nu. 1.
Paranymphus vnde dicatur? pag. 215. col. 1. num. 2.
Perfectio in quo consistat, ostenditur. pagin. 132. col. 1. nu. 1.
Perfectum esse, & in statu perfectionis esse, quomodo differant. Et qui sunt perfecti dicẽdi, & qui in statu perfectionis. pag. 132. col. 2. nu. 2.
Persona nomen à sanctis doctoribus dupliciter acceptũ refertur. pagi. 115. col. 2. nu. 1.
Pertinacia quid sit. Et quomodo viginti modis præsumatur aliquis pertinaciter errare contra fidem, ostenditur. pagi. 578. col. 2. num. 1.
Petrus quòd non sit dictus primum fundamentum, à quo incœperit ecclesia. pag. 46 col. 2. num. 6.
Petrus beatus quare præ cæteris clauicularius depingitur. pag. 71. col. 1. nu. 5.
Petrus apostolus ꝙ fuerit primus post Christum, qui in ecclesia super omnes primatum habuerit, sacræ scripturæ authoritatibus, & quàm apertis rationibus facilè ostenditur. pag. 183. col. 1. nu. 1.
Petrus apostolus ꝙ super apostolos primatum habuerit, quibusdam rationibus probatur. pag. 186. col. 1. num. 1.
Petrus apostolus ꝙ non solùm inter apostolos, sed etiam supra omnes fideles in toto orbe terrarum principatum habuerit, tam sacrarum scripturarum testimonijs, quàm rationibus efficacibus facilè ostẽditur. pa. 196. col. 1. nu. 1.
Petrus apostolus, & per consequens Romanus potifex ꝙ non sit ecclesiæ primas tres obiectiones aduersariorum cum respõsionibus ad eas ponũtur. pa. 198. col. 1. nu. 1.
Petrus apostolus ꝙ ecclesiæ fundamentum dictus fuerit, quibus de causis ostendatur, ibid. col. 2. nu. 1.
Petrus apostolus ꝙ ecclesiæ catholicæ fundamentum non sit dicendus sex obiectiones aduersariorum referuntur. pag. 201. colum. 2. nu. 1. Et respõdetur ad eas. pag. 202 col. 1. nu. 1.
Petrus quomodo fuerit caput vniuersalis ecclesiæ, ostenditur. pagin. 203. col. 2. prope finem.
Petrus ꝙ caput vniuersalis ecclesiæ non dicatur, obiectiones nouem aduersariorum recensentur. pagi. 204. col. 2. nu. 1. Eteædem diluuntur. pag. 205. col. 2. nu. 1. & pa. 206. col. 2. num. 1.
Petrus apostolus ꝙ à Christo immediatè potestatem, & dignitatem habuerit episcopalem, &c. ostenditur. pag. 216. col. 1. nu. 1.
Petrus quomodo post Christi passionẽ summum adierit põtificatum. ibid. nu. 2. Contra quod fiunt obiectiones. pagi. 217. col. 1. num. 1. Et respõdetur ad eas. ibid. col. 2. in fi. & per totum cap.
Petrus apostolus ꝙ solus inter apostolos à Christo fuerit immediatè ordinatus episcopus, ostenditur. pag. 219. col. 1. num. 1. Contra quod fiunt obiectiones. pag. 222. col. 1. nu. 1. Et respõdetur ad eas pagi. 223. col. 1. nu. 1.
Petro apostolo ꝙ successor quo ad primatũ episcopalem vsq; ad consummationem seculi institui debuerit, multis rationibus ostenditur. pag. 225. col. 1. nu. 1.
Petro apostolo succedens in primatu dignitatis apostolicæ vsq; ad cõsummationẽ seculi, ꝙ sit Romanus Pontifex, seu papa, ostenditur. pag. 227. col. 1. nu. 1.
Petro quædam dicta ecclesiæ communitati conuenire non posse ostenditur. pag. 302. col. 2. nu. 1.
Petro omnia dicta importãtia, aut designantia authoritatẽ, siue potestatẽ, ꝙ alijs apostolis, & in illis toti ecclesiæ non sint dicta. ostenditur. pag. 303. col. 1. nu. 1.
Petro dicta designãtia authoritatẽ aliquam, aut potestatem quòd sint ei in figura ecclesiæ dicta, quomodo illud sit intelligendum, ostenditur. pagin. 305. columna. 2. numero. 1.
Petrum Romæ fuisse, ex sacris literis probatur. pag. 228. col. 1. nu. 2.
Pontificis summi authoritas, quod vsq; ad finem seculi sit duratura, ostenditur. pag. 49 col. 2. num. 5.
Pontificatus papalis quadruplex aduersariorum opinio recensetur. pag. 231. colum. 2. num. 1.
Pontifex Romanus quòd primatum ab apostolis non habuerit, aduersarij obijciunt, Et eorum obiectiones diluũtur. pagi. 233. col. 2. num. 1.
Pontifex Romanus quòd principatum ab ordinatione vniuersalis ecclesiæ, siue sacrorum conciliorum sacerdotum causaliter, vt aduersarij obijciunt, non teneat. Et diluuntur obiecta. pag. 234. col. 2. nu. 1.
Potestas ordinis, qua soluũtur peccata, quòd sit idem essentialiter cum charactere sacerdotali, ostenditur. pag. 160. col. 1. nu. 7.
Potestas iurisdictionis quid sit, ostenditur. pag. 166. col. 2. nu. 1.
Potestas iurisdictionis quòd sit duplex secũdùm quòd duplex distinguitur forum, scilicet conscientiæ, & forum causarum. ibid. num. 2.
Potestas iurisdictionis in foro conscientiæ, & potestas iurisdictiõis in foro causarum, quòd distinguãtur ab inuicem, & separentur. pag. 167. col. 1. nu. 3.
Potestas iurisdictionis in foro conscientiæ, & potestas iurisdictionis in foro causarũ, quòd vtraq; harum à potestate ordinis distinguatur. pag. 167. col. 1. num. 4. Contra quod fiunt obiectiones. pagin. 169. col. 2. num. 1. Et respondetur ad eas. pag. 170. colum. 2. num. 1.
Potestas iurisdictionis licèt ab ordinis potestate realiter distinguatur, quòd tamen necessaria sit ad hoc, quòd potestas ordinis in suum exeat actum, qui est absolutio à peccatis. pag. 174. col. 2. num. 5.
Potestas iurisdictionis, etiã in foro conscientiæ, quòd omnibus sacerdotibus æqualiter non conueniat. ibid. num. 6.
Potestas spiritualis iurisdictionis in foro causarum, siue exterioris iudicij licèt dicatur clauis, ꝙ tamen nõ ita proprie, & immediatè, sicut potestas ordinis ostenditur. pagi. 168. col. 1. nu. 8.
Potestas spiritualis iurisdictionis quòd pueris laicis, aut etiam religiosis corona clericali non insignitis conuenire non possit. ibid. col. 2. num. 12.
Potestas sacramentalis, siue ordinis licèt immobiliter adhæreat, quòd tamen potestas iurisdictionis separabilis sit, ostenditur. pagi. 169. col. 1. nu. 13.
Potestas spiritualis clauium, quòd sit communis sacerdotibus tam bonis quàm malis ostenditur. pag. 172. col. 1. nu. 1.
Potestas iurisdictiõis omnium prælatorum, quòd à potestate Papæ deriuetur, multis modis probatur. pag. 257. col. 1. nu. 1.
Potestas clauium quibus & quomodo conueniat, diuersis conclusionibus ostenditur pag. 295. col. 2. nu. 1.
Potestas, & dignitas quomodo maneat in ecclesia mortuo Papa, ostenditur. pagi. 318. col. 2. in fin. & per totum cap.
Potestas duplex, scilicet spiritualis & terrena, quomodo in republica Christiana reperiatur. pag. 147. col. 1. nu. 1.
Potestas spiritualis, quòd terrenæ præmineat in decem. Et primò temporis antiquitate. pag. 151. col. 1. nu. 1.
Potestas spiritualis, quòd seculari præmineat regali originis nobilitate. ibid. col. 2. num. 2.
Potestas spiritualis, quòd terrenæ seu seculari præmineat dignitate. pag. 152. colũ. 1. num. 3.
Potestas spiritualis, quòd terrenæ seu seculari præemineat authoritatis maioritate. ibi. num. 4.
Potestas spiritualis ꝙ terrenæ potestati nobilitate finis, ad quẽ dirigit, præmineat. ibid. num. 5.
Potestas spiritualis ꝙ seculari potestati quodammodò triplici genere causalitatis, efficientiæ scilicet, formalis, & finalis præeminere videatur. ibid. col. 2. nu. 6.
Potestas spiritualis, quòd seculari potestati iurisdictione præmineat. pag. 153. col. 2. num. 7.
Potestas spiritualis quòd prælationis superioritate seculari supermineat. pag. 154 col. 1. num. 8.
Potestas spiritualis, ꝙ terrenæ siue seculari principatus amplitudine præferatur. ibid. num. 9.
Potestas spiritualis, ꝙ seculari fortitudinis & firmitatis robore præmineat. ibid. col. 2. num. 10.
Potestas duplex, scilicet spiritualis & terrena quomodo in republica Christiana reperiatur. pag. 147. col. 1. num. 1.
Potestas spiritualis ecclesiæ ꝙ sit duplex, ordinis scilicet, & iurisdictionis, ostenditur. pag. 158. col. 2. num. 1.
Potestas spiritualis ordinis & iurisdictionis in ecclesia quòd originaliter sint à Deo. ibid. num. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Potestas ordinis quòd potestate iurisdictionis sit dignior.fo.159.col.1.nu.3.
Potestas ordinis,siue sacramentalis licèt per relationem ad corpus Christi verum sit æqualiter in omnibus sacerdotibus, quòd nihilominus in relatione ad corpus Christi mysticum maior sit in episcopo, quàm in simplici sacerdote.ibid.num.4.
Potestas ordinis quo ad primum actum,qui est consecrare corpus Christi & alijs ministrare:& quo ad secundum, qui est absolutio peccatorum, quando data sit ostenditur.ibid.col.2.nu.6.
Potestatis tres species ponuntur.pagin.298. col.1.nu.2.
Potestati spiritualis iurisdictionis quòd duæ assignentur claues,scientiæ scilicet,& potestatis,sicut in potestate ordinis.pag.168 col.1.num.8.
Potestatem iurisdictionis omnium prælatorum deriuari à potestate Papæ, multis rationibus ostenditur.pag.259.col.1.nu.1.
Potestatẽ iurisdictionis omnium prælatorũ deriuari à potestate Papę,ex incõuenientibus, quæ ex contrario modo dicendi sequuntur, ostenditur.pag.262.col.1.nu.1.
Potestatem iurisdictionis omnium prælatorum non deriuari à potestate Papæ,arguunt aduersarij ex ordine apostolorum ad Petrum.pag.264.col.1.num.1.Et respondetur eorum obiectis.pagin.268.col.2.& per totum illud cap.
Potestatem iurisdictionis omnium prælatorum non deriuari à potestate papæ arguunt aduersarij via rationum.pag.265.col. 2.num.1.Et respon.ad obiecta.pagi.272. col.2.& per totum cap.
Potestatem iurisdictionis prælatorum non deriuari à potestate Papæ,arguunt aduersarij in speciali de presbyteris curatis.pag. 267.col.1.nu.1.Et eorũ obiecta diluuntur pag.276.col.2.& per totum illud cap.
Potestatem iurisdictionis omnium prælatorum non deriuari à potestate Papæ,obijciunt aduersarij ex inconuenientibus,quę inde sequi autumant.pag.268.col.1.nu.1. Et diluuntur obiectiones.pagi.283.col.1. & per totum illud cap.
Potestates iudicum secularium quòd claues regni cœlorum nominari non possint,ostenditur.pag.168.col.2.num.10.
Præcepta data Synagogæ particularia fuerunt,ecclesiæ verò vniuersalia.pag.27.colum.2.num.4.
Prædicatores dicuntur operarij vineæ domini.pag.55.col.1.nu.2.
Prædicata varia, quomodo, & in quo sensu verè attribuãtur Christo ratione vnitatis mysticæ ipsius cum ecclesia, ostenditur. pag.121.col.2.num.1.
Prælatus omnis ecclesiasticus, siue sit Papa, siue alius,ipso facto,quo conuincitur verè hæreticus, quòd omni prælatione priuetur,ostenditur.pag.583.col.1.nu.1.
Prælati quòd nunquam in ecclesia deerunt, ostenditur.pag.49.col.2.num.4.
Prælati alij præter Romanum, quòd sint in ecclesia necessarij, ostenditur.col.288.colum.1.in prin.
Prælati ecclesiæ omnes tam maiores quàm minores quòd Romano subijciantur Pontifici tam quo ad obedientiam præceptorum, & quo ad correctionẽ abusus, quàm quo ad subsidiorum adminiculationem in casibus necessarijs,ostenditur.pag.289. col.1.num.1.
Prælati omnes maiores totius orbis, an necessariò sint ad vniuersale concilium vocandi,& huic interesse debeant,ostenditur pag.439.col.1.num.1. Contra quod fiunt obiectiones.pag.441.colum.1.num.1.Et respondetur ad eas.pag.442.col.2.nu.1.
Prælati ad concilium vocati si venire negligant,seu contemnant,qua pœna afficiantur.pag.444.col.2.nu.1.
Prælatos maiores esse in statu perfectionis, licèt non semper perfectos,ostenditur.pagi.133.col.1.nu.1.
Princeps laicus quòd aliter deponatur,quàm prælatus ecclesiasticus.pag.398.colum.2. numero.6.
Propositionum damnabilium genera recensentur.pag.573.col.2.num.1.

Q.

Quæstionum difficilium in fide, & in sacra scriptura decisio qꝑ ad papam pertineat,multis rationibus ostenditur. pagi.374. col.1.nu.1.& per totum cap.

R.

Rationes aduersariorũ contra beati Petri primatum ex euãgelijs sumptæ referũtur.pag.188.colum.1.nu.1.Et ad easdem solutio.pag.191.col.1.nu.1.
Rationes aduersariorum contra beati Petri primatum ex epistolis beati Pauli collectę recensentur.pag.188.col.2.nu.1. Et solutio earum. pag.193.col.1.nu.1.
Rationes aduersariorum contra beati Petri primatum ex actis apostolorum desumptæ adducuntur.pag.189. col.1.in fin.Et soluuntur.pag.194.col.2.nu.1.
Reges & imperatores qꝑ fuerint priùs quàm summus pontifex.pag.397.col.1.nu.2.
Regina Saba quomodo ecclesiam Dei figurabat.pag.75.col.1.nu.2.
Regnum quomodo dicatur ecclesia, & quare.pag.60.col.1.nu.1.
Regnũ quòd per duodecim fiat gloriosum, ostenditur.Et quæ sint.pagi.60.colum.1. num.2.
Regnum Dei quòd sit æternum, nec finem habiturum.pag.62.col.2.in medio.
Regina quomodo dicatur ecclesia, ostenditur.pag.333.col.1.nu.1.
Regula ad multos errores vitandos notatur. pag.122.col.2.nu.2.
Religiosi quod sint in statu perfectionis,sed minus quàm Episcopi.pag.134.col.1.nu. 2. Contra quod fiunt obiectiones. ibid. col.2.num.1. Et respondetur ad eas. pagi. 135.col.2.num.1.
Remedia contra Papam suis prauis moribus ecclesiam scandalizantem habentur.pag. 371.col.1.num.1.& per totum cap.
Reuocare canones aut statuta qd sit.Et quomodo pertineat ad Papã,ostenditur.pag. 507.col.2.num.1.
Rex primus, qui fuit Nemrod, quòd fuerit tyrannus.Et primus iustus Melchisedech. pag.47.col.2.nu.12.
Roma Babylõ nominata.Et quare.pag.228. col.1.num.3.
Romanus pontifex pro tanta,qua pollet dignitatis & potestatis plenitudine, quorum sit debitor, ostenditur. pagi.254.col. 2.num.2.

S.

Sacerdos euangelicus, non legalis quòd vsum clauium ecclesię habeat,ostenditur. pagi. 162.col. 1.num.14.
Sacerdos quanuis habeat potestatem ordinis,quòd tamen sine iurisdictione absolure non possit.pag.169.col.2. in medio.
Sacerdos quòd tam bonus quàm malus habeat clauium spiritualem potestatem, respondendo aduersariorũ obiectionibus ostenditur.pag.174.col.1.&.2.
Sacerdos proprius, cui debeat fieri confessio,quis sit ostenditur. pag.287. colum.2. numero. 2.
Sacerdotium suum quòd Christus hominibus,non angelis communicauerit. pag. 70.col.1.num.2.
Sacerdotium vetus & nouum in quo differant,ostenditur.pag.248.col.2.in princ.
Sacramentum quid. Et quomodo sacramenta noui testamenti agant quod significãt. pag.161.col.2.in prin.
Sacræ scripturæ interpretatio quòd ad papam pertineat, ostẽditur. pag. 374.col.1. & per totum cap.
Sacrificia primò & principaliter fuerunt instituta in remediũ peccati originalis. pag. 46.col.1.num.4.
Sagena dicitur ecclesia.pag.54.col.1.in fi.
Saius qꝑ non sit extra ecclesiam. pag.36.col. 1.num.1.
Sancta quòd sit ecclesia. Et in quotuplici significatione accipiatur sanctum.pagi.18. col.1.num.1.
Sanctitas quid.pag.18.col.1.num.2.
Sanctitas duplex.pag.22.col.1.nu.2.
Schisma quid sit,describitur.pag.534.col.2. num.1.
Schisma quòd locum non habeat in ecclesia, aduersarij octo obiectionibus ostẽdere conantur. pagin.536.col.2.num.1.Et ad obiectiones respondetur.pag.537.colum.2. circa med.
Schisma quomodo ab hæresi differat,ostenditur.pag.540.col.1.num.1.
Schismatis abiurandi forma quæ sit,ostenditur.pag.561.col.1.num.1.
Schismatis & Schismaticorum peccati grauitas ostenditur.pag.541.col.1.nu.1.
Schismata quæ fuerunt in ecclesia,recensentur.pag.546.col.1.num.1.
Schismata quomodo ab ecclesia sint tollenda.pag.549.col.2.num.1.
Schismaticus an papa esse possit? pagi.551. col.2.nu.1.
Schismatici qui dicantur.pag.535.col.2.numero.2.
Schismatici an spiritualem habeant potestatem.pag.544.col.1.nu.1.
Schismatici an sint dicendi omnes,qui intruso,aut Antipapæ adhærent,inquiritur. pagi.558.col.2.num.1.
Schismaticorum peccatum in quo differat à peccato hæreticorum.Et de differẽtia grauitatis peccati eorum inter se fusè agitur. pag.543.col.1.num.1.
Schismaticorum pœna describitur.pag.545 col.2.num.1.
Scientiæ omnis veritas quòd ad ecclesiam catholicam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tholicam pertineat. Et quomodo in ecclesia dupliciter sit logica, Physica, & Ethica. pag. 27. col. 2. in medio.
Secta, Superstitio, & Hæresis quomodo differant. pag. 565. col. 1. num. 2.
Seculares quomodo, & in quibus summo Pontifici subuenire teneantur. pagi. 403. col. 2. num. 4.
Sedis apostolicæ iudicium, quòd in his, quæ fidei sunt, & ad humanam salutem necessaria, errare non possit, ostẽditur. pag. 379 col. 2. & per totum cap.
Seruitus duplex, peccati & iustitiæ describitur. pag. 131. col. 1. nu. 1.
Seth & Enos quòd non fuerint primum exemplar separationis bonorum à malis. pagi. 47. col. 1. num. 7.
Soror Christi quomodo dicitur Ecclesia, ostenditur. pag. 67. col. 1. ante med.
Spiritus sanctus quomodo detur dupliciter, authoritate scilicet, & ministerio. pag. 83. col. 1. num. 3.
Sponsa Dei quòd dicatur Ecclesia. pagi. 67. col. 2. nu. 1. Et de tempore desponsationis eius. ibid. col. 2. nu. 2.
Sponsus ecclesię quomodo etiam Romanus Pontifex dicatur, ostẽditur. pag. 213. col. 2. in medio. Contra quod fiũt obiectiones pag. 214. col. 1. in medio. Et respondetur ad eas ibid. col. 2. num. 1.
Status nomine quid designetur. pag. 130. colum. 1. num. 1.
Status triplex quomodo in ecclesia reperiatur. ibid. col. 2. nu. 2. Et plura de hoc ibi.
Status religiosorũ quòd sit status perfectionis, sed quòd perfectior sit status episcoporum. pag. 134. col. 1. nu. 2.
Statutis papalibus obediendum esse ostenditur. pag. 249. col. 1. nu. 1.
Statuum pertinentium ad spiritualem seruitutem, vel libertatem differentia, quòd penes incipientes, proficientes, & perfectos attendatur. pag. 131. col. 2. num. 3.
Subscribendi modus in concilijs vniuersalibus, ostenditur. pag. 435. col. 2. in fin.
Superstitio in quo differat ab Hæresi & Secta. pag. 565. col. 1. nu. 2.
Summa ecclesiastica in quatuor libros diuisa. pag. 2. col. 1. num. 5.
Symboli noui editio quòd ad Romanũ Pontificẽ pertineat. pag. 376. col. 1. post med.
Synagoga, & Ecclesia vnde differentiam acceperint. pag. 3. col. 1. nu. 2.
Synodus duplex notificatur. pagi. 415. columna. 2. in fine.

T.

Tabernaculum dicitur ecclesia. pagi. 63. col. 1. in fin.
Tabernaculum quid propriè sit. ibid.
Tabernaculum, quod Dominus Exod. fieri iussit, quid designet. pagi. 63. colum. 2. per totam.
Templum quomodo dicatur ecclesia, ostenditur. pag. 64. col. 1. post prin.
Templũ Salomonis quid significabat. ibid.
Temporalium rerum quam iurisdictionem non habeat Papa. pag. 393. col. 2. nu. 1.
Temporalium rerum quam iurisdictionem habeat papa. pag. 399. col. 1. nu. 1. Contra quod fiunt obiectiones. pagi. 405. colũ. 1. nu. 1. Et respondetur ad eas. pagi. 406. colum. 2. num. 1.
Tempus, quo beatus Petrus pontificalem authoritatem suscepit, ostenditur. pagi. 216. col. 1. num. 2.
Tempus, quo cõcilia in ecclesia celebrari cœperunt. pag. 416. col. 1. nu. 1.
Terra dicitur ecclesia. pag. 53. col. 2. in fin.
Tonsura clericalis quid operetur. pagi. 169. col. 1. in prin.
Totum quòd non semper, nec quodlibet sit maius sua parte, ostenditur. pagi. 324. colum. 2. num. 1.
Tributum quomodo soluat ecclesia Imperatori, ostenditur. pag. 157. col. 2. nu. 3.
Turcæ quomodo sanctorum conciliorum celebrationem exhorrescãt. pagi. 429. in princi.

V.

Valdensiũ, seu pauperum de Lugduno error circa potestatem clauium recitatur. pag. 173. colum. 2. num. 1.
Varietas, & distinctio multiplex statuum, ac officiorum congruè poni in ecclesia declaratur. pag. 125. col. 2. nu. 1.
Varietas triplex principaliter in ecclesia reperta ostenditur. pag. 129. col. 1. nu. 1.
Vbi venit fides, &c. quem sensum habeat. pagi. 40. col. 2. nu. 3.
Venter ecclesiæ quare comparetur aceruo tritici vallato lilijs. pag. 80. col. 1. nu. 3.
Veritas catholica quid sit, ostenditur. pagin. 369. col. 2. nu. 1.
Veritas catholica quot genera aut gradus habeat. pag. 370. col. 1. nu. 1.
Veritas multipliciter accepta recẽsetur. pag. 106. colum. 1. num. 3.
Verũ quomodo duobus dicatur modis. Vel quod nõ est fictum aut falsum. Vel quod non est figuratiuum. pag. 156. colmna. 2. numero. 2.
Vinea dicitur Ecclesia. pagi. 54. columna. 2. num. 1.
Virgo quomodo dicatur ecclesia. pagin. 73. col. 2. num. 1.
Virginitas duplex describitur. pag. 73. colum. 2. num. 2.
Vnio membrorum ecclesiæ ad inuicem & ad caput eorum qualis sit, ostenditur. pag. 108. col. 2. circa finem. & per totum cap.
Vnionis membrorum ecclesiæ adinuicem causa efficiens notatur. pag. 111. colum. 1. num. 1.
Vnitas ecclesiæ quòd ex multis colligi possit, ostenditur. pag. 11. col. 1. nu. 1. & pag. 12. per totum.
Vnitas adinuicem quadruplex secundùm Thomam describitur. Et quomodo hæc in corpore mystico inueniatur. pag. 109. col. 1. num. 1.
Vnitas simplicitatis ecclesiæ quòd Columbæ nomine denotetur. ibid. col. 2. num. 2.
Vnitas inter Patrem & Filium quòd sit duplex, vna naturæ, altera amoris. Et qualiter vtraq; sit in nobis, ostenditur. ibid. numero. 3.
Vnitas ecclesiæ quomodo à tota Trinitate communiter sit, ostenditur. pag. 111. colum. 1. num. 1.
Vnitatis ecclesiæ cũ Christo modus & qualitas describitur. Et ibi triplex vnitas ostenditur. pag. 113. col. 1. nu. 1.
Vnus homo quomodo Christus sit cum corpore suo, id est ecclesia, ostenditur. pagi. 115. col. 1. num. 2.
Vox membrorum & capitis quòd sæpe vna sit: cùm tamen proprietates diuersæ sint. pag. 122. col. 2. nu. 2.

Indicis finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNIS DE TVRRE CREMATA S. ROMANÆ ECCLESIÆ PRESBYTERI CARDINALIS SANCTI SIXTI, IN Summæ Ecclesiasticæ libros quatuor, Proœmium.

*

SVMMARIVM.

1 *Militia cœlestis & terrestris data est à Christo in custodiam ecclesiæ suæ.*
2 *Fortes qui ambiunt lectulum Salomonis sunt doctores catholici.*
3 *Hæretici quibus artibus hodierno die ecclesiam Catholicam inuaserint.*
4 *Hæreticorum uanitas non sermonis elegantia sed manifestis rebus deuincenda.*
5 *Summa ecclesiastica in quatuor libros diuisa.*

ECCE lectulum Salomonis ambiunt sexaginta fortes ex fortissimis Israel: omnes tenētes gladios in manibus, & ad bella doctissimi. Vniuscuiusque ensis super femur suum: propter timores nocturnos. Canticorum. 3. Inter cętera singularis dilectionis signa, quibus cælestis sponsus Dei filius sponsam suā sanctam vniuersalem ecclesiam sincero amore complecti facilè cerni potest, illud euidens extat signum, quod ei contra antiquum serpentem humanæ salutis perniciosissimū hostem in custodiam & præsidium firmumque tutelæ munimen prouida superni consilij dispensatione delecta est primatus cælestis illa, quam & angelicam dicimus, inuictissimæ virtutis militia, de qua dominus per Isa. ait. *Isa.ca. 62.* Super muros tuos Hierusalem posui custodes. Dehinc militia terrestris catholicorum scilicet doctorum cœtus, quorum studij atque industriq potissima cura esse debet contra tentatoris insidias ecclesiam tueri: vt catholica fides in ea ab omni errorum contagione cōtra hæreticos immaculata seruetur, & pax & vnitas aduersus scismaticos imperturbata consistat, de quibus per Zachariam *Zach.9.* dominus ipse locutus est. Circundabo domū meam, idest, vt glo. explicat, ecclesiam, ex his qui militant mihi quos milites Christi fidem pacemque tuentes ecclesiæ spiritus sanctus describens, à magnitudine roboris animi, à zelo feruentissimo fidei, à strenuitate bel- 1

landi, ab amplitudine sapientię, denique ab insatigabili prouidentia in verbis propositis ait. En lectulum Salomonis ambiūt sexaginta fortes. Sanè si vnquam Christi militibus incubuit, quos esse doctores catholicos diximus, fortibus accinctos gladijs validissimisque munitos armis Salomonis lectulum ambire, & illum peruigili circunsepire custodia, ne aliqui simplicitate mentis capti vel errore ducti, aut aliqua fallentis astutiæ calliditate decepti, de castris pereant ecclesiæ, id maximè nouissimis diebus nostris eis incumbit. Quippe cùm eos eo maiore vigilantia maioreq; cum fiducia esse oporteret, quo aduersarij subtiliore acrioreque insidiātur astutia. Insurrexerunt nanque hoc nostro lugendo tempore pestilentes quidam homines spiritu ambitionis inflati, qui diabolico instinctu fraudeque nimia excitati, falsa dogmata tam circa potestatem ecclesiasticam quàm secularem, à sanctorum patrū doctrinis penitus aliena pernicioſis ausibus introduxerunt, quibus vniuersalem ecclesiam acerrimè oppugnando magnis illā vulneribus grauiter afficerent: velle siquidem visi sunt inanibus suis dispositionibus vnitatem ecclesiæ discerpere, claritatem nobilitatis eius confundere, datum verò diuinitus ordinem subuertere & speciositatem decoris eius turpiter offuscare, apostolicæ insuper sedis, quæ fidei magistra cunctarumque ecclesiarum mater est, primatus gloriam supremāque eius autoritatem diuinitus concessam deprimere & labefactare moliti sunt. Vniuersum igitur ecclesiæ corpus ita perturbant, vt nihil ex ipsius corporis compage in concussum insauciatumque euadere videatur. Cum itaque horum impiorum hominū sacrilegæ assertiones tanta impietate contra Dei ecclesiam & apostolicam sedem grassentur, vt non solum euangelicæ veritati aduersentur: sed multis scismatibus & erroribus animarum periculis, principum dissentionibus & scandalis populorum viæ per eos paratæ sint, luculenter quisque intelligere po- 2 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

test quòd non portionem aliquam ecclesiæ, sed ipsã christianę religionis conari videantur fundamenta conuellere. Quocirca merito per catholicos doctores celeri festinatione illis est occurrendum, & fidei inexpugnabilibus armis quàm citissimè resistendũ. Quoniam vt ait Leo Papa in talibus casibus non caret suspicione taciturnitas: quia occurret veritas si falsitas displiceret. Hinc nos Ioannes de Turre cremata Sanctæ Romanę Ecclesiæ tituli sanctæ Mariæ in trans Tyberim presbyter Cardinalis sancti Sixti vulgariter nuncupatus, zelo fidei inexpugnabilibus armis quam citissimè resistendum & honoris sponsæ Christi vniuersalis ecclesiæ pulsi: licet non satis ad rem tantam periti, satis debito nostro & dignitatis loco facere optãtes. ne etiam in hac nimis graui causa tacturnitatis culpæ teneamur obnoxij, aduersus huius ecclesiæ Dei & primatus sancti Petri aduersarios, iuxta vires ingenij nobis desuper crediti, librum quem Summam cõtra ecclesię & primatus apostoli Petri aduersarios censuimus esse appellandum opitulante domino condidimus. In quo ex scripturæ diuinæ radicibus & patrum sanctorum irrefragabilibus sententijs prædictas impiorum hominum assertiones abundè (vt arbitramur) confutatas à cordibus fidelium repellendas esse ostendimus, quorum vanis obiectionibus responsis subiectis ab eorum infestatione lectulum, ideſt, ecclesiam Christi ex Dauidica turre clipeis pendentibus tutatam præmunitamque pro nostra virtute reliquimus. Scripsimus autem hæc rudi sermone
4 Augustin⁹. scholasticum morem secuti, quia vt ait Augustinus contra Manichæum. Non ornato politoque sermone, sed rebus manifestis cõuincenda est vanitas hæreticorum. Quam summã in quatuor libros distinximus. Quo
5 rum primus titulum habet de vniuersali ecclesia. Secundus de ecclesia Romana & pontificis eius primatu. Tertius de vniuersalibus concilijs. Quartus de scismaticis & hereticis. Verumetiã licet in his nostris scriptis sicut & in quibuscunque alijs semper studuerimus non pro voluntatis nostræ appetitu de rebus scribere, sed quantum de thesauris dominicis autà sanctis patribus vel præclarissimis sacræ theologiæ professoribus studiosa diligentia summa cum fide accipere potuimus. Nihilominus quia nulla penitus inflexibili animositate dixisse voluimus: nisi quæ iuxta fidei orthodoxæ regulam aut sanctorum patrum approbatissimas sententias dicenda veniunt, hoc opus opitulante nobis diuinitate iam absolutum sancto domino nostro Nicolao Papæ quinto, quihoc nostro æuo diuinę gratiæ munere cum multa meritorum claritate in cathedra Petri dignissime sedet. Cui⁹ fides, vt ait beat⁹ Sixtus prædecessor eius, nullam hæresim fouet, sed omnes hęreses destruit, corrigendum emendandumque offerimus dicẽtes cum beato Hierony. Hæc est fides papa beatissime quam in catholica didicimus ecclesia, quãque semper tenuimus, in qua si minus peritè aut parum cautè fortè aliquid positum est emendari cupimus à te, qui Petri & sedem & fidem tenes. Si autem nostra confessio apostolatus tui iudicio probatur, quicunq; me culpare voluerit se imperitũ & maleuolum, vel non etiam catholicum sed hæreticũ comprobabit.

Dedicatio operis.

Sixtus in c. memor. 24. quæst. 1.

Causa edendi huius operis.

¶De nomine ecclesiæ & differentia eius à nomine synagogę. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia & synagoga nomina græca idem significant.*
2 *Synagoga & ecclesia unde differentiam acceperint.*
3 *Ecclesia quid propriè significet.*
4 *Causæ quatuor ecclesiam constituentes.*
5 *Baptismus est ianua, qua Christo incorporandi ecclesiam ingredimur.*
6 *Hæreticorum congregatio non ecclesia sed synagoga dicenda est.*

1 Ecclesia & synagoga quid differant.

DE ecclesia cum adiutorio omnipotentis Dei locuturi à quid nominis ecclesiæ inchoabimus. Vt autem dicit venerabilis Beda exponens illud Prouerbiorum. 5. Pene fui in omni malo in medio ecclesiæ & synagogæ. Ecclesia & synagoga Græca nomina sunt, & vnã eandemque rem significant. Latinè conuentum scilicet plurimorum ad inuicem. Si autem subtilius distinguantur, ecclesia conuocatio, Synagoga congregatio interpretatur. Quia autem vox & conuocatio propriè est rationalis creaturæ, congregatio verò etiam irrationalis creaturæ esse potest. Vnde Genesis. 1. dicitur. Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt. Et gallina etiam dicitur cõgregare pullos suos. Cũque inter homines soli rationales habendi sunt fideles: verbum rationabile fidei audientes & mente percipientes, vetus ille Hebræorum populus quandiu in vnius veri Dei fide & cultu permansit vtroque nomine ecclesia scilicet & synagoga vocatus legitur, sicut in multis sacræ scripturæ locis patet. Vnde numeri. 16. vocatur synagoga vbi dicitur. Insurrexerunt contra Moysen ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ. Item in eodem lib. Item populus ecclesia legitur nominatus, vbi Moysi dictum est. Cur eduxisti ecclesiam Dei in solitudinem? Post aduentum autem saluatoris nostri populo iudæorum, exceptis paucis in Christum credentibus, infidelitatis tenebris obcæcato, gratia distinctionis sicut partita sunt nomina vt pars illa Hebræorum qui lumen Dei non recepe runt quasi irrationabilium & brutorum congregatio synagoga tantum dicta sit. Pars verò Hebræorum & aliorum qui in christũ crediderunt ecclesia & nunquam synagoga sit appellata. Vnde beatus Augusti. tractans illud. Deus stetit in synagoga deorum, ideſt, populorum Israel, ita in cõfirmationem eorum quæ diximus dicit. Ipsorum propriè synagoga dici solet, quamuis & ecclesia dicta sit. Sed nostram apostoli synagogam nunquam dixerunt sed semper ecclesiam siue discernendi causa, siue quòd inter congregationem vnde synagoga, & conuocationem vnde ecclesia nomẽ accepit, aliquid distet, quòd scilicet congregari & pecora solent ac ipsa propriè quorum & greges propriè dicimus. conuocari est magis vtentium ratione sicut sunt homines. Hæc Augusti. Et sunt etiam verba Isidori. Vt notetur ergo Iudæorum infidelitas dicta est eorum synagoga, ideſt, cõgregatio quasi pecorum & indiscretorum. Et vt fidelitas nostra ipso vocabulo innueretur, nostra dicta est ecclesia, ideſt, conuocatio quasi rationabilium & discretorum. vnde de ecclesia dicitur in Psalm. Confitebor tibi in ecclesia magna & in populo graui laudabo te. Populus enim ecclesiæ inquit Albertus magnus dicitur esse grauis maturitate virtutis. & illi soli sunt qui rationem colunt & rationabiles Dei voces intelligunt & audiũt vocationem Christi. Habemus iam ex dictis quid nominis ecclesię, ex quibus illico colligitur notitia eius quid sit ecclesia secundum rem. Est enim catholicorum siue fidelium collectio. vt de consc. distinctio. 1. in cap. ecclesia habetur. Siue ecclesia est vniuersitas fidelium qui vnius veri Dei cultu, vnius fidei professione conueniunt. Vnde glos. super illud Quod est ecclesia Dei viui, dicit. Ecclesia est conuocatio multorũ ad vnius Dei cultum. De qua ecclesia Apostolus sic loquitur, Christus dilexit ecclesiam & tradidit semetipsum pro ea vt illam sanctificaret mũdans eam lauacro aquę in verbo vitæ vt exhiberet eam ipse sibi gloriosam ecclesiã. &c. Et infra. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam & adhęrebit vxori suę & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. In quibus verbis beatissimus Paulus quatuor videtur tãgere causas ipsius ecclesiæ, videlicet efficientem, materialem, formalem, & finalem. Ex quibus perfecta colligi potest notitia naturę ipsius ecclesiæ. Dicit enim Aristoteles. Tunc enim vnumquodque perfectè arbitramur cognoscere cũ omnes eius causas cognoscimus. Causa efficiens ecclesię duplex distinguitur. Vna principalis & alia instrumentalis. Principalis est ipse Christus qui plantator est & fundator ecclesiæ. Vnde Ieremias ait. Ego te plantaui vineam electam omne semen verum. Et Matthæi. 16. ait Petro. Super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. Et hanc causam efficientem ecclesiæ tangit apostolus, dicens. Christus caput est ecclesiæ & saluator corporis eius. Vbi glos. inquit. Christus est rector & actor ecclesiæ. Causa verò instrumentalis ecclesiæ dicuntur ipsa sacramenta quæ à Christi passione habentia virtutẽ tanquam instrumenta diuinæ pietatis disponunt & operantur ad ædificationem & formationem corporis ecclesiæ. Ait enim Augustinus super Psalm. Quando dormiuit in cruce Christus signum gestebat imo implebat quod significatum erat in Adam: quia cum dormiret Adam costa illi detracta est & Eua facta. Sic & dominus cùm dormiret in cruce lancea latus eius percussum est, & sacramenta fluxerunt vnde facta est ecclesia. Item glos. August. ad Ephe. 4. Dormiuit Adam vt fiat Eua. Moritur Christus vt fiat ecclesia. dormiente Adam fit Eua de latere. mortuo Christo lancea latus percutitur vt profluant sacramenta, quibus formetur ecclesia. Baptismus verò præcipuè ad hanc corporis ecclesiæ formationem inter alia sacramenta dicitur cooperari: qui basis est aliorum &

Matth. 23.
Cap. 22.
Augusti. in psal. 81.
Isido. lib. 8. Ethi. cap. 8
Psal. 34.
1. Thi. 3.
Eph. 5.
1. Posterio. rum.
Iere. 2.
Matth. 16.
Ad eph. 5.
Baptismus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostium quo quis Christo incorporãdus ecclesiam ingreditur. Vnde gloss. super illud. Ostium autem archæ pones in latere deorsum, dicit. Nemo intrat in ecclesiam nisi per sacramẽtum remissionis peccatorum quod de latere Christi aperto emanauit. Hanc autem causam efficientem instrumentalem formationis corporis ecclesiæ tangit Apostolus in verbis supradictis vbi ait. Mundans eã lauacro aquę, scilicet, sanctificatæ vt ait glo. in verbo vitę, idest, quo datur vita. Quo accedente ad elementum fit sacramentum quo sanctificatus homo accipit vitam æternam inquit glos. Causa autem materialis sunt ipsi fideles, quam Apostolus tangit in nomine ecclesiæ dicens. Dilexit ecclesiam. ecclesia autem vt dictum est: collectio fidelium est. Causa autem finalis ecclesię duplex est. Vna in præsenti scilicet sanctificatio eius, & hæc tangitur ab Apostolo cum ait. Vt illam sanctificaret. gloss. iustam bonæ vitæ. Secunda est finis vltimus qui expectatur in alia vita, ad quem perducenda est ecclesia quando introducetur in thalamum sponsi, quæ est adeptio supernæ beatitudinis. Et hanc causam tangit Apostolus in verbis superioribus vbi ait. Vt exhiberet ipse sibi eam gloriosam. gloss. in anima & in corpore rutilantem geminata stola decoratam. Causa verò formalis est vnitas corporis mystici cũ Christo. Et hanc tangit Apostolus cùm ait. Erunt duo in carne vna. sacramentum hoc magnũ est in Christo & in ecclesia, quia vt ait gloss. Coniugalis copula signum est spiritualis vnitatis Christi & ecclesiæ. Et ita patet quam plenè beatissimus Apostolus in auctoritate prædicta quadruplicem causam ecclesię describat. Et hoc tantum à nobis dictum sit vt quid nominis & quid rei ipsius ecclesiæ. Ex
6 quibus apertè confutatur hæreticorum stultitia qui congregationes suas ecclesias vocãt: cum magis synagoga Sathanæ dicendę sint.
Eccles. 21. secundum illud. Stuppa collecta synagoga peccantium.

¶De varia acceptione huius nominis Ecclesia. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quòd aliquando capiatur pro domo materiali.*
2 *Item pro uniuersitate omnium fidelium tam comprehensorum, quàm uiatorum.*
3 *Aliquando etiam ecclesia sumitur pro uniuersis hominibus unius prouinciæ, aut familiæ.*
4 *Item pro omnibus fidelibus habentibus fidem charitate formatã: aut pro electis & prædestinatis, aut denique pro uniuersis præsidentibus in ecclesia.*
5 *Ecclesię in qua significatione largius & arctius accipiatur.*

Ecclesia uarie accipitur.

QVoniam varijs & diuersis modis nomen ecclesiæ tam in sacra scriptura quàm apud sacros canones legimus accipi, vt manifestius fiat sub qua significatione de ecclesia sumus locuturi, oportunum nobis visum est in hoc principio varietatem acceptionis illius præmittere. Pro quo sciendum quòd
1 ecclesiæ nomen aliquando capitur pro domo materiali diuinis laudibus & orationi dedicata illo genere locutionis quo continens nomen solet accipere contentum. sicut vas argẽteum vel aureum vel de alio metallo in quo Christi sanguis coutinetur nominatur calix sanguinis Christi. Et domus in quibus scholares ad audiendam doctrinam & docto res ad docendum conueniunt, scholæ nominantur. Sic pari modo locus in quo fit congregatio & conuocatio fidelium ad aliqua diuina opera consummanda, cõmuniter & rationabiliter vocatur ecclesia. quod triplici ratione conuenire ostenditur. Primò quia in tali domo fit fidelium conuocatio ad audiendam fidei doctrinam. Vnde pro hac causa constitutus est beatissimo Petro locus scilicet cathedra in Antiochia. Vnde de eo cantatur illud. Exaltent eum in ecclesia ple- Psalm. 16.
bis, & in cathedra seniorum laudent eum. Et de Christo dicitur. Et erat quotidie docẽs Luc. 18.
in tẽplo. ¶Secundò locus ille rationabiliter dicitur ecclesia: quia ibi fit congregatio & conuentio fidelium ad orandum & benedicendum Deum, atque ad impetrandum diuinit atis auxilium. Vnde, Conuocatus o- Iudith. 6.
mnis populus per totam noctem inter ecclesiam orauerunt petentes auxilium à Deo. Et dicit Apostolus. An ecclesiam Dei contemnitis. gloss. idest, domum orationis. ¶Ter- 1. Cori. 11
tiò locus ille materialis meritò ecclesia dicitur: quia in ea fideles congregantur ad offerenda sacrificia Deo & suscipienda diuina sacramenta quibus ipsa formatur & decoratur ecclesia. Vnde dicit ita dominus. Ad lo- Deuter. 12
cum quem elegerit dominus Deus noster de cunctis

cunctis tribub⁹ vestris vt ponat nomen suũ ibi & habitet in eo: venietis & offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras decimas & primitias manuum vestrarum & vo- Deute. 6.
2 ta atque donaria. Et ibidem. ¶Secundò nomen ecclesiæ inuenitur accipi pro vniuersitate omniũ fidelium tam viatorum quàm cõ
Eph. 1. prehensorum hominum scilicet & angelorum. De quo Apostolus de Christo loquens inquit. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. glo. quæ in cælo & quæ in terra est. ¶Tertiò accipitur pro vniuersitate fidelium hominum tantum. sicut ad Ephe. 5. vbi Apostolus ita loquitur. Christus caput ecclesiæ est ipse saluator corporis eius. Et infra Christus dilexit ecclesiam & tradidit semetipsum pro ea. Planum est autem quòd Christus nõ est mortuus pro angelis, sed pro hominibus
Luc. 2. quibus in salutem natus est. Quod manifestè inuenit angelus qui ad Pastores loquens ait. Ecce euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. ¶Quartò legitur ecclesia assumi pro vniuersitate omnium fidelium
Psalm. 21. viatorum. sicut in psalm. Erit apud te laus mea in ecclesia magna. gloss. in toto orbe nõ modo in Africa vt aiunt Donatistę, & Aug. super eodẽ. Ecclesia magna quid est fratres? nunquid exigua pars orbis terrarum ecclesia magna est? An ecclesia magna tot⁹ orbis
3 est? ¶Quintò accipitur ecclesia pro vniuersitate vnius prouinciæ aut vnius familiæ. Si-
Rom. ulti. cut ad Ro. Salutant vos Gaius hospes meus & vniuersa ecclesia. glos. prouinciæ vnde Ga-
2. Ad Corinth. 1. ius erat. Item Paulus ecclesię Dei quæ est Corinthij idest omnibus fratribus ecclesiæ Corinthiæ. hoc modo distinguimus ecclesiam Romanam: ecclesiam Toletanam, ecclesiam
4 Gallicanam, & Germanicam. ¶Sextò ecclesia accipitur pro vniuersitate fidelium habẽtium fidem charitate formatã. sicut illud. Filij
Sapien. 3. sapientiæ ecclesia iustorum & natio eorum obedientia & dilectio. ¶Septimò aliqui per ecclesiam accipiũt prædestinatorum siue electorum tantum vniuersitatem inducentes pro se illud. Nouit dominus qui sunt eius. vbi
1. Thi. 2. gloss. ita dicit. Quos præsciuit futuros conformes fieri imagini filij sui, idest, prędestinauit, vocauit, iustificauit, & glorificauit. Sequitur numerus talium est hortus conclusus fons signatus, puteus aquę viuæ, paradisus cum pomorum fructibus. ¶Octauo ecclesia accipitur pro præsidentibus tantum in ecclesia. sicut Matth. 18. vbi dicitur. Si pecca-
Act. 15.
5 uerit in te frater tuus. &c. dic ecclesiæ. gloss. Cryfostomi. id est his qui præsunt. Hoc modo accipitur in capit. si peccauerit. 1. quæst. 1. vbi gloss. super illud, die ecclesię, exponit, idest sacerdoti. ¶Nonò ecclesia accipitur pro subditis tantum alicuius prælati. sicut Actuum. 12. vbi habetur. Oratio autem fiebat ab ecclesia sine intermissione ad Deum pro eo scilicet, Petro qui ecclesiæ prælatus erat. Item Actuum. 20. Paulus maioribus ecclesiæ Ephesi inquit. Attendite vobis & vniuerso gregi in quo posuit vos spiritꝰ sanctus regere ecclesiam suam. ¶Decimo sumitur ecclesia pro maioribus & potioribus in ecclesia siue sint ecclesiastici, siue laici, sicut sumitur. 3. Regum. 10. vbi dicitur Conuertit rex faciem suam & benedixit omni ecclesię Israel. vbi ecclesia non pro vniuersõ Israel accipitur cum totus populus ibi presens non fuerit, sed vt ex principio capituli colligitur pro maioribus natu & principibus tribuum qui tunc ibi congregati erant. Pari modo accipitur. 1. par. vbi dicitur. Locu- 1. par. 29.
tus est Dauid rex ad omnem ecclesiam vbi tamen tantum primates tribuum conuenerant. Item hoc modo accipitur ecclesia ad Ephe. 3. vbi dicitur. Vt innotescat principibus & potestatibus celestibus per ecclesiam gloss. idest, per Apostolos in ecclesia prædicantes. ¶Vndecimò ecclesia accipitur pro personis minoribus siue inferioris gradus in ecclesia. sicut est illud. Suscepti sunt ab ecclesia & ab Apostolis & senioribus. Et iterum in eodem. Placuit Apostolis & senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis. vbi gloss. interlin. inquit. Præter Apostolos & seniores. ¶Duodecimò ecclesia accipi 5
tur pro solis ecclesiasticis viris siue pro solis clericis, sicut. 63. distinctio. capit. 1. vbi dicitur. Quod quisquis secularium principum vel potentum vel alterius dignitatis laicus aduersus communem ac consonantem atq; canonicam electionem ecclesiastici regiminis agere attentauerit anathema sit donec obediat & consentiat quicquid ecclesia de ordinatione ac electione proprij præsulis sę velle monstrauerit. ¶Decimotertiò ecclesia accipitur magis strictè non pro omnibus clericis sed pro maiori parte clericorum. probatur in capitu. Apostolica. 56. distinc. vbi dicitur. quod qui ab ecclesia electus est si altero dignior inuentus fuerit & canonicè electus consecretur vbi gloss. inquit. Hic accipitur ecclesia pro maiori parte eligentium. ¶Decimoquartò accipitur ecclesia stri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctius peculis canonicis matricis ecclesiæ. & sic sumitur extra de verbo. significa. cap. cū clerici, vbi dicitur quòd cum quis præstat iuramentum fidelitatis alicui ecclesiæ, non intelligitur totus clerus illius diœcesis, sed tantum Episcopus & canonici matricis ecclesię. qui vacante sede sunt ecclesia hoc modo dicta. sicut ex eodem capit. colligitur. ¶ Decimoquintò ecclesia accipitur pro forma alicuius sacramenti ecclesiæ. sicut est illud Augusti. Extra catholicam ecclesiam non est locus veri sacrificij glos. ideſt, extra formam ecclesiæ. Et hoc modo etiam ponit sanctus Tho. verbum ecclesia. ¶ Decimosextò nomen ecclesiæ aliquando sumitur pro auctoritate. sicut in capit. quodcunque. 24. quæst. 1. vbi dicitur. Si hoc verbum, scilicet, quodcunque ligaueris, tantum Petro dictum est non hoc fecit ecclesia. glo. Archi. ideſt, auctoritas ecclesiæ. Nos vero de hac tam varia acceptione nominis ecclesiæ sub ea sola ratione de ecclesia in sequentibus agemus qua ecclesia collectio siue vniuersitas dicitur fidelium, sicut in sequenti capitulo tangemus.

Aug. in lib. senten. Prosperi & habetur. 1. q. 1. in c. extra. S. Tho. in. 4 dist. 13.

¶ Sub qua significatione de ecclesia habendus sit sermo in consequentibus, vbi declaratur quòd in ecclesia sint boni & mali simul permixti. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quare vniuersitatem fidelium bonorum & malorum comprehendat sex rationibus ostenditur.*

CVm autem de ecclesia vniuersali & secundum conditionem præsentis status loqui proposuerimus, quia loqui de ea & eius membris secūdum conditionem status futuri supergreditur intellectus nostri virtutem: cum soli Deo cognitus sit numerus electorum in superna sælicitate locandus. Ecclesiam in ea significatione impresentiarum accipimus secundum quam ecclesia catholicorum collectio siue fidelium vniuersitas describitur. Fidelium dico, siue sint prædestinati siue non, siue in charitate existant siue non, dum tamen catholicam fidem teneant integram & pastoris sui censura ab ecclesia non sint præcisi. Hic autem modus acceptionis vniuersalis ecclesiæ est conuenientior quàm modus ille sub quo quidam errantes dogmatizarunt, quòd sancta & vniuersalis ecclesia dicenda sit tantum vniuersitas prædestinatorum siue charitatē habentium. Cuius conuenientię ratio multiplex assignari potest. ¶ Primo quia hic modus accipiendi ecclesiam vniuersalem, vt scilicet dicat collectionem siue vniuersitatem fidelium siue bonorum siue malorum est magis conformis sacrę scripturę & sanctorū patrum dictis. In cuius clarissimum argumentum. Christus in euangelio sanctam vniuersalem ecclesiam multis legitur comparasse rebus, quæ mixturam malorum cum bonis simul patiuntur. de quibus exempla pauca proferamus in medium. ait enim Matth. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congregāti. Super quo dicit beatus Grego. in homil. Sancta ecclesia comparatur sagenæ missę in mare & ex omni genere piscium congregan ti, quia nunc bonos malosque communiter quasi permixtos pisces fidei sagena continet sed littus sanctę ecclesiæ, ideſt, finis indicat sagena quid trahat. Item idem Grego. in alia homil. Boni soli nusquam sunt nisi in cælo, & mali soli nusquam sunt nisi in inferno. hæc autem vita quæ inter cælum & infernum sita est, sicut in medio subsistit ita vtrarumq; partium ciues communiter recipit. quos tamen sancta ecclesia & nunc indistincte suscipit & postmodum in egressione discernit. hæc Greg. & habetur. 23. quæst. 4. cap. hæc autem vita. Item in eodē. c. euangelij Christus ecclesiā comparat agro, in quo simul cum bono semine inuenta sunt orta zizania. & Matth. 3. Areæ ea ratione ecclesia legitur comparata. quia quemadmodum in area simul cum granis paleę permiscētur: ita in vniuersali ecclesia mali cū bonis simul cōtinētur. vnde Aug. ita dicit Firmissime tene & nullatenus dubites areā Dei esse ecclesiā catholicam & intra eam vsque in finem seculi frumento paleas cōtineri, hoc est bonis malos sacramentorum communione misceri & in omni professione siue clericorum siue monachorum siue laicorum esse bonos simul & malos. hæc Augustin. Præterea hac de causa ecclesia sancta & vniuersalis à Christo legitur

Matth. 13.

Matth. 3.

De fide ad Pet. cap. 3. par. 2.

tur comparata decem Virginibus, quarum quinque erant fatuæ & quinque prudentes. super quo ait beatus Grego. Præsens ecclesia regnum cælorum dicitur. & quia ex vtroque sexu multipliciter colligitur sancta ecclesia decem virginibus similis denunciatur: in qua quia mali cum bonis & reprobi cum electis sunt admixti recte virginibus prudentibus & fatuis similis perhibetur. Hæc Greg. Hac insuper ratione figurata dicitur ecclesia per archam Noe, in qua immitia cum mitibus & munda cum immundis animalia locata simul fuisse leguntur. vbi gloss. super Genes. capit. 8. ita inquit. Quod cuncta animalium genera includuntur in archa, significat, quòd ex omnibus gentibus & nationibus congregatur ecclesia. sicut in discco Petri mūda & immunda sunt animalia, sic in ecclesię sacramentis versantur boni & mali. Et sub illo verbo emisit columbam post coruum. ita subiungit. Archa continet corum & columbam, ita ecclesia bonos & malos. ¶ Secunda ratio conuenientiæ est quia huic modo acceptionis nominis ecclesiæ magis conuenit ratio vniuersalis & catholicæ discretionis, quoniāambitu vniuersalitatis suæ plures quam cæteri modi continet, immò omnes alij modi acceptionis nominis ecclesiæ sunt tanquam partes eius. sicut enim apud ciuilitatem secularem intra ambitum totius reipubli. vna multitudo pars alterius est. sicut multitudo domestica pars multitudinis ciuilis. vt. 1. Politicorum deducitur. & ciuilis multitudo pars multitudinis regni, cuius ambitu omnia includuntur. Ita apud rempub. religionis christianę sub hac amplitudine nominis ecclesiæ secundum quam dicit vniuersitatem omnium quiin catholica fide & sacramentorum societate conueniunt, comprehenduntur omnes modi alij secundum quos particularius nomen ecclesię accipitur & ita huic modo acceptionis ecclesiæ nomē & ratio vniuersalis & catholicę discretionis plenius conuenit. ¶ Tertia ratio conuenientiæ est quoniam ex hoc amplior & extensior manifestatur essentia populi Dei: quoniā in gloriam ipsius Dei cedit secundum illud. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. dicitur autem Baruch. 3. O Israel quam magna est domus domini & ingens locus possessionis eius. De hac autem amplissima multitudine populi Dei ita dominus Abrahæ loquitur. Faciam semen tuum sicut puluerem terrę. & infra. c. 15 dicit. Suspice cælum & numera stellas cæli si potes, & dixit ei Sic erit semen tuum. glos. ideſt, populus christianus, cuius pater futurus es in fide. vbi semen Abrahæ comparatur nunc arenæ maris propter carnales & aridos & à bonis operibus infæcundos. nunc autem stellis cæli propter eos qui velut stellæ virtutibus fulgent. vt dicit gloss. Hæc autem christiani populi amplitudo esse nota non posset si sancta & vniuersalis ecclesia vniuersitas tantum prædestinatorum aut collectio tantum in charitate existentium censeretur. cultus nanque christianæ religionis & ipsius catholicæ fidei sacramentum in quo catholica societas conuenit plus habet notitiæ & experientiæ apud nos quàm scriptura prædestinationis & etiā quam status charitatis. Non enim nobis ita datum est cognoscere aliquem esse prædestinatum aut charitate Christo coniunctum sicut nobis concessum est cognoscere si quis sit de religione christiana. vnde Augustin. Est vnitas ecclesię quę late patet in sacramētorū videlicet societate & communione quæ amplectitur cum granis etiam paleas. vbi gloss. inquit. Est vnitas quæ latè patet, sed ecclesię vnitas quæ est in fidei charitate non ita latè patet, sed hæc amplectitur solos bonos: sed secundum vnitatem sacramentorum etiam malos hęc gloss. ¶ Quarta ratio quoniā per hoc cognoscit vnusquisque si ad ecclesiā pertineat an non, in quo non parum consolationis accrescit fidelibus posse habere noticiam apud se vnumquēq; si ad ecclesiā christi pertineat. Scit enim vnusquisque & cognoscit veraciter si fidē habeat an non. quod de prædestinatione aut charitatis statu minime concessum est cognoscere. dicit enim Augu. Nihil est homini certius fide sua qua creditur quod longissimum est à sensu. Item Aug. Fidem inquit suam videt quisq; in corde suo si credit, vel non esse si non credit. non sicut corpora quę videmus oculis corporeis vel per ipsorum imagines. nec sicut animam quam conijcimus ex motibus corporis. non sic videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est, sed eam tenemus certissima scientia. hæc ille. & sanctus Tho. in. 3. suo super eodē passu magistri. Dicit aliud esse de charitate & de fide: quoniam habēs fidem scire potest se habere illam, quod non contingit de charitate. Qua ex re notū & perspicuū fit vnicuique si ipse ad ecclesiam vniuersalem pertineat, quod ad prægrādem dignitatē & gratiam singularem habendum, est à fidelibus. ¶ Quinta ratio conuenientiæ est, quoniam

Matth. 25.

Prouer. 14

Gene. 13.

Lib. de bap. & habetur de consecr. dist. 4. nō

Libro 11 tri nit. & ponitur à magistro in. 3. sen. dist. 23

Universidad de Deusto
Biblioteca

per modum prædictũ acceptionis nominis ecclesiæ pax & concordia maior seruatur in populo Dei. Si enim soli prædestinati & in Christi charitate existentes ad ecclesiam pertinere dicerẽtur, cùm ignotum esset qui tales forent, nõ dubiũ quin inter fideles multa schismata & scissuræ plurimæ orirent, sicut experiẽtia cognoum⁹ eo tẽpore quo dogma hoc pestiferum à quibusdã hęreticis dogmatizatũ est. quare dñs ait discipulis nõ esse eradicãdã zizaniã: sed vsq; ad messis tempus cũ tritico permittẽdã. Et Aug. sup psal. 119. tractans illud. Cũ his qui oderunt. dicit sic. Qui sunt qui oderũt pacẽ? Qui cõsciderunt vnitatẽ. Si enim pacẽ nõ odissent in vnitate permãsissent. Et infra catholica vox dicit. Non est dimittenda vnitas, non est præscidenda ecclesia Dei. iudicabit Deus de bonis & malis postea. Si nũc mali à bonis separari nõ possunt ferendi sunt ad tempus. Mali in area ho biscum esse possunt, in horreo esse non possunt. Et forte qui hodie mali apparẽt, cras boni erunt. & qui hodie de bonitate superbiunt cras mali inuenientur. hæc ille. & Aug. ita dicit. Quantus arrogantiæ tumor est: quãta humilitatis & lenitatis obliuio, & arrogantiæ quanta iactatio vt quis se posse facere credat quod neq; apostolis cõcesserit dñs, vt zizaniã videlicet à frumẽto putet se posse discernere? ¶ Sexta ratio est qñ ex hoc principat⁹ ecclesię magis firmat in mẽtibus fideliũ & roborat planè si nõ soli prædestinati ad ecclĩa Dei cẽserẽtur ptinere. credẽtibus hominib⁹ principatũ ecclesiæ tãtũ his|q de ecclesia sunt cõuenire, nulla haberetur apud fideles certitudo prælationis, nisi super hoc reuelatio fieret singularis. Quę incertitudo aut dubietas nullo modo habenda est circa principatum & potestatem ecclesiæ, quæ veluti clarissima ciuitas super montem posita refulget vniuersis. Ad quod optimè facere videtur illud Hieronymy. Omnibus consideratis putò me nõ temere dicere alios ita esse in domo Dei vt ipsi etiã sint domus Dei, quæ domus etiã claues accepit atq; potestatem soluendi & ligandi. hoc ibi. Sanè si ecclesia in solis prędestinatis cõsisteret, eadẽ incertitudine vacillaret põtificiũ clauiũ ecclesię, qua apud nos infirma est certitudo p̃destinatorũ. merito ergo vniuersitas fideliũ sine alia limitatiõe aut determinatione nomen & rationẽ obtinuit vniuersalis ecclesię, licet etiã alijs modis vt dictũ est, minus tñ vniuersaliter ecclesia accipiť. Ex hoc etiã manifestissimũ reddiť quã rationabiliter damnatus sit error dicentium, quòd sancta & vniuersalis ecclesia sit tantum prædestinatorum siue electorum vniuersitas.

Matth. 13.

Can. omnibus. 24. q. 1

¶ In quo ponuntur obiectiones aliquę contra illud quod dictum est, quòd in sancta & vniuersali ecclesia boni cõtinean tur simul & mali. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Argumenta octo quibus probatur sanctam & catholicam ecclesiam non posse dici & uniuersitatẽ & collectionem bonorum & malorum.*

Cant. 4. *Argumẽtũ primum cui usq; sequẽtiũ solutiones habẽtur cap. 5.*

VIdebitur fortassis aliquibus, quòd sancta & vniuersalis ecclesia non sit dicenda quę bonos simul & malos cõtineat sed quę bonos tãtum: quod multipliciter arguitur. ¶ Primò ex illo quod de ecclesia sancta & vniuersali habetur. Hortus cõclusus, fons signatus: pute⁹ aquarũ viuentiũ. quod verbũ Aug. li. 5. cõtra donatistas dicit. Nõ audeo intelligere, nisi in sanctis & iustis, nõ in auaris, nõ in fraudulẽtis raptorib⁹ & ebriosis. ergo videtur q̃p sancta & vniuersalis ecclesia solos iustos & sctõs cõtineat. ¶ Secũdò idẽ arguit ex illo Canti. quod spõsus ad spõsam loquitur, idest, Christ⁹ ad ecclesiã. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Planũ est aũt q̃p si sancta & vniuersalis ecclesia tota pulchra & sine macula est, q̃p nõ habebit turpes & deformes moribus & peccatorũ sordib⁹ maculatos admixtos cũ bonis q̃ decore virtutũ speciosi refulgẽt. ¶ Tertiò idẽ arguitur ex illo Apostoli. Christ⁹ dilexit ecclesiã & tradidit semetipsum pro ea vt illã sanctificaret. sequitur, vt exhiberet eã nõ habẽtẽ maculã neq; rugã nec aliquid huiusmodi. Haberet aũt maculã & rugã si malos simul cũ bonis admixtos haberet. ¶ Quartò ostẽditur ex illo, q̃p vt inqt Aug. Archa dñi quę ecclesiã significabat de lignis Sethim, quę sunt imputribilia & albę spinę similia, facta est. vnde videtur q̃p etiã ecclesia in solis sanctis cõsistat & nõ in oibus fidelibus generaliter. ¶ Quintò arguit ex eo quod in symbolo patres sancti dixerũt q̃p ecclesia sctã sit. Si aũt ecclesia sancta est, & sanctitas teste Dionysio, sit ab omni immundicia libera & perfecta & omnino immaculata mundicia, nõ videtur q̃p ecclesia sancta veraciter dici possit, quæ malos tot peccatorũ maculis deturpatos contineat. ¶ Sextò arguitur

Secundum. Canti. 4.

Tertium. Ad ephe. 5.

Quartum.

Quintum.

12. cap. de diuinis nomini.

Sextum.

In commen. super Epist. ad Ephes.

Septimũ Lib. 4. contra Donati.

O Hauñ.

2. Cor. 16.

Ephe. 5.

De inst. eccle. cap. 1.

guitur ex illo Hieronym. Qui tractans illud. Ecclesia subiecta est Christo, dicit: ecclesia Christi gloriosa est nõ habẽs maculã neq; rugam, nec quid istius modi. Qui ergo peccator est & aliqua sorde maculatus de ecclesia Christi nõ potest appellari nec Christo subiectus dici. de pœ. di. 1. §. ecclesia. ¶ Septimò arguitur authoritate beati Aug. contra Donatistas, qui de malis loquens qui seculo verbis, & nõ factis renuntiant, inquit. Nec isti ecclesiæ deuoti sunt, qui videntur esse intus, & contra Christum viuunt, id est, contra naturam Christi faciunt, nec omnino ad illam ecclesiam pertinere iudicandi sunt quam sibijpse mũdat lauacro aquę vitæ in verbo vt exhibeat sibi gloriosam non habentem maculam, aut rugam aut aliquid huiusmodi. Vltimò arguitur ex illo Apostoli. Quæ conuentio lucis ad tenebras: Cũ autem mali tenebræ esse dicantur: boni verò lux, secundum illud Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ergo videtur quòd boni, & mali simul non sunt cen|sendi nec in vnitate sanctæ & vniuersalis ecclesiæ comprehendi.

¶ In quo assignata differentia, qua fideles iusti in ecclesia, & fideles peccatores esse dicãtur, respondetur ad obiectiones factas. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Boni & mali q̃ differẽti ratione in ecclesia existãt.*
2 *In quibus locis scripturæ ecclesia dicitur hortus conclusus, tota pulchra, immaculata, sancta, &c. qui intelligantur.*

QVia de hac re opitulãte Deo plenius locuturi sumus in sequentibus, cùm de ecclesia sub nomine, & ratione corporis, & eius membris agemus, breuiter nunc adista respondentes, dicimus q̃p modus cõuenientissimus accipiendi nomen ecclesiæ est sicut dictum est, q̃p sancta, & vniuersalis ecclesia, dicitur collectio siue vniuersitas generaliter omnium fidelium, quod tam ex euangelica doctrina, quàm ratione multiplici in superiori c. monstratu est. Dicit etiã Rabanus. Ecclesia Dei catholica, id est, vniuersalis quę per totũ mundũ dilatata diffunditur Christi nois nobilitate glorificatur. Omnis enim homo qui rectę fidei existit particeps, & sacro baptismate regeneratur, à Christo Christianus vocať, & Dei patris ac ecclesiæ matris esse nosciťur filius. Ecclesia Græcũ est, quæ in Latinũ vertitur vocatio, siue cõuentus, eo q̃p omnes ad se vocat, hæc ille. Et tamen pro ampliori intelligentia dictorũ & pro solutione argumentorũ factorũ notandum q̃licet in sancta & vniuersali ecclesia boni, & mali fideles simul permixti contineri dicantur, differẽter tamen hi, & illi: quoniã cũ ecclesia collectio siue vniuersitas sit fideliũ in vnius veri Dei cultu, vnius fidei professione conuenientiũ, tamen quis veriùs & perfectiùs ad ecclesiam sanctam tanquam eius filius, aut membrum iudicatur pertinere, quantò magis & perfectius vnitate, & communione sanctæ ecclesiæ Dei participat. Hæc autem vnitas maximè fidei, spei, & charitatis integritate perficitur, vt ait Augusť. & colligitur ex. cap. nuptiarum. 27. quæst. 1. Hinc est quòd boni, & iusti fideles qui non solum in vnitate fidei, sed insuper in vnitate dilectionis, & charitatis, quæ est vinculum perfectionis, vniuntur ecclesiæ, multò differentius, & nobilius ad ecclesiam iudicantur pertinere, quàm fideles peccatores, qui in vnitate fidei tantum, & cõmunione quadam exteriori sacramentorum cæteris sanctis fidelibus communicant. Quã verò differenter hi, & illi ad ecclesiam pertineant, licet satis apertè colligatur ex parabola illa euangelica apud Matth. vbi Christus ad aream dominicam bonos tanquam granũ, malos verò tanq̃ paleas pertinere declarat, alijs tamen vijs sic demõstrare curabim⁹.

Differẽtiæ bonorũ, & malorũ existentium in ecclesiæ. 1

Coloss. 3.

¶ Primò quidẽ, cùm fides sine operibus mortua sit (Quòd fides autem quæ est apud Deũ viua sit, & quæ precium habet est fides quæ per dilectionem operatur) profectò qui in ecclesia continentur per vnitatem fidei charitate formatæ ad ipsam ecclesiam pertinent tanquam lapides viui, & membra viuificata Dei spiritu ex quibus ipsa ædificij spiritualis corporis ecclesię statura consurgit. Vnde Hiero. dicit sic. Omnibus consideratis puto me non temerè dicere alios, ita esse in domo domini, vt ipsi sint etiam eadẽ domus domini, quæ dicitur ædificari super petrã quæ vnica columna appellatur, &c. Fideles verò Iniusti, & peccatores cũ vita gr̃æ priuati sint & à spiritu Dei sint alienati in cõparatione iustorũ tanq̃ arida, & mortua mẽbra siue tãquã humores mali in ecclesia sancta Dei à sanctis doctorib⁹ iudicãtur cõtineri. vnde Aug. Est vnitas ecclesiæ quæ latè patet in sacramentorum videlicet societate, & in communione

Prima differentia. Iacob. 2. Ad Gal. 5.

In. c. Omnibus. 24. q. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

munione quæ complectitur cum granis, & paleas, &c. sic ergo sunt in ecclesia homines mali, vt in corpore humano humores mali qui interdum exeunt de corpore. hæc Augusti. ¶ Secundò hæc differentia colligitur ex eo, quia cum fides charitate formata non patiatur secum maculam aliquã damnabilis erroris, aut criminis, quia vniuersa delicta operit charitas. Fides verò informis secum patiatur maculas, aut sordes multorum peccatorum. Hinc est, quòd in illis qui per fidem charitate formatam ad ecclesiam pertinent sancta ecclesia, dicitur formosa, decora speciosa, & immaculata. In illis verò qui per vnitatem tantùm fidei in ecclesia esse perhibentur, ipsa ecclesia in comparatione ad primos magis fusca, & maculata pronuntiatur. Vnde beatus Augusti. tractans illud. Nigra sum sicut tabernacula Cedar, & speciosa sum, vt pelles Salomonis. dicit sic. Vtrũq; se esse dixit propter vnitatẽ temporalem intra vna rethia piscium bonorum & malorum. Tabernacula enim cedar ad Ismaelem pertinent, qui non erat hæres cum filio liberæ, hæc ille. Et de doctrina Christiana, ita dicit. Non enim, ait fusca fuit, vt tabernacula cedar, & speciosa vt pelles Salomonis. & Bernar. super Cantic. ad idem propositum ita inquit. Quanquam spõsam dixerim perfectam, sed ex parte, nõn ex parte tabernaculorum cedar. formosa tamen siue in illa portione sui quæ iam beata regnat, siue etiam in illustribus viris quorum in hac nocte sua sapientia, & virtutibus tanquam cælum suis sideribus adornatur. & Augusti. exponens illud Psa. 24. Domine dilexi decorem domus tuæ, dicit. Domus Dei ecclesia est, adhuc habet malos, sed decor domus Dei in sanctis, & econuerso. Ecclesia enim ratione malorum nominatur spelunca latronum. vnde Orige. Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidibus viuis constructum ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea non sicut condecet spiritualiter viuentes, sed secundum carnem militantes, qui domũ orationis ex lapidibus viuis constructam faciunt speluncam esse latronũ actibus suis. ¶ Tertiò ex hoc differentia prædicta colligitur, quia cum vnitas fidei sit vnitas imperfecta, vnitas verò quæ est per fidem charitate formatam sit completa, charitasque ipsa principium, & radix sit meriti dicente apostolo. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferã, &c. charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Illi qui in ecclesia continentur per fidem solam informem de ecclesia incomparatione iustorum quasi numero solo esse dicuntur, qui verò per vnitatem fidei, quæ per dilectionem operatur, in ecclesia sunt numero & merito, ad ecclesiam pertinere iudicantur. vnde Augustin. super Ioann. tractans illud. Vnus ex vobis, &c. dicit vnus ex vobis numero non merito, vnus specie non virtute, commixtione corporali non vinculo spirituali, carnis adiunctione non cordis, socius vnitate, & gloss. Magistri super Psalm. 25. de malis loquens ita dicit. Et si de nobis sunt corpore non mente, numero non merito, nomine non numine. Quibus notatis dicendum est ad rationes factas in oppositum. ¶ Ad primam in qua dicitur quod ecclesia sancta est hortus conclusus. &c. Respõdetur quòd scriptura sancta loquitur ibi de ecclia quoad illos q numero & merito sunt de ecclesia, cuiusmodi sunt iusti, & sancti. In istis planè sancta ecclesia est hortus, quia cuncti generis arborum virtutib⁹ redolẽs. Conclusus, id est, clausus disciplinæ custodia contra hostiles incursus dæmonũ. Fons est quia in illis diuinæ gratiæ aquis repleta est. Fons signatus dicitur, quia perennis puteus aquarum viuentium propter sanctarum exuberantiam doctrinarum, iuxta illud Psalm. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. Licet ergo mater ecclesia hoc modo in sanctis sit, vt in capitu. quæritur de cõsecratione dist. 4. Nihilominus alij qui integritatem catholicæ fidei habent, quæ de se sancta, & immaculata est, ad ecclesiam vniuersalem pertinere aliquo modo, licet nõ ita principaliter non negantur iuxta ea quæ determinata sunt in superioribus. ¶ Ad secundam ratione quæ sumitur ex illo, Tota pulchra es amica mea. Respondetur sicut ad superiorem rationem, quod loquitur de his qui numero, & merito sunt de ecclesia sine macula mortalis criminis, vt ait glo. ¶ Ad tertiam dicendum quòd dictũ apostoli non intelligitur vniuersaliter de ecclesia secundũ præsentem statum. Nam vt dicit August. Tunc ecclesia erit sine macula, & ruga aut aliquo huiusmodi quando erit gloriosa, non enim modo in tãtis periculis, in tantis scandalis, in tãta permixtione hominum pessimorum, & in tantis opprobrijs impiorum dicendum est eam esse gloriosam. & idem Augusti. ad propositũ nrũ ita loquitur. Vbicunq; aũt in libris cõmemorauí ecclesiã nõ habentẽ maculã aut rugam, uõlic accipiedũ est quæsi ea sic sit

Secunda.

Prouer. 10

Canti. 1.

Lib. 3.

1. Cor. 13.

Ioan. 6.

Ad argumẽtũ primum quarti capituli. 2

Psal. 45.

Ad secundũ

Ad tertium

Lib. de per fe. iust.

Libr. 2. rec tracta.

ait, sed quæ præparatur vt sic sit quando apparebit gloriosa. Nunc autẽ propter quasdã ignorantias, & infirmitates membrorum suorum, habet vnde quotidie tota dicat, dimitte nobis debita nostra. hæc Augusti. dicitur tamen iuxta ea quæ dicta sunt in solutione rationum præcedentium, quòd ecclesia est sine macula criminis, & ruga duplicitatis in his qui ecclesia sunt numero, & merito. ¶ Ad quartam dicendum, quòd ecclesia fuit figurata per archam domini quo ad eos qui sunt de ecclesia numero, & merito sicut dictum est. ¶ Ad quintam pariter dicẽdum, quòd ecclesia vniuersalis sancta est in omnibus qui de ecclesia sunt numero, & merito: cuiusmodi sunt omnes sancti, in quibus splendor sanctitatis ecclesiæ refulget, de quo in Psalm. dicit propheta. Laus eius in ecclesia sanctorum. Super quo August. ita loquitur. Hæc est ecclesia sanctorum ecclesia frumentorum toto terrarum orbe diffusorum per agrum domini seminata. ¶ Ad sextam dicendum quod illud dictum Hieron. quòd sorde maculatus de ecclesia Christi non potest appellari, intelligendum est numero, & merito, non prohibetur autem quin numero appellari possit sicut iam sæpe expositum est. ¶ Ad septimam verò pariter respondendum est eodem modo exponendo dictum Augusti. sicut dictum Hieron. exposuimus. ¶ Ad vltimam rationem quæ sumitur ex apostolo dicendum, quòd ex ea parte qua fideles peccatores sunt tenebræ, & iusti lux, non possunt pertinere ad vnam, & eandem societatem, sed ex ea parte qua in vna integritate fidei quæ lux est animarum fidelium conueniunt optimè possunt pertinere ad vnam & eãdem sanctam communitatem vnitatis ecclesiæ, & ita est in proposito.

Ad quartã.

Ad quintã.

Psal. 149.

Ad sextam.

Ad septimã

Ad octauã.

¶ Probans quòd ecclesia est vna Et de multiplici vnitate eius. Cap. VI.

SVMMARIVM

1 Ecclesia quare dicatur una sancta catholica, & Apostolica.
2 Ecclesiam esse unam octo rationibus probatur.

POst considerationem eius, quid nomine & re per ecclesiam importatur, & explicata ratione sub qua de ecclesia locuturi sumus, restat de conditionibus & proprietatibus eius agẽdum, & potissimè de illis quas sancti patres in symbolo fidei attribuunt ei dicentes. Credo vnam sanctam ecclesiam catholicam, & apostolicam, vbi quatuor de ecclesia sancti patres tradunt docent, & prædicant. ¶ Primò quòd vna sit, & hoc contra tria genera hominum, scilicet contra conuenticulas hæreticorum, contra schismaticos, & contra excommunicatos ecclesiæ vincula contemnentes. ¶ Secundò, quòd sit, sancta, contra falsi nominis Christianos. ¶ Tertiò, quòd sit catholica, id est, vniuersalis contra singulares, & pertinaces in proprio sensu recedentes à communi Doctrina fidei, & sanctorum patrum, cuiusmodi sunt hæretici omnes. ¶ Quartò, quòd sit Apostolica, contra præsumptores nouitatum, & introductores nouellarum sectarum & peregrinorum dogmatum, dicamus de singulis. Quòd autem ecclesia, vna sit veritatis magister per spiritum sanctum, attestatur dicens. Vna est columba mea, vna est perfecta mea. Circa quod notandum, quod vnitas ecclesiæ colligitur ex multis. ¶ Primò ex vnitate principis, seu capitis quo regitur, & gubernatur, qui vnus est, scilicet Christus dominus Deus noster, quem pater dedit caput super omnem ecclesiam quę est corpus eius. ¶ Secundo ecclesia dicitur vna ex vnitate fidei, qua illustratur & in qua fundatur. Est enim fides diuinum lumen quoddam, & admirabile in quo vocati sumus, & Christianæ religionis fundamentum, vt dicit Chrysostomus. Omnes enim Christiani idem credunt corde, & ore confitentur. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Propter hanc fidei communitatem, inquit Augustin. super Ioannem. Omnes vnum sumus. iuxta illud Apostoli. Omnes vnum vos estis in Christo Iesu, gloss. id est in fide Christi. Hac ratione beatus Hiero. vtitur scribens ad Euandrum episcopum. vt habetur in capitul. legimus. 93. distinctio. Nec altera Romanæ vrbis ecclesia, altera totius orbis existimanda est, & Galliæ, Britanniæ. Nã & Africa, & Persis, & Oriẽs, & India & oẽs barbarę nationes vnũ xpm adorãt vnã obseruant regulã veritatis. ¶ Tertiò ecclesia vna

Ecclesia est una.

1

Canti. 4.

Ephe. 1.

1. Cor. 1.

Ioan. 17.

Gala. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna dicitur ex vnitate sacramenti baptismi quo sanctificatur, quod est idem apud omnes, & quantum ad materiam de qua Ioann. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. & quātum ad formam de qua Matthæ. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritꝰ sancti. Et quantum ad effectum vltimum. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Siue quo ad efficaciā collati muneris quod equale est à quocunq; detur. vt ait August. Per hanc autem vnitatem baptismi quia ianua sacramentorum est, intelligitur vnitas aliorum sacramentorum, de qua habetur in capitu. est vnitas ecclesiæ, de consecratione distinctio. 4. De istis autem talibus vnitatibus in ecclesia similiter loquitur Apostolus dicens. Vnus dominus vna fides vnum baptisma, vbi glos. inquit. Vnus dominus, debetis seruare vnitatem, quia vobis est vnus dominus non tres, pro quorum diuersis voluntatibus vos oporteat discordare, & ita iubemus credere, & eodem modo operari. Item glos. super illud. Vna est colūba mea, dicit licut vna est quanuis multæ & diuersæ personæ, tamen fides vna est in eis, vnū baptisma, vnus Deus, vnum opus. ¶ Quartò ecclesia dicitur vna ab vnitate spei, qua ad bona cælestia erigitur, & eleuatur in vnam expectationem beatitudinis, de qua Apostolus. Vocati estis in vnam spem vocationis vestræ. glos. id est, ad vnam rem separatā quæ est effectus vocationis. ¶ Quintò, ecclesia est vna vnitate charitatis qua cōnectitur & viuificatur, de qua inquit Apostolus. Eandem charitatem habentes vnanimes id ipsum sentientes. de hac autem vnitate quam charitas facit dicitur Actuum. 4. vbi de primitiua ecclesia habetur, quòd multitudinis credentiū erat anima vna, & cor vnum in domino, quia vt ait glos. copula charitatis inuicem iungebantur. Item glos. super illud. Vnus panis, & vnum corpus ecclesia dicitur, quia sicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Hinc dicit Augusti. ꝙ charitas propriū donum est vnitatis catholicæ & pacis. ¶ Sextò ecclesia dicitur vna vnitate spiritus viuificantis, vnus enim, & idem spiritus, scilicet sanctus tanquàm vltima, & principalis perfectio corporis mystici, quali anima in corpore est in omnibus membris ecclesiæ diuidens singulos vt vult, diuisiones enim gratiarum sunt, idē autem spiritus, inquit Apostolus. Ad quam vnitatem idem Apostolus ita exhortatur dicens. Solicitè seruate vnitatem spiritus. glos. 1. vnitatem ecclesiasticam quam facit spiritus sanctus, vt vnum corpus sitis opere spiritus sancti. Item in eodem Apostolus ad propositum ita loquitur. Vnū corpus, & vnus spiritus. glos. vnum corpus esse debetis, quia vnus spiritus habitat in vobis quo vnum corpus efficimur. Sicut enim vnum corpus hominis ex multis constat membris, & vegetat omnia membra vna anima faciens in oculo, vt videat, in aure, vt audiat, & sic in cæteris, ita spiritus sanctus membra corporis Christi quod est ecclesia, cōtinet & vegetat. ¶ Septimò ecclesia dicitur vna vnitate vltimi finis, quæ est ipsa beatitudo ad quā ordinatur. Vnde & idem denarius per quē Doctores sancti beatitudinem intelligunt omnibus fidelibus pro mercede laborum legitur assignatus, vbi dicitur quòd cùm venissent, qui circa horam vndecimam venerunt acceperūt, & ipsi singulos denarios, glos. dicit, quia ad eandem æternitatem cum his qui ab initio mundi vocati sunt. & Augusti. super illud. Omnes gentes, dicit. Multæ gentes & vna gens, quare vna gens? quia vna expectatio. Postremò, quare non vna gens si vna patria Hierusalem est? ¶ Octauò ecclesia est vna vnitate vnius præsidentis rectoris, & gubernatoris visibiliter cōuersantis cum ea, de quo dicitur Iohel. 1. Congregabūtur filij Iudæ, & filij Israël pariter, & ponent sibi caput vnum. Et dominus dicit. Fiat vnum ouile, & vnus pastor. Hic autem vnus præsidens pastor, rector, & gubernator in tota vniuersali ecclesia vicem Christi gerens summus pontifex est, sicut in sequentibus ostendetur. Vnde beatus Cyprianus tractans illud. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, de hac vnitate ita loquitur. Super vnum ædificat ecclesiam, & quanuis omnibus apostolis post resurrectionem suā parem, id est similem potestatem tribuat cum diceret. Sicut misit me pater, & ego mitto vos, accipite spiritum sanctum, tamen vt vnitatem manifestaret vnitatis eiusdem originē ab vno incipiētem sua authoritate disposuit & infrà. Exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Christi vna monstretur, habetur hoc in. c. loquitur. 24. q. 1.

Ioan. 3. Matt. vlti. Mar. vlti. In cap. sicut in bonos de conse. di. 4. Ephe. 4. Can. 5. Ephe. 4. Philip. 2. 1. Cor. 10. In lib. de baptis. & habetur in ca. multi. 1. q. 1. 1. Cor. 12. Ephe. 4. Psal. 18. Ioann. 10. Matth. 16.

¶ In quo ponuntur obiectiones cōtra ea quæ dicta sunt de vnitate ecclesiæ. Cap. VII.

Summa-

SVMMARIVM.

1 *Quindecim argumenta quibus obijcitur ecclesiam catholicā non posse dici unā.*

8 *Argumentum primū.* VT veritas eorum quę de vnitate ecclesiæ iam dicta sunt illustrior fiat, mouebuntur contra ea aliquę obiectiones Contra ergo iam dicta arguitur multipliciter. Et primò ex illo Psalm. In ecclesijs benedicite domino. Item ex illo Apocal. 1. vbi Ioann. scribere dicitur septem ecclesijs, in quibus locis non vna sed plures designantur ecclesiæ. *Psal. 66.*

Secundum. ¶ Secūdò sic, communiter distinguitur ecclesia præsens ab ecclesia primitiua. Ecclesia enim sumpta ex circuncisione, & ex præputio siue ex Iudæis, & ex gentibus sunt distincti populi. Vnde glos. super illud. Et fons hortorum. dicitur sic. Fons hortorum, quia de primitiua ecclesia processit in mundum doctrina cælestis quę plures ecclesias, id est, hortos procrearet. *Cant. 4.*

Tertiū. ¶ Tertiò ecclesia est vna constituta ex angelis & hominibus. Vnde Augustin. super Psalm. Omnibus connumeratis fidelibus ab initio vsque ad finem, adiunctis etiam legionibus, & exercitibus angelorum, vt fiat vna illa ciuitas sub vno rege vna quędam prouincia sub vno Imperatore, sed hominibus, & angelis non est communis fides, nec spes, ergo vnitas fidei aut spei nōper tinet ad vnitatem ecclesiæ. *Psal. 36.*

Quartū. ¶ Quartò sic, fides, spes, & charitas cum sint accidentia diuersa numero sunt in diuersis, ergo omnes homines fideles non possunt pertinere ad vnam ecclesiam, cùm non videantur habere eandem fidem, spem, & charitatem. Si verò dicatur quòd fides ex parte subiecti non est vna, quia diuersificatur secundum quod est diuersorum, sed ex parte eius quod creditur, est vna. Cōtra: quia multa sunt quæ proponuntur nobis ad credendum cum duodecim sint articuli fidei, inter quos magna est differentia, sicut patet manifestè. *Cōfirmatio*

Quintū. ¶ Quintò sic, eadem est ecclesia à primo iusto Abel vsque ad vltimum nasciturum, sed non videtur eadem fides antiquorum patrum, & modernorum, cum confessio quæ est actus fidei non sit vna, & eadem apud omnes. Nam illi credebant futura sicut incarnationem filij Dei, passionem, resurrectionem, ascensionem, & similia quæ nos credimus præterita, ergo videtur, quòd veritas fidei non includitur in vnitate ecclesiæ. *Sextum.* ¶ Sextò omnis excommunicatus est extra vnitatem ecclesiæ, cum sit ab ecclesia & consortio fidelium euidenter separatus. Si ecclesiam nō audierit sit tibi sicut ethnicus, & publicanꝰ. Sed stat excommunicatum habere fidem spem, & charitatem, & inhabitantem spiritum sanctum, ergo ista non videntur facere ad vnitatem ecclesiæ: consequentia patet, minor etiam nota est de eo qui iniustè excommunicatur. *Ca. Canoni 11. q. 3. & Mat. 18*

Septimū ¶ Septimò multi pertinent ad vnitatem ecclesiæ in quibus, nec charitas est nec spiritus sanctus inhabitat huiusmodi sunt peccatores fideles. Vnde suprà p multa ostensum est quòd ecclesia vniuersalis omnes generaliter comprehendat fideles Vnde Matth. 13. habetur, quòd tritico adiūcta sint zizania, & sicut dicit August in. Ecclesia ager est in qua radicantur triticum, id est boni, & zizania, id est, mali simul, tamen in fine seculi separabuntur, ergo sequitur quòd prædicta non requirantur ad vnitatem ecclesiæ.

Octauū. ¶ Octauò arguitur sic, stat aliquē oia habere illa, scilicet, fidem, spē, charitatem, & inhabitant spiritum sanctum & tamen non pertinere ad vnitatem ecclesiæ, ergo prædicta non stant in veritate. Antecedens patet de multis catheeumenis qui habent fidem formatam, & tamen non videtur esse membra ecclesiæ. cùm Augusti. dicat. Ad hoc baptismꝰ valet vt baptizati Christo incorporentur. Et idem August. ad Boni faciū scribit, & dicit, quòd in baptismo quis efficitur membrum Christi. *Debap. par. & refertur c. ad hoc de conse. di. 4.*

Nonū. ¶ Nonò arguitur sic. Sicut dictum est à primo iusto Abel vsque ad vltimum nasciturum, est vna & eadem ecclesia, sed ante aduentum Christi baptismus cùm non esset non poterat dici, pertinere ad vnitatem ecclesiæ, ergo nec nūc vnitas ecclesiæ est arguenda ex vnitate baptismi.

Decimū. ¶ Decimò non est vnus baptismus, sed tria, scilicet, baptismus aquæ, pœnitentiæ, & baptismus sanguinis, sicut habetur in glos. ad Hebrę. 6. & Magister Sententiarum ponit. in. 4. distin. 4. ergo vnitas ecclesiæ non bene sumitur ex vnitate baptismi.

Vndecimum. ¶ Vndecimo August. lib. de baptis. tangit aliam vnitatem ecclesiæ, de qua in cap. est vnitas de consecra. distinct. 4. vbi sic dicit. Est vnitas ecclesiæ quæ latè patet in sacramentorum videlicet societate, & communione quę cōplectitur cum granis paleas, ergo videtur quòd non sufficienter dictum sit de vnitate ecclesiæ. ¶ Duodecimo, ecclia est collectio fidelium, vt suprà habitum est in cap. ecclesia, de consec. dist. 1. Sed non sunt semper ijdē fideles

Duodecimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deles, ergo non est semper eadem ecclesia. ¶ Tertiodecimo sic, si vnitas fidei facit ecclesiā vnā: ergo quicunq; habent fidem eādem ad vnam & eandem ecclesiam, videntur nobiscum pertinere, sed dæmones, & damnati habent, vnam & eandem fidem nobiscū, ergo videtur quòd pertineant nobiscū ad eā dem ecclesiam, quod tamen est falsum, consequentia videtur manifesta, minor verò probatur per illud. Dæmones credunt, & contremiscunt. Et glo. super illud. Ex fide, & in fidē dicit, fides informis dæmonū. ¶ Quartodecimò, Ecclesia semper fuit vna, & tamen in ea nō semper fuit vnus pastor aut rector qui visibiliter cū ea conuersaretur, ergo ex parte vni⁹ supremi præsidentis, & rectoris non est vnitas ecclesiæ accipienda. ¶ Quintodecimò. Papa mortuo ecclesia non minus est vna quàm eo viuente, ergo vnitas talis supremi præsidētis siue summi pontificis non arguit vnitatē ecclesiæ, consequentia videtur nota.

Iacob. 2. Roma. 1. Decimum = quartum. Decimum = quintum.

¶ In quo respondetur ad obiectiones positas. Cap. VIII.

SVMMARIVM

1 *Ecclesia quando sub multitudinis nomine reperitur, quid intelligendum sit.*
2 *Quod una & eadem ecclesia fuerit à principio.*
3 *Ecclesiæ nomen qua ratione & angelos comprehendat.*
4 *Fides, spes, charitas quanuis differant secundum essentiam, conueniunt tamen in unum secundum numerum.*
5 *Fides antiquorum & nostra eadem.*
6 *Iniuste excommunicatus nullo modo per talem sententiam læditur.*
7 *Excommunicatio quid. Et quod excommunicatus non sit priuatus fide qua ecclesiæ corpori unitus est.*
8 *Incorporari ecclesiæ dupliciter contingit merito & numero.*
9 *Homines nunquam potuerunt saluari, etiam ante Christi aduentū, nisi fierēt mēbra Christi.*
10 *Quòd sit propriè tantum unum baptisma.*
11 *Fides qualiter in dæmonibus esse dicatur*

1 Cap. VIII. Ad primū.

AD primū respondetur & primò quantum ad illud Psal. In ecclesijs benedicite dñm, quòd ibi propheta loquitur de ecclesia prout dicit multitudinem aliquam fidelium cuius certæ prouinciæ aut loci, & sic non dubium quin ecclesiæ multæ sint, nihilominus tamen omnes tales particulares ecclesiæ vna sunt vniuersalis ecclesia & vnus thalam⁹ Christi, sicut dicit text. in. c. quanuis dist. 21. & in. c. legimus. dist. 93. & beatus Augu. tractās illud. Posuit sicut oues familias, dicit sic. Multæ familiæ multæ ecclesiæ, vna ecclesia vna plebs, vna familia vna ouiesī. Ad authoritatem verò quæ ex Apoca. inducitur respō detur, quòd sicut tam ex tex. quàm ex glos. patet, beatus Ioan. loquebatur principaliter ecclesijs particularibus in Asia quib⁹ præpositus erat quæ plures erant. Est tamen verum vt in eadē glo. dicitur q̄ per illas septē ecclesias Asiæ vniuersalis ecclesia designabatur, quę ideo per septenariū numerū describitur, Tūc quia septenarius vniuersitatē significat tū quia septiformi spiritu illustratur. ¶ Ad secundū dicendū q̄ vna, & eadem ecclesia dicitur fuisse à principio sicut infra dicetur, cum vna, & eadē fides fuerit patrū veteris testamenti, & patrū noui testamenti, tempora tā tū vt ait Augusī. mutata sunt, distinctio aūt & differētia quæ importari videtur in dictis sanctorum inter primitiuam, & præsentem ecclesiam, accipienda est ex parte populi nō ex parte fidei. Vnde Augusī. tractans illud. Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni, dicit sic. Duo montes vnus ex circuncisione alius ex præputio, ex Iudæis vnus, alter ex gētibus, non iam aduersi, & si diuersi, quia ex diuerso iamvniti in angulo nō diuerso. ipse est Iquit pax nostra qui fecit vtraque vnum: ipse angularis lapis quem reprobauerunt ędificantes factus est caput anguli. duos iunxit in se, mons ac montes vna domus ac duę domus: duæ propter ex diuerso venientes, vna propter lapidem angularem in quo sibi ambę copulantur. ¶ Ad tertium respondetur dupliciter. Primò quòd hic non loquimur de ecclesia prout comprehendit militantes, & triumphantes, sed prout dicit vniuersitatem fidelium secundum statum vię qui in hac nostra peregrinatione militant, quibus omnibus fides communis est. Secundò respondetur, quòd licet angeli non habeant fidem communem cum hominibus fidelibus, habent tamen quod fidei succedit, scilicet, visionem, idem est enim quod illi vident in patria, & quod fideles credunt in via, & ideò ecclesia vt comprehendit militantes & comprehensores, potest dici vna cognitione, licet hinc & inde sit diuersus cogni-

Psal. 106. 2 Ad secūdū. Psal. 47. Ephe. 2. Ad tertium 3

cognitionis modus: quia hic per speculum & in ænigmate, vt dicit Apostolus. ibi autem facie ad faciem. ¶ Ad quartum respondetur, & dicitur quo ad antecedens, quòd licet præfatæ virtutes distinguantur in diuersis secundum numerum, conueniunt tamen ſspecie & in obiecto vno secundū ;numerum, secundum quòd omnes fideles idem credunt sperant, & amant. Pro quo notandum quòd, vt dicit sanctus Thom. quòd sicut in corpore naturali vires diffusæ per omnia membra differunt numero secundum essentiam, sed conueniunt in radice vna secundum numerum, & præter hoc habent formam vltimam vnam numero, ita etiam omnia membra corporis mistici habent pro vltimo complemēto spiritum sanctū qui est vnus numero in omnibus. Et ipsę virtutes fides, spes, charitas quanuis differant in diuersis secundum essentiam, conueniunt tamen in vna radice secundum numerum. Radix autem operationis propriè est ipsum obiectum ex quo speciem trahit, & ideo in quā tum est idem numero creditum, & amatum ab omnibus, secundum hoc vniūtur omniū fides, spes, & charitas in vna radice secundū numerum, non solum prima quæ est spiritus sanctus, sed etiam proxima quæ est prium obiectum. Et ad confirmationem, cum dicitur quòd multa sunt quę nobis proponuntur ad credēdum. Respondetur quòd cùm obiectum formale fidei sit veritas prima cui inhęrendo credimus quæcunque sub fide continentur, & ista sit vna & immutabilis, & habitus capiat vnitatem, vel multitudinē ex obiecto. Diximus quòd fides est vna ex parte eius quod creditur, quia idem est quod ab omnibus creditur, & si sint diuersa credibilia quæ communiter omnes credunt. tamen omnia reducuntur ad vnum, quia ad primam veritatem sub cuius ratione cadunt sub fide, temporalia etiam non pertinēt ad obiectum fidei, nisi in ordine ad aliquod æternum quod est veritas prima quæ est obiectum fidei. ¶ Ad quintum dicendo negatur assumptum illud videlicet, quòd non sit eadem fides antiquorum, & nostra. Et ad probationem respondetur, quòd ista differentia præteriti, & futuri non contingit ex aliqua diuersitate rei creditę, sed ex diuersa habitudine credentium ad vnam rem creditam. ¶ Ad sextū respondetur, quòd si aliquis iniustè excōicatus est in nullo læditur per talem excōicationis sententiam. Vnde Aug. Illud planè nō temere dixerim, quòd siquis

1. Cor. 13. Ad quartū. In. 3. Sēten. 4 Ad cōfirmationem. Ad quintū. 5 Ad sextum. 6

fidelium fuerit anathematizatus iniustè ei potiùs oberit qui facit quàm ei qui hanc patitur iniuriam. Spiritus enim sanctus habitās in sanctis per quem quisque ligatur, aut soluitur immeritam nulli ingerit pœnam, dicit sanctus Thom. Quòd si homo qui iniustè excommunicatus est hanc iniuriam humiliter sustinet, humilitatis meritum recōpēsat huius excommunicationis damnum. Et hoc ponit beatus Augustinus in lib. de vera religione, ita dicens. Sæpe diuina prouidentia sinit etiam bonos viros per nonnullas turbulentas carnalium hominum seditiones expelli de congregatione Christiana, q̄ contumeliam, vel iniuriam suam cùm patiētissimè pro pace ecclesiæ tulerint, nec vllas nouitates vel schismatis, vel hæresis moliti fuerint, & fidem quam in ecclesia catholica prædicari sciunt vsque ad mortem muniant, & testimonio defendant, hos coronat pius pater in occulto videns. hæc Augusti. Vbi notandum pro pleniori intellectu huius rationis, quòd excommunicatus non dicitur ita extra vnitatem ecclesiæ positus, quòd fide qua ecclesię corpori erat vnitus sit priuatus, sed quia à consortio fidelium, & sacramentorum participatione sit præsciſus. Excommunicatio enim, vt aiunt Doctores, dicitur separatio à consortio fidelium, maximè quo ad fructum qui habetur ex participatione sacramentorum, & quo ad communia ecclesiæ suffragia. Quomodo autem excommunicatus talibus suffragijs priuetur, & quomodo non, declarat sanctus Thom. ita dicens. Suffragia alicuius valent alteri secundum quod ei continuantur, potest autem actio vnius alteri continuari dupliciter. Vno modo ex vi charitatis, quæ omnes fideles connectit, vt sint vnum in Deo, sicut dicitur in Psalm. Particeps ego sum omnium timentium te, & hanc continuationem excommunicatio nō intercipit: quia iuste quis excommunicari non potest, nisi pro culpa mortali per quam iam à charitate diuisus est, etiam si non excōmunicetur. Iniusta autem excommunicatio charitatem alicui auferre non potest, cūm sit de maximis bonis quæ non possunt alicui inuito auferri. Alio modo potest actio vnius alteri continuari per intentionem suffragia facientis, quæ in aliquem fertur pro quo fiunt. Et hanc continuationem excommunicatio intercipit, quia ecclesia per excōmunicationis sententiam separat excōicatos ab vniuersitate fidelium, pro quibus suffragia

Incap. illud 11. q. 3. In. 4. Sentē. 7 In. 4. di. 18 8 in fine

Universidad de Deusto
Biblioteca

fragia facit. Vnde ſuffragia eccleſiæ ei non proſunt, quæ pro tota eccleſia fiunt nec ex perſona eccleſiæ oratio pro eis inter mẽbra eccleſiæ fieri poteſt, quanuis aliqua perſona priuata poſsit ad eius cõuerſionem aliquod ſuffragium per intentionem dirigere, hæc ſanctus Thomas. ¶ Ad ſeptimum dicendũ quòd licet peccatores fideles non habeant omnia illa, quibus eccleſia vna eſſe dicitur. p tinent nihilominus ad vnitatem eccleſiæ ali quo modo, in quantum ſcilicet, in vna fide cum alijs fidelibus conueniant. Eſt tamen ve rum quod quia charitatem non habent per quam corpus eccleſię viuificari dicitur, tales tanquam membra mortua iudicantur, nec ſunt propria membra corporis Chriſti, ſicut in ſuperioribus partim dictũ eſt, & infra ple nius oſtendemus. ¶ Ad octauum reſpondetur, & dicitur ad antecedens negando illud. diximus enim tales pertinere mentaliter etſi non corporaliter per viſibile ſacramentũ ad vnitatem eccleſiæ, ſiue quod merito perti neant ad eccleſiã etſi non numero. Et ad pro bationem reſpondetur, vt dicit ſanctus Tho. quod incorporari Chriſto cõtingit dupliciter ſcilicet merito, & numero. Merito quidẽ põt aliquis de eccleſia effici quod eſt Chriſto incorporari etiam ante baptiſmum actu ſuſceptum, ſed non ante baptiſmum propoſitum, vel in baptiſmum poſt tempus gratię reuelatæ. Vnde Ambroſius de Valentino, qui cathecumenus mortuus fuit dicit. Quem regeneraturus eram amiſi, veruntamen ille gratiam quam popoſcit non amiſit, vnde talis corde regeneratus eſt, licet non corpore. vt dicit ſanctus Tho. in. 3. part. Fide quidem incorporatur quis Chriſto ſecundum illud. Habitare Chriſtũ per fidem in cordibus veſtris. Numero verò non poteſt aliquis effici de eccleſia niſi per baptiſmũ. Vnde ante baptiſmum nullus admittitur ad perceptionẽ ſacramenti euchariſtiæ, & aliorum ſacramẽtorum eccleſiæ, & ſic patet quod tales cathecumeni fidem, ſpem, & charitatem, habentes ad eccleſiam pertineant animo, etſi non viſibili ſacramento merito, & ſi non numero.

¶ Ad nonum reſpondetur negando conſequentiam, quia licet baptiſmus non ſemper fuerit à principio eccleſiæ, non ſequitur q poſtquam inſtitutus eſt vnitas illius non arguat ſuo modo vnitatem eccleſiæ. Pro quo ſciendum quod nunquam homines potuerunt ſaluari etiam ante Chriſti aduentum, niſi fierent mẽbra Chriſti, quia vt dicitur Act. 4. Non eſt aliud nomen datum hominibus in quo oporteat non ſaluos fieri, ſed ante aduentum Chriſti etiam homines per fidem Chriſto incorporabãtur per fidem futuri aduentus cuius fidei ſignaculum erat circunciſio, vt dicit Apoſtolus. Antequã enim circũciſio inſtitueretſola fides, vt dicit Greg. cũ ſacrificiorum oblationibus quibus ſuam fidẽ antiqui patres profitebantur ſufficiebat vt homines Chriſto incorporarẽtur. Poſt aduẽtum etiam Chriſti homines per fidem Chriſto incorporantur, ſecundum illud. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Sed alio ſigno manifeſtatur fides rei præſentis quàm demonſtrabatur quando erat futura, ſicut alijs verbis ſignatur præſens præteritum, & futurum, & ideo licet ipſum ſacramẽtum baptiſmi non ſemper fuerit, fides tamẽ cuius baptiſmus ſacramẽtum eſt ſemper fuit & neceſſaria fuit. ¶ Ad decimum dicendum quod propriè loquendo, vt ait ſanctus Tho. in. 4. Non eſt niſi vnum baptiſma quod in aqua celebratur ſub debita verborum forma. Alia autem baptiſmata dicuntur per ordinẽ ad illud ſecundum proportionem ad eundẽ effectum, quem tamen agunt quodammodo in virtute baptiſmi aquę, quia baptiſmus ſanguinis, & baptiſmus pœnitentiæ non valent ad regenerationem niſi ei qui habet baptiſmũ aquæ in propoſito. Tũc enim vt ait Auguſt. Prodeſt baptiſmus ſanguinis vel flaminis cum baptiſmum fluminis non contẽptus religionis ſed articulus neceſſitatis excludit. de conſecra. diſt in. 4. ca. baptiſmi. Vel reſpondetur ſecundariò quod baptiſma dicitur vnũ, quia nõ eſt iterabile, ſicut nec originale peccatum contra quod tanquam medicina eſt inſtitutum, quod eſt contra hæreticos Nouatianos dicẽtes. Quoties homo peccat baptiſmum deberet repeti, vel dicitur vnũ baptiſma, id eſt æquale à quocunq; detur, vt exponit gloſ. ¶ Ad. 11. reſpõdetur quod vnitas illa de qua Auguſt. in authoritate propoſita loquitur importatur per vnitatem baptiſmi qui eſt fundamẽtum, & principium aliorum ſacramentorum ſicut dictum eſt in cap. ſuperiori. ¶ Ad. 12. reſpondetur negando cõſequẽtiã, quanquam enim homines qui ſunt quaſi materia eccleſiæ fluant continuè, & refluãt, quibuſdã decedẽtibus alijs nouiter naſcentibus: nihilominus, quia vna eſt fides in omnib⁹, eccleſia ſemper dicitur manere vna, ſicut dicitur de corpore animalis qđ licet in eo partes materiales fluant, & refluant idem tamen manere dicitur quo ad formam quæ eadem ſemper manet. Ita videtur dicendum in

Ad ſeptimũ

Ad octauũ.

In. 4. diſt. 8

Ephe. 3.

Actũ. 4.

Roma. 4.

Epke. 3.

Ad decimũ

Ad undecimum.

Ad duodecimum.

Ariſt. 1. de genera.

in propoſito. Manet quidem ſemper eadem fides: manent eadem ſacramenta, quibus formatur eccleſia, manet eadem lex: & eadem regula veritatis: permanet eadem habitudo & ad vnum caput eccleſiæ & ad vnum finem vltimũ: quare optimè beatus Aug. Tractãs verſum illũ. Miſerere mei dñe quoniã ad te clamaui tota die. dicit. Sub deſcendẽtibus & ſuccedẽtibus mẽbris vnus hõ vſq; ad finem ſeculi extenditur. ¶ Ad. 13. dicendum quòd in dæmonibus non eſt fides ea quæ ponitur donũ ſpiritus ſancti ſiue habitus diuinitus infuſus q inclinat hominem ad credendum aliquem effectum boni: ſed dicitur fides quæ naſcitur experſpicacitate naturalis intellectus eorum & ex miraculis quæ vident ſupra naturam. Pro quo notãdum vt notat ſanctus Thom. Quod intellectus credentis aſſentit rei creditæ. non quia ipſum videat vel ſecundum ſe vel per reſolutionem ad prima principia per ſe viſa: ſed propter imperium voluntatis. Quod autem voluntas moueat intellectum ad aſſentiendũ poteſt contingere ex duobus modis. Vno modo ex ordine voluntatis ad bonum & ſic credere eſt actus laudabilis. Alio modo quia intellectus cõmincitur ad hoc quòd iudicet eſſe credendum his quæ dicuntur licet non conuincatur per euidẽtiam rei: ſicut ſi aliquis propheta pronuntiaret in ſermone Dei aliquod futurum, & adhiberet ſignum mortuum ſuſcitando. ex hoc ſigno conuinceretur intellectus videtis vt cognoſceret manifeſte hoc dici à Deo qui non mẽtitur. licet illud futurum quod prædicitur in ſe euidens non eſſet vnde ratio fidei non tolleretur. Dicendum eſt ergo quòd in fidelibus Chriſti laudatur fides ſecundum primum modum & ſecundum hoc non eſt in dæmonibus ſed ſolum ſecundo modo. Vident enim multa manifeſta indicia ex quibus percipiunt doctrinam eccleſiæ eſſe à deo: quanuis ipſi res ipſas quas eccleſia docet non videant. puta: Deum eſſe trinum & vnum vel aliud huiuſmodi. Et ita patet quòd fides quæ vnitatẽ eccleſiæ efficit non eſt in dæmonibus & ita ratio nõ procedit. ¶ Ad decimumquartum reſpondetur negando conſequentiam. licet enim Eccleſia non ſemper fuerit in tali diſpoſitione conſtituta quo ad vnum tanquam rectorem & gubernatorem: ducem & paſtorem vice & loco Ieſu Chriſti domini noſtri viſibiliter conuerſantem: tamen ipſa Eccleſia habebat ordinem propter cauſas infra aſſignandas cum de vno ſupremo Pontifice in eccleſia à nobis habendus eſt ſermo: non ſequitur quod nunc talis ordo in eccleſia non ſit: multa enim per temporum ſucceſsionem inſtituta ſunt in eccleſia quę nõ fuerunt à principio. quæ licet tempore quo inſtituta non fuerunt non importarent neceſsitatem: inſtituta tamẽ de neceſsitate veniunt obſeruanda. dicunt enim doctores tractantes illud. Soror noſtra parvula eſt & vbera non habet: quòd eccleſia quæ hic ſoror dicitur in principio ſui ſtatus ante aduẽtum plenitudinis gratiæ in quo gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta, non modo parvula fuit populi paucitate: ſed etiã donis gratiarum. Vnde Hugo de ſancto victore. Oportuit inquit vt ſecundum proceſsionẽ temporum ſpiritualium gratiarum ſigna magis ac magis darentur. planè poſt incarnationem filij Dei copioſior facta eſt ſplendore doctrinæ: illuſtrior pulchritudine ordinis: locupletior ſacramẽtorũ efficacia ſalutari: excellẽtior nobilitate reginiminis qa ſub ſpe nobiliori ordinationis politicæ ac diuiniori forma principatus. ¶ Ad decimumquintum reſpõdetur quod ratio nõ procedit: tum quia ſi Papa moritur ſedes tamen non moritur. Secũdo quia ordo talis ad vnum caput & gubernatorem ſemper manet in eccleſia in habitu, & poteſtas ad eligẽdum aliquem in ſede ipſa apoſtolica. Eſt etiã actu talis ordo in eccleſia ad eos qui vice ſummi Pontificis illo tempore in eccleſia quo ad aliqua funguntur: cuiuſmodi eſt ſacrum collegium dominorum Cardinalium. Et hic conuincitur temeritas quorundam ſciſmaticorum & inimicorum eccleſiæ qui dicere præſumpſerunt vnitatem eccleſiæ non habere ordinem ad vnitatem vnius ſummi Pontifi. Chriſti vicarij. quod quàm falſum ſit audiamus Cyprianum in epiſtola ad Magnum inquientem. Dominus inſinuans nobis vnitatem de diuina autoritate venienteni ponit & dicit. Ego & pater vnum ſumus. ad quam vnitatem redigens eccleſiam ſuam denuo ait. Et erit vnus grex & vnus paſtor. Item in epiſtola ad Rogatianum, huiuſmodi ſeminatores & introductores ſciſmatum in eccleſia idem gloriоſiſsimus Cyprianus percutit ita dicens. hęc ſunt initia hæreticorum & ortus atque conatus ſciſmaticorum male cogitantium vt ſibi placeãt: vt præpoſitum ſuperbo tumore contemnãt: ſic de eccleſia egreditur: ſic altare prophanum foris collocatur: ſic contra pacem Chriſti & ordinationem atque vnitatem Dei rebellatur. Et Beatus Hiero. pater eccleſiæ religioſiſsimus Damaſo Papę ſcribens vt habetur in cap. quoniam vetus oriens. 24. quæſt. 1. ita inter alia ſic dicit. Cum ſucceſſore piſcatoris & diſcipulo Chriſti loquor. Ego nullũ prę

Pſalm. 85.

Ad decimũ tertium.

2. 2. q. 5. articul. 2.

Ad decimũ quartum.

Canti. ulti.

Ioh. 1.

Ad decimũ quintum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mium nisi Christum sequens beatitudini tuę, idest, cathedræ Petri communione cõsocior: super illam petrã ecclesiam fundatam scio qui cũq; extra hanc domũ agnum comederit profanus est, si quis in Noe arca non fuerit peribit regnante diluuio, & infrà Nõ noui Vitalem, Miletũ respuo: ignoro Paulinum, quicũque tecum non colligit spargit: hoc est, qui Christi nõ est Antichristi est, hæc Hiero. Verum de huiusmodi errore cõfutando in sequẽtibus à nobis copiosior erit sermo, per ea etiã quæ dicta sunt excluditur impietas schismaticorum qui tunicam domini inconsutilem scindere nituntur, contra quos inquit beatus Cyprianus Alienus est, prophanus est, eius hostis est, habere nõ potest Deũ patrem: qui vniuersalis ecclesiæ non tenet vnitatem.

In cap. alienus. 24. quæstio. 1.

¶In quo ostenditur quòd ecclesia sancta sit. Caput. IX.

SVMMARIVM.

1 *Sancta quòd sit ecclesia, & in quotuplici significatione sanctum accipiatur.*
2 *Sanctitas quid.*

Ecclesia est sancta.

STENSO quòd ecclesia vna sit: superest iam vt ꝙ sancta sit ostẽdamus. Describitur autẽ sancta à sanctis patribus in concilio Niceno: ad differentiam congregationis malignantiũ: quę non sancta est sed impia, de qua psal. O diui ecclesiam malignantiũ. De ecclesia vero Christi dicitur psalm. penult. Laus eius in ecclesia sanctorum, vbi glo. Aug. Ecclesia sanctorũ, ecclesia catholica est: ecclesia sanctorum non est dicenda ecclesia hæreticorũ. Sancta autem dicitur ecclesia: quia spiritu sancto sanctificata: quam sanctitatem profudit ei spiritus sanctus: vt ait Albertus magnus, in sacramẽtis, virtutibus & donis quæ dat ad sanctitatis perfectionem. Verum quia sanctũ plures habet intẽtiones considerandũ est quibus modis ecclesia Christi sãcta sit & dicatur. Pro quo notandum quòd sanctum idem est quod mundũ, & huic significationi cõpetit nomen Agios in Græco quod interpretatur quasi sine terra, quomodo beatus Dionysius diffiniẽs sanctitatẽ, sic dicit. Sanctitas est ab omni immundicia libera & perfecta & omnino immaculata. In hac significatione ecclesia sancta est quia munda à feditate & corruptione peccati. Planè cum Christus eius sponsus speciosus sit præ filijs hominum & sanctus sanctorũ: sic sanctam habet sponsam, qui ait. Leuitici. 2. Sãcti estote quia ego sanctus sum: vnde Cãtico. 4. ad ecclesiam sic loquitur. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Et Apostolus, dicit. Templũ Dei sanctum est quod estis vos. Secũdò sanctum idem est quod firmum: vnde apud antiquos sancta dicebantur quę legibus erant munita, vnde etiam sanctum dicitur quod lege firmatum est, hac ratione ecclesia Christi sancta est. Tum primo quoniam à Deo æterna prædestinatione, & lege diuina ordinata Paulo Apostolo attestãte qui ita loquitur. Elegit nos glo. prædestinãdo: ante mũdi constitutionem vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, glos. non meritis nostris sed sua charitate. Tum secũdò in hac significatione ecclesia dicitur sancta & firmata vt violari non possit: cũ à fide & charitate quæ in Christo est nunquam defectura sit. Vnde dicit propheta. Ædificauit sicut vnicornium sacrificium suum in terra quã fundauit in secula, vbi glos. Hiero. id est ipsam ecclesiam singulari virtute firmauit vt immobilis in secula sempiterna consisteret. Et idem Propheta Domino ita loquitur. Fundasti terrã super stabilitatem tuam non inclinabitur in seculum seculi. Super quo verbo beatus Augu. loquitur. Terram intelligo ecclesiam: quæ est firmitas eius super quam fundata est: nisi fundamentum de quo Apostolus ait. Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ibi ergo firmati sumus meritò: quia ibi firmati non inclinabuntur in seculum seculi, nihil enim firmius isto fundamẽto. De qua ecclesiæ immobili firmitate ita Christus Petro quẽ vniuersæ ecclesiæ suæ præficere disposuerat pollicitus est dicens. Tu es Petrus & super hanc petram, idest, super hanc fidei confessionẽ, fundabo ecclesiam meã. & sequitur, & portæ inferi, idest, peccata, minæ, blandimenta & hæreses vt dicit glo. non prævalebunt aduersus eã: glos. idest, non separabũt eam à fide & charitate mea. Cuius impermutabilis firmitatis testis est beatissimus Paulus dicens. Certus sum ꝙ nec mors separabit nos à charitate Christi. Tertio modo sanctum idem est quòd sanguine tinctum vel respersum siue emundatum: nihil enim sanctum apud veteres dicebatur nisi quod sanguine hostię esset respersum. Antiquitus etiam homines qui purificari volebãt sanguine hostię tingebantur inquit Isidorus. Vnde scribit Apostolus. Omnia penè secundum

In cap. alienus. 24. quæstio. 1.
Ephes. 1.
Psalm. 77.
Psal. 103.
Matth. 16.
Roman. 8.
Hebr. 9.

dum legem in sanguine mũdantur & sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. Huius significationis gratia maximè Dei ecclesia sancta appellãda venit: quæ Christi sanguine respersa purificationem peccatorum susc epit & decorẽ induit sanctitatis. Vnde Petr. Gens sancta populus acquisitionis. glos. idest sanguine Christi respersa. Et Apostolus. Christus dilexit ecclesiam & tradidit semetipsum pro ea vt illam sanctificaret, & Apocalyp. 1. inquit Iohan. Apostolus. dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

1. Petr. 2.
Ephes. 5.

¶ Quarto sanctum idem est quòd diuinis obsequijs applicatum: quẽadmodum homines, loca, dies, vasa, & vestimenta quæ diuino cultui dedicantur sancta dicuntur. Vnde de hominibus habetur. Exod. Aaron & filios eius vnges: sanctificabisque eos vt sacerdotio fungantur mihi, & Esdræ. 2. capi. vndecimo. dicit Esdras ministris domus domini. vos sancti estis domino & vasa sunt sancta. De loco dicitur psalmo. 95. Adorate dominum in atrio sancto eius. De vasis dicitur Exo. 30. Archam testamenti cum vasis suis candelabrum & vtẽsilia: vniuersamque suppellectilem quæ ad cultum eorum pertinent sanctificabis omnia & erunt sancta sanctorum. De diebus sanctis scribitur. 2. Esdræ. 10. Sanctus enim est dies domini. De vestimentis Exod. 28. dicitur. Facies Aaron fratri tuo vestimenta sancta & filiis eius. In hac significatione meritô ecclesia Dei ecclesia sancta dicitur quæ vnius veri Dei famulatui & cultui tota dedicata est: innò in ea sola verus Dei cultus est: qui fide spe & charitate perficitur vt ait Augustinus. Extra catholicam ecclesiam non est locus veri sacrificij.

Exod. 30.
In capit. extra. 1. q. 1.

¶ Quintò sanctitas dicitur religio siue obseruatio quędam iustitiæ eorum quæ ad Deum pertinent. Vnde Andronicus vt dicit sanctus
2 Thom. ita sanctitatem diffinit. Sanctitas est virtus faciens fideles seruare ea quæ ad Deum iusta sunt. de qua Lucæ. 1. Seruiamus Domino in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Hac ratione ecclesia sancta dicitur: quia summa in ea munda & immaculata obseruatur religio: sancta est in votis: sancta in sacrificijs, sancta in ministris sancta in sacrificijs, sancta in ministerijs, sancta in ceremonijs sancta in singulis obseruationib⁹ quæ ad cultum & reuerentiam pertinent sanctę diuinitatis. ¶ Sextò ecclesia Dei sancta dicitur: quia omnibus virtutibus gratijs ac donis spiritualiter fecundata est & dotata. Vnde dicitur. Replebimur in bonis domus tuæ. glos. Cassiodori, idest prętentis ecclesiæ: quæ diuersis munerum spiritualium exuberat bonis. Quæ sunt illa bona? illa bona sunt sanctitas in se: & æquitas ad proximũ. vnde sequitur sanctum est templum tuum mirabile in æquitate. glo. idest, ecclesiæ. ipsa enim domus & templum Dei est sanctum in se: & mirabile in æquitate quantum ad proximum. ¶ Septimò ecclesia Dei sancta dicitur: quia optimis iustissimis, & sacratissimis legibus viuit, regitur & gubernatur. Vnde de lege diuina dicit Apo- *Rom. 7.*
stolus. Lex sancta & mandatum sanctum. Et in psalmis scribitur, Lex domini immaculata conuertens animas testimonium domini fidele sapientiam præstans paruulis. Leges verò publicæ quæ pro ecclesiæ regimine sanctis patribus sancitę sunt tãta pro earum sanctimonia veritate firmantur, vt Beatus Agap. *Capit. sic dî*
Papa omnibus episcopis scribens dicat. Sic o *stinctio. 29.*
mnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendę sunt tanquam ipsius diuina voce Petri firmatę. Vnde violatores sacrorum canonum vt in- *Canonicalato-*
quit sanctus Damasus Papa grauiter à sanctis *res. 25. q. 1.*
patribus iudicantur & spiritu sancto: instinctu cuius ac dono dictati sunt, damnãtur: quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongruè videtur. ¶ Octauò dicitur ecclesia Dei sancta secundum quòd sanctum dicitur præditum scientia iustorum. dicit enim Aristoteles, vt dicit Albertus Magnus in libr. laudabilium bonorum. Sanctitas est virtus scientiæ ea faciens quæ ad Deum sunt iusta. Dedit *Sapiens. 1.*
illis scientiam sanctorum. Sub hac significatione potissimè ecclesiã sancta est quæ sola scientiam sanctorum habet & notitiam diuinitatis. Vnde de ecclesia dicit Dominus. Hæc dicit dominus exercituum. Reuersus sum ad *Zachar. 8.*
syon & habitabo in medio Hierusalem: & vocabitur Hierusalem ciuitas veritatis, & mons sanctificatus. Quare vt ait beatus Gregorius. *In moralibus*
Quia ex sola catholica ecclesia veritas conspi- *& refer*
citur apud se esse locum dominus perhibet de *tur in capi.*
quo videatur: in petra moyses ponitur vt Dei *quia. 24. q.*
faciem contempletur: quia nisi quis fidei soli- *1.*
ditatem tenuerit diuinam præsentiam non agnoscit. de qua soliditate dominus dixit. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Psalm. 64.

¶ Nonò ecclesia Dei sancta dicitur: quia sacramenta habet quibus homines sanctificantur. Dicitur enim sacramentum à sacrando siue sanctificando: quia diuina virtute in eis operante instrumenta sunt emundationis & sanctificationis animarum. Vnde dicitur. Chri- *Ephes. 5.*
stus dilexit ecclesiã. Sequitur. vt illam sancti ficaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ. Et Augusti. super Ioha. de virtute sacramenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptismi loquens dicit. Quæ vis est aquæ vt corpus tangat & cor abluat? ¶Decimò ecclesia dicitur sancta: quia sancta & gloriosa triũphante ecclesia quæ sursum in cœlestibus est mater nostra exẽplata est. Vnde beatissimus Apoc.21. Apostolus Iohannes inquit. Ego Iohannes vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo à Deo paratam sicut spõsam ornatam viro suo: & audiui vocem de cœlo dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis, &c. Quod verbum Bernardus pertractans. Non vilem repu- Lib 4. de cõsi. capit. 13 tes hanc formam, quæ in terris est habet formam in cœlo: vidit homo qui dicebat, vidi ciuitatem sanctam Hierusalem, &c. Ex his apertissimè confutatur error & blasphemia quorundam pseudo Prophetarũ, qui ore suo polluto contra sanctimoniam ecclesiæ diabolica audacia loquentes dicere præsumpserunt ecclesiam non esse sanctam sed meretricem. Cõtra quos sunt ea quæ induximus parum ante: Canti. 4. & maximè illud. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. & illa continua fidei professio quam vniuersalis ecclesia facit dicẽs Credo in vnam sanctam ecclesiam, &c.

¶ In quo ponuntur obiectiones contra ea quæ dicta sunt de sanctitate ecclesiæ. Capit. X.

SVMMARIVM.

1 *Duodecim argumenta quibus obijcitur ecclesiam nõ posse dici sanctam, tum quòd constet permistim ex bonis & malis, tum etiam quòd solus Deus dicatur sanctus.*

AD ampliorem intelligentiam maioremque firmitatem veritatis eorũ quæ de ecclesiæ sanctimonia induximus, mouebimus aliquas obiectiones in cõtrarium probando quòd ecclesia non sit sancta dicenda. Et primo arguitur sic. Cantatur in ecclesia in hymno angelico, scilicet Gloria in excelsis Deo. tu solus sanctus. Si ergo Christus solus est sanctus cùm ecclesia non sit Christus: ecclesia non videtur dicenda sancta. ¶Secundò, sanctitatis vt dicit Dionysius, vt suprà dictũ est: est ab omni immundicia libera & perfecta omnino immaculata immundicia: sed ecclesia in præsenti statu non est libera ab omni immundicia illa peccati dicente Beato Iohã. Si dixerimus quoniam 1. Iohan. 1. peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: ergo ecclesia pro præsenti statu non est sancta dicenda. ¶Tertiò sic. docet Christus omnes fideles orare pro Tertium. Matth. 6. peccatorum suorum remissione, sic. Dimitte nobis debita nostra, & cætera. quam orationem continuè facit ecclesia: quod tamen vanum esse videretur si ecclesia nullum haberet peccatum: maximè cum dicat Augustin. hoc In libro. de bono perse. loco Pelagiani confodiuntur hæretici, qui audent dicere hominem iustum in hac vita habere nullum omnino peccatum, & in talibus hominibus esse iam præsenti tempore ecclesiam non habentem maculam aut rugam, & ponitur in glossa ordinaria. ¶Quartò argui- Quartum. tur sic. dicit Apostolus. Est autem Deus verax Roman. 3. omnis homo mẽdax: ergo non videtur quòd ecclesia quę est collectio omnium fidelium dicenda sit sancta. ¶Quintò sic, ecclesiæ nõ con- Quintum. uenit pro statu præsentis vitæ nõ habere maculam aut rugam sed tantum pro statu futuræ vitę quando apparebit gloriosa: ergo nunc non est dicenda sancta sed in futura vita. consequentia patet & antecedens probatur auto- In fine. 1. libri enchiridion. ritate beati Augustin. qui tractans verbum illud Apostoli vt exhiberet sibi ecclesiam non habentem maculam nec rugam, &c. ita dicit Per hoc omnes prorsus hominũ maculę Christiani lauacri sanctitate tolluntur, quo mundat ecclesiam suam Christus vt exhibeat eam sibi non in isto seculo: sed in futuro non habentem maculam neq; rugam aut aliquid huiusmodi, Nam qui modo eam talem esse dicũt & tamen in illa sunt: quoniam & ipsi fatentur se habere peccata, si verum dicunt profectò quoniam mundi non sunt à peccatis: habet in eis ecclesia maculam, si autem falsum dicunt, quia corde duplici loquuntur: habet in eis ecclesia rugam. Si autem dicunt se habere ista non ipsam: ergo se non esse membra eius nec ad corpus eius pertinere fatentur vt etiam sua confessione damnentur. ¶Sextò sic, in eccle- Sextum. sia sunt boni & mali permixti vt superius mõstratũ est, & mali in multo ampliori numero quàm boni. cum ergo denominatio debeat fieri à maiori parte, videtur quòd ecclesia simpliciter magis immunda quàm sancta dicenda sit. Et confirmatur ex capitu. Et hoc diximus. Confirmatio. decimasexta quæstione septima. vbi dicit Origen. & ponitur in glossa continua. Matth. vigesimoprimo. Quod naturaliter viuẽtes domum orationis ex lapidibus viuis constructã

Argument. primum.

Secundum. Cap. 12. de diui. nomi.

etam faciunt spelunçam esse latronum actibus suis. ¶Septimò arguitur sic. In ecclesia *Septimum.* continentur non modo peccatores sed etiam multi præsciti: qui licet modò fidem habeant Christi: finaliter tamen in fide vera & charita te Dei non permanebunt: ergo non videtur quòd ecclesia simpliciter dicenda sit sancta.

Octauum. Eccles. 9. ¶Octauò sic. dicit sapiens. Nemo scit vtrum quis sit dignus odio vel amore & minus de alio quàm de se: ergo etiam nemo potest scire quis sit sanctus, aut immundus. ergo videtur quòd non pertineat ad articulum fidei credere quòd ecclesia quæ est *Nonum.* congregatio fidelium sit sancta. ¶Nonò arguitur sic. Fideles non sunt confirmati in fide siue in gratia Dei in statu præsentis peregrinationis. ergo non videtur quòd ecclesia quæ est fidelium collectio dicenda sit sancta: *Decimum.* quia firmata siue confirmata. ¶Decimò arguitur sic. Ecclesia aliquando dicitur fuisse fœda & maculata: ergo non semper videtur dicenda fuisse sancta. consequentia videtur manifesta. antecedens patet. dicit enim Beatus *De pœnit. dist. 1. §. ecclesia.* Hieronymus. Possibile autem est vt quando ecclesia quæ prius rugam habuit & maculam *Psal. 20.* & immundiciam postea restituta est: ita & peccator currens ad medicum, & cætera. Et idem Beatus Hieronymus exponens illud Audi filia, & vide inclina aurem tuam & obliuiscere domum patris tui. De ecclesia dicit sic. Obliuiscere domum patris tui, id est, diabolum qui te prius genuerat, quia totus mundus in maligno positus erat. ideo inclina aurem tuam: quoniam concupiuit rex speciem tuam Christus Iesus à quo regeris: quia nigra eras in domo patris: nunc autem ascendens post baptismum vel intus abluta vel gratia fidei cãdida: quia ipse est dominus à quo redẽpta es. & infrà. Ante fœdata & deformis erat ecclesia sed postea pulchra & speciosa per lauacrum baptismi: quia iustus pro impijs mortuus est, ideſt, Christus mundans eam per lauacrum sanguinis sui, vt ait Apostolus, non habentem maculam neque rugam. & Augustin. ad idem propositum super eundem Psalmũ. ita loquitur. Assumpta est ecclesia ex generatione humano vt Christus caput esset ecclesiæ. Et infrà. Gaudeat sponsa amata à Deo: quando amata? dum adhuc fœda. omnes enim peccauerunt (dicit Apostolus) & egent gloria Dei. Et iterum. Etenim pro impijs Christus mortuus est: amata est fœda, ne remaneret fœda. non enim verè fœda amata est: quia non fœditas amata est. hæc Augustinus.

¶ In quo respondetur ad obiecta facta. Capit. XI.

SVMMARIVM.

1 *Quod firmiter tenendum sit ecclesiam esse sanctã.*
2 *Sanctitas duplex.*
3 *Mali licèt numero sint de ecclesia non tamen merito.*
4 *Mali non sunt propriè membra ecclesiæ.*
5 *Ecclesia prout comprehendit angelos & homines, semper fuit sancta.*



ATENDVM est firmiter cum sanctis patribus, quẽadmodum dictum est, quòd ecclesia Christi sancta sit. vnde Augustinus super illud. Cu- *Psal. 85.* stodi animam meam quoniã sctũs sum. itadicit. Audeat dicere corpus Chri 1 audeat dicere vnus ille hõ clamãs à finibus terrę cũ capite suo dicens. Sctũs sum. accepit eñ gratiã sanctitatis, gratiã baptismi & remissionẽ peccatorũ. & infra. Omnes eñ Christiani & oẽs fideles & baptizati in Christo ipsum induerunt: sicut Apostolus dicit. Quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis. si mẽbra facti sunt corporis eius & dicunt se sanctos nõ esse: capiti ipsi faciunt iniuriam cuius membra facti sunt. Iam dicendum est ad argumenta. ¶Ad primum respondetur q *Adprimum* Christus dicitur solus sanctus sicut solus bonus: quia scilicet ipse solus secundum q Deus ex se & naturaliter bonus & sanctus est: & secundum quòd homo in summo sanctitatis, quam obrem sanctus sanctorum nominatur. Et in psalm. de eo cõfitetur Propheta dicens. *Dañ. 9.* Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ participibus tuis. secundum quem modum ipse solus sanctus est. Et hoc est quod dicitur. Quis sanctus *1. Reg. 2.* vt est dominus? vel vt habet alia litera. Non est sanctus præter te domine: quia vt ait glos. nemo sit sanctus nisi Deus. & si sint qui dicunt dij multi & domini multi: nullus tamen eorum naturaliter est id quod est Deus: nam ipse est solus qui ait. Ego sum qui sum. q hoc ergo non negatur quin participatione gratiæ eius fideles boni & iusti & sancti sint. Vnde dominus ait. Sancti estote quoniam ego *Leuit. 20.* sanctus sum. Et Augustinus tractans illud. Cu *Psalm. 85.* stodi animam meam quoniam sanctus sum. ita fideles exhortatur. Dicat vnusquisq; fidelium sanctus sum: non est ista superbia elati,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed confessio non ingrati. si enim te dixeris ex te esse, sanctum superbus es. Rursus fidelis in Christo & membrum Christi si te dixeris non esse sanctum ingratus es. ¶ Ad secundum argumentum respondetur præmittendo duo notabilia. ¶ Primò notandum quòd duplex ad præsens pōt distingui sanctitas. Vno modo quæ dicat liberationem omnimodam ab omni immundicia & corruptione culpæ, & pœnæ. & ista est sanctitas patriæ, de qua in Psalm. Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Alio modo sanctitas dicit emundationem nō à quocunque peccato aut imperfectione: sed ab eis immūdicijs quæ puritatis gratiæ & charitatis luci aduersantur. cuiusmodi sunt culpa originalis & mortalis, de qua dicitur. Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei vocatis sanctis. glossa. sancti erant sanctificati per baptismū. Item, tēplum Dei sanctum est quod estis vos. vbi glo. dicit sanctum est à tēpore baptismi: quia in nemine habitat Deus quem non antea spiritus sanctus sanctificet & purget. ¶ Secundò notandum quòd sanctitas qua ecclesia in præsenti vita sancta dicitur non dicit immunitatem ab omni peccato, corruptione & imperfectione: sed immunitatem ab his vicijs & peccatis, cum quibus charitas Dei stare non potest: per quam Deus manet in nobis & nos in Deo. cuiusmodi sunt peccata crimina. ha suæ mortalia. Vnde gloss. super illud. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. dicit: macula, scilicet criminalis culpæ, & ita habet gloss. decreti in capitul. omnibus consideratis. 24. quæstione prima. super verbo sine macula. Et ideo venerabilis Beda super Canticā tractans præfatum verbum. Tota pulchra es, & cetera dicit. Hæc aūt dicta sunt nō q̄ in hac vita sanctorū q̄spiā vel à culpis oibus immūis, vel perfectus possit esse virtutib⁹: cū veraciter scriptum sit: quia nō est homo in terra iustus: qui faciat bonum & non peccet: sed quòd sancta ecclesia in quantum ecclesia Christi est & fide recta & munda sit opere. Quibus notatis respondetur ad rationem, & primo dicitur q̄ mundicia importata in diffinitione sanctitatis posita à Beato Dionysio dicit mūdiciam siue puritatē à peccato siue in intellectu siue in affectu, quod contrarietatem habet ad gratiam: cuiusmodi est originale & mortale: non autem dicit emundationem à peccato venialis. Vnde Augustinus dicit. Nullus sanctorum vel iustorum caret peccato, nec tamen ex hoc desinunt esse iusti vel sancti: cum affectu teneant sanctitatem. ¶ Secundò ad minorem, vbi dicitur quòd ecclesia in præsenti statu nō est omnino libera ab immūdicia quæ diuinæ gratiæ contrariatur, & ad authoritatem Beati Iohannis dicentis. Si dixerimus quòd peccatum, & cætera. Respondetur dupliciter. Vno modo de peccatis venialibus quę in præsenti vita non possunt totaliter vitari. dicitur enim, Septies in die cadit iustus. Et Augustinus dicit, & habetur in gloss. Impossibile est quemlibet sanctum aliquando non cadere in minimis peccatis neque iusti esse desistunt: quia citius opitulante Deo resurgunt. ¶ Secundò respondetur ad idem quòd si Beatus Iohannes loquitur de mortali: tunc non est sensus quòd omnes fideles habeant peccatum mortale: sed quòd si dixerimus ex elatione, scilicet, vt dicit gloss. interlinea. elati de aliqua iustitia: quia cum nemo sciat vtrum dignus odio vel amore sit. Qui absque reuelatione asserent se esse sine peccato mortali: incurrit peccatum iactantię, superbię & falsitatis asserens quod nescit. Et ideo dicit & veritas in nobis non est. Ista est expositio magistri Nicolai de Lyra. ¶ Ad tertium respondetur: quòd per illam authoritatem Matthæi sexto. licet vt dicit gloss. quilibet nostrum instruatur se peccare quotidie dum pro peccatis quotidie iubetur orare: non tamen datur intelligi quòd quotidie peccemus omnes fideles peccato quod sanctitati aduersetur. Vnde Hieronymus exponēs illud Beati immaculati in via: dicit. quomodo immaculati? quia sine minutis peccatis homo esse non potest: sicut sanctus Iohannes dicit, Si dixerimus, & cætera. Et propheta dicit. Qui ingreditur sine macula, & cætera. & respondens ait. sine macula, hoc est sine mortalibus criminibus. ¶ Ad quartum dicendum quod non vult Apostolus dicere in illis verbis: quod omnis homo mentiatur. vnde ipse ad se dicit, Deus scit quòd nō mentior. sed vt colligitur ex gloss. datur intelligi in verbis Apostoli & Prophetæ dicentium, Omnis homo mendax. quod omnis homo est mutabilis naturæ & voluntatis, & ideo potest esse mendax in promissis. non sic autem Deus cū sit inuariabilis & impermutabilis, & ita vt dicit gloss. Omnis homo mendax dicitur. quia quantum à seipso est labilis in essentia & per peccata defluens est, & ita argumentum sumptum ex illa authoritate non militat contra propositum. quoniam licet omnis homo quātum est ex seipso labilis sit & defluxibilis per peccatum: per gratiam tamen potest non defluere. Vnde Propheta dicit. Si dicebam motus est pes meus misericordia tua adiuuabat me. Et Apostolus. Gratia Dei sum id quod sum

Ad secundū

Psalm. ç 1.

Roman. 1.

1. Corint. 3

1. Iohan. 4.

Cantic. 4.

Prouer. 24.

Eccles. 7.

Ad tertium

Psal. 118.

Ad quartū.

2. Cor. 12

Psalm. 93.

1. Cori. 15

Ad quintū. sum, & gratia eius in me vacua non fuit. ¶ Ad quintum patet responsio ex his quæ dicta sunt ad secundam obiectionem, vbi distinctione facta de duplici modo sanctitatis: dictum est, quòd sanctitas importans omnimodam liberationem & immunitatem ab omni corruptione & vetustate culpæ & pœnæ & cuiuscunque imperfectionis contagione: non est ecclesiæ pro statu præsentis vitæ sed futuræ quando apparebit gloriosa. & per consequēs isto modo loquendo non conuenit ecclesiæ pro statu præsentis vitæ non habere maculam aut rugam: vt sonant manifestè sanctorum authoritates inductę. Sanctitas verò quę dicit immunitatem earum culparum & rugarum quæ diuinæ gratiæ animam illustranti repugnant, bene conuenit ecclesiæ sicut diffuse monstratum est, & per consequens hoc modo immunitas competit ecclesiæ etiam pro statu vitæ præsentis non habere maculam ne

Ad sextum 3 que rugam aut aliquid huiusmodi. ¶ Ad sextum dicendum, quòd licet mali numero sint de ecclesia, non tamen merito. Ecclesia autem tota est sancta in omnibus qui de ecclesia sunt numero & merito: cuiusmodi sunt omnes fideles qui dilectione charitatis in Christo ra-

Hilarius li. de Trinita. dicati sunt. Ait enim Beatus Hilarius. Sanctus es si fide es perfectè credulus, si spe inconcussa firmus, si charitate es perfecte radicatus. Vnde licet multi fideles peccatores dicantur esse in ecclesia: nihilominus quia isti non sunt propria membra corporis Christi nec perfecta vnitate, quæ est per charitatem pertinent ad ecclesiam, non sequitur quòd ecclesia simpliciter non sit dicenda sancta, sancta quidem est vt prædiximus in omnibus qui ad eam pertinent numero & merito siue in omnibus membris suis. ¶ Ad confirmationem autem quæ

Ad confirmationem. sumpta est ex authoritate Origenis dicēdum, quòd quanquam ecclesia habeat malos permixtos bonis: quia tamen mali non sunt verè & propriè membra corporis Christi quod est ecclesia: non est fatēdum simpliciter quòd

4 ecclesia Christi sit fœda aut nō sancta aut spelunca latronum: sed bene dicitur à sanctis doctoribus sicut suprà induximus quòd in aliquibus qui non sunt membra eius perfectè & propriè infirmetur aut patiatur aliquā fœditatem, & ex peruersitate operum actuum malorum fidelium aliquas detractabiles suscipiat denominationes: vt puta, quòd dicatur spelunca latronum sicut inductum est ex Origine

Ad septimū & alia huiusmodi. ¶ Ad septimum respondetur negando consequentiam: quia fideles præsciti aut habēt maculam peccati mortalis aut non, sed sunt in gratia. si detur primum: dicendum est de illis sicut de alijs fidelibus peccatoribus parum antè iam diximus. si verò sine macula sunt peccati mortalis habentes Christi gratiam: dicendum quòd in illis etiam ecclesia sancta dicitur: licēt in futurum sint maculam aut contagionem habituri infidelitatis, & impietatis rugam. iudicium quippe de mēbris ecclesiæ sumitur secundùm dispositionem præsentis temporis & non futuri. sicut homo dicitur quis nunc mundus in membris quæ cras aut post immunda futura sunt. ¶ Ad octauum respondetur negando consequentiam: quoniam scire non possumus via humana quis de adultis in vita præsenti sanctus sit sanctitate gratiæ & inhabitatione spiritus sancti: nihilominus certissimi sumus quòd talis sanctitas sit in membris ecclesiæ quæ illius vera & propria membra sunt in quibus ipsa sancta dicitur, vtpote quæ corpus Christi & spōsa illius dilecta pulchra & sine macula esse describitur. Cantic. 4. ¶ Ad nonum dicendum quòd ecclesia pro statu vitæ præsentis non ita in fide & charitate dicitur firmata quòd eius omnia membra ita in gratia sint confirmata quòd amplius peccare non possint: sed ea ratione: quia semper erunt in ecclesia aliqui homines fideles & sancti. ¶ Ad decimum & vltimum dicendum primò quòd capiendo ecclesiam prout comprehendit Angelos & homines, ecclesia semper sancta fuit: quia Angeli boni in sanctitate in qua creati sunt immobiles permanserunt. Si loquimur de ecclesia sicut in superioribus locuti sumus: quæ scilicet sumpta est & collecta ex hominibus fidelibus, dicimus etiam quòd semper ecclesia in aliquo vel in aliquibus sancta fuit: dicente Beato Augustino, Olim est ecclesia & ex quo vocantur sancti est ecclesia in terra. Ad authoritates autem inductas in contrarium dicitur quòd Augustinus & Hieronymus nō loquuntur de ecclesia vniuersali quæ ab Abel iusto dicitur incepisse vsque ad vltimum iustum sed de ecclesia secundum quòd dicit collectionem fidelium ex populo gentilium venientium: qui populus prius fuit fœdus sordibus idolatriæ. Vnde Augustinus subiungit. Nonne ista est quæ iacebat in cœno iniquitatum? nonne ista est quæ iacebat in fornicatione idolorum? Vel dicendum & fortè meliùs quòd ecclesia sumpta ex humano genere non est ita intelligenda prius fuisse fœda quòd postquam ecclesia cœpit esse fuerit fœda in omnibus membris suis. quoniā sicut infra videbitur in ecclesia quæ ab Abel

Ad octauū.

Ad decimū. 5

Super psal. 124.

Super psalmo. 103.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur incepisse,semper fuerunt aliqui vel aliquis sanctus,sed sic accipiendum est: quia omnia membra Ecclesiæ de genere humano sumpta excepto saluatore nostro qui non humano semine sed de spiritu sancto conceptus:fuerunt prius & si non pro eodem tempore fœda fœditate alicuius peccati saltem originalis. & hæc videtur esse intelligentia Augustin.vt apparet ex authoritatibus quas inducit ad probãdum ecclesiam prius fuisse fœdam,vt patet ex illa.Omnes peccauerũt.glos. ex vno peccatore omnes nascuntur peccatores,& egent gloria Dei. Et ex illa. Pro impijs mortuus est.

Roman.3.

Roman.5.

¶In quo improbatur modus quorundam loquendi de sanctitate ecclesiæ. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Germanorum conuentum reprehenditur dicentiũ quòd ecclesia non dicatur sancta ratione suppositorum,sed ratione formæ.*

2 *Ecclesia quòd sancta sit in membris suis.*

3 *Sola fidei integritas non sufficit,vt sancta nominetur ecclesia.*

1 SEVERVNT quidam nouelli doctores Alemãni: qui docere præsumpserunt quòd ecclesia sancta dicitur non ratione suppositorum cum in ipsa sint permixti bonis multi mali,sed ratione formæ quam dicunt esse identitatem fidei. Imaginantur enim quòd scilicet ratione vnitatis fidei quam dicunt principium formale ecclesiæ: semper permanet vna & inuariata partibus materialibus ipsius ecclesiæ: continue sibi inuicem succedentibus & variatis secundum merita & demerita. sic ratione illius formæ semper sancta permanet & immunis.& hæc est identitas, vt dicunt, fidei quo ad credita.& identitas societatis vel communionis quo ad sacramenta. fides enim quo ad credita, & sacramenta inquinari non potest.Et ita dicunt quòd sicut ecclesia catholica manet semper vna ratione vnitatis fidei: ita semper est sancta ratione eiusdem fidei: quæ semper recta, semper sana & sancta manet & immunis ab omni contagione erroris. de qua dicunt Apostolum dixisse illud. Christus dilexit ecclesiam suam & tradidit semetipsum pro ea vt illam sanctificaret.& cætera. Sed saluo semper meliori iudicio licèt à fidei puritate & sacramentorum communione ecclesia catholica sancta dicatur, nihilominus præfati doctores ecclesiam catholicã ex hac sola parte sanctam describentes non plenè loquuntur de sanctitate ecclesiæ: nec eo modo quo scriptura sancta loquitur & sancti patres ecclesiæ eam sanctam in symbolo Niceno confessi sunt. Nam dominus ait.Sancti estote quoniam ego sanctus sum.Manifestum est autem quòd ad homines ipsos loquitur.Et Apostolus. Templũ Dei sanctum est quod estis vos. Item. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.glosidest criminalis culpæ.Item Vna est perfecta mea columba mea. glo.quia omnibus virtutibus & charismatibus perficitur, & sanctitas ecclesiæ non refertur tantùm ad fidem. Præterea hoc idem ostenditur authoritate sanctorum patrum supranominatorum qui de sanctitate loquuntur non solùm prout dicit integritatem fidei absq; ruga perfidię: sed prout dicit emundationes à contagione mortalis peccati perhabitum virtutum diuinitus infusum: quæ fidelium animas sanctificant & decorant. Vnde Augustinus. Decor domus Dei in sanctis est. Cæterùm hoc quidem ea ratione apertũ redditur: quia si integritas fidei informis sufficeret ad denominandam ecclesiam sanctam,profectò quilibet peccator fidelis integritatem fidei habens posset vocari sanctus: quod falsum est,dicẽte beato Augustino. Sanctitas est perfectissima voluntas & serenissima puritas. & iterum. sanctus es si sanctam habes affectionem.sanctitas enim in iustitia & operibus constat. Demum sancti doctores sicut suprà tetigimus: dicunt ecclesiam sanctam esse sanctam in veris membris,non in non veris siue mortuis,cuiusmodi sunt fideles peccatores qui etiam integritatem fidei obseruant. Item sancti dicunt quòd ecclesia sancta est in granis non in paleis per quas in area dominica peccatores fideles designantur. Amplius beatissimus Augustinus doctor ecclesiæ & hæreticorum malleus dicit contrarium: qui, vt suprà meminimus,tam in libro retractationum quàm in enchiridion,& in de bono perseuerantiæ dicit, quòd ecclesia non in isto seculo est omnino sine macula, & sine ruga,& tamen si sanctitas ecclesiæ accipere tur ex sola integritate fidei falsum esset, qđ Augustinus tãtis irrefragabilibus testimonijs stabilire

Ephes.5.

Leuit. 19.

1.ad Cor.3

Cantic.3.

Cantic.6.

Augusti.sup psalm. 44.

Augusti. in libr.de gratia & libero arbitrio.

Imaginatio Germanorũ

3 stabilire curauit.¶ Vltimò si sola fidei integritas & sinceritas sufficeret sanctã nominare ecclesiã,videretur aliqb⁹ qcõgregatio schismaticorum & excommunicatorum cùm fidem catholicam adhuc integerrimam custodire videantur:sancta nominanda veniret,quod absurdissimum est. Auctoritas autem Pauli, quam in suæ falsæ opinionis robur inducunt non potest secundum literam neque secundũ glos. suæ imaginationi suffragari.planè quod inquit Apostolus, quòd Christus dilexit ecclesiam & tradidit semetipsum pro illa vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, & cætera. non respicit sanctitatem fidei quæ semper sancta fuit. quia diuinæ veritati innitens & à diuinæ sapientiæ luce emanans: sed ad personas fideles sacro baptismate ablutas, & sanctarum virtutum ornatibus decoratas quæ sunt membra ecclesiæ refertur,vt clarissimum est.Quare de sanctitate ecclesiæ tenendum, & confitendum est non vt isti nouelli magistri sine authoritate loquentes, docere præsumpserunt, sed iuxta sanctorum doctorum sententiam quam in superioribus capitulis plenè annotauimus.

Ephes.5.

¶ Quòd ecclesia sit catholica dicenda. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Verbum hoc, catholicum,tripliciter usurpari solet.*

2 *Ecclesia octo de causis catholica nominatur.*

3 *Hæreticorum ecclesiæ quare catholicæ dici nõ possint.*

4 *Fides catholica omnes philosophiæ partes complectitur.*

5 *Præcepta data synagogæ particularia fuerunt,ecclesiæ uerò uniuersalia.*

Ecclesia est catholica.

1 AM considerandum venit quomodo sancta Dei ecclesia dicatur catholica. Et notandum in primis quòd tribus cõsueuimus attribuere hoc nomen catholicum: videlicet ecclesiæ fidei Christianæ,& hominibus Christi fidem habentibus. Confitemur enim ecclesiam catholicã cum patribus & symbolo Niceno. Fidem etiam Christi dicimus catholicã cũ beato Athanasio: qui in symbolo ait.Hæc est autem fides catholica. Item Christianum vocamus catholicum. vt Hieronym. vbi ait. Quicũque me culpare voluerit, se imperitum vel maliuolum vel etiam non catholicum,sed hæreticum comprobabit.Catholicum autem nomen Græcum est & sonat latinè vniuersale.Dicitur autem primò fides Christi catholica multiplici de causa. Vna,quia annũtiata & plantata, & seminata est per vniuersum orbem & apud omnem gentem secundum illud psalm. In omnem terram exiuit sonus eorum.scilicet Apostolorũ.& in fines orbis terræ verba eorum. quòd ita apud Isaiam prophetatum de eis legimus.vt ait glossa,vbi dicitur. Implebunt faciem orbis semine scilicet prædicationis. Hoc etiam fuit eis impositum à saluatore nostro: qui volens omnes homines saluos fieri,iubet Apostolis.Euntes in mũdum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Et Marc. vltim. dicitur. Illi prædicauerunt vbique. Et Apostolus Paulus hanc vniuersalitatem fidei in Romanis commendans,ait.Fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.¶Secundò fides Christi catholica dicitur: quia toto tempore ecclesia illam tenuit & tenet. vnde Augustin. inquit. Catholicum nomen Græcum est: interpretatur autem latino eloquio vniuersale: quia toto mundo diffusa ecclesia in toto tempore hanc fidem tenet, nec vnquam aut tempore mutata est aut locis variata. nam hæreticorum fides non potest dici catholica:quia nõ est publica sed priuata neque vbique tenetur. ¶ Tertiò fides Christi dicitur catholica: vt ait Boetius. Quia eius præcepta non vni genti tantùm obseruãda:sed omnibus gentibus proponit.in quo præcipuè differt à lege Moysi: qui vni tantùm populo præcepta proponebat,similiter & singulæ hæreses suis tantùm sectatoribus præcepta commoda tradunt.sed fides catholica de omnibus curam gerens,omnibus præcepta commoda tribuit: non solùm continentibus,vt Manichæi:sed etiam coniugatis:non solùm innocentibus vt Nouatiani: sed etiam pœnitentibus: quibus illi salutem denegabãt. Quartò dicitur catholica: quia ita vniuersaliter vera est,vt ei nihil falsitatis erroris aut iniquitatis admisceatur. in quacunque parte. in quocunque articulo. in quocunque casu. Sectæ autem gentilium ac hæreticorum doctrinæ, & Philosophorum non sic sunt vniuersales: quia si in aliqua sui parte verum dicant,in multis tamen à veritate deficiunt. non sic autem est de fide quæ à veritate cadere nunquam potest. Vnde Propheta ait.

Hieronym. in capi. hæc est fides. 24. q. prima. 2

Isai. 27.

Matth.ulti.

Roman. 1.

Aug. in tract. de catholica ueritat.

Boetius in princ.lib.de Trinita.

psalm.118

Universidad de Deusto
Biblioteca

ait. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua: omnia mandata tua veritas. Et infrà. In æternum domine permanet verbum tuum: in generatione & generationē veritas tua. Præterea quilibet Christianus dicitur catholicus: qui ea quę fides catholica docet & prædicat credit & vera esse tenet. Vnde Augustinus de duplici generatione catholicorū, scilicet bonorum & malorum loquēs dicit sic. Illi soli catholici mali putantur: qui quanuis vera credant quæ ad fidei doctrinam pertinent: tamen flagitiosè viuunt: boni catholici sunt qui & fidem rectam sequuntur & bonos mores. qui autem aliquid eorum non credit dicitur infidelis & hæreticus. Infidelis quidē quia fidem nō habet. Hęreticus quia sectæ suæ assertor & defensor: phātasias suorum errorum pertinaciter præfert authoritati diuinæ. Ex quibus facilè patere poterit principale propositum: videlicet quare ecclesia sancta catholica sit dicenda. Pro quo notandū quòd ecclesia dicitur catholica siue vniuersalis primò quo ad locum: quia est toto orbe diffusa. & illa est ratio beati Augustini in trāctatu de symbolo dicentis. Diuersorum autem hæreticorum ideo ecclesiæ catholicæ non dicuntur: quia per loca ac suas quasq; prouincias continentur. Hæ verò à solis ortu vsque ad occasum vnius fidei splendore diffunditur. De qua vniuersalitate scribitur. A finibus terræ ad te clamaui. Super quo verbo Augustin. in expositione psalm. 29. Quis nostrum clamat à finibus terræ, non ego, non tu, non ille, sed à finibus terræ ipsa sola ecclesia tota hæreditas Christi. Item à solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen domini. Vbicunque autem timetur Deus & laudatur ibi est ecclesia Christi inquit Augustin. ¶ Secundò ecclesia dicitur catholica, idest, vniuersalis quantum ad omne tempus. nūquam enim defectura est: vt quidam male arbitrati sunt: sed ipsa ab Abel iusto incipiens vsque in finem seculi permanebit. quoniā Deus fundauit eam in æternum. & Matthæ. vltim. Christus ita pollicitus est discipulis dicēs. Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. ¶ Tertiò ecclesia dicitur catholica, idest vniuersalis quātum ad omnem gentem. colligitur enim ecclesia ex omni tribu, lingua populo, & natione: secundum illud. Redemisti nos Deus in sanguine tuo ex omni tribu lingua & populo & natione & fecisti nos Deo nostro regnum. propter quod inquit beatus Petrus, In veritate comperi: quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente qui timet eū & operatur iustitiam: acceptus est illi. ¶ Quartò ecclesia dicitur catholica, idest vniuersalis quantū ad conditiones hominum: quia nullus abijcitur ab ecclesia: non dominus, non seruus, non masculus, non fœmina, non Græcus, non Iudæus, & breuiter nulla hominum conditio excipitur. Vnde Apostolus inquit. Vbi non est masculus & fœmina, gentilis & Iudæus: circūcisio & prepūtium, barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia in omnibus Christus. glos. nullus vt indignus excipitur. Et infra. In nouo homine nulla exterior diuersitas alicui præiudicat, scilicet neque sexuum, neq; nationū, neque obseruationum, neque linguarum, neque conditionum. ¶ Quintò ecclesia dicitur catholica: quia vt ait Boetius. Articuli fidei vniuersales sunt, non habentes instantiam siue exceptionem: quia fidei non potest vnquam subesse falsum. Fidelis Deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, nō est in illo, est & nō. glos. idest, mendācium. vt in sermone pseudo prædicatorum: sed est in illo, est, idest, simplex veritas. ¶ Sextò dicitur ecclesia catholica: quia in ea datur generalis doctrina de visibilibus & inuisibilibus, de cœlestibus & æternis quæ ad institutionem hominum salutem que humani generis necessaria sunt & vtilia. dicit enim Anselmus. Nihil vtiliter ad salutem spiritualem prædicamus quod sacra scriptura spiritus sancti miraculo fœcundata non protulerit, aut in se non teneat. hic plane (vt ait Augustinus ad Volusianum) physica, ethica, & logica ad quę tria omnis reducitur philosophia vt docet Plato. Et Augustin. recitat de ciuitate dei. Hi ephysica, quoniam omnium naturarum causæ in Deo sunt creatore. hic ethica, quoniam vita & honestas non aliunde formantur quàm cum ea quæ diligenda sunt, quē admodum diligenda sunt diliguntur, scilicet Deus & proximus. Hic logica: quoniam veritas lumenque rationalis animæ non est nisi Deus. Hic etiam laudabilis reip. salus. non enim custoditur optimè ciuitas nisi fundamento & vinculo fidei firmęque concordiæ fuerit solidata. ¶ Septimò ecclesia dicitur catholica propter vniuersalitatem præceptorum, præcepta quippe data synagogæ particularia fuerunt. Tum particularitate temporis, quia data sunt ad tempus & tandem mutanda pro tempore aduentus redemptoris nostri. erant enim vmbra futurorum. Tum particularitate gentis: quia vni genti tantum data est: scilicet populo Israel, ex quo secundum carnem Christus nasciturus erat. Vnde dicitur. Non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non

Augustlib. 3. de quæst. Euang. q. 2.

3

Psalm. 60.

Psal. 112.

Psalm. 47.

Apocaly. 5.

Actuū. 10.

Boe. in princip. libr. de trinitat.

2. Corint. 1

4

Paul. ad Coloss. 2.

Psal. 168.

sua non manifestauit eis. Tum particularitate conditionis hominum. nam præceptum circuncisionis solis viris datum est. Præcepta vero Christianæ religionis vniuersalia sunt tempore: quia duratura vsque in finem seculi. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiāt. quod Chrysost. exponit de generatione fidelium Christi.

Matth. 24.

¶ Secundò sunt vniuersalia quo ad gentem: sicut habitum est, & inquit Apostolus. Omnes enim filij Dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. quicunque enim in Christo baptizati estis Christum induistis: non est Iudæus, nec Græcus non est seruus neque liber: non est masculus neque fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. ¶ Tertiò sunt vniuersalia quo ad conditiones hominum: vnde datum est præceptum de baptismo: qui viris & fœminis est communis. ¶ Octauò ecclesia dicitur catholica, idest vniuersalis: quia habet vniuersalia remedia siue medicamenta quæ ad curationem cuiuscunque membri spiritualis efficaciam habent salutarem: quæ sunt septem sacramenta: in quibus sub tegumēto rerum sensibilium secretius diuina virtus operatur. vt ait magister sententiarum. Plures istorum modorum vniuersalitatis quibus ecclesia dicitur catholica siue vniuersalis tāgit beatus Isidorus ita dicens. Ecclesia vocatur propriè propter quod omnes ad se vocet & in vnum congreget. Catholica ideo dicitur: quia per vniuersum mundum est constituta. Vel quoniam catholica: hoc est: generalis in ea doctrina est ad institutionem hominum de visibilibus & inuisibilibus rebus cœlestium atq; terrestrium. Vel propter omne hominum genus ad pietatis subuentionem tam principum quàm etiam quibus principantur: oratorum & idiotarum. vel propter hoc quòd generaliter curat omnia peccata quæ per corpus & animam perficiuntur. Hæc Isidorus.

Ad Galat. 3

Magist. in 4. distin. 1.

Isidor. lib. 1 de officijs.

¶In quo ponuntur obiectiones contra illud quod dictum est quòd fides Christiana catholica sit nominā da. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Argumenta quinque quibus obijcitur quod fides Christianorum non possit dici catholica & vniuersalis.*

CONTRA hoc quod dictum est primo in superiori capitulo: quod fides Christiana catholica appellanda sit multipliciter arguitur. ¶ Primò sic. Cognitio debet cognoscibili siue obiecto suo esse proportionata: non enim quodlibet quomodolibet cognoscitur. sed fides est cognitio Dei: qui non est vniuersalis neque parti eularis: vt dicit Augustinus. Ergo fides quæ Dei cognitio est: non est dicenda vniuersalis. 1

Argumentū primum.

Aug. in lib. de ciui. Dei.

¶ Secundò sic. de singularibus non potest esse nisi singularis cognitio. vnde singularium non est scientia. sed fide quædam singularia facta tenemus, vt natiuitatem Christi: passionem, resurrectionem, ascensionem, aduentum ad iudicium, & huiusmodi. ergo fides nō debet dici vniuersalis & per consequēs nec catholica. ¶ Tertiò sic, ab eo quod est cōmune multis non debet proprium nomen alicui rerum imponi: cum nomen causa innotescendæ rei imponatur. Sed quælibet traditio vel secta proponit ea quæ tradit: vt vniuersaliter ab omnibus credenda vel obseruanda vt vniuersaliter vera. ergo non debet fides Christiana specialiter hoc sibi vendicare vt vel catholica siue vniuersalis nominetur.

Secundum.

Tertium.

¶ Quartò sic. Idololatria ad omnes mundi angulos peruenit: sed fides Christiana non innitur ad omnes mundi fines peruenisse: cum aliqui Barbari sint qui fidem Christi non cognoscant. ergo idololatriæ secta magis debet dici catholica, quàm Christiana fides. ¶ Quintò sic. quod non conuenit omnibus non debet dici vniuersale: sed fides Christiana à multis non recipitur dicente Apostolo. Non omnes obediunt euangelio. Esa. etiam dicit. Domine quis credidit auditui nostro? glo. inquit aliquis, sed non omnes. ergo inconuenienter fides Christiana catholica siue vniuersalis nominatur.

Quartum.

Quintum.

Roman. 10

Esa. 53

¶In quo respondetur ad rationes iam factas. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Fidei duplex materia.*

2 *Hæreticorum sectis non propriè conuenit uniuersalitatis nomen.*

3 *Fides Christiana cur dicta vniuersalis siue catholica.*

CRE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fides Chriſtiana eſt catholica.

REDENDVM eſt & ſine aliqua hæſitatione tenẽdum ꝙ fides Chriſtiana rationib⁹ ſupra aſsignatis catholica ſiue vſus dicẽda ſit, qđ etiã iterũ cõfirmamus primo autoritate beatiſsimi Pauli Apoſtoli dicẽtis. Manifeſtauit aũt tẽporibus ſuis verbum ſuũ in prędicatione quæ credita eſt mihi ſecundum prędceptum Saluatoris noſtri Dei: dilecto filio Tito ſecundum communem fidem gloſ. ideſt, catholicam. Præterea beatus Auguſtin. inquit. Tenenda eſt nobis Chriſtiana religio & eius eccleſiæ communicatio: quæ catholica eſt & catholica nominatur non ſolum à ſuis: verum etiam ab omnibus inimicis ſuis. Pro pleniori autem intelligentia huius rei notãdum, quòd fides ſicut & quælibet alia cognitio (vt inquit ſanctus Thom. ſuper Boetium de trinita.) duplicem habet materiam, ſcilicet materiam in qua, qui ſunt ipſi credentes: & materiã de qua ſcilicet ipſas res creditas, ex parte autẽ vtriuſque materiæ fides Chriſtiana catholica dici poteſt. ex parte quidem credentium: quia illã fidem veram aſſerit Apoſtolus quæ teſtificata eſt à lege & prophetis. Cùm verò prophetarum temporibus diuerſę gentes diuerſorum deorum cultibus inſiſterent: ſolus verò populus Iſrael Deo vero cultum debitum exhiberet: & ſic non eſſet vna vniuerſalis religio prædixit per ipſos Prophetas ſanctus ſpiritus eultum veri Dei ab omnibus eſſe aſſumendum. Vnde dicitur. Mihi curuabitur omne genu & confitebitur omnis lingua. Quod quidem per religionẽ Chriſtianam adimpletur. vnde merito catholica nominatur vtpote â cuiuſlibet nationis hominibus iuxta illud quod dominus per Malachiam dicit. Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gẽtibus & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Quare illi qui ab hac fide & religione communiter promiſſa & recepta in proprias quaſdam ſententias declinarunt: non catholici: ſed quaſi à communione diuiſi hæretici nominantur. Sed ex parte etiam rerum creditarum in fide Chriſtiana vniuerſalitas inuenitur. Fuerunt namque antiquitus diuerſæ artes & viæ: quibus hominibus quãtum ad diuerſa prouidebatur, vel prouideri credebatur. Quidam namque bonum hominis in ſolis corporalibus ponebant, vel in diuitijs, vel honoribus: aut voluptatibus. quidam in ſolis animæ bonis: vt in virtutibus moralibus, vel intellectualibus. quidam autẽ, vt Auguſtinus dicit, exiſtimabant deos eſſe

Ad Titũ. 1.

Auguſti. in lib. de uera religione.

1

Roman. 3.

Eſaiæ. 45.

Malach. 1.

colẽdos propter temporalia bona iſtius vitæ. quidam vero propter bona qui ſunt poſt vitam. Porphirius enim ponebat quibuſdã gentilibus obſeruationibus animæ imaginariam partem purgari, & non totam animam. dicebatque, vt Auguſtinus dicit. Nondum eſſe receptam vnam ſectam quæ vniuerſalem contineat viam animæ liberandæ. hæc autem eſt religio Chriſtiana: vt Auguſtinus ibidem dicit. Ipſa enim docet Deum eſſe colendum: non ſolum propter æterna: ſed etiam propter temporalia beneficia: non ſolum in ſpiritualibus: ſed etiam in vſu corporalium hominem dirigit, & beatitudinem animæ & corporis repromittit. Et ideò regulæ eius vniuerſales dicuntur. vtpote totam vitam hominis in omne qđ ad ipſum quomodolibet pertinet ordinantes. Et has duas rationes vniuerſalitatis aſsignat Boetius, vt ſuprà diximus. Quibus notatis dicendum eſt ad argumenta. ¶ Ad primum reſpondetur quòd quamuis Deus in ſe non ſit vniuerſalis nec particularis: eſt tamen vniuerſalis omnium rerum cauſa & finis. & ſic cognitio quæ de ipſo habetur ad omnia: quodammodo vniuerſalis eſt. ¶ Ad ſecundum reſpondetur quòd ratio non militat: quia illa particularia facta: puta, natiuitatem, paſsionem, reſurrectionem Chriſti, & cætera. tenet fides vt vniuerſalia remedia ad totum genus humanũ liberandum. Iuxta illud. Vnus enim Deus: vnus & mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus: qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus, gloſſ. interli. nullum excipit qui vellet ſaluari. ¶ Ad tertium dicendum quod aliæ ſectæ licet proponant & nitantur ea quæ tradunt, vt ab omnibus vniuerſaliter obſeruentur: hoc tamen eis non conuenit, & ſi hoc ſibi vendicare præſumant: quod eſt proprium fidei Chriſtianæ: nihilominus ad hoc pertingere non poſſunt vndecis non proprie vniuerſalitatis conuenit nomen. ¶ Ad quartũ dicẽdum, ꝙ idololatria licet ad omnes partes orbis pertigerit: non tamen erat vna religio: ſed apud diuerſos diuerſa: cùm diuerſi diuerſos ſibi deos colendos inſtituerint. nec iterum ab omnibus nationibus eſt recepta: cùm à veri Dei cultoribus fuerit reprobata & etiã à ſapientibus gentilium, qui dicebant huiuſmodi ceremonias eſſe obſeruãdas tãquam legibus iuſſas, non tanquam dijs placitas. vt de Seneca dicit Auguſtinus.

¶ Ad quintum dicendum quòd fides Chriſtiana nõ dicitur catholica vel vniuerſalis propter ſingula generum: ſed propter genera ſingulorum: quia ex omni cõditione hominum ei ali-

Auguſti. in lib. de ciuitate Dei.

Lib. 10. de Ciuita. Di

Boet. in lib. de Trinita.

Ad primũ.

Ad ſecundũ

1. ad Ti. 2.

Ad tertium 2

Ad quartũ.

Libr. 6. de ciuita. Dei.

Ad quintũ.

ei aliqui adhærent ſecundum vaticinium prophetæ dicentis. Conuertentur ad dominum

Pſalm 21. vniuerſi fines terræ & adorabunt in cõſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium.

¶ Vbi ponũtur obiectiones contra illud quod dictum eſt quòd eccleſia ſit catholica dicenda. Capitul. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Quinque argumenta quibus obijcitur quod eccleſia Chriſtiana non ſit dicenda catholica, propter rationes in ſuperiori capite poſitas.*

Argument. primum.

1

CONSEQVENTER contra id quod de eccleſia dictum eſt quôd catholica ſit etiam arguitur multipliciter, & primo ſic. Tempore quo Apoſtoli cõdiderunt ſymbolum: neque fides nec eccleſia era per totum orbem diffuſa, ergo ſequitur quòd eccleſia Chriſti non eſt dicta catholica illa ratione: quia ſicut per orbem totum extenſa. Cõſequentia patet, antecedens etiam oſtẽditur ex eo quòd antequam per orbem ad prædicandum Apoſtoli diffunderentur ſymbolum condiderunt in quo tunc iam affirmauerant eccleſiam eſſe

Secundum. catholicã. ¶ Secundô ſic, vna & eadẽ eſt eccleſia quæ fuit apud patres veteris teſtamenti & quæ apud nos eſt in nouo teſtamento. Sed eccleſia antiquo tempore veteris teſtamenti nõ

Pſalm. 75. dicebatur catholica: cum in ſola Iudæa notus eſſet Deus: ergo videtur quod etiam nũc tempore gratiæ eccleſia nõ venit catholica nominanda. ¶ Tertiò ſic. Eccleſia Romana dicitur

Tertium. vniuerſalis: vt in ca. in nomine domini. d. 23. licet nõ ſit per orbem diffuſa. ergo videtur ꝙ eccleſia non ſit dicenda catholica ea ratione: quòd per totum mundũ extenſa ſit & omniũ

Quartum. gentium ſocietate conſtituta. ¶ Quartò ſic. Omnes eccleſiæ particulares per orbem diſperſæ catholicæ appellantur, ergo hoc non vide

In cap. quã uis diſt. 21 tur eſſe proprium vniuerſali eccleſiæ. ¶ Quin

Quintum. tò ſic. ſi eccleſia eſſet dicenda catholica, ideſt, vniuerſalis, videretur quòd paſtor eius & rector ſcilicet Rom. pontifex dicẽdus veniret vniuerſalis. ſed hoc prohibetur, vt in capit. nullius, & capit. eccc. diſtin. 99. expreſſe habetur.

¶ In quo reſpõdetur ad obiectiones præcedẽtis cap. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Quod etiam tempore Apoſtolorum eccleſia catholica dicebatur.*
2 *Eccleſia veterum & noſtra ſemper fuit catholica.*
3 *Eccleſia dicitur vniuerſalis dupliciter.*
4 *Eccleſiæ particulares in toto orbe diſperſæ qua ratione dicuntur catholicæ.*
5 *Papa vniuerſalis dici poteſt, licet ita nominari pro hibeatur.*

AD id verò quod in prima ratione obijcitur reſpondetur dupliciter. Ad primũ.

¶ Primò, quòd etiam pro tempore quo Apoſtoli ſymbolum condiderunt, eccleſia catholica erat & ſic iuſtè nominabatur: quia fides eius catholica ſiue vniuerſalis erat vniuerſalitate veritatis: quia quicquid in ſacra ſcriptura docetur credendum, omnino & vniuerſaliter ſine aliqua inſtantia verum eſt. Nam vt ait Aug. in epiſtola ad Hier. 1

Si ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerit vel oſtioſa mendacia quid in eis remanebit authoritatis? quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur: cuius pondere contẽtioſæ falſitatis obtegeretur improbitas? ¶ Secũdòreſpõdetur ꝙ etſi fides catholica: & ꝙ conſequẽs eccleſia tẽpore quo Apoſtoli eccleſiã profeſsi ſunt catholicã non fuerit diffuſa actu per totũ orbẽ: erat tñ in proximo diffundẽda: ſecundũ illud pſal. Dominabit à mari vſq; ad mare & à Pſalm. 71.

flumine vſq; ad terminos orbis terrarum, vbi gl. quę ex Aug. ſumitur ita hẽt. Oſtẽdit quę ſit amplitudo regni: ſic latũ eſt ꝙ dominabitur à mari. i. â quolibet fine terræ vſq; ad mare. i. vſque ad quẽlibet finẽ terræ diffundetur: tã late dilatabit eccleſia & à flumine Iordanis dominabitur, vbi vox patris intonuit ſup Chriſtũ, Hic eſt filius meus dilectus. Inde ergo doctrina eius incepit. Inde autoritas magiſterij dilatatur vſq; ad terminos orbis terræ prædicato euangelio regni Chriſti. Inde regula baptiſmi per totũ mundũ emanauit. hæc gl. ¶ Ad ſecũ- Ad ſecundũ

dum reſpondetur ſicut ad prędcedens. negatur enim minor vniuerſaliter: quoniã eccleſia ſemper fuit catholica vniuerſalitate puritatis & veritatis ipſius fidei: loquẽdo aũt de vniuerſalitate dilatationis per orbẽ minor conceditur & negat conſequẽtia. Licèt eñ vna & eadẽ eccleſia ſit & fuerit ſemp apud veteres patres quę apud nos: nihilomin⁹ ꝓ ſucceſſionẽ tẽporũ aliqua ſunt in eccleſia inſtituta, & ampliora gẽrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum dona ecclesiæ donata sunt: sicut supra diximus: in quibus magna est differentia in ecclesia, quo ad statum testamẽti veteris, & quo ad statum plenitudinis gratiæ: sicut in notitia vnus Dei patet: quæ quasi tãtum erat pro illo tempore in populo Iudæorum. Iuxta illud. Notus in Iudæa Deus: nunc verò per totum orbem claret. Vnde Hieronymus in glos. super prædictum psalmum, ita ait: Antequam illuminaret crux mundum antequam videretur dominus in terra notus erat in Iudæa Deꝰ & in Israel magnum nomen eius: quando autem venit saluator, in omnem terram exiuit sonus eius & in fines orbis terræ verba eius. Hæc Hieronymus. Vnde secundum hanc vniuersalitatis rationem: ecclesia à tempore gratiæ incepit esse catholica: sicut circa capit. vigesimũ quartũ. infra clarius habebitur. Vnde Ambrosius tractans illud. Annũtiaui iustitiam tuam in ecclesia magna, dicit. Quid est quod addit magna: nisi quia fuit ante non magna: quę est magna nisi de totius orbis terrarum partibus congregata? ¶ Ad tertium respondetur iuxta Innocentium in epistola quadam, quod ecclesia dicitur vniuersalis dupliciter. Vno modo quia de vniuersis constat ecclesiis: sic sumitur in capitul. alienus. vbi dicit Cyprianus. Alienus est, prophanus est, hostis est, non potest Deum habere patrem qui vniuersalis ecclesiæ non tenet vnitatem. Et in capitul. scisma. qui se ab vniuersali ecclesia diuiserunt, &c. Et secũdum hanc acceptionem vocabuli vniuersalitatis ecclesia Romana non est vniuersalis sed pars vniuersalis ecclesiæ: prima videlicet, & præcipua: velut caput in corpore. sicut habetur in capitul. quanuis. distinctione vigesimaprima. vbi habetur. quanuis vniuersæ per orbem catholicæ ecclesiæ vnus talamus Christi sit: tamen sancta Romana ecclesia catholica & Apostolica cæteris ecclesijs prælata est. Alio mõ dicitur vniuersalis ecclesia q̃ sub se cõtinet ecclesias vniuersas, & hoc modo ecclesia Romana dicit ecclesia vniuersalis. quoniã ipsa sola cæteris prælata est. vt in prædicto capit. quanuis. & in dicto capitul. omnes. & in dicto cap. sacrosancta. distinctione vigesimasecunda. Dicitur etiã ecclesia Romana maximè catholica, quia in ea extra maculam semper est obseruata religio Christiana, vt in capitulo. in sede apostolica. 24. quæstione prima. & quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam erasse probatur: neque hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit. vt in capitulo à recta, eisdem causa & quęstione. ¶ Ad quartum dicendum quòd ecclesiæ particulares dicuntur catholicæ non ratione diffusionis aut extensionis per orbem: sed ratione fidei catholicæ: quæ communis est omnibus Christi ecclesiis per orbẽ dispersis ita quod ita dicitur ecclesia catholica sicut homo catholicus qui, scilicet fidem eam tenet quam tota ecclesia per orbem obseruat. ¶ Ad quintum respondetur q̃ Papa veraciter est vniuersalis Papa & rector vniuersalis ecclesiæ, & ita vt alias duce Christo cum de Romano Pontifice loquemur ostẽdemus: Multi sancti patres Romanos Pontifices vniuersales nominarunt & scripserunt: vnde etiã tota synodus Calcedonen. dicitur acclamasse Leoni Papæ. Sanctissimus Apostolicus & œcumenicus, ideſt, vniuersalis Patriarcha, per multos annos viuat. Prohibetur tamen vocari vniuersalis, tũ propter humilitatẽ, tũ quia non præficitur cuilibet particulari ecclesiæ, vt proprius & specialis illius ecclesiæ rector. sic enim cessarent omnium aliorum pontificum potestates, & hæc ratio assignatur in capitulo allegato nullus. Iusta est etiam sententia beati Thom. Ex his quę dicta sunt de vniuersalitate ecclesiæ eliditur error hæreticorũ qui in vno angulo terræ aut apud aliquam regionem aut gentem coarctantur: sicut fuit error Donati: qui apud solam Africam Christi ecclesiam esse dicebat. contra quem & sequaces suos Augustinus, ita loquitur. Christum tales maledicunt qui dicunt, perijt ecclesia de toto orbe terrarum, & remansit in sola Africa. quantam autem faciant iniuriam videte fratres. scriptura dicit. In latas gentes dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.

Ad tertiũ. 3

Capit. alienus. 24. q. 1.

Psalm. 39.

Ad quartũ.

Ad quintũ. 5

S. Thom. in tract. cõtra impugnãtes religiones.

Psalm. 8.

¶ In quo rationibus ostenditur quòd ecclesia Apostolica dicatut. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quod ecclesia multiplici ratione dicatur Apostolica.*

2 *Apostolicum nomen græcum quid significat.*

AMPLIVS quarto loco sancti patres in symbolo sanctam dei ecclesiam, Apostolicam professi sunt dicẽtes. Credo vnam sanctam catholicã & apostolicã ecclesiam. Item beatus Greg. exponẽs symbolũ in regiſtro. Credo inquit vnã fidem: vnũ baptisma, vnam Apostolicam & vniuersalem ecclesiam. Apposuerunt autẽ sancti patres in symbolo suo supra symbolum Apostolorũ: q̃ ecclesia esset Apostolica, & hoc profecto vt dicit Albertus Magnus ad ostensionem authoritatis, & antiquitatis ecclesiæ: contra eos qui nouella & peregrina dogmata in ecclesia: præsumptores nouitatũ, introducunt. Dicitur autem ecclesia apostoli ca ratione multiplici. Tum primò: quia in Apostolis qui fuerunt primi qui adhæserunt Christo, vt habet glos. Genes. 38. Ecclesia iniciata est, & sui esse secundum tempus gratiæ reuelatæ susceptt originem. Vnde Augustin. dicit de plebe Iudaica. Primùm Apostolos elegit quos quasi fundamẽta ecclesiæ instituit, quorum prædicatione de eadem plebe multi ad eum conuersi in seipsis originem ecclesiæ præstiterunt. Vnde Apostolus de se & alijs Christi Apostolis, ita attestatur. Elegit nos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & fide veritatis, & Augustin. tractans illud. Delectauerunt filiæ regum, ita ad propositũ loquitur ecclesiæ. Filiæ Apostoli sunt, filiæ regum sunt, ille enim est rex regum illi autem reges de quibus dictum est. Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, qui Apostoli sicut præmitiæ fuerunt Christiani populi ordine temporis: ita amplitudine perfectionis. Attestatur hoc Apostolus qui de seipso & đ alijs Apostolis ita dicit. Nosipsi primitias spiritus habentes, gloria & tempore prius & cæteris abundantius. Merito ergo ipsa vniuersalis ecclesia ratione propagationis qua ab Apostolis secundum tempus reuelatæ gratiæ originem sumpsit, Apostolica à sanctis patribus est nominata. Secundo dicitur Apostolica: quia post ascensionem Dñi: Apostoli in fide & sancta doctrina, verbo prædicationis, miraculis, sanctitatis exemplis fundarunt & roborarunt ecclesiam. Superædificati, scilicet estis, super fundamẽtum Apostolorum & Prophetarum, id est, super nouum & vetus testamentum: quia quod Apostoli prædicarunt Prophetæ futurum prædixerunt. Licet autem Christus sit principale & maximum ecclesiæ fundamentum. Nihilominus Apostoli dicuntur fundamenta secundaria ecclesię. Vnde beatissimus Iohannes de ecclesia ita loquitur. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina Apostolorum & agni. & in psalm. de ecclesia dicitur. Fundamẽta eius in montibus

Ecclesia est Apostolica.

Lib. de Ciuit. Dei, & habetur. 35 q. 1. §. hac itaq;.

2. Ad Thes. 2.

Psal. 44.

Rom. 8.

Eph. 3.

1. Cor. 13.

Apocal. 21

Psal. 86.

sanctis, gloss. in Apostolis & Prophetis. Et bene Apostoli montibus comparantur, sicut enim solis radius primo illustrat montes: deinde ad conualles ascendit: ita radius solis diuinitatis primo Apostolos illustrauit: deinde per eos fideles vniuersos illuminauit. Vnde ad ipsos ait Christus. Vos estis lux mundi. Verum & si in fide & doctrina omnium Apostolorum fundata dicatur: maximè tamen in confessione fidei beati Petri fundata est ecclesia, dicente Christo. Tu es Petrus, & super hanc petram. glossa ideſt, hanc fidei professionem, ædificabo ecclesiam meam: hinc maximè successor beati Petri cuiusmodi est Pontifex Romanus antonomaticè dicitur Apostolicus.

Matth. 5.

Matth. 16.

Dist. 97. c. 1. & cap. si quis pecuniam.

Tertio ecclesia sancta dicitur Apostolica: quia Apostolorum fidem, prædicationem, documenta, atque authoritatem retinet semper & obseruat. Retinet quidem potestatem in clauibus: sententiam in verbo, & vitam in exemplo. Custodit planè & obseruat id quod spiritus sanctus per Salomonem iubet. Non transgrediaris terminos antiquos quos posuerũt patres tui. Patres autem ecclesiæ dicti sunt Apostoli secundũ illud Psalm. Pro patribꝰ nati sunt tibi filij. vbi glossa Augustin. & Hieronymus, dicit. Genuerunt ecclesiam Apostoli: ipsi missi sunt, ipsi prędicauerunt, ipsi patres pro quibus nati sunt tibi filij, ideſt, constituti sunt episcopi quibus regaris, & guberneris. Summe autem necessarium est ecclesiæ obseruare antiquos terminos: quos posuerunt sancti Apostoli: quia cum teste Hieronym. Ecclesia non parietibus consistit sed in dogmatum veritate, & ecclesia vbi fides vera est: ex fide Apostolorum cognoscimus quis in ecclesia sit. Vnde Hieronymus, vbi suprà. In ecclesia sumus, si habemus fidem ecclesiæ, fidem Apostolorum, fidem Christi dogmatum veritatis.

Prouer. 22.

Psal. 44.

Hieron. sup. psal. 134.

¶ Quartò dicitur Ecclesia Apostolica: quia omnis Christianæ religionis ritus, & sacrarum institutionum Ecclesiasticarum obseruantia à traditione Apostolica creditur in Ecclesia deriuata, vt in capitulo ecclesiasticarum. distinctione vndecima. colligitur. Et Augustinus, illud ita confirmat dicens. Illa quæ per vniuersam custodiuntur ecclesiã ab ipsis Apostolis tradita & commemorata creduntur: quanuis in eorum dictis vel conscijs non reperiantur. Hinc sedes beati Petri quæ nobis mater est sacerdotalis dignitatis, & magistra rationis: quæ etiam à tramite Apostolicæ traditionis nũquam recessit: iuxta. c. à recta. 24. q. i. specialiter apostolica nominatur

Lib. 2. de baptis. contra Donast.

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in cap.sic.& in cap. in memoriam.dist.19. &in cap.sacrosanctа.dist.22.verum quanquã reperitur q̃ ecclesiæ in quibus apostoli corporaliter perdocuerunt apostolicæ sunt vocatę. Quintò ecclesia vocata est apostolica:quia Petrus & Paulus principes Apostolorũ Romanam ecclesiam,quæ caput & prælata est omnium ecclesiarum:pariter Christo domino cõsecrarunt: eam quoq; omnibus vrbibus:scilicet vniuersõ mundo sua præsentia atq; venerando triumpho prætulerunt. Sexto dicitur ecclesia apostolica secũdum aliquos iuxta interpretationem Græcam huius vocabuli qua si desuper missa. Apostolicum enim nomen Græcum est: & dicitur ab apo quod est de super:& stolon,quod est missio quasi desupermissa. vnde & Apostolus dicitur desuper missus.Ecclesia autem dicitur desuper missa: quia Apoc.25 1 de cœlo exemplata,secundum illud.Ecce ego Iohannes vidi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo à Deo paratam sicut sponsum ornatam viro suo.Ex quibus maxime arguitur impia præsumptio quorundam: qui apostolica doctrina contempta nouella dogmata in ecclesia serere moliuntur.Contra quos dicit Iulius Papa. Nolite errare fratres mei in doctrinis varijs & extraneis:nolite abduci & instituta Apostolorum & Apostolicorum virorum canonesque habeatis his fruamini,vt firmi contra cuncta inimicorum iacula persistere valeatis.Satis enim indignum est quenquam vel pontificum,vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare quam beati Petri sedem & sequi viderit & docere.

Iulius Papa in capi. nolite. dist. 11.

¶ In quo ponuntur aliqua obiecta contra hoc quod dictum est quod ecclesia sit apostolica dicenda. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Christiana,& ecclesia catholica idẽ sunt.*
2 *Quod ecclesia non solum ab Apostolis sed à Christo apostolica dicatur.*
3 *Ecclesia quibus de causis potius Apostolica quam Prophetica dicenda sit.*
4 *Apostoli quod dicãtur filij Prophetarum.*
5 *Ecclesia cum dicitur Apostolica,in Apostolis intelliguntur Patriarchæ & Prophetæ.*
6 *Apostoli nihil ad salutem humanam necessarium docuerunt, quod non ab Euangelio, siue à Christo didicerint.*

Argumentum primũ.

ADVERSVS ea quæ in capit. præcedenti dicta sunt obijcitur sic. Christus dicitur principale & maximum fundamentum ecclesiæ dicente Apostolo, fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod est positum quod est Iesus Christus. Cum ergo ecclesia à suo fundamento debeat recipere denominationem, videtur q̃ magis Christiana quàm Apostolica veniat nominanda.Secundo sic.Ita Prophetę dicũtur secundaria fundamenta ecclesiæ sicut Apostoli dicente Paulo. Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ergo ita ecclesia nominanda venit Prophetica sicut Apostolica.

1. Corin. 3

Secundum.

Ad Ephe. 3

Tertium.

¶ Tertio doctrina super quam fundata est maximè ecclesia dicitur esse Euangelium. Vnde dicit Christus.Super hanc petrã,idest, huius fidei confessionem ædificabo ecclesiam meam, ergo videtur q̃ potiùs ecclesia est euãgelica dicenda quàm Apostolica.¶ Adilla dicendum est ad primum dicitur quòd verum est q̃ ecclesia indubitanter & Chri est,& Christiana dicitur à Christo sicut & populus dicitur Christianus.Vnde Augustin. super Iohe. fundata est ecclesia super petram. Vnde & Petrus nomen accepit, non enim petra à Petro,sed Petrus à petra,sicut nõ Christus â christiano:sed Christianus à Christo nominatur, de quo Christianitatis nomine & de tempore quo illa Christi ecclesia primum appellari cepit idem Beatus Aug.inquit,ipsa res quę nũc Christiana religio nuncupatur,erat apud antiquos : nec; defuit ab initio generis humani, quousq; ipse veniret in carnem,vnde vera religio quæ iam erat cepit appellari Christiana. Cum enim post resurrectionem ascensionemque in cœlum cepissent prædicari Apostoli, & plurimi crederẽt primum apud Antiochiã sicut scriptũ est appellati sunt discipuli Christiani.Nostris ergo temporibus Christiana religio non quia prioribus temporibus nõ fuit, sed quia posterioribus hoc nomẽ accepit,quã cognoscere, & assequi securissima & certissima est salus,hæc Aug. nihilominus in symbolo magis nominata est Apostolica quàm christiana,tum ideo quia in hoc q̃ dicta est catholica satis exprimebatur Christiana nominari. Catholicus enim & Christianus idẽ sunt,tum etiam est dicta magis Apostolica, quia cum a postolus interpretetur missus,vt dicit Aug.& in misso intelligatur ipse mittens,profecto in eo q̃ ecclesia dicta est apostolica vtrumque intelligitur,scilicet Christus mittens qui principale &

Mttah.16.

Ad primũ.

Augusti. lib. 1. retractationum.

pale,& primarium fundamentum est ecclesiæ,imò sicut sanctus sanctorum,& princeps pastorum,ita est fundamentum fundamentorum.Intelliguntur,& ipsi apostoli à Christo missi qui secundaria fundamenta dicuntur esse sanctæ ecclesiæ Dei. Præterea Christus Apostolus dicitur. vnde inquit, beatus Hebræ. 3. Paulus,Fratres considerate apostolum,& põtificem confessionis nostræ Iesum, vbi glos. inquit.Cur negemus Christum apostolum, quem nobis Deus misit?vnde ecclesia nõ solũ ab apostolis Christi,sed etiã ab ipso Christo apostolica denominatur.¶ Ad secũdã ratione q̃ licèt prophetæ dicti sint fundamẽta ecclesiæ sicut,& apostoli, nihilominus ecclesia magis apostolica quàm prophetica venit nominanda multiplici ratione.Primò quidẽ quia fidem ipsam catholicam super quam ecclesia Dei fundata est apostoli magis explicitam,& dilucidatam nobis tradiderunt quã fecerunt prophetæ.Prophetæ quippe iuxta sui nominis interpretationẽ(propheta enim procul videns interpretatur)sub quibusdam vmbris figurarum nobis diuinorũ mysterio rum fidem tradiderunt.vnde super illud, tenebrosa aqua in nubibus aëris,dicit gl.id est obscura doctrina est in prophetis. Sanè tamẽ vltima cõsummatio gratię facta fuit per Ad Gal. 4. Christum,vnde & tempus eius dicitur tempus plenitudinis.Illi qui propinquiores fuerunt Christo,vel ante sicut Ioãnes Baptista, vel post sicut apostoli plenius mysteria Dei cognouerunt,& per consequẽs magis explicitam ecclesiæ tradiderunt fidei doctrinam, quod sic patet.Fides ecclesiæ in duobus maHebr. 11.ximè consistit.¶ Primò in vera cognitione Dei secundum illud. Accedentem ad Deum oportet credere quia Deus est.¶ Secundò in mysterio incarnationis Christi.In vtroq; potissimè per apostolorum doctrinam ecclesia sancta Dei illuminata est :vnde maximè super reuelatione facta apostolis de fide vnitatis diuinæ essentiæ, & trinitatis personarũ & aduentus filij Dei in carnem, tota fides ecclesiæ fundata est. vnde apostolo Petro à patre luminum docto vtriusque sacramenti fidem explicitè profitenti & dicenti, Tu es Christus filius Dei viui qui in hunc mundũ venisti, Respondet Christus. Amen dico tibi Petre,quia tu es Petrus, & super hanc petram,scilicet, confessionis tuæ fundabo ecclesiam meam. De hac Petri fidei professioHilari⁹ lib. de trinitate ne beatus Hilarius,ita loquitur.Fides itaque Petri Dei filium in homine videns vtrunq; cõplexa est dicens.Tu es Christus filius Dei viui.Hęc confessionis ratio tenenda est,vt sicut Dei filium,ita & filium hominis meminerimus,quia alterum sine altero nihil spei tribuit ad salutẽ hæc Hilarius.¶ Secunda ratio propter quã ecclesia dicta est magis apostolica quàm prophetica est, quia vniuersalior ac profundior fuit doctrina apostolorum q̃ prophetarum.Apostolicæ enim prædicationis tuba in omnes fines orbis exiuit : quod nõ fecit vox ꝓphetarũ.Vnde de apostolis dicit propheta.In omnem terram exiuit sonus eorum,&c.Et Leo papa.Ita dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit,vt veritas,quæ antè legis & prophetarũ præconio continebatur per apostolicã tubã in salutem vniuersitatis exiret , sicut scriptũ est.In omnem terram exiuit sonus eorũ , & in fines orbis terræ verba eorum.Et super illud Lucæ.Elegit duodecim quos apostolos nominauit,dicit glos.quos ad propagãdum auxilium salutis humanæ per terrarum orbem fatores fidei destinaret.¶ Tertia ratio quare magis apostolica quã prophetica nominatur est , quia superabundantior diuinæ gratiæ perfectio fuit in apostolis quã in prophetis,vnde sicut supra allegatum est apostolus Paulus de se,& alijs dicit . Nosipsi primitias spiritus habentes.glo.id est spiritum sanctum,& tempore prius,& cæteris abundantius.Et ad Ephe.dicit.Secundum diuitias gratiæ eius quæ superabundauit in nobis glos. scilicet apostolis.in omni sapientia.glos. in omni noticia de diuinis, & prudentia. glos. prouidentia temporalium,vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundũ beneplacitum eius . ¶ Quarta ratio est propter quã apostolica non prophetica dicta est ecclesia,quia aduenientę plenitudine temporis consummatoq; redẽptionis nostræ sacramẽto,quæ principaliter de fide catholica sancti prædixerũt prophetæ,adimpleta sunt in ecclesia,& quę ab eis quasi sub sigillis clausa tradita sunt,iam sunt aperta & reserata. Vnde glo.super illo verbo plenitudo temporis dicit,id est adimpletio figurarum omnium. Cumq; iam in ecclesia dispensata,& manifestata veritate per apostolorũ prædicationẽ, iam prophetę ad nouam doctrinam fidei de promendam tanquã nubes in præsentia solis cessauerint : quia lex & prophetæ vsq; ad Ioãnẽ , multò conuenientius ecclesia apostolica est nominata quàm prophetica.¶ Secundò,posset responderi ad rationem factam q̃ cum apostoli dicantur filij prophetarum.vnde glos.super illud.Ita filij excussorum.quæ est

Leo papa in cap. ita dominus di. 18.

Luc. 6.

Roma. 8.

Ephe. 1.

Ad Gal. 4.

Matth. 11.

Respõdetur secundo.

Psal. 147.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est Augu. dicit. Sciendū ergo filios excussorum dictos esse apostolos filios prophetarū, qui dicuntur excusi. Excuti dicitur aliquid vt faccus, vt exeat quod intus latebat clausum. Prophetæ ergo clausa continentes sacramenta excusi sunt à prædicatoribus accedente eorum diligentia, & domino aperiente, & quæ abscondita erant prodierunt aperta. Ideoque prophetæ dicuntur excusi quibus excusis generati sunt apostoli, hæc ibi. Quare cum ecclesia dicitur apostolica in apostolis intelliguntur patriarchæ, & prophetæ quorum fuerunt filij, non modò propagatione carnis, sed etiam professione, fidei, & imitatione sanctitatis. ¶ Ad tertium respondetur quòd ratio non procedit. Tum quia eadem est doctrina apostolica, & euangelica: ipsi enim apostoli nihil ad salutem humanam necessarium docuerunt quod non ab euangelio, siue à Christo didicerunt. Vnde apostolus Paulus multiplicatis vicibus doctrinam quā prædicabat in Epistolis suis euangelium vocat. Præterea ipsi apostoli nedum euangelij fuerunt notarij, sed etiam prę cones per totum orbem. Tum etiam, quia professio illa fidei, super quā Christus fundauit ecclesiam, beati Petri apostoli fuit, qui tā quam os omnium apostolorum, vt dicit beatus Chrysost. Christo quærenti, & interrogā ti apostolos suos, Vos quem me esse dicitis? Respondit in persona omnium apostolorū. Tu es Christus filius Dei viui, &c. Tum quia ipsi apostoli simul in vnum conuenientes, vt ex traditione maiorum accepimus, singuli singulas proferentes sententias: cùm ab inuicem discessuri essent, Symbolum ediderunt, quòd vniuersalis ecclesia tenet, sicut beatus Clemens papa discipulus, & successor apostolorum in decretis suis testatur. Item sanctus Leo papa primꝰ, pulchræ Augustæ scribens. Ipsa, inquit, catholici Symboli breuis, & perfecta confessio duodecim apostolorū totidem signata est sententijs. Et beatus Ambrosi. huius rei illustris testis clauem regni cælorum deputans esse fidem apostolorum, ita dicit. Clauem quidem istam arbitror duodecim artificū operatione conflatam: duodecim enim apostolorū Symbolo fides concepta est, qui velut periti artifices in vnum conuenientes, clauem suo concilio conflarunt, hæcille. Meritò ergo his, & superioril.ꝰ rationibus bene ponderatis, ecclesia sancta Dei à sanctis partibus in compositione secundi Symboli apostolica est appellata.

Ad tertiū.

Matth. 16.

¶ Quomodo accipiendum sit id quod aliquando dicitur. Credimus in vnam sanctam ecclesiam. Cap. XX.

SVMMARIVM

1 *In Christum credere quid sit.*
2 *Quòd melius sit dicere, credo vnam sanctam ecclesiā Catholicā, quā, credo in unā sanctā, &c.*

In ecclesiā quomodo creditur.

ANTEQVAM ad alia procedamus necessarium nobis visum est declarare hoc loco qualiter accipiendum sit id quod in Symbolo sancto rum patrum aliqui legunt Et in vnam sanctam ecclesiā. Sunt enim non nulli qui hoc peruersè interpretantur. Vidimus enim nos in Basilea apud congregatos in concilio vniuersali circa authoritatem ecclesiæ, ita deliros, vt ad hoc verbū ita genua flecterent, & profunda humilitate articulum illum venerarentur, sicut fidelis & deuotus populus Christianus solitus est ad verbum illud. Et incarnatꝰ est de spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Pro quo considerandum, quòd vt ait Albertus magnus, dictum illud sanctorum patrum non est ita accipiendum ac si nos Synodus iubeat credere in aliud quod nō est Deus, quia hoc idololatria, & non fides esset. Cùm enim id in quod credimus designetur finis fidei nostræ (Nam vt dicit August. In Christum credere est amando in ipsum tendere) sic in aliquid quod non est Deus esset finis fidei nostræ, quòd est absurdum. Vnde Augu. tractans illud Ioan. 14. Creditis in Deum, & in me credite, dicit sic. Nunquà aliquis apostolorū, dicere auderet, Qui in me credit, omnino enim non diceret qui in me credit. Credimus enim apostolo, sed nō credimꝰ in apostolū. Itēid Aug. in gl. super illud Rom. 4. Omni credēti in eū, &c. Attēde, inquit, cp ait credenti in eū, aliud enim est credere in eum, aliud credere ei, aliud credere illum. Credimus Petro, sed nō in Petrum. Quare idem Aug. in epistola ad Neophitos, & habetur de consecra. distin. 4. capitu. primo, ita dicit. Non eodem modo interrogamus, vt quomodo in Deum credi tur sic in ecclesiam sanctam, & catholicam. Propterea sancta, & catholica est quòd rectè credit in Deum: non ergo diximus, vt in ecclesiam

Aug. depœnit. dist. 2. §. ex præmissis. 1

clesiam quasi in Deum credideretis, sed intelligite nos dicere, & dixisse vt in ecclesia sancta catholica in Deum credideretis. hæc Aug. Ob hanc autem difficultatem, vt Alexander de Ales in tertio suo in fin. & sanctus Thom. attestātur, Leo papa dicit non debere dici, in vnam sanctam, sed simpliciter vnam sanctā. Verùm, quòd Anselmus dicit, quòd potest dici in vnam sanctam in quantum in isto effectu intelligitur veritas increata, scilicet, spiritus sanctus, vt sit sensus. Credo in sanctam ecclesiam, id est in spiritum sanctum, suis donis venientem, & sanctificantem ecclesiam, sub quo sensu etiam sanctus Thom. idem affirmat, vnde sic dicit. Si dicatur in sanctam ecclesiam catholicam, hoc est intelligendum secundum quòd fides nostra refertur ad spiritum sanctum qui sanctificat ecclesiam, vt sit sensus. Credo in spiritum sanctum sanctificantem ecclesiam. Sed melius est, secundū communiorem vsum, vt non ponatur in, sed simpliciter dicatur, sanctam ecclesiam catholicam, sicut etiam Leo papa dicit, hæc sanctꝰ Thom. Ad idem est sententia Alberti Magni in expositione Symboli, ita dicentis. Quia omnis articulus fundatur in diuina, & æterna veritate, & non super creatam veritatem, quia omnis creatura vana est, & non habet solidam veritatem: ideò ille articulus resoluendus est ad proprium opus spiritus sancti, hoc est, credo in spiritū sanctum, non tantum secundum se, sicut dixit præcedens articulus, sed credo in eum, secundum proprium opus eius, quod est, quòd sanctificat ecclesiam. Item Rufinus in explicatione Symboli, ita dicit. Sāctam ecclesiā, remissionem peccatorum, huius carnis resurrectionem, nō dixit. In sanctam ecclesiam, nec in remissionē peccatorum, nec in carnis resurrectionem. Si enim adiecisset in præpositionem, vna cū superioribus eademq; vis fuerat: nunc autē in illis quidem vocabulis vbi de diuinitate fides ordinatur, in Deum patrem dicitur, & in Iesum Christum filium eius, & in spiritum sanctum, in cæteris verò vbi non de diuinitate, sed de creaturis, & mysterijs sermo est in propositio non additur, vt dicatur in sanctam ecclesiā, sed sanctam ecclesiam, credendum esse: non vt in Deum, sed vt ecclesiam à Deo congregatam, & remissionem peccatorum credendum esse, non in remissionē peccatorum, nō in resurrectionē carnis. Hac itaque prepositionis syllaba creator à creaturis secernitur, & diuina ab humanis separantur. Et infrà. Hi ergo qui suprà in vnum Deū cre

In. 1. sentē. d. 25.

S. Th. 2. 2. q. 2. arti. 9. 2

Albe. Mag.

Rufinus.

dere docti sunt sub mysterio trinitatis, credere & hoc debent vnā esse ecclesiā sanctam in qua est fides vna & vnū baptisma, in qua vnꝰ Deus crediē pater, & vnꝰ Deus Iesus Christꝰ filius eius, & vnus Deus spiritus sanctus. Ista est igitur sancta ecclesia nō habens maculam aut rugam: multi enim, & alij ecclesias cōgregarunt, vt Martion, vt Valentinus, vt Hebiō vt Manichæus, vt Arrius, & cæteri omnes hęretici, sed illæ ecclesiæ non sunt sine macula ac ruga perfidiæ. Et ideò dicebat de illis propheta. Odiui ecclesiā malignantiū, & cū impijs non sedebo. De hac autem ecclesia quæ fidē Christi integram seruat audi quid dicit spiritus sanctus in Cāticis canticorum. Vna est columba mea, vna est perfecta genetricis suæ. Qui ergo hanc fidem in ecclesia suscipit non declinet in concilio vanitatis, cum iniqua gerentibus non introeat.

¶ In quo cōfutatur error dicētiū quòd extra vnitatē huius sanctæ catholicæ, & apostolicæ ecclesiæ potest hominibꝰ esse salus. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Fides quid sit? & quod extra unitatem fidei nemini pateat salus.*
2 *Saluatio æterna tanquam proprius effectus attribuitur fidei.*
3 *Vita spiritualis animæ specialiter attribuitur fidei formatæ, ex qua unitas ecclesiæ specialiter consurgit.*
4 *Quod fides sit omnium bonorū radix, ita ut ubi fides non sit nullum opus meritorum esse possit.*
5 *Fides Christi ostium dicitur.*

Extra ecclesiā nō est salus.

STabilita iā fide de vnitate, & sanctitate ecclesiæ catholicæ, & apostolicę, antequā vlteriora tāgamus, perutile nobis visum est, vt pernicioſum errorē illorum reprobemus primitus, qui aduersus sanctæ catholicę & apostolicæ ecclesiæ dignitatem, & eius inseparabilis vnitatis sacramentū impiè sentiētes asserere psumpserūt, cp extra vnitatē huiꝰ sanctæ & apostolicę ecclesiæ quisq; in secta sua saluari posset, Iudæus, Sarracenus, Paganus, quisq; etiā Hæreticus, siue Schismaticus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorũ pniciosissimã assertionẽ nõ modo falsam esse,aut erroneã,sed hæreticam, licet ex multis ostẽdere possemus,decreuimus tamẽ pro nũc ex his quæ virtute fidei in scriptura sacra attribuũtur præsentis disputationis summere fundamenta: quare etiã ex ipsius fidei vnitate primordialiter cõsurgit vnitas sanctæ catholicæ,& apostolicæ ecclesiæ,sicut superius ostẽdimus. Arguit autẽ primò sic.Fides
1.Cor.3. Christi est principiũ,& primũ fundamentũ super beatitudinis dicẽte apostolo. Fundamẽtũ aliud nemo põt ponere præter id qđ positũ est quod est Christus Iesus.glo.i.Christi fides quæ per dilectionẽ operat,per quã Iesus habitat in cordibus.Alia,nõ est fundamentũ
Hebræ.11. hæc glo.Hinc beatissimus Paulus,ita diffinit fidẽ.Fides est substantia rerũ sperandarũ argumẽtũ nõ apparentiũ.glo.i. fundamẽtũ omniũ bonorũ quod nemo mutare põt sine quo nõ esset bona ædificatio,ipsa nempe teste
Lib.de præ dest.sanct. beato Chryso. fundamentũ est Christianæ religionis.Et vt dicit.Aug. virtus est, qua ea quę ad fundamentũ pertinẽt religionis rectè firmiterq; credũtur, ergo impossibile est, vt hi qui ab vnitate fidei,quæ primũ fundamẽtũ est ædificij spiritualis,& ex qua quicquid beatitudinis à fidelibus speratur sicut à radice procedit,separati,& alienati sunt, beatitudinẽ cõsequãtur ecclesiasticã.Hinc venerabilis
In.c.quicũq;.24.q.1. Beda,ita dicit.Quicũq; ab vnitate fidei vel societatis Petri apostoli quolibet modo semet ipsos segregãt tales neq; vinculis peccatorũ absolui,nec ianuã possunt regni cælestis in-
Hebræ.11. troire. ¶Secũdò arguit ex illo apostoli. Impossibile est sine fide placere Deo,vbi glo.adeo fides est necessaria, q̃ sine ea quisq̃ non placeat Deo.Cũ ergo nemo possit saluari nisi fide Deo placeat,manifestũ est eos qui extra vnitatẽ fidei sunt quã vniuersalis ecclesia credit,& prædicat saluari nõ posse.Hinc extra de sum.tri.&.fi.ca.c.1.dicit. Vna est fideles ecclia extra quã nullus omnino saluatur.
2 ¶Tertiò cõfirmãdo ratiõem factã arguit sic. Saluatio æterna tãq̃ proprius effectus adscribitur fidei quã sancta vniuersalis ecclesia tenet de Chro. Vnde Chrus mulieri quæ sanguinis fluxũ paticebatur tetigeratq; fimbriã
Matt.9. Marc.5. Luc.8. vestimenti eius inquit.Filia fides tua te saluã fecit,& similia in alijs locis,& Mar.10.ait eæ co,fides tua te saluũ fecit, &c. Et ad hoc quidẽ egregiũ testimoniũ prębet,apostolus di-
Gal.2. cẽs.Ex omnib⁹ operibus legis nõ iustificatur homo nisi per fidẽ,& ad Eph.2. Gratia saluati estis per fidẽ.ergo qui ab vnitate fidei vniuersalis ecclesiæ segregat⁹ est exclusus est ab omni spe saluationis, & per cõsequẽs omnis talis æternaliter dãnãdus venit.Quod etiam clarissimis alijs testimonijs sacræ scripturæ, & sanctorũ apparet,dicit enim Saluator noster.Qui crediderit & baptizatus fuerit salu⁹ *Mar.ulti.*
erit. Qui verò nõ crediderit, cõdẽnabitur,& Ioã.3.Pater diligit filiũ,&omnia dedit in manu eius,qui credit in filiũ habet vitã æternã, q̃ aũt incredulus est filio,nõ videbit vitã æternã,sed ira Dei manet super eũ. Hinc sanctus Athanasius in Symbolo clamat. Hæc est fides catholica,quã nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit saluus esse nõ poterit. Præte *Quæ refer*
rea Aug. in epistola quadã, ita dicit.Siquis à *tur in.c. si-*
catholica ecclesia fuerit separatus quãtucũq; *quis.* 23.q.
laudabiliter viuere se existimet, hoc solo sce 4
lere,q̃ à Chrianitate disiũctus est,nõ habebit
vitã,sed ira Dei manet super eũ. ¶Quartò ar 4
guitur sic. Vita spũalis aiæ specialiter attribuitur fidei formatæ,ex qua ipsa vnitas ecclesiastica perfecta cõsurgit,secundũ illud.Iu *Roma.1.*
stus ex fide viuit,& ad Gala.2. In fide viuo filij Dei, ergo qui extra hui⁹ fidei vnitatẽ est,
5 qua ipsa vniuersalis ecclia viuit, nõ in numero spiritualiter viuentiũ,quibus vita æterna promissa est,sed mortuorũ,& per cõsequens dãnatorũ venit cõputãdus,vnde Aug.in epistola ad Vincẽtiũ dicit sic.Quẽadmodũ mẽ-
Quæ refer brũ si præscindatur ab hominis viui corpo-
turin.c.quẽ re nõ põt tenere spiritũ vitæ,sic homo q̃ præ-
admodum. scinditur de Chri iusti corpore nullo modo 23.q.7.
potest spiritũ tenere iustitiæ.¶ Quintò sic,fi *Ioan.1.*
dei virtuti attribuitur filiatio Dei secundũ il- *Gala.3.*
lud.Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri,& il- *1.Ioan.5.*
lud.Oẽs filij Dei est is per fidẽ.Ois qui credit
quoniã Iesus est Chrus ex Deo natus est, er- 4
go qui ab vnitate fidei quã sancta,& vniuersalis ecclia tenet se alienat, & segregat in numero filiorũ Dei annumerari non potest, &
per cõsequẽs, nec in numero cohęredũ Chri
regni cælorũ,vnde beatus Cypria.& habetur *Aug.in.cã.*
in ca.alienus.24.quæst.1.alienus est,propha- *ubi.*23.q.
nus est,hostis habere nõ põt Deũ patrẽ q̃ vni 1.
uersalis ecclia nõ tenet vnitatẽ. ¶Sexto sic, *Rom.14.*
certũ attributũ legimus fidei q̃ radix sit omniũ bonorũ,ita q̃ vbi fides Chri nõ est,nullũ bonũ meritoriũ esse potest. Vnde,& Augu. Vbi fides nõ est,nõ potest esse iustitia, quia iustus ex fide viuit.Hinc beat⁹ apostolus,in quit.Omne quod nõ est ex fide peccatũ est. glo.Aug.& ponitur etiã in.c.ois. 28.q.3.Omniũ infideliũ vita est peccatũ quia ois insideliter viuens vel agẽs vehemẽter peccat, & nihil bonũ est sine summo bono,vbi deest agnitio æternæ, & incõmutabilis veritatis salsa virtus est etiã in optimus morib⁹. Et Grego.Sicut rami sine radicis virtute arescũt,ita quælibet opera licet bona videantur, nulla sunt siã fidei fortitudine distinguũtur. Quare manifestũ est q̃ q extra vnitatẽ vniuersalis ecclesiæ quæ super cõsonem vnius fidei stabilita est, separatus est,omni spe saluationis ablata nisi ad gremiũ recurrat ecclię,filius est
In.c.firmis- perditionis. Vnde Augu. inquit.Firmissimè
simè ext. de tene,& nullatenus dubites omnẽ hæreticum
hæret. & schismaticũ cũ diabolo & angelis ei⁹ æterni ignis incendiũ participandũ,nisi ante finẽ vitæ,catholicæ fuerit incorporatus,& reinte gratus ecclesiæ,& post pauca.Omni homini
Ca. quoniã qui ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatẽ ne-
24.q.1. que baptismus,nec elemosyna quãtuncũq; copiosa, neq; mors pro nomine Chri susceپta proficere poterit ad salutẽ,&Hierony.de domo ecclesiæ sanctæ loquẽs, quã suprà petrã id est confessionẽ fidei Petri fundatã dicit,ita propositũ nostrũ confirmat dicens.
Quicũq; extra hanc domũ agnum comederit prophanus est, siquis in Noë arca nõ fuerit,peribit regnante diluuio. ¶Septimò præ-
7 fatus error reprobus clarissimè ostẽditur ex eo,q̃ fidei virtuti hoc adscribitur,quòd ostiũ vnicum sit salutis æternæ. Vnde Ioann. 10. Amen dico vobis qui non intrat per ostiũ scilicet credendo in Chrum,sed ascendere nititur aliunde,per alias,scilicet,sectas quascũque,ille fur est,& latro. Quod autẽ fides Chri
Actuũ.14. sti ostium dicatur testantur apostoli Paulus & Barnabas dicentes.Quia aperuisset dns gẽtibus ostium fidei.Solus ergo ille ad portum
Ioan.3. peruenit salutis qui per Christi ostium in catholicam ecclesiam ingreditur. Vnde inquit Christus.Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur.Sanè Petro apostolo te
Act.4. stante, nõ est in aliquo alio salus,neq; enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.Hinc Chri-
Ioan.8. stus,ait Iudæis. Si non crediderit is,quia ego sum,in peccato vestro moriemini,quod longè sanctus Moyses,& propheta clarissimus
Deu.18. de Christo prophetizans prædixit dicens. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus Deus tuus ipsum audies.& infrà. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum.glo.id est Christum de semine Dauid. Falsum est, ergo ac manifeste hæreticum, quòd segregati ab vnitate fidei sanctæ ecclesiæ catholicæ spem alicuã habãt saluationis æternæ. In cui⁹ aptissimũ testimoniũ dãnatos scribit philosophos apostolus, qui Deũ fide non coluerunt sic dicens.Ita,vt sint inexcusabiles quia cũ cogno- *Rom.1.*
uissent Deum non sicut Deum glorificauerunt.glo.bene viuendo,& colendo,aut gratias egerunt,sed euanuerunt in cogitationibus suis,& obscuratum est insipiens cor eorum,&c.Et hoc tantum dictum sit à nobis ad confutationem præfati erroris.

¶Quando incepit ecclesia,& de ætatibus eiusdẽ. Cap.XXII.

SVMMARIVM

1 *Ecclesia non defuit in terris ab initio mũdi,cuius primitiæ Abel sanctus est immolatus.*
2 *Eadẽ fides iustos saluauit antiquos, quæ saluat nos*
3 *Ecclesiæ quæ dicatur iuuentus senectus,&c.*
4 *Sex ætates in quas ecclesia distincta legitur expo nuntur.*

Ecclesia qñ incepit.

DEclaratis iam in superioribus his quæ de sancta,& vniuersali ecclesia sancti patres credenda in symbolo explicarunt, reliquum est, vt de initio ecclesiæ siue quando ecclesia incepit tangamus. Reperiuntur enim varij modi loquendi in sanctorum dictis de principio ecclesiæ, quæ legentibus minùs peritis obscuritatem præbent, & difficultatem intelligendæ veritatis.Dicit autẽ Aug.circa hoc exponens illud Psal.118.Initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea,ecclesia loquitur,quæ in terris non defuit ab initio generis humani cui⁹ primitiæ Abel sanctus est immolatus, nam & illud ab initio dictum est.Erunt duo in carne vna.Quod magnum sacramentũ apostolus Paulus,exponẽs.Ego inquit dico in Christo & in ecclesia.Et idem Aug.super Psalm. *Eph.5.*
128.ita dicit.Olim est ecclesia,& ex quo vocant sancti est ecclesia in terra.Pro quo cõsiderandũ est quòd quẽadmodũ in superioribus habitum est,Ecclesia est collectio fideliũ. Fuit autẽ & est vna,& eadẽ fides in antiquis patribus ab ipso quasi humani generis principio, & in illis qui post aduentũ Christi crediderunt,propter quod apostolus de se,& a- *2.Cor.4.*
lijs patribus noui testamenti loquens ait.Habentes eundẽ spiritũ fidei, quẽ scilicet, patres veteres habuerunt, vbi glo.& est Augu. ita dicit. Ostendit quòd in iustis diuersorum temporum eadem fides est. Eadem enim fides iustos saluauit antiquos, quæ saluat, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 nos.s.mediatorisDei,&hoïum.Tẽpora ergo variata sunt nõ fides, qa illi vẽturũ Chr̃um, passurũ,resurrecturũ,& ascẽsurũ in cælũ crediderũt,nos aũt credim⁹ Chr̃um venisse,passum essereresurrexisse,in cęlũ ascendisse.Vnde manifestum est,qvt inquit Augustꝰ. Ecclesia non accipienda est in his solum qui post domini aduentum,& natiuitatem esse cœperũt sancti,sed omnes quotquot fuerunt sancti ad ipsam ecclesiam pertinent, & idem Augustꝰ. libr.de ciui. Dei. idem pulchrè confirmans, ait. Non solum à tempore præsentiæ corporalis Christi,&apostolorum eius, sed ab ipso Abel,quem primum iustum impius frater occidit,& deinceps vsq; in eius seculi finẽ inter persecutiones mundi,& consolationes Dei peregrinando percurrit ecclesia.Cæterũ idem Augustꝰ.exponẽs illud Psal.36. Iunior fui : etenim senui,egregiè multum ad propositũ,ita loquitur.Dominus enim ipse in corpore suo,quod'est ecclesia,iunior fuit primis tẽporibus, & ecce iã senuit, nostis, & agnoscitis, & intelligitis,& ita creditis,quia caput nostrum est Christus,& corpus capitis illius nos sumus. Nunquid soli nos, & non etiam illi qui fuerũt ante nos? omnes qui ab initio seculi fuerunt,caput Christum habent.Illum enim esse venturum crediderunt,quem nos venisse iam credimus,& in eius fide ipsi solidati sunt,cuius & nos,vt esset ipse caput totius ciuitatis Hierusalem omnibusconnumeratis fidelibus ab initio vsque in finem, hæc Augustꝰ.Est autem hic notandum,quòd tempus ecclesiæ varijs ætatibus legitur distinctũ licet diuersimodè. Quandoq; enim duæ ętates siue duo tempora distinguuntur ecclesię scilicet, iuuentutis, & senectutis,sicut patuit in authoritate prophetæ proximè inducta, Psalm.36.Aliquando inueniuntur distincta quatuor tempora siue ætates ecclesiæ.¶Prima est ætas pueritiæ, & sub hac fuit in Abel in prophetis,& patriarchis,de qua sub nomine iuuẽtutis dicitur. Iunior fui etenim senui, vbi glos.inquit.Ecclesia loquitur quasi vnus homo qui fuit prior in Abel,in prophetis,& patriarchis. Cant. vlti.Soror nostra paruula est,& vbera nõ habet glo.Sororẽ nr̃a ecclesia antequam crescat per incrementa virtutum infirmis auditoribus non potest præbere vbera prædicationis. Adulta dicitur quando Dei verbo copulata sancto repleta spũ per prædicationis ministerium in filiorum conceptione fœtatur, quos exhortando parturit, conuertendo parit. ¶Secunda ætas dicitur iuuentutis,& hæc fuit tempore martyrũ,

Aug. in sermo. de Iacob & Esau.

3 *Psal.36.*

qui tanta animi fortitudine fuerunt firmati,vt nullis hostiũ tentamentis à fide, & charitate Christi potuerint reuocari,de quibus Apostolus. Quis nos separabit à charitate Christi, an angustia,an fames,an tribulatio? &c.quasi dicat nihil, de quo dicit Psal.Quoniam tu es patientia mea domine spes mea à iuuentute mea.glos.ex quo me armasti fide spe,& charitate,& cæteris virtutibus quibus pugnatur contra diabolum.¶Tertia ætas dicitur senectus, in qua Christi fides dilatata fuit per omnes gentes,Psalm. 109. Senectus mea in misericordia vberi,dicit enim glo.super Psalm.36.Senuit ecclesia in senecta vberi:cum in honorabili ætate suscepit Christũ per oẽs gentes dilatata. ¶Quarta ætas ecclesiæ dicitur decrepita, scilicet, in fine mundi, de qua sub nomine senij Psalm.70.Et vsque in senectam,& senium Deus ne derelinquas me. glossꝰ.in fine seculi erit senium, id est decrepitus, quando abundante iniquitate refrigescet charitas multorum:cum Antichristus veniet,& vita optato fine claudetur. Aliquãdo autem reperiuntur distincta quinq; tempora ecclesiæ; sicut tangitur in parabola illa Christi Simile est regnũ cælorum patrifamilias,qui exijt primo mane conducere operarios suos in vineam suam,&c.quam beatus Greg.exponẽs in homilia sua ita dicit. Quis patrisfamilias similitudinẽ rectius tenet quã cõditor noster,qui regit quos cõdidit,& electos suos sic in hoc mũdo possidet quasi subiectos dominus in domo? qui habet vineãvniuersam.s.ecclesiã, quæ ab Abel iusto vsq; ad vltimũ electũ qui in fine mũdi nascituruseſt quot sanctos,ptulit quasi tot palmites misit. Hos itaq; paterfamilias ad excolendã vineã suã mane, hora tertia,sexta,nona,& vndecima operarios cõducit,quia à mũdi huius initio vsq; ad finẽ ad eruendã plebẽ fideliũ prędicatores mittere non desistit. Manè enim fuit ab Adam vsque ad Noë:hora verò tertia à Noe vsq; ab Abraham. Sexta quoq; ab Abraham vsq; ad Moysen.Nona autẽ à Moyse vsq; ad aduentum Chr̃i. Vndecima verò ab aduentu Chr̃i vsque ad finẽ mũdi. Augu. autẽ sex ætates dicit seculi , & ita ecclesiæ.4. de trini.&.lib.83.q.sic dicit. Sex sunt ætates 4 seculi,quarum prima est ab initio generishumani,id est,ab Adã qui primus homo factus est,vsq; ad Noe,ꝙ fecit archã,in diluuio.¶Secũda inde vsq; ad Abrahã,qui pater dict⁹ est omniũ gẽtiũ,quę fidẽ ipsius imitarenr̃.¶Tertia ab Abrahãvsq; ad Dauid regẽ.¶Quarta à Dauid vsq; ad captiuitatẽ,qua popłus dei in Baby-

Matth.20.

Babyloniam transmigrauit. ¶Quinta ab illa transmigratione vsq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi.¶Sexta nunc agitur ętas,hæc Aug.Et idem sub nomine temporũ & sex dierum ponit idem Augu.super Psal. 92. sextum diem siue tempus computans à prædicatione Ioan.vsq; in finem.Ex quibus confutatur error quorundam hæreticorum asserentium, ꝙ ante aduentum Christi non fuit fides apud antiquos,& per consequens neque ecclesia quæ dicatur fidelium congregatio,quorum rationes in sequenti cap. absoluemus.

¶In quo ponuntur obiectiones, contra ea quę dicta sunt de antiquitate ecclesiæ.Cap.XXIII

SVMMARIVM.

1 *Hæretici quibus argumentis conentur, probare apud patres veteris testamenti non fuisse simpliciter ecclesiam.*
2 *Item quòd non modò ab initio humani generis: sed ante mũdi constitutionẽ fuerit ecclesia.*

1 AD uersus ea quæ dicta sunt, de antiquitate ecclesię fuerũt aliqui stulti hæretici qui dicere præsumpserunt apud patres veteris testamẽti simpliciter ecclesiã non fuisse, quorũ rationes sunt aliquæ quæ sequũtur,quas sumunt ex aliquibus sacræ scripturæ authoritatibus male intellectis.¶Primò arguunt ex illo Pauli . Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo,vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides iã nõ sum⁹ sub pędagogo,ex quo videl(icẽt)ꝙ ante aduẽtũ Chr̃i fides nõ erat apud antiquos,ergo per cõsequẽs neq; ecclia quæ dicit fideliũ collectio . ¶Secũdo ex illo eiusdẽ apł̃, qui de antiquis patribus loquẽs dicit. Iuxta fidẽ defuncti sunt oẽs istis nõ acceptis repmissionibus,ergo videt id qđ pri⁹ videlicet,ꝙ antiqui patres fidẽ nõ habuerũt & p cõsequẽs , ꝙ apud eos nõ fuerit ecclesia. ¶Tertiò idẽ arguũt ex isto.Tu es Petr⁹,& su p hãc petrã.s.fideicõfessionẽ ędificabo ecclĩã meã.Ex quo verbo Chr̃i accipiũt,ꝙ ecclia ante Chr̃i aduẽtũ nõ erat, sed post sup Petri cõfessionẽ p ipsũ Chr̃um est fundata . ¶Quartò arguit sic gl.sup illud Psal.9. Vt annũciẽt oẽs laudationes tuas in portis filiæ syõ dicit sic.Filia syõ est ecclia,syõ em̃ oẽs ecclias mũdi generauit,qa ibi nat⁹ est, vñ fides incepit ergo sequit id qđ pri⁹, ¶Quintò arguit ex illo Aug.sup Psal. 147. dicẽtis. Cæpit ecclia à Hierusm & it p oẽs nationes. ¶Sextò arguit ex eo qđ Aug.ait. Ibi inchoata est ecclia,vbi venit de cælo spũs sanct⁹,& implenit in vno loco. 120. ¶Septimò arguit p illud qđ habet gl.sup Psal.40. vbi tractãs illud. Nũquid qui dormit nõ adijciet vt resurgat?ita dicit.Sicut de latere domiẽtis Adæ qui erat forma futuri Chr̃i assumpta est costa đ qua formata est Eua,ita dormiuit Chr̃s somno mortis,vt de latere dormiẽtis,de quo ꝓfluxerũt sanguis, & aqua,quæ sunt nostræ redẽptionis sacramẽta,formet spõsa ecclia,& idẽ habet in glo. ad Eph.4.¶Octauò arguit,ꝙ ecclia nõ modo ab initio hũani generis fuit, sed etiã ante mũdi cõstitutionẽ ex illo apł̃ dicẽtis,Benedixit nos in omni benedictiõe spũali in cælestib⁹ in Chr̃o,licut elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionẽ,vt essem⁹ sancti,& immaculati in cõspectu eius in charitate.ergo videt ꝙ antiquitas ecclię nõ fuit bene assignata in superiorib⁹,cũ à principio tãtum humani generis dicta sit incepisse.

Argumẽ. 1. Gal. 3.

Secundũ. Hebræ. 11.

Tertiũ. Matth. 16.

Quartum.

Quintum.

Sextum. In tra. 2. su p Cano. 10. han.

Septimum.

Octauum. 2 *Ephe. 1.*

¶In quo ponit solutio ad rõnes capitulĩ pcedẽtis.Cap.XXIIII

SVMMARIVM.

1 *Quod ecclesia dupliciter accipiatur.*
2 *Quatuor modis dici põt quod ecclesia inceperit.*
3 *Vbi uenit fides, &c. quę sensum habeat.*
4 *Itẽ & illud, antiqui defuncti sunt iuxta fidem.*
5 *Ecclesia quotidie ædificatur.*

AD ista quæ obiecta sunt non est difficile respõdere. Pro quo cõsiderãdũ ꝙ de ecclesia possum⁹ dupliciter loqui . Vno modo prout est congregatio fideliũ,vt fidelis quis dicat̃ à fide Chri simpliciter, & hoc modo , sicut dictũ est,ecclia incepit à principio hũani generis ex quo sancti inceperũt esse in terra. ¶Secũdo modo potest sermo haberi de ecclia ꝓ ut est cõgregatio fideliũ,vt fidelis quis dicat à fide Chri iã nati de virgine, & cõsummãtis humanæ redeptionis sacramẽtũ:& hoc modo de ecclesia loquẽdo reperiũtur dicta sanctorũ patrũ varia, vt in argumentis deductũ est circa initiũ ipsius ecclesiæ, quæ tñ ad concordiã reduci possunt. Pro quo aduertendũ ꝙ quadrupliciter loqui possumus de initio ecclĩæ. Vno modo quantũ ad primos credẽtes permentalẽ siue interiorẽ vocationẽ , & hoc modo loquẽdo dicendũ videt , ꝙ ecclĩa incepit à tẽpore cõceptionis Chr̃i,siue natiuitatis , quod tẽpus plenitudinis Apostolus nominat,quia in ea adimplẽtur quę de Chri

1

Ad Gal. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sto fuerũt prænũciata atq; promissa, vt dicit glo. in hac cõsideratione ecclesia initiũ dicenda est habuisse maximè à beata virgine Maria matre dñi, quæ prima fidẽ verbi Dei actu incarnati habuisse creditur. vnde Elizabeth eam à fide singulariter cõmendans ait, Beata quæ credidisti quoniã perficiẽtur in te quæ dicta sunt tibi à dño, cuius fides, & sanctimonia cõstantissima semper, & firmissima fuit, & nunq; interrupta, vt de ipsa dicatur illud. Sicut sol oriens mũdo in altissimis Dei, sic mulieris bonę species in ornamentũ domus eius gl. id est, ecclesiæ. Sequitur. Lucerna splẽdens sup candelabrũ sanctũ, & spẽs faciei super ætatẽ stabilẽ. Colũnæ aureæ super bases argẽteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Fũdamenta æterna super petrã solidã, & mãdata Dei in corde mulieris sanctę. Fueruntq; alij plures credentes in Chrũm à principio natiuitatis eius, sicut Ioseph spõsus virginis Mariæ, deinde annũciãs natum esse saluatorem mũdi. Lucæ. 2. Deinde pastores quibus angelus apparuit in nocte ipsa natiuitatis, qui pastores primitiæ dicuntur fuisse Iudæorũ, & magi ipsi, qui stella duce perducti sunt ad Chrũm, qui vt ait Aug. primitiæ fuerũt gentiliũ. Crediderũt etiã iusti. s. Symeõ, & Anna Chro in tẽplo ꝓsentato. Secũdò loqui possum⁹ de initio ecclsiæ quantũ ad primos credẽtes p prædicationẽ, & doctrinã Chri vocatos, & hoc modo loquẽdo dicẽdũ videtur, ꝙ ecclsia incepit, in prima vocatione, & cõgregatione discipulorũ Chri, quæ facta est post baptismũ ad fluuiũ Iordanis, de qua Ioan. 1. habetur, vbi Andręas, Ioãnes, Petrus Philippus, & Nathanael, vocati legũtur ad fidẽ Chri, vnde gl. Gen. 36. dicit. Synagoga primo adhęsit Chro quãdo Petrus, & Andreas, & cęteri discipuli Ioãnis facti sunt discipuli Chri. Hinc beatus Aug. Tractãs illud Psal. 71 A flumine vsq; ad terminos orbis terrarũ, inquit, ꝙ verò nũc ait à flumine, expressit euidenter inde voluisse Chrũm potestatẽ suam iam commẽdare: vnde, & discipulos cœpit colligere à flumine. s. Iordanis, vbi suprà batizatũ vnicũ cùm descenderet spiritus sanct⁹ sonuit vox de cælo. Hic est filius meus dilectus. Hinc ergo doctrina eius incipiẽs, ac magisterij ei⁹ authoritas dilatatur vsq; ad terminos orbis terrarũ cũ ꝓdicatur euãgeliũ regni in vniuerso mũdo in testimoniũ omnib⁹ gẽtibus, hæc Aug. ¶ Tertio modo loqui possumus de ecclesia quantũ ad firmitatẽ fidei in ea & promulgationẽ eiusdẽ: ac de ecclesię dilatatione per orbẽ, & hoc modo loquẽdo de ecclesia dicimus illã incepisse quãdo cõsummatis, & adimpletis mysterijs redẽptionis humanæ spiritus sanctus missus est in die pentecostes super credẽtes discipulos, & cõfirmati sunt, & solidati in fide Chri, iuxta illud prophetæ, Ego cõfirmaui colũnas eius. glo. id est, apostolos, qui in passione nutauerãt. Et ita intelligẽdũ venit dictũ Aug. super canonicã Ioã. quod inductũ est in sexto argumẽto, vbi ait. Inchoata est ecclesia vbi venit de cælo spiritus sanctus, & impleuit in vno loco 120. Ad hãc etiã intelligentiã refert dictũ illud Aug. qui tractãs illud Psal. 49. Ex syõspẽs decoris ei⁹, ita loquit. i. à Hierusalẽ incepit qa inde cæpit annunciari: à Hierusalẽ incepit, quia inde exeũtes apostoli speciem decoris Chri toto orbe nũciarũt. vnde Esa. De syon exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Ex syon namq; cæpit decus euãgelij. Inde spõsus speciosus forma præ filijs hominũ cępit annũciari, quia ibi datus est apostolis spiritus sanctus. Et cõcludit Aug. sup eundẽ locũ dicẽs. Vnde euãgeliũ inde prædicatio, inde impletus orbis terrarũ, & ab hoc tẽpore dicũt aliqui doctores ecclesiã incepisse dici catholicã. ¶ Quartò modo loqui possum⁹ de ecclesia quãtũ ad virtutẽ sacramẽtorũ qbus ecllia formaꝫ, & hoc modo loquẽdo dicim⁹, ꝙ cũ sacramẽta habeãt virtutẽ ex passione Chri, secũdũ illud. Quẽ proposuit Deus pater ipsum, scilicet, Chrũm propiciatorẽ per fidem in sanguine ipsius, ecclesia dicitur incepisse à passione Chri: quoniã facta, & formata tũc dicit, vt ex gl. sup Psal. 40. habet, quę in ducta est in art. 7. Vñ gl. & est Aug. ad Ephe. 3. dicit. Dormiuit Adã, vt fiat Eua, moritur Christus vt fiat ecclesia, dormiẽte Adam fit Eua de latere, mortuo Chro lancea percutit latus, vt perfluãt sacramẽta quibus formet ecllia. Quib⁹ notatis respõdetur ad obiecta. ¶ Ad primũ dicit, ꝙ ratio nõ militat, qm̃ vt ait apius. V bi venit fides, &c. nõ loquit de aduẽtu fidei Chri simpliciter, ita vt ante nõ fuerit, fuit enim à principio hũani generis fides mediatoris Dei, & hominũ, cũ dicat apostolus. Sine fide impossibile est placere Deo, & eodẽ cap. de antiquis patribus loquẽs, dicat. Sãcti per fidẽ vicerũt regna, operati sunt iustitiã, &c. sed loquit de aduẽtu fidei secundũ manifestationẽ, vnde glos. ita habet. At vbi venit fides, id est, postq; reuelata est, quæ pri⁹ occulta fuerat in antiquis, & Nicolaus de Lyra exponit. Venit fides. i. tẽpus fidei reuelatę, vel exponendũ est. Venit fides. i. impletũ est illud quod credebatur futurũ, sicut aliqua promis

Luc. 1.

Ecclc. 26.

Matthæ. 2.

Luc. 2.

Psal. 74.

Esa. 2.

Rom. 3.

Ad primũ. 3

Hebræ. 11.

promissio dicitur venisse, quia id quod promissum erat est impletũ. Et sic licet apud antiquos non esset fides ita reuelata & adimpleta in multis eo modo sicut adueniente tempore gratiæ, nihilomin⁹ semper ab initio humani generis fuit fides. Vnde Augst. inquit. Lib. 18. de ciui. Proculdubio tunc innotuit per eius corporalem presentiam doctrina & religio christiana quando discipulos cepit habere Christus idest, postquam in flumine Iordanis ministerio Iohannis est baptizatus. propter hoc enim de illo ꝓphetia illa ꝓcesserat, & domi nabit à mari vsq; ad mare, à & flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Sed priusquam passus esset & resurrexisset à mortuis non fides omnibus fuerat diffinita, in resurrectione quippe Christi diffinita est. ¶ Ad secũdũ respondetur eodẽ modo ꝙ ratio procedit ex mala intelligentia eius quod dicit Apostolus. ꝙ enim Apostolus inquit, ꝙ antiqui defuncti sunt iuxta fidẽ, non habet eam intelligentiam ꝙ antiqui patres fidem non habuerunt, cum eos idem Apostolus maximè de fide in eodem. c. commendet, sed tunc dicuntur iuxta fidem defuncti, quia fidem habentes comitem siue sociam defuncti sunt. Vnde glos. ita exponit. iuxta fidem id est adhęrentes fidei. ¶ Ad tertiam dicendum negando consequentiam, nõ enim ita dicitur ecclesia ædificanda à Christo super illam Petri confessionem, Tu es Christus filius Dei. &c. ꝙ prius ecclesia simpliciter non fuerit. fuit planè ædificata super eãdem fidem, cum omnes fideles à principio mundi in eadem fide fundati & solidati sint, in qua nos. illum siquidẽ crediderunt esse venturum quem nos venisse credimus. vnde Mat. 21. Turbæ quæ præcedebant & quæ sequebãtur idem clamabat dicentes. Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. in quo vt ait Hiero. & ponitur in glos. continua. vtrũq; populũ ostendit & qui ante euangelium & qui post euangelium domino crediderunt cõsona Iesum cõfessionis voce laudare. & Chriso. Illi quidem prophetantes de Christo vẽturo clamauerunt, hi autem laudantes clamant de aduentu Christi iam adimpleto. sed dicebatur à Christo ædificanda super confessionẽ præfatam Petri, quo ad illos qui crediturí erant in Christo. Ecclesia enim quotidie hoc modo ædificatur, cum aliqui corpori Christi noui ter per fidem incorporantur. Dedit quosdam Apostolos. &c. Sequitur in ædificationẽ corporis Christi glos. idest, vt ædificent eos in corp⁹ Christi qui adhuc alienati sunt.

Ad secũdũ. 4

Ad tertium 5

Ephe. 4.

Et infra in eodem. cap. subiungit Apostolus augmentum corporis facit in ædificationem sui. glo. quia illos qui non sunt corpus ædificat in suam ciuitatẽ vel societatẽ. ¶ Ad quartum patet solutio ex dictis. pro eo enim Syon dicitur omnes ecclesias generasse. quia in de exeuntes Apostoli euangelium prædicarunt per vniuersum orbem. vnde fides nõ dicitur ibi simpliciter incepisse neque Dei ecclesia quæ ante ab initio humani generis fuerunt, sed quantum ad promulgationem & dilatationẽ fidei per omnes nationes bene dicitur ibi initium fides siue ecclesia suscepisse, quia inde euãgelium per Apostolos & alios Christi discipulos deriuatum est in omnes fines terræ. ¶ Ad quintum eodem modo respõdetur. ¶ Ad sextum eadẽ solutio datur. ¶ Ad septimum patet responsio ex dictis. Ecclesia enim quantum ad virtutem sacramentorum quibus formatur & quæ ex passione Christi virtutem suscipiunt, dicitur initium sumpsisse à passione Christi, licet fides ipsa simpliciter siue ipsa ecclesia à principio fuerit sicut sępe repetitum est. ¶ Ad octauum dicendum quòd nos loquimur in præsenti loco de ecclesia secundum præsentiam eius in rerũ natura & non secundum prædestinationem siue dispositionem quam ab æterno habuit apud diuinam sapientiam. secundũ enim prædestinationem vt inquit Bernardus, super cãtica, nunquam ecclesia electorũ penes Deũ non fuit. si miratur hoc infidelis, audiat quod magis miretur. nunquam nõ grata extitit: nunquã non dilecta. quid inaudacter loquar quod mihi de corde Dei prõptus ille supernorum delator consiliorũ aperuit? Paulũ dico qui vt multa alia ita hoc quoque de diuitijs bonitatis eius non est veritus diuulgare secretum. benedixit nos inquiẽs, in omni benedictione spirituali in cęlestibus in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati & in conspectu eius in charitate. hæc Bernardus. Et Origines super Canti. dicit. Non enim tu inde ex aduentu saluatoris in carne sponsam dici aut ecclesiam putes: sed ab initio humani generis & ab ipsa constitutione mũdi, immo vt Paulo duce alti⁹ mysterij hui⁹ originẽ repetã: ante etiã cõstitutionẽ mũdi. sic enim dicit ipse. Sicut elegit nos in Christo ante cõstitutionẽ mũdi vt essem⁹ sẽti & immaculati.

Ad quartũ. 6

Ad quintũ sextũ & septimum. 7

Ad octauũ. 8

¶ A quo inceperit ecclesia. Cap. XXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ varia acceptio.*
2 *Quod angeli in creatione sua fidem habuerint.*
3 *Quod ecclesia inceperit ab Abel.*
4 *Quod nõ sufficiebat ueteribus naturalis cognitio ad salutem.*
5 *Abel quod primus gesserit typum ecclesiæ primusq; martyr fuerit.*
6 *In Abel fuerunt figurati tres status ecclesiæ. s. pastores, uirgines, martyres.*
7 *In Abel facta fuit primò separatio ecclesiæ Dei ab ecclesia malignantium.*

A quo inceperit ecclesia.

POstquam dictum est de antiquitate ecclesiæ, cõsiderãdũ est iã à quo idest à qua persona ecclesia incepisse dicẽda est. quoniam varij vario modo loquuntur in hac re. Quidam enim dicũt q; ab angelis. Alij q; ab Adam. Alij ab Abel. Quidam verò ab Apostolis. Pro quo considerandum est, q; de ecclesia possumus loqui multipliciter. Vno modo vt dicit multitudinem siue communitatẽ quandam ex angelis, sanctis & hominibus constitutam. siue vt dicit vnam societatẽ angelorum & hominum sanctorum ordinatam sub vno principe Deo quemadmodum Aug. loquens super psal. 36. dicit q; ex hominibus fidelibus & angelis fit vna ciuitas sub vno rege & vna quædam prouincia sub vno imperatore. & hoc modo loquẽdo stante opinione dicẽtium creationẽ angelorum præcessisse tempore creationem hominis. dicendũ, q; ecclesia incepit ab angelis. cum enim teste Apostolo. Accedentem ad Deum necesse est credere & angeli in prima sui conditione essent in statu accedendi ad Deum. cõfiteri oportet illos in creatione sua fidem habuisse. Præterea q; in gratia fuerint creati testatur beatus Aug. dicens, q; Deus in angelis simul erat condens naturam, & largiens gratiam. quare beat⁹ Bernar. super Cant. homilia. 27. inquit. Cùm haberet Deus sponsam inhærentem sibi à principio multitudinem angelorũ: placuit ei & de hominibus conuocare ecclesiam atq; vniri illi quæ de cælo est: vt sit vna spõsa & vn⁹ spõsus. hæc Ber. ¶Secundò modo loqui possum⁹ de ecclesia prout dicit vniuersitatẽ hominũ fidelium viatorũ, secũdũ illud Aug. super psal. 44. Assumpta est ecclesia ex genere humano vt Christ⁹ caput esset ecclesiæ. & hæc consideratio, vt dicit magister Alexãder de Ales in quarto suo super sententias, est cõsideratio ecclesiæ quæ habet sacramẽta. &

1 *Heb. 11.*

2 *12. de ciui. Dei.*

hoc modo loquẽdo de ecclesia, cõis sentẽtia sanctorũ est, q; ecclesia incepit ab Abel. Vnde Aug. lib. 15. de ci. Dei. A principio mundi 3
processerũt duę ciuitates, vna Dei, alia diaboli, vna cęlestis. alia terrestris. vnde filij Adam vnus ædificat terrenã & diabolicã, alius cælestẽ. primus fuit Cayn, secũdus Abel. Itẽ super psal. 142. loquẽs de ciui. Dei id est ecclesia, dicit: hęc ciuitas initiũ habet ab ipso Abel sicut mala ciuitas à Cayn. cõfirmant aũt plures rationes hãc sententiã. ¶Prima quia fides eius primo in sacrificio quod obtulit Deo accepta manifestabatur. fuit enim hoc primũ signũ sacrũ ex parte hominis quod scriptura sacra cõmemorat. Vt aũt virtus & efficacia 4
huius rationis intelligatur est considerandũ, q; in statu legis naturę nõ sufficiebat homini ad salutẽ sola naturalis cognitio qm̃ pfectio ratiõalis creaturæ nõ solũ cõsistit in eo quod ei cõpetit secũdũ suã naturã, sed etiã quod ei attribuitur ex quadã supernaturali pfectione diuinæ bonitatis. vnde & vltima: beatitudo hominis consistit in quadã supernaturali Dei visione. ad quã quidẽ visionẽ cũ homo pertingere nõ possit tantũ lumine naturalis rationis, sed per doctrinã à superiore doctore cælesti patre luminũ secũdum illud. Omnis q; audit à patre & didicit venit ad me. Quare *Iohan. 6.*
ad cõsecutionẽ supernę beatitudinis nõ sufficit cognitio naturalis, sed exigitur supernaturalis cognitio, quę fides dicitur aliquorum quæ super rationẽ sunt. de qua Apostolus dicit. Fides est substãtia rerũ sperãdarũ argumẽ- *Heb. 11.*
tũ nõ apparẽtiũ. Post lapsum vero humanæ naturæ exigebat fides de reparatore, per quẽ futura erat medicina morbi. & ideo in statu illo nõ tantũ erãt necessaria opera quæ sunt de dictamine legis naturalis, sed etiã aliqua alia quæ erãt protestationes & signa eorũ quę ad reparationẽ pertinebãt. Hæc autem erant illius tẽporis sacramenta, sicut sacrificia decimæ & oblationes. Quare cùm ab Abel legatur primò oblatũ esse Deo sacrificium, & ita primò protestata fides redẽptoris per signa sensibilia, merito dicitur ecclesia nra ab ipso incepisse. ¶Secunda ratio. Omnis religio, vt dicit Augustinus cõtra Faustum, semper habuit aliqua signa exteriora, in quibus homines conueniebant ad Deũ colendum hęc autẽ signa in religione christiana sunt sacramẽta secũdũ varietatẽ tẽporũ. Quare cùm Abel fuerit prim⁹, qui legatur signo sensibili Deũ coluisse, merito christiana religio ab eo incepisse perhibetur. ¶Tertia ratio est continuatio sanctitatis. Sanè cùm de ecclesia spiritus

sanctus

Cant. 4. sanctus dicat. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Et patres sancti in symbolo ecclesiam sanctam esse profiteantur: oportet vt ab illo ecclesiam incepisse asseram⁹ in quo primò iustitia & sanctimonia sine interruptione continuata viguerit & incorrupta in signum quòd ecclesia talis futura erat. Quam obrem non ab Adam & Eua qui à sanctitate ceciderunt: ecclesia conuenienter dicitur inchoata, sed ab Abel qui primus omniũ sanctitatem interruptã seruauit & post quẽ fides & vitæ sanctitas in aliquo vel in aliquibus ecclesiæ membris semper illibata creditur permansisse. ¶Quarta ratio est, quia ipse 5
Abel primus gessit typum ecclesiæ quo ad virginitatis integritatem & decorem innocẽtiæ in quibus maximè ecclesię sanctimonia splendet. fuit enim virgo & innocens. De ec- *2. Cor. 11.*
clesiæ virginitate inquit Apostolus. Despondi enim vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo. gloss. virginitas cordis fides incorrupta virginẽ dicit, quia omnes vna virgo sunt propter vnitatem fidei. ¶Quinta ratio qua Abel fuit primus martyr, & ecclesia solet dedicari in sanguine martyrum. illi enim roborarunt fidem ecclesię. vnde Cyprianus in sermone ad martyres inquit. O martyres fortissimi robur corporis nostri. ¶Sexta ratio. quia Abel est primus iustus commendatus à Christo sicut Matth. 23. habetur. vbi ait Christus. A sanguine Abel iusti. &c. Super quo verbo dicit beatus Hieronymus in homilia. Abel iustus non solum ex dicto nec sententia Christi, sed ex Gene. testimonio comprobatur, vbi laccepta eius à Deo narrãtur munera. ¶Septima ratio quia Abel secundum quòd dicit August. in lib. de mirabilibus mundi, fuit & virgo & martyr & fidei doctor, & ita in eo fuerunt figuratę tres principales personæ ecclesiæ. videlicet pastores, virgines, & martyres. Quare merito ecclesia ab ipso dicitur suscepisse initiũ. &c. 6
¶Octaua ratio quia in Abel facta est primò discretio siue separatio ecclesiæ sanctę Dei, ab ecclesia malignantiũ cum in ipso facta sit discretio à Cayn. vt enim superius inductum est, dicit August. A principio mundi proces- *Lib. 15. de ciuita. Dei.*
serunt duæ ciuitates, vna Dei, altera diaboli. vna cælestis alia terrestris. Cælestem ędificat Abel terrenã verò Cayn. ¶Tertio loqui possumus de ecclesia secundum statum noui testamenti. & hoc modo dicitur incepisse ab Apostolis & alijs credentibus, vt patet ex superioribus. & hoc etiam dicit Nicolaus de Lyra super psalm. 86. Quod etiam ex illo apertissimè colligitur ex eo quòd Apostolus de se & alijs Christi Apostolis dicit. Elegit nos *2. Thess. 2.*
Deus primitias. gloss. vt essemus primitiæ omnium credentium in salutem & in sanctificationem spiritus & fidem veritatis. De hoc etiam sunt alia testimonia in superioribus in c. 18. circa rationem primam, quare ecclesia sancta dicta est apostolica.

¶In quo ponuntur obiectiones contra prædicta. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Quindecim argumenta, quibus obijcitur quòd ecclesia potius initium sumpserit ab Adam quam ab Abel.*

Arg. primũ

1 COntra hoc quod dictum est quòd ecclesia incepit ab Abel arguitur multipliciter. Et primo arguitur q; ab Adam ecclesia inceperit. Adam fuit primus fidelis. ergo ecclesia ab ipso incepit. consequentia videtur nota, & antecedens patet. Habuit enim Adam fidẽ incarnationis quando dixit Genes. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis. &c. quod Apostolus exponit de incarnatione dicens. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Præterea creatus fuit in virtutibus & donis gratuitis. vt colligitur ex gloss. Lu. decimo, vbi dicitur, quòd homo per peccatum vulneratus est in naturalibus & spoliatus gratuitis. Neque potest dici, quòd habuerit fidem tantum informẽ: quoniam vt testatur beatus Augustinus. 14. de ciuitate Dei. Adam in statu innocentiæ habuit charitatem de corde puro & fide non ficta. ¶Secundò ad idem arguitur sic. Adam *Secundum.*
videtur fidem suam aliquo sacrificio aut signo sensibili fuisse protestatus. quia vt dicit magister in historijs, Adã docuit filios suos offerre primitias & decimas. ergo videtur, quod ab Adam incepit ecclesia quæ habet sacramentum. ¶Tertiò ad idem sic. Dicit Hu- *Tertium.*
go de sancto Victo. Conueniens fuit vt semper medicina curreret cum morbo: sed morbus pro quo oblatus est Christus (verũ sacrificium cuius figura fuerunt sacrificia quæ offerebãtur antiquitus) incepit ab Adã. ergo ab

ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso credenda sunt inchoata fuisse sacrificia sensibilia. ¶Quartò sic. Ad plura tenetur peccator quàm innocens. quia tenetur ad opera satisfactionis: cuiusmodi erat sacrificia. ergo Adam qui peccator fuit, magis tenebatur ad sacrificia offerenda quàm Abel innocens. ergo sequitur ꝙ ab ipso Adam inceperit ecclesia quæ habet sacramenta. ¶Quintò ad idem sic. Adam antequam Abel nasceretur fuit membrum Christi: ergo alicuius corporis membrum, sed non nisi ecclesiæ quæ est corpus Christi. vt ait Apostolus ad Ephe. 1. ergo ab ipso Adam incepit ecclesia nō ab Abel. Cōsequētia patet. assumptum est notū, quoniam Adam habuit fidem formatam, sicut inductum est supra. Si autem dicatur ꝙ Adam nō continuauit sanctitatem suam, & ideo nō esset dicendus principiū ecclesiæ. Contra. Hoc non debet sibi obesse. quia pro perseuerante in bono reputandus est qui finaliter bonus est. vnde cum ecclesia orat pro fidelibus dicit. Vt indulgentiam quam semper optauerunt pijs supplicationibus consequātur. qui ergo finaliter optauerunt semper dicuntur optasse. Pari ratione de Adam dicendum videtur quòd pro perseuerante in bono habendus sit, quia finaliter fuit bonus. Et confirmatur per simile de Petro, cui dominus inquit. Matth. 16. Super hanc petram, idest, confessionem fidei ædificabo ecclesiam meam. Et licet Petr⁹ post negauerit Christum, nihilominus non obfuit quin fundamentum esset ecclesiæ, ergo pari ratione videtur ꝙ non obsit peccatum Adæ quin ab ipso ecclesia dicatur incepisse. ¶Sextò sic. Ecclesia credit Adam pœnituisse antequam generaret Abel. vnde Sapiē. 10. de eius liberatione à peccato dicitur. Hæc illū qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus eu stodiuit, & eduxit eum à delicto suo. Sed pœnitentia vera non est sine fide & charitate, ergo id quod prius. ¶Septimò mortuo Abel ecclesia stetit in Adam & Eua. quia sancti dicunt, quòd ex quo ecclesia incepit nunquam desijt esse. Cōstat autem quòd mortuo Abel non stetit ecclesia in Cayn sed in Adam & Eua. ergo etiam ante natiuitatem Abel ecclesia stetit in illis. ¶Octauò Adam fuit principium actiuum per quod humanum genus descendit. vnde Sapientiæ. 10. pater orbis terrarum nominatur: ab Abel autem nemo propagatus est. ergo Adam potius dicendus est principiū à quo cepit ecclesia quàm ipse Abel. ¶Nonò confirmando rationem præcedentem arguitur sic. Principium ex parte malorum fuit actiuum siue propagatiuum aliorum post se, scilicet, Cayn. genuit enim filios & filias & facta est multiplicatio malorum. ergo pari rātione ex parte bonorum ponendum fuit principium actiuum ergo magis Adam siue Seth siue Enos dicendus est principium ecclesię quàm Abel. ¶Decimò si Abel dicitur principium à quo cepit ecclesia, hoc videtur esse quia eminentiorem habuit fidem præ his qui erant in prima ætate, sed signum fidei magis visum est relucere in Enos. de quo dicitur ꝙ cepit inuocare nomē domini. ergo Enos siue Seth rectius dicēdus est principiū à quo cepit ecclesia quàm Abel. ¶Vndecimò arguitur ꝙ Abraham sit huiusmodi principiū à quo incepit ecclesia. dicitur enim Roma. 4. Abrahā accepit signū circuncisionis signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio vt sit pater omnium credentium, & ita videtur ꝙ sit pater fidelium. vnde etiam pater multarum gentium à domino legitur vocatus. ergo videtur ꝙ ab ipso dicenda sit incepisse ecclesia tāquam à principio. ¶Duodecimò sic arguitur. gloss. super illud psalm. 79. Vineam de Ægypto transtulisti. dicit, idest ecclesiam quæ incæpit à Iudæis & perficitur in gentibus: ergo à Iudæis dicenda est ecclesia incepisse & non ab Abel. ¶Decimotertiò sic. Elegit nos Deus vt essemus primitiæ omnium credentium. ergo videtur ꝙ in Apostolis ecclesia incepisse dicenda sit qui primitiæ omnium credentium esse dicuntur & nō in Abel. ¶Decimoquartò arguitur hac ratione. Ecclesia incepit ab Abel. ergo ecclesia fuit quando Abel fuit. hęc consequentia videtur bona. hæc domus incepit hic. ergo hęc domus est hic. Sed in solo Abel ecclesia esse non potuit. ergo non est dicendus Abel principiū à quo ecclesia inceperit.

Quartum. Quintum. Cōfirmatio prima. Cōfirmatio secunda. Matth. 16. Sextum. Septimum. Octauum. Nonum. Decimum. Vndecimū. Genes. 3. Genes. 17. Duodecimū Decimum tertium. 2. Thess. 2. Decimum quartum.

¶In quo respōdetur obiectionibus iā factis. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Multi doctores antiqui ecclesiam ab Adam incepisse crediderunt.*
2 *Quare ab Abel & non ab Adam inceperit ecclesia.*
3 *Adam licet primus fidem habuerit, non tamen eam signo, quòd est sacramentum, legitur demonstrasse.*
4 *Sacrificia primò & principaliter fuerunt instituta in remedium peccati originalis.*

5 *Eandem beatitudinē consequuntur innocentes & pœnitentes ubi interpretatur illud. Qui totam legem seruauerit, & in uno offenderit, &c.*
9 *Petrus quod non sit dictus primum fundamentū à quo inceperit ecclesia.*
7 *Adam licet pœnituerit ante natum Abel, non tamen sacrificium obtulit.*
8 *Quod Seth & Enos nō fuerunt primum exēplar separationis bonorum à malis.*
9 *Abrahā in quo sensu dicatur pater credentium.*
10 *Post lapsum Idololatriæ ecclesia à Iudæis incepit.*
11 *Ecclesia an in uno solo saluari possit.*
12 *Quod ante ecclesiam nullum fuerit imperium aut regnum.*

Secundum multos ab Adam ecclesia incepit. 1

PRo ampliori intellectu præsentis materiæ est sciēdum ꝙ aliqui antiqui doctores, ꝙ pter ratiões primo loco posuerunt dicere, quod in veritate ecclesia inceperit in Adam & ꝙ quando Adam & Eua erant ante peccatum ecclesia erat. Item dicunt ꝙ post peccatum iterum ecclesia incepit ab Adam cum valde probabile sit quòd pœnitentiam egerint antequam nasceretur Abel. Et si dicatur. quare ergo sancti non dicunt ꝙ ecclesia ab Adā incepit? Respōdent dicentes ꝙ nō est necesse ꝙ sancti dicāt omne verū, quāuis enim secundū veritatē inceperit ab eo, tñ noluerūt illud dicere vt quilibet sciat ꝙ homo despicabilis sit per peccatū nō solū corā Deo sed etiā corā hominib⁹. Dicūt præterea ꝙ à doctoribus dicitur ecclesia incepisse ab Abel nō eo ꝙ Abel fuerit prim⁹ qui fidem & charitatē habuerit: quia huiusmodi fuit Adā, sed quia in Abel fuerūt figuratę tres principales personę in ecclesia, scilicet, pastores, virgines, & martyres. Cæterū subiūgunt ꝙ nō est incōueniens dicere ꝙ ecclesia post quā inceperit, desijsset esse, & ꝙ nūc idē esset possibile nisi illud cōstaret ꝙ dñs dixit. Ego autē vobiscū sum vsq; ad cōsummationē seculi. Sed horū doctorū modū dicēdi relinquētes & cōmuniorē sentētiā doctorū sequētes dicimus. sicut dictū est ꝙ ecclesia cuius sunt sacramenta, quia de tali est sermo, ab Abel inceperit rationibus supra notatis. Vnde dicendum est ad eaquæ obijciebantur. ¶Ad primum respō detur negando consequentiam. quoniam ad hoc ꝙ quis dicatur principium à quo incepe rit ecclesia quæ habet sacramenta, non sufficit ꝙ primus fuerit qui habuit fidē formatā, sed requiritur ꝙ fidem illam sacramento aliquo visibili ostenderit aut professus fuerit. si cut dictū est supra, & ꝙ in ipso fuerit distinctio siue discretio à congregatione opposita malorum, sicut initium vię vnius est vbi primo fit discretio ab alia via. & ꝙ ab eo seruata fuerit sine interruptione integritas sanctitatis. Hęc autem non fuerūt in Adam. quoniam Adam etsi primus habuerit fidem, non tamē illam signo aliquo sacro sensibili legitur fuisse professus. non enim in statu innocentię cū in illo sacramenta non essent. sacramenta autem cum sint vasa medecinalia. vt dicit Hugo de sancto Victore non competunt statui integritatis sed lapsus, secundum illud. Non est opus sanis medic⁹, sed male habētib⁹. Quod vero post lapsum Adam fidem suam signo sacro aliquo sensibili ostenderit, scriptura sacra nullibi commemorat. Prętera in Adam propter indifferētem statum eius & propter commune principium generationis non discernebatur in eo congregatio bonorum à cōgregatione malorū. In Abel vero facta est discretio à Cayn. Cæterum cum Adam lapsus fuerit per peccatum, non fuit in eo continuata iustitia sanctimoniæ. quare cōuenienter dictum est quòd Adam non fuerit principium à quo ecclesia ceperit, sed potius Abel. ¶Ad secundum respondetur negādo assumptū & ad id quod inducitur ex magistro in historijs, quòd Adam docuerit filios offerre primitias. &c. Respondetur quòd & si ita sit non intelligitur ꝙ ipse pro se obtulerit. vnde sicut dictum est licet fidem habuerit primus non tamen in signo quod est sacramentum legitur demonstratum, nec insuper vt dictū est, in eo discretio facta est bonorum à malis. Item secundo respondetur ad idem quòd concesso quòd Adam sacrificium Deo obtulerit, sicut & alij iusti Deo sacrificium obtulerunt secundum sui temporis cōgruentiam dicente beato Grego. ꝙ apud antiquos per sacrificiorum oblationes remittebatur pueris originale peccatum, non tamen de eius sacrificio sicut neq; de omnibus iustorū sacrificijs fit mētio in scriptura. quare aūt Adā nō legatur sacrificiū obtulisse, dicit beatus Tho. Ne in eo in quo notatur origo peccati simul etiam sanctificationis origo significaretur. Quod etiam notasse videtur Apostolus qui ad Hebrę. 11. fidem sanctorū patrum veteris testamenti commendans ab Abel incipiens ita dicit. Fide plurimam hostiā, idest, maioris precij Abel quàm Cayn obtulit Deo, per quā testimonium consecutus est esse iustus. &c. ¶Ad tertium quod obijcitur ꝙ ab Adam inchoauit morbus ergo & medicina. Dicendū secun-

Matth. vlt. Ad primū. 2 Matth. 9. 2. 2. q. 85. arti. 1. Ad secūdū. 3 Ad tertium

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum Ale. in. 3. quòd reuera ab ipso inchoauit medicina, scilicet, sacrificium contriti cordis dilectionis & deuotionis, sed non incepit ab ipso ipsius medicinę signũ, scilicet visibile sacrificiũ. & hoc triplici ratione. Prima qa ab illo à quo incepit diuinę in honorationis exemplũ non debuit sumi ritus honorãdi Deum. Ab Adam autem cepit exemplum diuinę inhonorationis, cùm pręuaricatus est diuinum mandatum. Genes. 3. Vnde Zacha. 13. Adam exemplum meũ. sed ab illo debuit incipere ritus diuini honoris qui fuit iustitię & innocentię primum exemplum. Secũda ratio est quæ supra dicta est. quia eũ ecclesia sit aggregatio fideliũ colentiũ Deũ ab illo à quo incipit ecclesia debet incipere ritus colendi Deum & ita oblatio sacrificiorum. ab Adã autẽ nõ debuit dici incepisse ecclesia sed ab Abel. Tertia ratio est quia sicut dicit Aug. super Gene. ad literã. Adã eratvir spiritualis mente præditus. vnde & post lapsum cõuertebat se potius ad interius sacrificium quod est contritio cordis. Alij vero nõ ita prędiți conuerterunt se ad sacrificium exterius. Vnde conueniens fuit vt priùs in Adã præcederet oblatio sacrificij interioris spiritualis, postmodum vero in filijs eius sequeretur oblatio sacrificij exterioris materialis, vt in illis primis vtriusque sacrificij præberetur exemplum. ¶ Ad quartum vero quod obijcitur, quòd ad plura tenebatur peccator Adam quàm innocens Abel, dicendum quòd verũ est, non tñ propter hoc sequitur quòd tenerentur ad sacrificia. Sacrificia enim primo & principaliter fuerunt instituta in remedium peccati originalis. secundũ quod dicit Greg. Quod apud nos valet aqua baptismi hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro adultis virtus sacrificiorum. Quia ergo in Adam non fuit originale peccatum distinctum ab actuali, non competebat ei offerre sacrificium visibile, quod distincte & immediate institutum est contra originale. In filijs verò Adæ primò fuit distinctum actuale & originale. vnde cõueniebat vt ab ipsis primo sacrificia offerrẽtur, hæc ille. ¶ Ad quintum vbi dicitur quòd Adam fuit membrum Christi antequam Abel. &c. Respõdetur negando consequentiam. licet enim sicut in superioribus diximus, ecclesia vniuersaliter loquendo prout dicit congregationem omniũ intellectualium creaturarum habentium fidem formatam in creatione angelorum fuerit initiata nihilominus distinguendo eã ad congregationem hominum fidelium secundum conditionẽ status vitæ præsentis cuius sunt sacramẽta, quo modo de ea est nra nũc cõsideratio, nõ in Adã sed in Abel initiata est rationibus supra positis. Quoniam licet Adã dicatur primò fuisse membrũ corporis Christi, sicut & angelus bonus in prima sui condi tione, nihilominus non sequitur q̃ in ipso in ceperit ecclesia cuius sunt sacramenta. Ad id verò quod obijciebatur contra rationem cõtinuitatis sanctitatis, q̃ pro perseuerãte in bono reputandus est qui finaliter bonus est. Respondet q̃ hoc nõ arguit cõtinuitatẽ aliquã sanctitatis. dictum autem illud si veritatẽ habet intelligendum est respectu consequutionis eiusdem prẽmij cõmunis, scilicet, visionis beatæ cũ eo qui in cõtinua & nõ interrupta iustitia perseuerasset à principio vitę suę vsq; in finem eiusdẽ. Eandem quippe beatitudinẽ cõsequũtur innocentes & pœnitentes, licet quãdoq; gradu differẽti. Sic etiam exponitur illud Iacobi. Quicunq; autem totam legem seruauerit offenderit autẽ in vno, factus est omniũ reus. Quod pro eo dicitur: quia eãdem pœnam damni, scilicet, carentiã diuinę visionis incurrit homo per vnã transgressionem diuinę legis, quã incurrit qui pluribus transgressionibus in legem peccauit: licet pœnam sensus grauiorẽ sentiat qui pluribus offendit vt exponit Nicolaus de Lyra ibidem. Ex tali autẽ modo loquẽdi nihil arguitur ad propositum, vt manifestum est. Quod autẽ inducebatur pro simili in argumento de fidelibus, qui dicuntur semper indulgentiam optasse. Dicendum q̃ non est simile: quia tale desiderium indulgentiam consequendi potest esse sine perseuerãtia & cõtinuatione bonę vitę & sanctitatis. Pariter respõdetur q̃ nõ est simile quod inducebat pro simili de beato Petro. quia Petrus nõ est dictus fundamẽtũ à quo primũ principiũ habuit ecclesia sicut superius dictũ est. ¶ Ad sextũ quod obijcitur de pœnitẽtia Adæ. Respõdetur negãdo cõsequẽtiã: quia licet Adã pœnituerit ante natiuitatẽ Abel & credatur habuisse charitatẽ, nõ tamẽ legitur (vt dictũ est) q̃ sacrificiũ obtulerit in quo fides eius fuerit demonstrata: Prætereà in eo nõ fuit discretio bonorũ à cõgregatione malorũ, cũ nõ fuerit aliud principiũ è diverso diuidẽs cõtra Adam. ¶ Ad septimũ respõdẽt negando cõsequentiã. plura enim requirebãtur in Adã ad hoc vt esset initium à quo inciperet ecclesia quàm ad hoc q̃ mortuo Abel in eo & in Eua manere diceretur ecclesia: sicut manifestè apparet. ¶ Ad octauum quòd de Adam dicitur, quòd fuerit principium

Ad quartũ. *Ad quintũ.* *Ad cõfirmationem primam.* *Iaco. 2.* *Ad cõfirmationem secũdam.* *Ad sextum.* *Ad septimũ* *Ad octauũ.*

cipium actiuum. &c. respondetur negando consequentiam. Non enim requiritur quòd exemplar sanctitatis sit actiuum principium generationis carnalis, cũ sanctitas non transfundatur in propagatione carnis. ¶ Ad nonum dicendum, quòd non est simile de bonis & de malis, licet enim principium congregationis malorum esset principiũ actiuũ generationis. non autem sic est de principio bonorum, & hoc est rectè vt ostenderetur q̃ principium malicię est ab homine. ideo conuenienter descendit in carnalem generationẽ: principiũ vero bonitatis ex Deo est quod per spiritualem generationem descendit, nõ autẽ per carnalem nisi per accidens. ¶ Ad decimũ de Enos dicendũ q̃ Seth siue Enos licet essent exemplar quoddam fidei suę posteris, non tamen fuit aliquis eorum primum exẽplar in discretione bonorũ à malis. præcessit enim Abel qui fuit & ipsi Seth & ipsi Enos & cęteris exẽplar fidei & sanctitatis. Ad vndecimũ quod arguitur de Abrahã respondetur pari modo quòd Abrahã nõ dicitur principiũ siue pater credẽtiũ simpliciter, sed post lapsum à fide generalẽ, cũ quasi omnes decliassent ad idololatriã, & hoc quia fuit exẽplar fidei cæteris. vt ait glo. vnde & in eo per lignaculum circũcisionis discreti sunt credẽtes à non credentibus, sed propter hoc vt manifestum est non arguitur, quòd fuerit principium à quo primò inceperit ecclesia. ¶ Ad duodecimũ quod dicebatur de Iudęis respõdetur, quòd accipiendo principium ecclesiæ post lapsum idololatriçà Iudęis incipit ecclia: quia gens illa primo credidit & in fide perseuerauit vsq; ad aduẽtum Christi in quo pro magna parte excęcata est. Prætereà secũdũ statum nouit testamentietiam ecclesia à Iudęis incepit. vt patet de Apostolis & Christi discipulis, ratione cuius sicut inductum est, Apostolus de se & alijs Apostolis dicit. Elegit nos Deus primitias. glo. fidei, vt in primitiua ecclesia crederemus in Christum. atque fide confiteremur. Et infra. Elegit nos Apostolos primitias omniũ credentiũ quia Apostoli primo crediderunt, hęc glo. Dilatata est autẽ postmodũ ecclesia in gentibus & perfecta. vnde glo. super psal. 79. quę fuit inducta in arguẽdo dicit sic. Vineam dicit ecclesiam quę incepit à Iudęis, & perficitur in gẽtibus. vna tamẽ & eadẽ est & si altera gens det principiũ altera perfectionẽ, hoc tamẽ nõ militat cõtra id quod dicitur q̃ in Abel inceperit ecclesia. ¶ Ad decimũ tertium patet responsio ex iam dictis. Apostolus enim nõ asserit Apostolos esse primos credentes simpliciter cũ multi, scilicet, patriarchæ & prophetę credentes præcesserint Apostolos. de quorũ patrum admirabili fide idem Apostolus amplissimũ sermonẽ texuit in epistola ad Hebr. c. ij. sed dicit eos esse primos credẽtes noui testamẽti si de iam distincta & reuelata. ¶ Ad decimumquartum respondetur negando consequentiam. quanquam enim verum sit quòd ecclesia esset quando Abel erat, quia illo tempore Adam & Eua erant iusti, consequentia tamẽ nõ valet, sicut neque ista. Domus incepit ab isto lapide. ergo fuit quãdo iste lapis primo fuit. Item vniuersitas huius ciuitatis incepit à tali homine ergo fuit quando ille homo fuit. & ita in proposito consequentia facta nõ habet vires. ¶ Secũdò potest respõderi negãdo minorẽ. quoniã licet ecclesia quo ad rationẽ vniuersitatis quę importatur in hoc nomine ecclesia, (dicit enim ecclesia collectio fideliũ) nõ potest stare in vno cõpletiue, nihilominus quo ad fidẽ in qua fundatur ecclesia & à qua quis de ecclesia capere dicitur: bene seruatur in vno. Dicit enim beatus Hiero. super psal. 133. . Vbi fides vera est, ibi ecclesia est. Iuristæ dicunt q̃ ius vniuersitatis bene potest manere in vno solo, licet nõ ratione vniuersitatis & ita super illud Psalmi. Sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea. dicit glo. quæ est beati Aug. q̃ aliquãdo in solo Abel ecclesia erat, & expugnatus est à fratre suo malo. Idẽ doctores dicut multi theologi, & ita videtur inuẽta cõmunis obseruãtia in diebus tenebrarũ in custodia vnius candelę, q̃ in sola beata virgine, in qua integra imperturbata mãsit in triduo fides christiana, fuit ecclesia. Et quibus faciliter soluitur quęstio illa qua à quibusdã quęritur. Vtrùm ecclesia possit in vno solo saluari? Sanè ex his quæ dicta sunt de antiquitate ecclesię apertè retũditur stultitia dicẽtiũ ante ecclesiã fuisse imperiũ & regna: cõtra quos & scriptura sẽtã est & ratio. Cũ enim ecclesia ab ipso iusto Abel initium habuerit. Vel secũdũ aliosvniuersalius loquẽtes de ecclesia ab ipso primo homine Adã. q̃ in innocẽtia creatus est, manifestũ est multo tẽpore præcessisse quodcunq; regnũ iustũ siue iniquũ. Primũ autẽ regnũ, quod tyrãnicè fuit vsurpatum, fuit regnũ Nemroth, qui fuit robustus & venator hominum, idest oppressor & extinctor Geñ. 10. de cuius regno immediate sequitur. Fuit autẽ principiũ regni eius Babylõ. Primus aũt rex iustus fuit Melchisedech de quo scriptura loquitur. quorũ regna multo tempore posteriora sunt ipso Abel.

Ad nonum. *Ad decimũ.* *Ad undeci.* *Ad duodecimũ.* *Ad decimũ tertium.* *Ad decimũ quartum.* *Cap. ecclesia de cõs. di. 1.* *Geñ. 14. & Heb. 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abel. Secundo cum regnū non sit nisi quædam hominū communitas certa specie principatus disposita, illa videlicet in qua vnus principatur toti communitati secundum virtutem, vt dicitur .3. Politicorum. manifestè apparet quòd sit stultum dicere quòd regnū præcedat hominum communitatem. Sanè regnum si iustum est communitatem fideliū præsupponit quæ ad formam regalis princi
In.cap.ubi. 24.q.1. pat⁹ disponitur. vt enim ait beat⁹ Aug. vbi fides nō est non potest esse iustitia. quia iustus ex fide viuit. Si autem regnum iniustum est & iniquum etiam necessariò congregationē malorum præsupponit, quæ dicitur ecclesia malignantium. Et ita patet quòd dictum illorum nedum erroneum est & hæreticum, sed stultum siue stolidum.

¶ Quod ecclesia postquam incepit nō desijt esse ac quòd in ea fides, sanctitas, doctrina, prælatio, & sacramenta vsque in finem seculi sint duratura. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quod ecclesia usq; ad consummationem seculi duratura sit in fide, sanctitate & doctrina.*
2 *Boni cum malis usq; ad consummationem seculi semper permixti futuri sum in ecclesia.*
3 *In ecclesia semper erunt doctores, usq; ad consummationem qui eam uerbo Dei defendant.*
4 *Neque etiam in ea deerunt prælati.*
5 *Maximè uerò usq; ad finem seculi summi pontificis authoritas duratura est.*
6 *Ecclesia non deficiet in sacramentis usq; ad finem seculi.*
7 *Error dicentium ecclesiā iam perijsse.*

Ecclesiæ fides nō deficiet.

1 PAtefacta in superioribus antiquitate ecclesiæ, dum illā à principio humani generis declarauimus incepisse, iam quòd vsq; ad consummationem seculi in fide, & sanctitate doctrina, prælatione & sacramentis duratura sit aperiamus. De firmitate & durabilitate ecclesiæ vsque in finem seculi prophe-
Psalm. 47. ta loquitur ita dicens. In ciuitate Dei nostri Deus fundauit eam in æternum. Super quo verbo Augustī. ita dicit. Sed fortè ista ciuitas quæ mundum tenuit aliquādo euertetur. absit. Deus fundauit eam in æternū. si ergo De⁹ fundauit eam in æternum quid times ne cadat firmamentum? Itē illustris propheta Isaias de tempore diuinę incarnationis loquēs ait. cap. nono. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis, & infra. Multiplicabitur gloria. in fidelibus eius, imperiū, & pacis nō erit finis. glosī. idest, sanctorum licet aliquando tribulentur. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit vt confirmet & corroboret in iudicio & iustitia amodo & vsq; in sempiternum. Item angelus consonans prophetę inquit. Dabit illi dominus Deus sedē Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternum. glo. in tota ecclesia, quæ per fidem & confessionem Christi ad patriarcharū pertinet sortem, siue in illis qui de patriarcharū sorte nati sunt, siue qui de oleastro excisi & in olivam bonam sunt inserti, hæc glosī. Sequitur. & regni eius non erit finis. Præterea de hac ecclesiæ durationē apertissimè habetur Oseæ. 2. vbi dominus ecclesię suæ sanctę ait. Sponsabo te mihi in fide in sempiternum. ergo matrimonium Christi & ecclesiæ in sempiternum durabit. Quod autē sit matrimonium inter Christum & ecclesiam ostēdit clarissimè Apostolus vbi repetens illud Ephe. 5.
Geñ. ij. Erunt duo in carne vna. subiungit. Sacramentum hoc magnum est. ego autem dico in Christo & in ecclesia. glosī. coniugalis copula signum est spiritualis vnitatis Christi & ecclesiæ. Quòd fides & charitas vniuersalis ecclesiæ vsque ad consummationem seculi nunquam defecturæ sint, patet ex illo quod veritas beato Petro pollicetur dicens. Matth. 16.
Super hanc petram ędificabo ecclesiam meā Sequitur. Et portę inferi nō pręualebunt ad uersus eam. glosī. inferi non separabunt eam Luc. 22.
à charitate mea & à fide. Item eidem Apostolo idem dominus pollicetur dicēs. Ego autem rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. Fides ergo Petri permansura est vsq; in finem. Itē in persona ecclesiæ dicitur Cāti. 3. Tenui eum & non dimittam illum donec introducam in domū matris meæ. glo. idest, synagogę. vt ibi habitet per fidem & gratiā, & in cubiculum genitricis meę. vt ibi scilicet requiescat secundum glosī. sed hoc futurum est in fine seculi quando reliquię Israel saluę fient. Isa. 10. & Apostolus Roma. 9. de quo & idem Apostolus ad Ro. 11. ita dicit. Cum plenitudo gentiū intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. ergo sequitur, quòd fides & charitas

charitas in ecclesia semper erunt. vnde Bernard. tractans præfatum verbum. Tenui eū nec dimittam. &c. super Canti. ita propositū nostrū confirmat dicens. Ex tūc & deinceps non defuit genus christianū, nec fides de terra, nec charitas de ecclesia. Venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in eam, & nō cecidit, eo q; fundata esset super firmā petram. petra autē erat Christus. Ita nec verbositate philosoporū, nec cauillationibus hęreticorum, nec gladijs persecutorum, potuit ista aut poterit aliquando separari à charitate Dei, quę est in Christo Iesu, hęc Ber. Quod
2 autē in ecclesia vsq; ad consummationem seculi boni cū malis & econuerso admixti semper futuri sint, apertè constat in parabola illa euāgelica de zizanijs quæ superseminaue
Matth. 13. rat inimicus. vbi dicētibus seruis ad patrēfamilias. vis vt eamus & colligamus ea? Respōdit paterfamilias in figura domini dicens. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem, & in tempore messis dicā messoribꝰ, colligite. &c. Messis autē vt ipse magister veritatis exponit, cō summatio est seculi. Mat. 13. ergo vsq; ad cō summationem seculi in ecclesia triticū, idest, boni, & zizania, idest, mali simul habitabūt.
3 Cæterū q; doctores semper in ecclesia māsuri sint vsq; ad consummationem seculi, qui illam gladio verbi Dei & doctrinis sanctis, omniq; armatura fortiū tanquā strenui milites & fortissimi bellatores defendant protegant & muniāt, attestatur dominus per pro-
Isa. ca. 33. phetam Isaiam sic dicens. Respice Syon ciuitatem. glo. interlin. idest, præsentem ecclesiā. sequitur. oculi tui videbunt tabernaculū. glo. quod prędictę ecclesiam significat. quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius. glo. idest doctores quibus fixa tenetur. Pręterea hoc idem videtur accipi ex il
Ad Thi. 3. lo quod Apostolus ait. Quæ est ecclesia Dei viui columna & firmamentū veritatis. quod ideo dictū est quia in sanctis doctoribus quos semper habet tanquam columna rectissima & immobilis, tam fortis est in se & alios sustinet doctrinis ne corruant in errores. Vnde Cantic. 4. dicitur ecclesiæ. Collum tuū, idest, cętus doctorum per quos verbum Dei dispēsas, & fideles in corpus tuum cōmittis, sicut turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis, scilicet, diuersarum virtutū, quibus relucere debet vita doctorū, mille clypei pēdent ex ea, idest, vniuersitas verborum diuinorum quibus tanquam clypeis repellitur ictus diaboli, & superātur versutię & calliditates hęrericorū, omnis armatura fortium, quia quicquid virtutis perfectę aut sapientię alibi quæritur ad salutē animæ tuendam per fectè in ea inuenitur. vt in. c. legimus. dist. 77. Quod verò ecclesia quo ad prælationem duratura sit vsq; ad cōsummationem seculi, ita vt prælati aliqui semper in ea sint patet ex illo Isa. 62. vbi propheta ita ecclesiæ loquitur. Videbunt gentes iustū tuum, & cuncti reges 4
inclytum tuum, idest, saluatorem tuū, scilicet Christum: & vocabitur tibi nomē nouū, quia à Christo nominata est christiana. eris corona gloriæ in manu dñi & diadema regni in manu Dei tui. Clarum est autem q; corona & diadema ecclesię dignitatem principatus, & dignitatē importat prælationis ecclesię, quę semper in ea vsque ad consummationem seculi resulget, in cuius argumentum sequitur in propheta. Non vocaberis vltra derelicta. &c. Præterea hoc quidem apertissimè notat Apostolus dicens. Ipse, scilicet, Christus dedit quosdā Apostolos, quosdā prophetas, a- Ephe. 4.
lios verò euangelistas, alios autē pastores & doctores vsq; ad cōsummationē sanctorū in opꝰ ministerij in ędificationē corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitate fidei & agnitionis filij Dei in virū perfectū in mēsurā ætatis plenitudinis Christi. vbi gl. inqt. Tādiu durabit hæc prælatio & ordinatio do nec in die iudicij nos omnes occurramus in vna & nō discreta fide. Cæterū hoc idē nobis apertissimū reddit ex eo q; idē Apostolus scribit. Deinde finis, idest cōsummatio, cū tradi- 1. Corī. 15
derit regnum Deo & patri. idest, cum perduxerit credentes ad contemplationem Dei patris secūdum glo. Cum euacuauerit omnem principatū & potestatē & virtutem. gl. dum durat mundus angeli angelis pręsunt: dæmones dæmonibus, homines hominibus, ad vtilitatē viuentium, vel deceptionem. Sed omnibus collectis iā omnis prælatio cessābit, quia necessāria nō erit, hæc glo. Tādiu ergo principatus in ecclesia & prælatio per succesionē cōtinuabitur quādiu pręsens seculū durabit. Quod maximè d auctoritate Ro. ecclesię credendū est, in qua dominus totius ecclesię, po 5
suit principatū iuxta. c. nolite errare. dist. 11. de cuius principatus sempiternitate beatus Hieronymus ita loquitur sicut in. c. hęc est fides. habetur. 24. q. 1. Sancta romana ecclesia quæ semper immaculata permānsit dño prouidēte & beato Apostolo Petro opem ferente in futurū manebit sine vlla hæreticorū insultatione, scilicet pręualēte, atq; firma & immobilis omni tēpore pśistet. hęc ille. Amplius verò q; ecclesia etiā in sacramētis semp māsu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra sit vsq; in finem seculi luce clarius ex ipso sacrę scripturæ fonte colligimus. Vnde Hiere.31. quod etiam Apostolus in argumentū differentię veteris testamenti & noui inducit ad Ro.8. ita propheta loquitur de tēpore aduentus Christi. Ecce dies venient dicit dominus & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, idest legem nouam. non secūdum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehēdi manum eorum vt educerē eos de terra Ægypti. ex. gl. hic ,ppheta non perseueraturū vetus testamentum sed futurum nouum, de cuius perpetuitate dicitur in fine. c. Sanctū domini non euelletur, & non destruetur vltra in perpetuum. Cæterum hoc quidem probat Apostolus. Vbi cōmendaturus legem nouam eam vsq; ad consummationem seculi impermutabilem ex sacerdotij Christi perpetuitate argumentatur dicens. Iurauit dominus, idest, incōcussa veritate firmauit, & nō pœnitebit eum, idest, nō mutabit factum. tu es sacerdos in æternū. Sequitur. In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. glo. vt enim sacerdotium Christi præest sacerdotio leuitico, ita & lex eius præest veteri. Et infra. Sicut iste permanet ita & lex quā attulit in qua est vera remissio & ppetua gratia, quod quia vetus lex nō potuit excluſa est. Quod autē lex noua permanebit in æternum ostendit ex pontifice, quia vnus est, quod nō esset nisi esset immortalis, hæc glo. Præterea hanc veritatem clarissimā agit Apostolus, ita dicens. Quotiēscū q; manducabitis panē hunc & calicē bibetis mortē domini annūciabitis donec veniat. gl. ad ludiciū, & hoc non mutabitur vsq; tūc sicut sacramēta Iudæorum. Apparet ergo, q ecclesia nō deficiet in sacramentis suis vsque ad cōsummationē seculi, quod etiā ratio ipsa ostēdit. Cū enim cōueniētissimū fuerit & ita nobis misericorditer diuina pietate ,puisum sit vt semper medicina curreret cū morbo, & sacramēta ipsa tanquā medicinę quędam cōtra morbos peccatorū sint ordinata ab ipso supremo medico saluatore nostro Iesu Christo, & morbi peccatorū multiplices nūquam deficiāt, neq; deficiēt in humano genere quā diu sumus in hac corruptibili vita præsenti, necesse erit dicere in ecclesiā semp futura esse sacramēta. Et sic patet principale propositū, q ecclesia postquā incepit duratura sit vsq; ad cōsummationem seculi. Ex his iam dictis apertissimè eliditur error dicētiū ecclesiā iam perijsse, & quorūdam pseudoprophetarum asserentium illam in proximo defecturā. De quorū errore beatus Augustinus super psal. 101. commemorat ita dicens. Sed ista ecclesia quæ fuit omnium gentium & iam nō est, perijt. hoc dicunt qui in illa non sunt. O impudentem vocē, illa nō est quia tu in illa non es. vide ne tu ideo nō sis, nam illa erit & si tu non sis. Hanc vocem abominabilem detestabilem præsumptionis & falsitatis plenā nulla veritate suffultam, nulla sapientia illuminatam, nullo sale conditam, vanam, temerariam, præcipitem, pernicioſam, præuidit spiritus Dei & tanquam contra illos cùm annūciaret vnitatem ait. In conueniendo populos in vnum & reges, vt seruiant domino. Cūq; subdidisset respondit ei: vtique laus eius. vtique Hierusalem mater nostra de peregrinatione reuocata fœtosa cū multis filijs magis quàm ea quæ habebat virum: quoniam quidam dicturi erant, ecclesia fuit & non est, exiguitatem inquit dierum meorū nuncia mihi quid est quod nescio? quia recedentes à me murmurant contra me. Quid est quòd perditi me perijsse contendunt? certè enim hoc dicunt, quia fui & non sum, annuncia mihi exiguitatē dierū meorum. Non à te quæro illos dies æternos, illi sine fine sunt, vbi ero, non ipsos quæro. Temporales dies mihi anūncia: exiguitatē dierū meorū, quādiu ero in isto seculo annuncia mihi propter illos, qui dicunt impletæ sunt scripturæ crediderunt omnes gentes, sed apostatauit & perijt ecclesia de omnibus gentibus. Quid est hoc exiguitatē dierū meorū nuncia mihi? & annūciauit neq; vacauit ista vox. Quis annūciauit nisi ipsa via? quomodo annunciauit? Ego ecce vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Hæc Augu.

Heb. 7.

1. Cor. 2.

6

7

Matth. ult.

¶In quo ponuntur aliquę obiectiones cōtra ea quę de duratione ecclesiæ dicta sunt. Cap. XXIX

SVMMARIVM.

1 *Nouem argumenta quibus hæretici probare cōnātur ecclesiam iam defeciſſe, aut ante mundi cōſummationem perituram eſſe.*

AD pleniorem intelligentiam quæ de duratiōe ecclesię diffinita sunt, aliqua obiecta mouebūtur cōtra illa, quibus aliqui hęretici impulsi sunt

sunt q ecclesia iā defeciſſet, aut q ante finem seculi peritura esset. ¶Et arguitur primò ex illo. Circuite vias Hierusalē, & aspicite & cōsiderate, quærite in plateis eius an inuenietis virum facientem iudicium & quærentem fidem. q.d, non est aliquis. ergo videtur q aliquando fides defecerit de ecclesia. & per consequēs aliquando desijt esse. ¶Secundò idē arguitur. ex. c. 7. eiusdem vbi dicitur. Perijt fides, & ablata est de ore eorum. ex quo videtur q fides aliquo tēpore perijt, & ita ecclesia Dei. ¶Tertio arguitur ex illo Dan. 9. vbi dicitur. Deficiet hostia & sacrificiū & erit in tēplo abominatio desolationis & vsq; ad consummationē & finē perseuerabit desolatio. ergo videtur q ante finē mūdi sacramenta & sacrificiū ac fides ipsa deficient in ecclesia, & per cōsequens ipsa ecclesia non est duratura vsq; in finē seculi. ¶Quarto arguitur ex illo Matt. 24. Abundabit iniquitas & refrigesceret charitas, sed charitatē refrigescere superabūdante iniquitate, nihil aliud esse videtur q charitatē deficere. ergo videtur q aliquando charitas deficiet de ecclesia. ¶Quintò idē arguitur ex illo Lu. 18. Verūtamē filius hominis veniēs putas inueniet fidē in terra? hoc autem nō videtur dictū, nisi quia fides ante consummationem seculi defectura sit. ergo idem quod prius. ¶Sextò ratione arguitur sic. Fides ſtius hominis est corruptibilis siue defectibilis, & ita fides alteri⁹, & ita de singulis, nisi sit aliquis cōfirmatus: posibile est ergo fidē in omnibus deficere. ¶Septimò sic. In libertate est credere & nō credere, ergo posibile est vt tota ecclesia in cuius arbitrio est credere & non credere, non credat: & ita patet id quod prius. ¶Octauò arguitur sic vniuersitas Iudæorū, quæ prius fuit ecclesia, iam nō est ecclesia: vnde tota ecclesia Iudæorum videtur defeciſſe. Dedit enim dominus illi libellū repudij, primò tribubus, & postea ducibus, vt dicitur Hiere. 3. Præuaricata est in me domus Israel & domus Iuda ait Domin⁹. Negauerunt Dominū & dixerunt, non est ipse. ergo pari ratione tota ecclesia in christianis est defectibilis. Consequētia patet: quia sicut modò ecclesia est in christianis, ita aliquo tēpore fuit in Iudæis, iuxta illud psāl. Notus in Iudæa Dēus & in Israel magnū nomen eius. ¶Nonò arguitur sic. In passione videtur omnes fideles defeciſſe à fide Christi. vnde beatus Augusti. tractans illum versiculum. Singulariter sum ego donec transeam dicit sic. Videte quoniam multi defecerunt vsque ad ipsos primos hærentes ori eius etiam ipsi defecerūt. & infra. Sed quia in eius passione etiam illi primi cum futuri erant duces ecclesiæ & columnæ terræ defecerant & nondum factum erat quod ait in. 7. psalm. Ego confirmaui colūnas eius, quiait. Singulariter sum ego donec transeam, scilicet, ex hoc mundo ad patrem. Hęc Aug. ergo pari modo posset modò contingere. & ita ecclesia deficeret.

Argu. pri. *Hiere. 5.* *Secundum.* *Tertium.* *Quartum.* *Quintum.* *Sextum.* *Septimum.* *Octauum.* *Nonum.* *Super psal. 14.*

¶In quo respondetur obiectionibus iam factis. Cap XXX.

SVMMARIVM.

1 *Authoritates Hieremiæ & Danielis asserentium, quòd fides & iustitia perierit, quo sensu accipiantur.*
2 *Ælius Adrianus imaginem suam posuit in tēplo Hierusalem ut à Iudæis adoraretur.*
3 *Fides immutabilis semper apud aliquos usq; ad consummationis seculi duratura est.*
4 *Quod charitas tempore Antichristi non ita refrigebit ut deficiat, imò quòd apud aliquos feruentissima futura sit.*
5 *Deus nunquam permittit omnes fideles à fide cadere.*
6 *Non sic defecit tota ecclesia de Iudæis ut nulli eorum in ecclesia remanserint.*
7 *Quod fides in passione Christi in sola beata virgine permanserit.*

PLanè absq; omni dubitatione inconcussa fide tenēdum est, quod de permanētia sanctæ vniuersalis ecclesiæ dictum est. Nam vt ait Bernar. super Canti. Finis omniū pēdet, tolle hāc, & frustra inferior ista creatura reuelationē filiorū Dei expectat: tolle hāc & neq; patriarchę neq; prophetę aliqui cōsummabūtur: cū Paul⁹ ait ita ,puidisse pro nobis, ne sine nobis cōsummarētur. tolle hāc & ipsa sanctorū angelorū ,p imperfectione sui numeri gloria claudicabit, neq; Dei ciuitas de sui integritate gaudebit. Dicēdū est igitur ad rationes. ¶Ad primā & secūdā quę ex duab⁹ auctoritatibus Hie. inductę sunt. Respōdet q id quod ibi inquit ,ppheta, intelligendū est ,ppter raritatē fidei & paucitatē bonorū virorū, quę illo tēpore fuit, quo prophetauit ipse Hiere. nō aūt q omnino fides & iustitia perijsset, quoniā illo etiā tēpore aliq erāt fideles

Ad primum & secūdū. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

les & iusti sicut ipse Hie. licet pauci essent cõ
Ad tertium parationem malorũ. ¶ Ad tertiũ quod ex dicto Dani. inducitur, respondetur: quasi eodẽ modo Daniel enim prepheta non videtur loqui de consummatione totius seculi, sed de finali desolatione ciuitatis Hierusalem, in qua locus sanctificationis erat, vt etiam videtur exponere ipse Christus. Ciuitas autem illa primo
Matth. 24. vastata est à Tito & Vespasiano: postea
2 suscitatę sunt ruinæ eius, & qui prius aufugerant & latuerant in montibus & speluncis reuersis Romanis habitauerunt in parietibus ciuitatis. Deinde Ælius Adrianus imaginem suam posuit in muris templi, idest, in loco vbi fuerat templum, vt adorarent eam: confregerunt nolentes tantam iniuriam sustinere: ex quo indignatus Ælius funditus euertit ciuitatem. Rectè autem statua illa vocata est abominatio: quia vt ait Hieronym. Abominatio secundum veritatem idolum nuncupatur. & additur desolationis: quia in templo desolato atque deserto idolum positum est, vt dicit gloss. & ita argumentum nõ est ad propositum nostrum. Si vero dictum Daniel. accipiatur de consummãtione seculi & abominationem dicat Antichristum hominem peccati, qui in templo sedens extollet se super omne quod di-
2. Thess. 2. citur Deus, non est intelligendum, quòd fi-
3 des totaliter deficiat, quoniam vt scribitur Ecclesiastici quarto. Fides in seculum stabit. Semper enim apud aliquos fides ecclesiæ firma atque immutabilis vsque in finem seculi permanebit, ita Christus ad patrem orans beatissimo Petro apostolo quem delegaturus erat tanquam vicarium suum pastorem vniuersalis ecclesiæ pollicitus est dicens. Ego rogaui pro te vt non deficiat fi-
Luc. 22. des tua. Quod autem dicitur quòd deficiet hostia & sacrificium, hac ratione fortassis dictum est, quia instante illa sęuissima persecutione Antichristi, hostia sacrificij non in manifesto offeretur, & pro tanto dicatur deficere in auctoritate prædicta prophe-
Ad quartũ. tæ. ¶ Ad quartum quod sumptum est de euangelio Matth. Respondetur quòd tempore Antichristi charitas non ita refrigebit,
4 quòd omnino deficiat ab ecclesia, licet bene in multis. vnde text. non dicit. refrigescet simpliciter charitas, sed multorum: non dicit omnium, immo tempore illo apud aliquos charitas feruentissima futura creditur, qui perfectissimè inuenientur serui Christi martyres glorioſissimi. Vnde prouerbio. 15. Firmos faciet terminos viduæ, ideſt, ec-

clesiæ visibili præsentia sponsi viduatę. vltimos enim milites suos tempore Antichristi patientia & constantia firmabit. Et Apocalypsis primo dicit. Pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ignis ardentis, & vltimi fideles tempore Antichristi erunt similes aurichalco, quia in camino & igne tribulatiõis decoquentur & purgabuntur tanquam aurichalcum quod dum magis incẽditur puriore colore decoratur, de quo tempore Cassio. super psalm. 30. dicit. Ecclesia magis incipiet esse vberrima cum ad finem seculi erit perducta. tunc enim passionibus electorum cito implebitur numerus beatorũ. ¶ Ad quin-
Ad quintũ tum quod sumptum est de Luca, simili modo respondendum venit, quòd illud dictum sit propter raritatem & paucitatem fidelium, quæ tempore Antichristi erit propter maximam tribulationem quæ tempore illo vigebit. de qua Matth. 24. ¶ Ad sextum re-
Ad sextum. spondetur negando consequentiam, licet enim fides possit deficere in aliquibus personis specialiter, generaliter tamen nunquam deficiet. Vnde in. 4. distinctione. 6. his verbis nostro fauet proposito Thom. dicens. Fidem ecclesiæ militantis non est possibile deficere totaliter Deo ordinante, qui dicit Matth. vltim. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Hoc sanctus Tho. vnde dicimus quòd quemadmodum singularia alicuius vniuersalis licet corruptibilia sint, vniuersale tamẽ est incorruptibile, quia & si non saluatur in vno individuorum saluatur in alio per naturam: ita etiam de fide dicimus: & per consequens de ecclesia q̃ si non saluatur in vno, saluatur in alio per gratiam, & hoc diuina prouidentia fauente. Quare sicut nullum tempus fuit postquã incepit ecclesia, in quo non fuit aliquis qui Deo placeret, sic neq; vnquam erit in futurum vsque ad seculi consummationem. &c.
Ad septimũ ¶ Ad septimũ respondetur, quòd etsi absolutè loquendo possibile sit totam ecclesiam militantem à fide deficere, considerata tamen diuina prouidentia cuius ordinatione fides in ea vsq; ad consummationẽ seculi semper illibata pmãsura est, nõ est possibile illam deficere. diuina enim prouidentia nunquã in dispositione sua fallitur. Vnde nũquã 5
De⁹ omnes fideles pmittet à fide cadere, nec aliquos sic pmittet cadere, quin alios erigat, secũdũ illud. Cõteret multos & innumerabi-
Iob. 34. les & stare faciet alios pro eis. ¶ Ad octauum
Ad octauũ. respondetur, q̃ ecclesia de Iudæis nunquãita defecit, q̃n semp in ea aliq̃ essent iusti, in qui bus

bus integra fides & sincera charitas inuiolata persisteret, sed scriptura ita absolutè loquitur quia comparatione malorum illo tẽ-
6 pore paucissimus erat numerus bonorũ. Prę terea licet ecclesia, quę fuit in Iudæis defecerit quo ad sacramenta & ceremonialia illius legis: quia lex & prophetę vsque ad Iohan. Matt. 11. non tamen quo ad gentem: quoniã ecclesia ipsa quæ est in christianis ex vtroq; populo collecta est Iudæorum, scilicet, & gẽtilium vt in pluribus locis testatur Apostolus, primiq; discipuli Christi fuerunt omniũq; credentiũ primitiæ, qui ex Iudæorũ gente
2. Thess. 2. venerunt, sicut superius ex Apostolo cõmemoratũ est. Non ergo tota ecclesia de Iudæis
Rom. 11. sic defecit, vt nulli eorũ in ecclesia permanserint. vnde Apostolus inquit. Repulit deus populum suum? absit. Nam & ego Israelita sum de semine Abrahæ de tribu Beniamin, nõ repulit Deus plebem suam quam præscijt. vbi glo. sic inquit. Si enim dico Iudæos esse infideles nõ tamẽ omnes. & sic Deus repulit eos ex parte nõ tamen ex toto, quia me & alios
Ad nonum. prædestinatos non repulit. hæc glo. ¶ Ad vltimum dicendum, quòd in passione Christi fides nõ ita defecit, quin ita manserit in ali-
7 quo, manſit quidem integerrima & illibata in virgine gloriosa matre domini nostri Iesu Christi, vt dicere videtur Anselm⁹ in lib. cur Deus homo. Quare magister Alexander de Ales in fine tertij sui in expositione symboli Apostolorum dicit, quòd opinio dicentiũ quòd in sola virgine stetit ecclesia tempore passionis Christi videtur sibi vera. vnde & dominus Guilelmus lib. qui dicitur rationale diuinorum officiorum dicit, quòd candela quæ occultatur in officio matutinali in vltimis diebus hebdomadæ sanctæ significat fidem Christi, quæ in sola virgine remansit, per quam postea omnes fideles docti & illuminati sunt.

¶ Quare ecclesia, cælum, terra, ager, sagæna dicta sit. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quot nominibus compellata reperiatur in scriptura sacra.*
2 *Ecclesia quare dicitur Cælum.*
3 *Item quare terra, ager, sagena. &c.*

TAnta est affluentia donorum & gratiarum qui bus ipsa vniuersalis ecclesia in diuersis membris suis dotata est, & tã admirabili ordinis venustate sapienter dispositа, tanta denique varietate pulcherrimè circumamicta, vt illius perfectionis copia & excellentia dignitatis vnico non possit, sed multis necesse fuerit explicari nominibus. Hinc diuina scriptura de ecclesia loquẽs multis eam comparasse rebus perhibetur. de quibus pauca sed præstantiora exempla pro cognoscenda plenius suarum virtutum excellentia & profunditate mysteriorum subiũgemus. Describemus autem rationes nominum, quæ sequuntur de numero amplissimo multorum, de quibus in scriptura sacra secundũ literalẽ aut mysticam intelligentiam illam legimus nominatam, quæ sunt cælum, terra, ager, sagena, vinea, hortus fons, puteus, nauis, domus, ciuitas, regnum, templum, tabernaculum, mulier, amica, columba, perfecta, filia, sponsa, coniux, regina, soror Christi. Cælum in psalmis dicitur ecclesia. iuxta *Ecclesia cælum.*
illud Isa. vltimo. Cælum mihi sedes est. quod
1 verbum pertractans sanctus Augustinus super psalm. 121. ita dicit. Cælum mihi sedes est. Qui sunt isti nisi iusti? qui Cælũ, ipsi Cæli, qa quæ ecclesia ipsę ecclesiæ sicut sunt multæ vt vna sit. sic ergo & iusti ita sunt cælũ vt cælum sint. in ipsis autem sedet Deus & de ipsis iudicat Deus: hæc Augusti. Dicitur autem ecclesia cælum duplici ratione. Primò ratione inhabitationis diuinæ. dicitur enim cælum vt dicit Papias quasi casa helyos, *Mitta. 5. 6.*
ideſt, Dei. Cælum thronus Dei est, Pater noster qui es in cælis. gloss. ideſt in sanctis. ¶ Secundò ratione ornatus. Quæ niadmodum enim cælum stellarum ac luminarium varietate adornatur secũdum illud, Species cæli gloria stellarum mundum illuminans, ita san- *Eccles. 43.*
cta vniuersalis ecclesia virtutum ac donorũ multorum admirabili varietate splendet. vnde Isido. Cælum spiritualiter dicitur ecclesia quæ in huius vitæ nocte sanctorum exemplis ac virtutibus quasi claritate syderum fulget. Huic beatus Ambro. super psalm. Beati immaculati inquit. Ideo ecclesia cælum dicitur, quòd habeat sanctos & angelis & archãgelis cõparandos. ¶ Præterea secundò eccle- *Terra.*
sia terra dicitur secundum illud psalm. 99. Iubilate Deo omnis terra, seruite domino in lætitia. & hoc duplici ratione. Primò ratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmitatis secundum illud psalm. 103. Fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. gloss. & est Augusti. Terram, ideſt, ecclesiam super stabilitatem suam, ideſt, Christum. & ideo non inclinabitur in seculum seculi. nihil enim firmius isto fundamento. ¶Secundò ecclesia dicitur terra ratione fertilitatis. vnde gloss. Grego. super illud Genes. primo. Protulit terra herbam virentem, dicit sic. Terra enim est ecclesia, quæ verbi pabulo nos reficit, & patrocinij vmbraculo custodit, loquēdo pascit, opitulando protegit, vt non solum herbam refectionis proferat sed etiam arborē protectionis. Item gloss. super psal. 23. dicit sic. Domini est terra & plenitudo eius, ideſt, Christi qui est dominus dominantium, est terra, ideſt, ecclesia fructifera. Hæc est terra bona, super quam euangelij semen cecidit & protulit fructum. 30. 60. & 100. ¶Tertiò ecclesia dicitur ager secūdū illud. Simile est regnū cælorū homini qui seminauit bonum semen in agro suo, & hoc propter societatem quandam & permixtionem siue vnitatem, quam habent in fide & sacramentis mali cum bonis. Sanè sicut zizania siue immundæ segetes in agro cum tritico permiscentur, ita in ecclesia vniuersali in præsenti statu mali bonis permixti sunt, de quibus psalm. 54. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi. Quoniam inter multos, ideſt, in multis erant mecum. vbi gloss. quæ videtur Augusta inquit. Ab his qui appropinquant mihi, ideſt à christianis fictis, qui magis decipiunt quā aperti idololatræ. Appropinquāt ergo nomine & non numine, corpore & non mente, numero non merito, & vere appropinquant, quoniam erant in multis, scilicet, sacramētis. mecū, scilicet, in fide, in baptismo, in euāgelij lectione, in festis & huiusmodi. & non in paucis erant mecum, in omnibus sacramentis mecum: sed non in fide, spe, & charitate, sine qua nihil sunt omnia, vt infra. Et bene ait mecum. nam & prope est palea tritico: de vno semine nascūtur, in vno agro eradicantur, vna pluuia nutriuntur. sub eodem messore colliguntur. eadem trituratione vtuntur, eandem ventilationem expectant, sed non in vnum horreum intrant. Hæc gloss. ¶Item quarto ecclesia dicitur nominata sagena. Matth. 13. Simile est regnum cælorum sagenę, missæ in mari & ex omni genere piscium congreganti: & hoc duplici ratione. ¶Primò cnim sagena dicitur ex eo quòd à fluctibus seculi cunctas gentes ad cælum trahere apostolica doctrina laboret. ¶Secundò quia in star sagenę bonos & malos, quos nunc in mari huius mundi indifferenter continet, in littore, ideſt in fine seculi discernet. Vnde Grego. in homilia. Sancta ecclesia comparatur sagenæ missæ in mari & ex omni genere piscium congreganti, quia nunc bonos malosque communiter quasi permixtos pisces fidei sagena continet, sed littus sanctæ ecclesiæ, ideſt, finis, indicat sagena quid trahat.

Ager. Matth. 13.

Sagena.

¶De rationibus propter quas ecclesia sancta Dei vinea dicta sit, & Hortus, Fons, & Puteus aquarū viuētiū. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia uniuersalis duplici ratione dicitur uinea.*
2 *Prædicatores dicuntur operarij uineæ domini.*
3 *Ecclesia quare dicatur hortus conclusus.*
4 *Item Fons, & Puteus.*

PRæterea ecclesia reperitur similitudinarie siue mystice dici vinea, hortus, fons, puteus aquarum viuentium. Quod vinea dicat habetur Isa. 5. Vinea domini exercituum domus Israel est. & Matth. 20. Simile est regnum cælorum homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios suos in vineam suam. Nam Christus verus paterfamilias est, qui totius humani generis curam habens omni tempore vniuersos ad cultura vineæ, ideſt ecclesiæ mittit operarios. Dicitur autem vniuersalis ecclesia vinea duplici ratione. ¶Primò propter amplissimam & continuam eius propagationem. cōtinue enim palmites, ideſt, viri iusti propagantur ex ea. Vnde Grego. tractans illud verbum proxime inductum, dicens. Pater iste familias cōditor noster est, q habet vineā vniuersalē ecclesiā quæ ab Abel vsque ad vltimum electum, qui in fine nasciturus

Ecclesia dicitur uinea.

2

Matth. 20.

turus est. quotquot sanctos protulit quasi tot palmites misit. ¶Secundò quia ex ea spirituale vinū emanat quo fideles iusti potantur, & inebriantur, & exhilarantur iocunditate cælesti, de quo propheta. Vinum lætificat cor hominis. gloss. hoc vinum sic inebriat vt sobrios reddat: hæc ebrietas videtur in alienatione mentis à terra ad cœlum. & hoc vinum non est carnale quo malè quidam inebriantur: sed spirituale interiorem hominem reficiens spirituali lætitia. Præterea de hoc quòd ecclesia vinea dicatur illustre testimonium. Cantico. vltim. habetur, vbi in persona ecclesiæ dicitur. Vinea fui pacifico in ea quæ habet populos. Vinea, inquit ecclesia iuxta gloss. quæ ex diuersis populis collecta est, scilicet, de gentibus & Iudæis fui pacifico, ideſt, Christo quirecte pacificus nominatur: ipse quidem pacem composuit inter Deum & hominem propter quod mediator Dei & hominum dicitur. Item pacem fecit inter hominē & angelum. Pacificans per sanguinem crucis siue quæ in cælis siue quæ in terris sunt. gloss. cælestia & terrestria. Item ad pacem reduxit gentiles & Iudæos eos in vnius Dei cultu coniungens. Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. gloss. vtrunque populum in vnum, & fide & moribus. Ipse est lapis angularis in quo populi tanquam parietes de diuerso angulo venientes sibimet quasi in pacis osculo copulantur. hæc gloss. Dicamus adhuc, quòd hæc vinea plantata dicitur ab ipso summo patrefamilias in ipso humani generis principio. Ego te plantaui vineam electam. Deinde translata legitur de Ægypto in terram promissionis. psalm. 79. Vineam de Ægypto transtulisti in terram, scilicet, promissionis. gloss. ideſt, ecclesiam quę incepit à Iudæis & perficitur in gentilibus. Consequenter legitur tradita agricolis ad excolendum. Erat homo paterfamilias qui plantauit vineam & locauit eam agricolis. Et Matth. 20. dicit de eodem. Misit operarios in vineam suam. Operarij sunt prædicatores, quos ad erudiendam fidelium plebem mittere paterfamilias non desistit: vt dicit Grego. De huius autem vineæ cultura Bernardus ita loquitur. Hæc vinea domini sabaoth plantata est in fide: mittit radices in charitate defossa, sarculo disciplinæ stercorata, pœnitentium lachrymis irrigata, prædicantium doctrinis & exuberans vino suauissimo delectationis, hæc Bernard.

Psal. 103.

1. Thim. 2.

Ephe. 2.

Hiere. 2.

Matth. 21.

2

¶Item ecclesia nominata legitur hortus iuxta illud. Cantic. 4. Hortus conclusus soror mea. & in capit. omnibus consideratis. & in capit. quoniam vetus. 24. quæstionæ. 1. & ita nominatur iuxta gloss. pro amœnitate florū, fragrantia aromatum, & copia optimorum fructuum. Sunt enim in hoc ecclesiæ horto flores amœnissimi, pulcherrimi, plurimi etiam secundum varietatem gratiarum & honorum membrorum eius. Sanè redolet in eo flos vuæ, qui cum ex eo vua formetur beatissimam virginem speciosissimam atque florentissimam designat, quæ illam vuam genuit, in cuius vino & sanguine Iudas, ideſt, omnis confessione fidei ad ecclesiam pertinens lauat stolam suam & pallium suum, ideſt vtrunque hominem sicut habetur Genes. 49. Iudas in vino, scilicet, quod pro multis effusum est in remissionem peccatorum lauit stolam suam & pallium suum in sanguine suo. Redolet etiā in horto ecclesiæ flos lilij, qui cadidus est in virginibus. Flos violæ, qui paruulus ac purpureus est in innocentibus. Flos mali granati, qui rubeus est in Apostolis, qui non modo verbo & exemplo sed & sanguine suo in numeras per orbem fundarunt ecclesias. Redolet insuper flos rosæ, qui sanguinatus est in martyribus. Flos oliuæ qūi pinguis est in sanctis cōfessoribus: quiq; proprietatis pinguedine & misericordię operibus quibus affluxerunt rectè per oliuam designantur. Redolet etiam flos amigdali: qui etsi frigoris tempore nascatur: non tamen marcescit à fructu in patriarchis & prophetis, qui in hyeme infidelitatis & iniquitatis gelicidio, doctrina verbi & operis sanctitate floruerunt, feceruntque fructum immarcessibilem mercedis æternæ. Redolet etiam in horto ecclesiæ flos spicæ, qui quia inter paleas & aristas nascitur statum sanctorum coniugatorum designat, quibus multæ paleæ veniales peccatorum concretæ sunt: multas aristas habent miseriarum præsentis seculi & aculeis punguntur mundanę solicitudinis atque plurimum fatigantur cura proprię familię: nihilominus tamen florem & fructū sanctitatis producunt. De fragrantia aromatum huius horti ecclesiæ dicitur Cantic. 6. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum. Sancta enim ecclesia merito in bonis fidelibus areola aromatum dicitur, quia per virtutum eius excellentiam & sanctæ conuersationis pulchri

3

Hortus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudinem in illis glorioso nomine redolet.
Eccles. 24. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. &c. De fructibus huius horti dicitur Cantico. 5. Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum, idest, operum suorum, quæ velut poma delectabilia sunt & odorifera. Dicitur autem hortus conclusus, idest, vndique clausus: non expositus bestijs, non auibus, non furibus, non hostibus. Et dicitur bis clausus propter duplicem clausuram, de qua dicitur Isaiæ. 26. Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator, ponetur in ea murus secundum diuinitatem defendens & muniens eam interius, & antemurale secundum humanitatem, vel antemurale, idest, angelorum custodia, qui muniant eam exterius. Consequenter ecclesia legitur etiam fons nominata. vnde Cantico. 4. dicitur fons signatus, & hoc duplici
Fons. 4 ratione. ¶Primò propter abundantiam irrigantis doctrinæ. vnde gloss. Cantico. 4. ecclesia fons dicitur, quia doctrina salutari abundat, vnde proximos irrigat. Et signatus fons dicitur, quia spiritualis sensus indignis absconditur & nulla incursione turbatur. Isai. 56. Eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum cuius non deficient aquæ. ¶Secundò ecclesia dicitur fons, quia ex ea copia multarum salutarium aquarum in salutem redundat fidelium. Emanat quidem ab isto fonte primo aqua baptismi, à qua abluntur peccatũ originale, ratione cui?
Zach. 13. dicitur. Erit fons puteus domui Dauid & habitatoribus Hierusalem in ablutionẽ peccatorum & menstruatæ. Cæterum emanat aqua pœnitentiæ, qua abluuntur peccata actualia, ratione cuius dicitur Ioel. 3. Fons egrediebatur de domo domini & irrigabat torrentem spinarum, idest, peccatorum. Et dicitur fons signatus, quia vt ait August. in sacramentis ipsis sub tegmento rerum visibilium diuina virtus secretius operatur salutem. Item nominata legitur puteus aquarum viuentium: vnde loco supra nominato ita subiungitur. Puteus aquarum viuentiũ quæ fluunt impetu de libano. Appellatione autem putei ecclesia describitur ratione profunditatis mysteriorum eius. vnde gloss. sic dicit. Puteus dicitur propter occulta mysteria, quæ solis sanctis reuelatione sancti spiritus panduntur. Et dicitur puteus aquarum propter diuina eloquia, quæ de inuisibilibus diuinæ gratiæ thesauris procedũt, cum in vitam æternam ducunt secundum illud.
Puteus.

Fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam quæ fluunt impetu, idest abundanter. Psalm. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. de libano, idest à Christo: qui est candor lucis æternæ. Sapient. 7. Ab ipso enim fluunt omnia spiritualia dona. Iohan. 1. De plenitudine enim eius omnes accepimus.
Iohan. 4.

¶ In quo rationes assignantur propter quas ecclesia appellatur Nauis, Domus, Ciuitas, & castrorum acies ordinata. Capit. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quare dicatur Nauis uariæ & pulcherrimæ rationes tradantur.*
2 *Quòd ecclesia dicatur Domus, atque in ea diuersimode inhabitent sancti & peccatores.*
3 *Ecclesia quare Ciuitati comparetur.*
4 *Duæ ciuitates in hoc mũdo cõiunctæ corpore sed mente diuisæ.*
5 *Ecclesia Castrorum acies ordinata.*
6 *Ecclesia quibus armis utatur aduersus hæreticos & tyrannos.*
7 *Duplex gladius ecclesiæ.*

Æterùm ecclesia nauis legitur nominata, & hoc triplici ratione. ¶Primo quia virtutum mercibus & meritorum thesauris ampliſsimis atque pretioſisimus onusta est, quibus sibi sui mercari possunt regnum cælorum. ipsa sola quippe est per quam sacrificium dominus accipiet libenter. Sola est, quæ pro peccatoribus intercedat fiducialiter, vt dicit beatus Gregorius. Prætera in ea sola sunt veræ virtutes quibus adipiscitur sempiternæ vitæ æternæ iuxta. capitu. omnes. §. ex his. 28. quæstione. 1. Propter hanc rationem de ecclesia dicitur. Facta est quasi nauis institoris. ¶Secundò ecclesia rectè nauis appellatur: quia vehiculum est, quo per mare huius seculi quãtuncũq; crebris ventorũ flatibus, & aquarũ fluctibus, id est, tẽtationũ
Ecclesia dicitur Nauis 1
In cap. quia 24. q. 1. Prouer. ult.

nũ plagis, & verberibus fatigetur, fideles in ea contenti ad portũ securę beatitudinis perducuntur. Cuius rationem assignans beatus Ambrosi. tractans illud Prouerbio. 30. Tria sunt mihi difficilia, &c: ita in quodam sermone dicit. Nauim ecclesiam debemus accipere in solo mũdi huius constitutam, quæ & si vndarum fluctibus aut procellis sæpe vexetur: tamen nunquam potest sustinere naufragium, quia in arbore eius, scilicet, in cruce Christus erigitur, in puppe pater residet gubernator, proram paracletus seruat spiritus, hanc per angusta huius mundi freta duodecim remiges ducunt, id est, duodecim Apostoli, & similis numerus Prophetarum. Itẽ idem Ambrosi. Non turbatur nauis quæ Petrum habet: turbatur illa quæ Iudam habet.
In. c. nõ turbatur. 24. q. 1.
¶Tertiò ecclesia rectè nauis nominatur: quia sicut extra nauim siue Arcam Noë regnante diluuio nullus saluatus est: ita nullus extra ecclesiam omnino saluatur, vt extra de summa Trinita. & fid. catholi. capitu. 1. Item Hierony. dicit. Si quis in Arca Noë
In. c. quoniã uetus. 24. q 1. non fuerit peribit regnãte diluuio. Et beatus Gregori. in mora. & habetur in capitu. quia cad. cau. & quæstio. Ecclesia sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde aqua diluuij Arcam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem quos
Aug. in tract. de catholi. uerita. extra Arcam inuenit, extinxit. Et beatus Augustinus dicit sic. Nauicula, id est, Christi ecclesia in medio maris, videlicet in mundo diu iactata est fluctibus, sed vexata non dissoluta, aut submersa: quia ille imperauit ventis & mari, qui eidem ecclesiæ se promisit vsque in finem seculi affuturum: quicunque ergo de huius maris fluctibus saluari desiderat, & in profundum abyssi æternam videlicet perditionem demergi pauescit, teneat integrè, & inuiolabiliter fidei firmitatem. Cæterum sancta ecclesia domus legitur nominata, & hoc ratione inhabitationis diuinæ in ea, secundùm illud, Domine dilexi decorẽ domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ. vbi gloss. Augustini ait. Domus Dei ecclesia est, decor huiꝰ domus sunt sancti. Item Benediximus vobis de domo domini. gloss. id est, de ecclesia catholica, de qua est baptismus, & omnis benedictio. De
In. c. quæ dignior. 24. quæst. 1. cũius domus dignitate ferè beatus Ambros. ita loquitur. Quæ dignior domus Apostolicæ prædicationis ingressũ quàm sancta ecclesia est? aut quis præferendus magis omnibus videtur quàm Christus, qui pedes
Domus. Psal. 25. Psal. 117.

suis consueuit lauare hospitibus, & quoscunque sua recepit domo, pollutis non patitur habitare vestigijs? Item de hac domo beatus Hierony. in capitu. quoniam vetus. cad. cau. & quæstione. dicit sic. Quicunque extra hanc domum comederit agnum prophanus est. Et ad idem beatus Gregori. in capitulo. quia ex sola. cad. cau. & quæstione. ita dicit. Vnde de agni hostia dominus præcepit, scilicet, Exod. 12. dicẽs. In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius extra fores. In vna nanque domo comedetur: quia in vna catholica ecclesia vera hostia redemptionis immolatur. Vbi considerandum, quòd diuersimodè sancti, & pec- 2
catores fideles dicuntur esse in hac domo Dei. Primi quidem ita sunt in domo domini, vt ipsi sint ipsa domus domini, & locus habitationis eius. Secundi verò licet sint in domo domini, non tamen dicuntur ipsa domus domini. Hanc differentiam notat Beatus Hierony. aut potius Augustinus, ita
In. c. omnibus. 24. q. 1 dicens. Omnibus consideratis puto me non temerè dicere alios ita esse in domo domini, vt ipsi sint eadem domus domini, quæ dicitur ædificari super petram, quæ vnica columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula, &c. Item beatus Augusti. eandem differentiam existentium in domo domini assignans super Psalmũ. 25. dicit sic. Sunt quidam, qui domum Dei habent & noluntgloriari, sed in se habent quidam domum Dei sed non pertinent ad decorem domus Dei, in quibus habitat gloria Dei, ipsi sunt locus habitationis gloriæ tuæ. Et gloss. Magistri ita dicit. Sancti qui sunt decor ecclesiæ, sunt locus habitationis glorię tuæ. De huius autem habitationis domo loquitur Propheta. Nisi dominus ædificauerit domum, in Psal. 127.
vanum laborant, qui ædificant eam. Super quo verbo August. ita dicit. Dominus ergo ædificat domum suam, laborant multi in ædificando, sed si non ille ædificet, in vanum laborant ædificantes eam. Qui sunt isti qui laborant ædificantes? omnes qui in ecclesia prædicant verbum Dei, ministri sacramentorum Dei: omnes currimus, omnes laboramus, omnes ædificamus modò & ante nos cucurrerunt, laborauerũt, ædificauerunt, sed nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborant ædificantes eam. Quæ autem domus Dei ipsa & ciuitas. Domus enim Dei, populus Dei, non solùm qui modò sunt: sed & qui ante nos fue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt,& iam dormierunt,& qui post nos futuri sunt vsque in finem seculi congregati in vnum fideles innumerabiles,sed Deo numerati . De quibus dicit Apostolus. Nouit dominus qui sunt eius,& infrà. Omnis numerus fidelium sanctorum ex hominibus commutandorum, vt fiant æquales angelis qui modo peregrinantur, sed expectant nos quando à peregrinatione redeamus:omnes simul vnam domũ Dei faciunt, & vnam ciuitatem ipsa est Hierusalem.Item sancta ecclesia ciuitas sæpe legitur nominata & hoc propter vnitatem qua ad inuicem fideles sub eodem rege Christo,& eadem fidei lege viuunt.Dicitur enim ciuitas quasi ciuium vnitas.Vnde vt ait Augusti.libr.de ciuitate Dei. Ciuitas dicitur concors hominũ multitudo. Et Grego.dicit.Ciuitas à conuenientibus populis appellatur,de qua dicitur Psalm.47.Magnus dominus,& laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.glos.id est, ecclesia,quæsita est in monte sancto eius . Hæc est ciuitas, quæ dicitur Matthæ.5.posita super montem.gloss.id est Christum quem montem à fertilitate,& plenitudine gratiarum propheta pulchrè commendans dicit.Mons coagulatus,mons pinguis, coagulatus, vt dicit gloss. propter parauulos,quos lacte teneriorꝭ doctrinæ nutrit, & mons pinguis fertilitate sua propter maturos, quos pane solidioris doctrinæ cibat. Item de hac ciuitate sequitur in Psalm. inducto.In ciuitate Dei nostri Deus fundauit eã in æternum,gl.id est in catholica ecclesia dei nostri,Dicit.Ne sibi hoc nomen compositus hæreticorum vsurpet.Ne autem putetur hęc ciuitas temporalis, addit, Deus fundauit in æternum eam,non ad horam sicut tabernaculum Moysi.Et Augusti.supereodem loco sic dicit.Si fortè ista ciuitas,quæ mundum tenuit aliquando euerteretur, absit:Deus fundauit eam in æternum. Si ergo Deus fundauit eam in æternum , qui times ne cadat firmamentum?Cæterum de laude huius ciuitatis ait Propheta. Fundamenta eius in montibus sanctis.glo.in Prophetis, Apostolis, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, qui solus est fundamentum,quod nemo mutare potest. Ecce prior laus à fundamentis,vt soliditas totius notetur ciuitatis. Sequitur laus de fama eius . Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, quod vt dicit gloss.non accipiendũ est de illa figurali quæ cecidit, sed de ista quę per illam figurabatur.Ad gloriam etiam

Ciuitas.

3 *Lib.6.Moral.*

Psal.57.

Psal.85.

huius ciuitatis non parum facit, quòd ad hanc ciuitatem non solum homines fideles: sed etiam angeli pertinent, sicut etiam parũ ante ex Augusti . super Psalm.126.induximus,dicit enim idem August.lib.10. de ciui. Dei.Nos & beati vna ciuitas sumus Dei:cuius pars in nobis peregrinatur pars in illis opitulatur.Quare Apostolus ad Eph.scribẽs dicit.Iam, scilicet iuxta gloss.à tempore fidei susceptæ,non estis hospites & aduenæ,id est extranei à Deo,sed estis ciues sanctorum,id est,in domo vna cum sanctis,domestici Dei, id est , familiares Dei, quibus arcana reuelat vbi gloss. subiungit,quasi de Babylonia tran 4
slati ad Hierusalem . Vbi notandum , quòd duæ sunt ciuitates in hoc mundo coniunctæ corpore , sed diuisæ mente. Vna dicitur Hierusalem alia Babylonia : vna est ciuitas Dei alia diaboli : quas ciuitates,vt dicit Augusti. duo amores constituunt . Hierusalem facit amor Dei,Babyloniam amor seculi.Dicitur autem ciuitas Dei quasi ciuiũ vnitas, in qua rex est,veritas,lex, charitas ei⁹, iudicia, æquitas,ciuium conuersatio,honestas, populi cõgregatio,concordia,& vnitas,mores inhabitantium , bonitas, benignitas, misericordia, pietas,sobrietas,castitas,patientia,humilitas & aliarum virtutum decor,& sanctitas.Ciuitas diaboli est de qua propheta ait. Quoniã vidi iniquitatem , & conditionem in ciuitate die ac nocte, circundabit eam super muros eius iniquitas , & labor in medio eius, & iniustitia,& non deficit de plateis eius vsura, & dolus . Vidi iniquitatem ad Deũ , contra dictionem ,ad prælatorum , labor in medio eius in acquisitione terrenorum , iniustitiæ ad proximum, vsura in repetitione vltionis, & vindicta iniuriarum , dolus in fraude circunuenientium . Hæc autem ciuitas Dei in quadro sita esse dicitur Apoca.21.quoniam vt dicit gloss. Latera huius ciuitatis quatuor sunt, fides, spes, charitas, & operatio,quæ æqualia sunt : quia quantum quis credit,tantum sperat , quantum sperat tantum diligit, quãtum diligit tantum operatur. In quadro ergo posita dicitur:quia robusta est fide,longanimis in spe , ampla charitate , efficax in operatione. Præterea ecclesia Dei sancta inuenitur mystica significatione nominata castrorum acies ordinata , quo nomine ideò appellata est quia fortissima,& insuperabilis est virtute,de qua Can.6.Terribilis,vt castrorũ acies ordinata.Castra Dei,sancti Dei sunt charitate ordinati , quibus tanquã militibus Christi

Christi, & propugnatoribus fidei munitur, protegitur, & defenditur ecclesia, de quibus dicitur Zacha.9.Circundabo domum meam id est, ecclesiam,ex his qui militant mihi,videlicet doctoribus, prælatis , ac principibus ecclesiæ , qui eam defendendo Christo militare perhibentur. Vnde Apostolus Thimo. scribẽs ait . Labora sicut bonus miles in præ
5 dicando euangelium contra hostes . Huius
2.Thi.2. autem hostes ecclesiæ plurimi , & varij sunt, contra quos huiusmodi Christi militiam siue castrorum multitudinem in vnam ordinat aciem,mater omnium virtutum charitas cuius officium est aliarum virtutum exercitium ad finem dirigere optimum.Iudæi quidem impugnant Christi incarnationem, hæretici scripturarum veritatem, tam hi quàm illi impugnant Christi fidem.Schismatici obedientiam , & ecclesiæ vnitatem.Sarraceni & pagani ecclesiasticam pacem. Tyranni,&
6 mali principes ecclesiæ libertatem. Falsi fratres charitatem . Contra Iudæos , & hæreticos opponit doctores sanctos , aperiens eis sensum , vt intelligant scripturas, quibus ait
Luce.21. Ego dabo vobis os,& sapientiam cui non poterunt resistere,& contradicere omnes aduersarij vestri.Cõtra schismaticos opponit sanctorum communionem , regimen prælato-
Iudicũ.10. rum,& obedientiam subditorum . Vnde de filijs Israel exeuntibus ad bellum dicitur. Egressi itaque sunt omnes filij Israel,& pariter congregati quasi vir vnus, quia illis erat cor vnum,& anima vna ad expugnationem inimicorum . Contra paganorum, & Sarracenorum violentiam gladium materialẽ, vt in capitu.quando.23.quæstio.4.dicit Augũ. Contra tyrannos , & falsos fratres gladium opponit spiritualẽ,qui etiã cõtra hæreticos, & schismaticos exercetur , vt compellantur intrare iuxta capitu.quid facit ecclesiæ medi
7 cina.23.quæst.4. Cùm autem ecclesia duos habeat gladios , de quibus in euangelio dominus ait . Sufficit vnus , scilicet, spiritualis qui exercendus est à prelatis,alius à principibus,& militibus Christianis.De quibus duobus gladijs habetur in capitu. authoritatem. 25.quæstio.6.&.23.quæstione. 8.§. 1. quorum vnus eximitur officio prælatorum, aliꝰ nutu eorum. Vnde Bernar. ad Eugenium papam , de gladio materiali ait dominus Petro Conuerte gladium in vaginam. Tuus ergo, & ipse forsitan tuo nutu, & si non tua manu euaginandus vterque gladius tuus est, sed is quidem ab ecclesia,ille pro ecclesia exercendus est. Ille sacerdotis,is militis manu. Sed sanè ad nutum sacerdotis, sed iussu Imperatoris. Hinc dicitur in capit. ab Imperatoribus. 23. quæstio. 4. Ab Imperatoribus vniuersis iustum est auxilium postulandum, propter afflictionem pauperum , quorum molestijs sine intermissione fatigatur ecclesia,vt defensores eius aduersus potentiam diuitum cum episcoporum prouisione delegentur . Hæc autem castrorum siue militum aciei ecclesia
Hæc eadem stice irrefragabilis virtus,& insuperabilis for
supra repe- titudo pulchræ etiam exprimitur.Cantico.3
lit.cap.1. vbi dicitur.Ecce lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios , & ad bella doctissimi. Lectulus Salomonis,id est,Christi,q est pax nostra ad Eph. 2. ipsa est sancta ecclesia quæ locus est habitationis gloriæ suæ Psalm.26. Sexaginta fortes,id est,vniuersi doctores sancti,& viri perfecti, (senarius enim numerus perfectus est.) Fortes,maximè ad hostes viriliter expugnandum, Ambiunt inquàm lectulum,id est,sanctam ecclesiam,vt hostium incursus coerceant, & sponsus, & sponsain lectulo contemplationis quietè dormiant, *Can.3.* iuxta illud. Adiuro vos filiæ Hierusalem ne suscitetis , neque euigilare faciatis dilectam meam sponsam à somno, & quiete contemplationis.Ex fortissimis Israel, id est,patriarchis,& prophetis ac Apostolis alijsque iustis fide vera, & contemplatione perspicua Deũ videntibus. Tenentes gladios,quorum vnus est verbũ diuinæ scripturæ,de quo ad Ephe. 6. Gladium spiritus quod est verbum Dei. Secundus est gladius iudiciarię potestatis,de quo. Non sine causa gladium portat.gloss.i. *Rom.13.* habet iudiciariam potestatem:Dei enim minister est.Et ad bella doctissimi,& ita necesse est. quoniam vt ait Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem:sed aduersus principes & potestates,ad *Ephe.6.* uersus mundi rectores tenebrarum harum.

¶De rationibus propter quas ecclesia dicatur Regnum & de.XII.quibus gloria magnificẽtiæ regni ecclesię declaratur.

¶Cap. XXXIIII.

Nomi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Regnum Christi quod dicatur.*
2 *Duodecim quæ gloriam & magnificentiam regni ecclesiæ, ostendunt.*
3 *Antiquitas regni ecclesiæ & eius amplitudo, & nume.4.*
5 *Veræ diuitiæ quæ dicantur.*
6 *Legum ecclesiasticarum sanctimonia.*
7 *In regno ecclesiæ omnes incolæ sunt reges & sacerdotes.*
8 *Regnum Dei quod sit æternum, nec finem habiturum.*

Ecclesia dicitur regnũ

NOminatur insuper ecclesia Regnum, & hoc quia in ea Christus rex regum, dominus dominantium per fidẽ regnat, de quo regno sic ꝓphetaloquitur. Super

Esa.2. solium Dauid, & regnum eius sedebit, glosſ. id est, super ecclesiam, quæ significata est, per regnum Dauid. Item de hoc regno angelus ad virginem de filio suo loquens, ita dicit. Et regni eius non erit finis glosſ. Re-

Lucæ.1. gnabit in domo Iacob in æternum, id est, in 1 tota ecclesia, quæ per fidem, & per confessio nem Christi ad patriarcharum pertinet sor-

1.Cor.15. tem. Hoc prætereа regnum notat Apostolus cùm de Christo loquens ait, Cùm tradiderit, scilicet, Christus regnum Deo, & patri, &c. Super quo verbo dicit glosſ. Fideles quippe eius, quos redemit sanguine suo, dicti sunt hic regnum eius, cuius regnum etiã est omnis creatura. Sed aliter dicitur regnũ Christi omnis creatura, aliter ecclesia. Regnũ Christi dicitur omnis creatura secundum potestatem deitatis. Ecclesia verò secũdum proprietatem fidei, quæ in illo est, & per quam regnat in ipsis fidelibus. Cæterum quòd ecclesia regni nomine designetur apertè ipsa testatur euangelica historia, in qua sæpe numero regnum cælorum nominatur, sicut patet Matthæ. 13. vbi Grego. in homilia de virginibus ita ait. Sæpe in sacro eloquio regnũ cælorum præsentis temporis ecclesia dicitur, de quo, & in alio loco dominus dicit. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala: neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inueniri scandala poterunt, quę 2 colligantur. Vbi notandum, quòd duode-

Regnũ effi-citur glorio-sum.per.12 cim sunt, quæ regnum aliquod glorioſum efficiunt, quæ cùm in regno de quo loquimur, præcipuè fore monſtrabimus, gloria magnificentiæ regni ecclesiæ clariùs eluceſcet. ¶ Primum est. Si regnum sit recta institutione fundatum, vt videlicet non violentia non fraude, seu aliqua quacunque arte iniqua acquisitum, sed legitima authoritate stabilitum fuerit. Qnemadmodum regnum Israel, in quo populus non per se regem instituit, sed à Deo, in cuius manu sunt omnia iura regnorum, & omniũ potestates, Regem sup se instituì legitur postulaſſe. 1. Reg. 10. Hanc regni bonã conditionẽ ecclesiæ regnũ habet, quod ab ipso summo Deo omnium regum principe, & domino constitutum est & fundatum. Vnde de hoc regno sub nomine ciuitatis dicitur. Homo natus est in ea, & *Psal.66.* ipse fundauit eam altissimus. glosſ. Hic propheta resumit verba quæ dixerat. Glorioſa dicta sunt de illa ciuitate, & hoc etiam miraculum accidit in ea, quòd homo natus est in ea, & fundauit eam altissimus, & infrà. Christus est fundamentum illius ciuitatis, qui se- 3 cundum quòd est homo, est in ea natus, & ipse idem altissimus, id est, Deus fundauit eam. ¶ Secundũ quod regnum efficit glorioſum, est quòd sit origine antiquum, vnde eos nobiliores, & magis glorioſos appellamus, quorum nobilitas ex parentibus ab antiquo probitate clarissimis originem traxit. Hæc nobilitatis gloria in regno ecclesiæ magis fulget, cùm omnia alia regna terrena præcedat, quippe ab ipso humani generis principio ex quo iusti, & sancti incepe runt esse in terra exordium habuit, vt in superioribus ostendimus circa capitulũ. 22. vbi de antiquitate ecclesię sermo habitus est ¶ Tertium quod regnum efficit glorioſum 4 est, si amplitudine terrarum, si multitudine populorum, & prouinciarum numero latum sit & profusum, quia vt dicitur. In mul *Prouer.14* titudine populi dignitas regis. Hanc gloriæ conditionẽ habet regnum ecclesiæ, quod lõgè lateq; diffusum est vsq; ad fines orbis terrarum. De cuius regni amplitudine dicitur. Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flu- mune vsque ad terminos orbis terrarum. *Psal.17.* Vbi glosſ. sic ait. Hic ostendit propheta, quę sit amplitudo regni. Dominabitur à mari, id est, à quolibet fine terræ, vsque ad mare, id est, vsque ad quemlibet finem terræ diffundetur tam latè dilatabitur ecclesia. Et à flumine, scilicet, Iordanis dominabitur, vbi vox patris intonuit super Christũ. Hic est filius meus dilectus. Inde ergo doctrina eius cœpit, inde authoritas magisterij dilatatur. Vsque ad terminos orbis terrarum, prædi-

prædicato euangelio Christi regni. Inde regula baptismi per totum mũdum manauit. Hæc glo. De cuius regni dilatatione sanctus Daniel propheta ita dicit. Dedit ei, scilicet, pater filio potestatem, & honorem, & regnũ: & omnes populi, & tribus, & linguę seruient ei. Dani. 7. ¶ Quartum quod regnum efficit glorioſum est, quòd sit decentissimè ordinatum: multitudo enim sine ordine plus habet confusionis, quàm decoris. Ordo autem regni in hoc consistit, vt sint in eo diuersi gradus hominum: distincti status dignitatum, & varia distributio officiorum, secundum quòd reipub. ipsius regni vtilitati expedit, pariter & decori. Hæc gloriæ conditio maximè splendet in ipso ecclesiæ regno, quod sapientissimè, ac decentissimè in omnibus, & singulis ordinatissimum est, quæ enim à *Rom.13.* Deo sunt, ordinata sunt. De ordine autem *Esa.54.* in ecclesia constituendo ita per Esa. loquitur Deus. Ego sternam per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in saphiris. Et propheta. Gloriã regni tui dicent, & potentiam tuam lo- *Psal. 144.* quentur glosſ. Dicent, scilicet, quantum potenter, & mirabiliter facis quicquid facis, & disponis in regno. Et infrà etiam propheta subiungit. Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriã magnificentię regni tui. glo. post potẽtiã cõmẽdat decorẽ regni. Habet illud regnũ decorẽ, cui magnifico nihil comparetur. Commemorandum est etiam quòd huius ordinis gratia regnum ecclesiæ in superiori capitu. castrorum acies ordinata appellatum est: quanta autem necessitate, & qua forma ordo in ecclesia seruãdus esſ habetur in capitu. singula. & in capit. ad hoc. 89. distin. ¶ Quintum quod regnum glorioſum efficit est, quòd sit vinculo dile- *In Catilinario.* ctionis, & concordię in populis suis vnitum. Plane omne regnum in se diuisum desolabi- *Luc. 11.* tur, vt testatur veritas ipsa, & vt ait Saluſtius Concordia minimæ res crescunt, discordia maximę dilabuntur. Hæc autem conditio glorioſi regni præcipuè refulget in regno ecclesiæ, quod vnitum est vinculo multiplici, scilicet, fidei, spei, & charitatis, ac vnius spiritus inhabitantis in totum corpus ecclesiæ, de quibus in superioribus circa, capitulũ. 6. *Hier.32.* amplissimè dictum est, & dicit dominus. Dabo eis cor vnum, & animam vnam. Vnde de primis regnicolis huius regni pro statu gratiæ dicitur Actuum. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. ¶ Sextum quod regnum reddit glorioſum est, si sit quietum pacem cum exteris habens

sicut de regno Salomonis in eius laudem dicitur, quod habebat pacem ex omni parte in circuitu. Hac gloria, & regni conditione claret regnum ecclesiæ, licet quan- *3.Reg.4.* doque careat pace temporis, pace tamen semper gaudet pectoris peruentura tandem ad pacem æternitatis, pax quidem multa diligentibus legem tuam, inquit, Pro- *Psal.118.* pheta, & propheta Esai. Sedebat populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta Esai. 32. ¶ Septimum quod regnum efficit glorioſum est, quòd diuitijs, & bonis sit copioſum. Hæc autem conditio gloriæ potissimè reperitur in regno ecclesiæ, quod co- 5 pioſum in bonis spiritualibus est, quæ veræ diuitiæ sunt, dicente Gregori. Solæ diuitiæ veræ sunt quę nos virtutibus diuites efficiũt. Et Bernard. eidem sententię alludẽs dicit. Veræ diuitiæ non opes sunt, sed virtutes, quas conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Vnde de hac diuitiarum copia regni dicit Propheta. Gloria, & diui- *Psal. 112.* tiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi, glosſ. hæc est gloria eius, hæ sunt diuitiæ eius. Et Apostolus. Secun- *Ephe.1.* dum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis. ¶ Octauum quod regnum reddit glorioſum est, si sit forte, & inſuperabile sit ab aduersarijs. Hæc planè conditio *Matt.16.* gloriæ est in regno ecclesiæ, cui dominus pollicetur. Et portæ inferi non prævalebũt aduersus eam. Hinc dicit Psal. 12. Regnum eius omnibus dominabitur. Ecclesiæ quippe regnum oppugnari potest quidem, sed expugnari non potest, imò impugnationibus crescit: hoc quippe ecclesiæ proprium *Petri.lib.7* est, vt dicit beatus Hilarius, quod dum persequitur, floret: dum opprimitur, crescit: dum contemnitur, proficit: dum læditur, vincit: dum arguitur, intelligit, tunc stat, cùm superari videtur. ¶ Nonũ quod regnum glorioſum reddit est, si sit optimis legibus, & consuetudinibus regulatum, quia vt inquit D. Augustinus. Quid aliud regna sunt sine iustitia nisi latrocinia quædam? Hæc conditio gloriæ regni maximè floret in ecclesiæ regno, quod sacratissimis legibus, & ornatissimis moribus viuit, & gubernatur, de qui- *2.Macha.6* bus Eleazarus, inquit. Prompto animo ac fortiter pro grauissimis, & sanctissimis legibus honesta morte perfungar, & cætera quę sequunt. Parati sum⁹ mori magis, q̃ patrias Dei leges preuaricari. Ratio, quia lex domini immaculata. glo. i. irreprehẽsibilis conuertens

Universidad de Deusto
Biblioteca

uertens animas, id est, sua districtione corrigens, & ad Christi gratiam mittens. Et infrà. Præceptum domini lucidum illuminans oculos, id est, interioris hominis aspectum, dicit glos. De legum verò ecclesiasticarum sanctimonia habetur distin. 10. vbi in cap. non licet sancta synodus sexta ita inquit. Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quicquam quod euangelicis, propheticis, aut apostolicis regulis obuiet agere. Decimum quod regnum efficit gloriosum est, si regem habeat multum nobilẽ sapientem, potentem, ac virtutibus clarum, vnde. Ecclesiastici. 10. dicitur. Beata terra cuius rex nobilis est, & Ecclesiast. 10. dicitur. Rex insipiens perdet populum suum. Plato etiã illas respublicas dicit esse beatas si eas vel studiosi sapientiæ regerent, vel earum rectores sapientiæ studuisse contigisset, & Seneca in quadam epistola. Inter hominesantiquiores optimus aliorum rector eligebatur. Ideoque summa fœlicitas erat gentium, in quibus nõ poterat esse potentior, nisi melior. Hac gloria regni potissimè reluceret regnum ecclesiæ quæ regem habet Christum, qui est rex magnus super omnes deos. Qui est rex regum & dominus dominantium, qui cum sit Deus sublimis infinitæ bonitatis, ipse etiã est per quem cæteri reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, quare sanctus Dauid rex ita orat ad ipsum. Tuum est domine regnum, & tu es super omnes principes: tuæ diuitiæ sunt, & tuã gloria, tu dominaris omniũ. ¶ Vndecimum quod regnum reddit gloriosum est, si sit multis nobilibus ciuibus principibus, ac baronibus populatum. Hac gloriæ regni conditione maximè splendet regnum ecclesiæ, cuius omnes veri regnicolæ illa nobilitate clarent, quã nulla apud Deum maior est, quæ est clarum esse virtutibus, De quorum præeminentia nobilitatis testis egregius est beatus Ioann. ita dicens. Fecit nos regnum, & sacerdotes Deo & patri suo. Planè electi sunt reges, vt dicit gloss. qui carnem domant, spiritum roborant. Sacerdotes verò, quia seipsos in ara cordis Deo placentem hostiam offerunt, vt ait Chrisostо. Nõ omnis sacerdos sanctus est, sed omnis qui bene sedet super cathedram distin. 41. cap. Multi. Item Apoca. 5. inquit idem beatus Ioan. Fecisti nos Deo nostro regnũ, id est, reges & sacerdotes. Magna est, ergo nobilitas, & gloria regni ecclesiæ, in quo omnes veri regnicolæ reges sunt, & sacerdotes, vnde. Adorabũt eum omnes reges. glo. hic ostẽdit propheta quę sit familia regis. Præterea de hac maxima & clarissima nobilitate regni ecclesiæ apud beatissimũ Petrum illustre habemus testimoniũ, qui quibusdam, qui iam per fidem incorporati erant regno Christi, ita scribit. Vos estis genus electũ, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Vos estis genus electũ: quia per baptismũ sancti estis facti filij Dei adoptiui: & per consequens de genere ipsius Dei. secundum illud. Genus autẽ Dei sumus, regale sacerdotiũ: dignitate, scilicet vnctionis & excellẽtia. Gens sancta, id est à peccatis mũdata. populus acquisitionis quia precioso Christi sanguine redẽptus. Amplius etiã in hac parte regnum ecclesiæ ostẽditur nobilitate multa præclarũ, eo quòd nõ solũ electos homines cõprehendit, sed etiam ipsos angelos sanctos, qui & natura & sanctitatis nobilitate clarissimi dignoscuntur: vna enim ciuitas & vnũ regnũ Dei ex sanctis ángelis & hominibus compactum cõsurgit. vt dicit Aug. Duodecimũ quod regnũ gloriosum efficit est. si sit semper permansurũ, siue durabile semper ac perpetuũ. Hac gloriæ cõditione regnum ecclesiæ super omnia alia regna singulariter gaudet. Vnde propheta de eo loquens ait. Regnum tuum regnũ omniũ seculorum. &c. vbi dicit glo. Hic propheta laudat regnũ de perpetuitate & dominationis effectu. De hoc etiam regno Daniel sanctus ait. Suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur. & Luc. 1. dicitur. Regni eius non erit finis. Licet ergo præsens seculum consummandũ veniat, peregrinatioq; nostra finem sit habitura: regnũ tamen ecclesiæ in sempiternum erit. perducetur quippe siue trãsferetur in cælũ. Vnde apostolus inquit. Deinde finis cum tradiderit regnũ Deo & patri. glo. id est cũ perduxerit credẽtes ad cõtẽplationẽ Dei patris, vbi est finis omniũ & requies sempiterna & gaudiũ tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eius. Regnũ fulgebit in regno, cũ regis venerit regnũ, quod nũc oramus cũ dicimus. Adueniat regnũ tuũ. hęc glo. Et Ambros. super Lucã de hoc regno sub nomine ciuitatis ita loquitur. Ecce ciuitas, quę viuit in æternum, quia mori nescit: ipsa enim ciuitas Hierusalẽ nunc videtur in terris, sed rapietur supra Heliã, Helias vnus fuit, trãsferetur supra Enoch, cuius mors non inuenitur. Ille enim raptus est ne malicia mutaret cor eius. Hæc autem diligitur à Christo quasi sponsa gloriosa sancta, & immaculata sine ruga, & quanto

Prouer. 8.
1. Par. 29.
7
Apoca. 1.
Psalm. 71.
1. Petri. 2.
Actо. 17.
1. de ciuit. Dei & in psal. 126.
Psal. 144.
Dani. 2.
1. Cor. 15.

2 quãto meliùs totum corpus assumetur, quasi vnus assumptus est, hæc. n. est spes ecclesię, rapietur profectò assumetur transferetur ad cælum. Ecce curru igneo raptus est Helias, rapietur ecclesia, nõ mihi credis, crede vel Paulo in quo Christus locutus est. Rapiemur, in quit, in nubibus obuiam Christo in aera, & ita semper cũ domino erimus, hęc Ambros.

Tessa. 4.

¶ De rationibus propter quas ecclesia dicta est tabernaculum, & templũ Dei. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Vita hominis militia super terram, unde ecclesia rectè tabernaculum nominatur.*
2 *Tabernaculũ quod dominus exod. 26. fieri iussit quid designet.*
3 *Templum Salomonis quid significabat.*
4 *Quod qui extra templum Dei orauerit, nõ exaudiatur.*
5 *Duplex adoratio offerenda Deo.*

Ecclesia dicitur tabernaculum.

AMpliùs etiã ecclesia legitur nomine tabernaculi descripta. Vnde Apoca. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cũ eis erit eorũ Deus. Dicit aũt ecclesia tabernaculũ pro cõditione status ꝓsentis vitæ, qui status est status militiæ. Militia est vita hominis super terram, & peregrinationis, quia dum viuimus in hoc mortali corpore peregrinamur à domino. De quo tabernaculo Psalm. 30. sic dicitur. Proteges eos in tabernaculo tuo. Super quo verbo beatus Aug. ita dicit. Quid est tabernaculum, nisi ecclesia huius temporis, quæ tabernaculum, ideo dicitur, quia adhuc in terra peregrinat? tabernaculum enim habitaculum est militũ in expeditione positorũ & super illud Psal. 131. Donec inueniam locum domino tabernaculum Deo Iacob, dicit sic. Quanquam aliquando dicitur tabernaculum Dei, domus Dei, & domus Dei tabernaculum Dei, distinctius tamen accipitur tabernaculum ecclesia secundum hoc tempus, domus autem ecclesia cælestis Hierusalem, quo ibimus. Tabernaculum enim tanquàm militantium, & pugnantium, tabernaculum militum, in procinctu in expeditione. Vnde contubernales dicuntur milites, quasi tabernacula eadem habentes. Quandiu ergo habemus hostem, cum quo pugnemus tabernaculum Dei faci mus: cùm autem transierit tempus pugnæ, & venerit pax illa, quæ præcellit omnẽ intellectũ, sicut dicit apostolus, cùm venerit illa patria iam domus erit, nullus aduersarius tẽ tabit, vt tabernaculum vocetur, non procedemus ad pugnandum, sed permanebimus ad laudandum. Quid enim dicitur de illa domo? Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Hæc Augustin. Vbi considerandum, quòd dominus præcipiens sibi tabernaculum materiale fieri, per quod hoc tabernaculum militũ Christi designatur iussit (vt colligitur in lib. Exo. in capi. 26.) decem cortinas fieri ex quatuor preciosis coloribus: quarum vnaquæque. 28 cubitorum in longitudine, & quatuor esset in latitudine, & (vt fertur) bissum habebant in stamine iacinthum purpuram, & coccum bis tinctum in subtegmine. Cortinæ sanctos & perfectos in ecclesia significant, qui tanto liberius contemplationi creatoris inseruiunt quanto amplius ab huius mundi amore se remouent. Decem sunt, vt eorum perfectio notetur, denarius enim numerus perfectus est. Cortinæ quatuor coloribus ornãtur, quia sanctã perfectione virtutum iuxta doctrinam quatuor euangeliorum decorantur habentes pro byssо retorta, mentis, & corporis continentiam, pro purpura regalem contra vitia potentiam, pro iacintho erectã adsuperna intentionem, pro coccо bis tincto perfectam Dei & proximi dilectionem. Lõgitudo cortinarum. 28. cubitorum longanimem ecclesiæ significat patientiam, & custodiam. Hic enim numerus, septenario per quaternarium multiplicato, efficitur. Septenarius requiem significat: ad quam ecclesia per fidem, & custodiam quatuor euangeliorum & exercitium principalium virtutum patiẽter festinat. Latitudo quatuor cubitorũ, amplitudinem dilectionis, ad quã per quatuor euangelia, & virtutes tendit, insinuat. Non est autem prætermittendum quòd in illo tabernaculo antiquo erant, scilicet. Altare, in quo sacrificium offerebatur. Mensa propositionis, super quam duodecim panes erãt ꝓpositi. Erat cãdelabrũ, cui septẽ lucernæ superpositæ erant ad lucendum, vt habetur Exod. 25. Altare habet ecclesia, id est, pura corda animos Deo consecratos in quibus sacrificium deuotionis acceptissimum incessãter Deo offertur, de quo Psalm. 50.

Iob. 7.
1
2. Cor. 5.

Sacrifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despecies. Mensa. 12. panum, doctrinam figurabat. 12. apostolorum, qui omnibus intrãtibus tabernaculum ecclesiæ cibum administrant satietatis æternæ. Candelabrum verò cum septem lucernis, vniuersitas est prælatorum, prædicatorum, & doctorum, qui cum splendore sapientię ignem ardoris diuini habentes alijs lucent charitate, & doctrina verbi, & exempli, quibus dicitur. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona, &c. Vnde de beato Ioanne baptista dicitur, quòd erat lucerna ardens, & lucẽs. Ardens, in quam, vt dicit glo. spiritu charitatis. Lucens, lumine veritatis. Cæterùm ecclesia templum legitur appellata, vnde. Templum Dei estis vos, & spiritus Dei in vobis habitat. Et infrà templum Dei sanctum est quod estis vos. Et hoc dupliciratione. Tum, propter similitudinem ædificij templi Salomonis, in quo figuratum est templum Dei, quod est ecclesia. Fuerunt autem in templo primo, lapides, cementum, ligna cedrina, & aurum. Lapides fideles designant, qui sunt lapides viui electi perfecti, vnde construitur templum domini. Cementum verò est charitas ipsa, quæ vnit, conglutinat, ac connectit Christi fideles adiuicem. de quo Psal. 44 dicitur. Adducentur regi virgines, id est, pudicæ mentes fidelium in templum regis. Super quo beatus August. ita loquitur. Templum regis ipsa est ecclesia. Vnde constituitur templum? de hominibus, qui intrant templum regis. Lapides viui qui sunt nisi fideles? Adducentur in templum regis, &c. Et infrà de cemento sic loquitur. In vnitate est templum, regis non est ruinosum, non decisum, non diuisum. Iunctura lapidum viuentium charitas est, hæc August. Ligna autem cedrina, id est, odorifera, sunt exempla sanctæ cõuersationis, quib⁹ ipsa ecclesia in sanctis suis miram dat suauitatem odoris. Aurum est sapientia diuina, qua ipsa rutilat & splendet in animis iustorum, & præcipuè sanctorũ doctorum, quibus dicitur. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes. Præterea, quòd septem annis ædificatum est templum, & octauo dedicatio eius instituta est, significat, quia per hoc totum tempus (quod septem diebus voluitur) structura ecclesiæ crescit, dedicatio verò octaui anni festiuitatem designat, cælestis patrię.

Matt. 5.

Ioan. 5.

Templum. 1. Cor. 3.

Philip. 2.

¶Secundò ecclesia dicitur templum domini eo quòd in ea cultus diuinus peragitur, in ea quippe oratur, & adoratur Deus verus. Vnde propheta. Introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Et iterum. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. In hoc solo templo est verus Dei cultus cum extra catholicam ecclesiam non sit locus veri sacrificij, vt dicit August. Et idem August. super Psalm. 130. ita ad propositum dicit. Quisquis enim præter tẽplum Dei orauerit, non exaudietur ad illam pacem supernã Hierusalem, etsi exaudiatur ad quædam tẽporalia, quæ Deus etiam paganis donauit. Nam & ipsi dæmones exauditi sunt, vt irent in porcos. Exaudiri ad vitam æternam aliud est, nec conceditur nisi ei qui in templo Dei orat. Ille autem in templo Dei orat, qui orat in pace, vnitate corporis Christi, hæc Augu. Vbi insuper considerandum circa hoc venit quòd sicut Damasce. dicit. 4. lib. quia ex duplici substantia compositi sumus, intellectuali, scilicet, & sensibili, duplicem adorationem Deo offerimus in hoc sancto tẽplo suo, scilicet spiritualem, quæ consistit in interiori mẽtis deuotione (de qua apostolus. Orabo spiritu, orabo & mente. Et Ioan. 4. Veri adorãtes adorabunt patrem in spiritu, & charitate.) Et corporalem adorationem, quæ consistit in corporis humiliatione, sicut est genuflexio, & alia huiusmodi signa corporalia, quæ interioris hominis deuotionis signa sunt & testimonia. Hic autem duplex cultus quo in templo Dei colitur Deus, figuratus est in duob⁹ altaribus, quę fuerunt in tẽplo materiali Salomonis. Vnum fuit intra sanctuariũ, quod dicitur altare incẽsi, in quo adolebatur timiama, per quod designatur suauitas deuotionis ascensus mentis ad Deum per orationẽ, & ardentissimam cupiditatem diuinæ visionis, de qua Psal. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum. glo. Holocausta, id est, meipsum cũ medulla intimi amoris, intus enim mihi charitas est non insuperficie. Cum incenso ideſt, cum oratione. Arietum, id est cum apostolis, qui sunt duces gregis, & maximè orant deuotissimè pro gregẽ. Aliud altare legitur fuisse in tẽplo in quo immolabantur animalia quod erat in atrio, per quod significatur sacrificiũ bonæ actionis, sicut est maceratio, & castigatio carnis, ieiunia, vigiliæ, genuflexiones, & alia sancta exercitia, de quibus dicitur. Obsecro itaque fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtem sanctam, Deo placẽtem. Corpora vestra. glos. non tantũ

In. c. extra 1. q. 1. 4

Psal. 5.

Psal. 65.

1. Cor. 14

Rom. 12.

mentes, sed etiam corpora, licẽt caro repugnet. Offer ratis hostiã in mortificatione carnalium desideriorum. Viuentem per bona opera. Sancta, scilicet. in Deo firmam. Deo placentem, vt bona intentione faciatis.

¶De rationibus propter quas ecclesia dicatur Mulier, Amica, & Columba, Perfecta Soror, & Filia. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ratione aptitudinis ad fœcunditatẽ, & ratione similitudinis cum Eua dicitur Mulier.*
2 *Item propter singularem affectum qua Christus dilexit ecclesiam, appellatur Amica.*
3 *Ecclesia quòd dicatur Columba, & pennæ eius de argentatæ significent ecclesiæ Doctores.*
4 *Ecclesia quòd triplici ratione dicatur una.*
5 *Ecclesia quare dicatur perfecta, Soror Christi & Filia Dei.*

Ecclesia dicitur mulier. Prouer. ult. 1

Præterea ecclesia, Mulier legitur nominata, & hoc ratione duplici. ¶ Primò ratione aptitudinis ad fœcunditatẽ. Mulierem fortem quis inueniet? glo. interlin. id est, ecclesiam filios Dei generantem. Item alia gloss. Mulier fortis sancta ecclesia est. Mulier, quia ex aqua, & spiritu sancto Deo filios spirituales gignit. Fortis, quia cũcta aduersa, vel prospera seculi pro Dei amore contemnit. De qua ecclesia Ioan. ita loquitur. Signum magnũ apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat. Mulier, id est, ecclesia. Amicta sole, id est solis protectione munita, siue à sole illuminata. vnde gloss. Amicta sole induit Christum qui eam illuminauit. Luna sub pedibus eius quia præsentis vitæ prospera despicit, & aduersa Dei protectione munita æquanimiter tolerat. In capite eius corona duodecim stellarum dicitur fuisse: quia primitiuam ecclesiam duodecim Apostoli velut stellæ iuxta gloss. in huius mundi nocte lucentes adornauerũt: quia spiritu sancto disponente, nec plures, nec pauciores sunt electi: quia duodenarius numerus perfectus est. Huius perfectio arithmeticis, & diuinis rationibus comprobatur. In vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur, vt pariat. quod eo dicitur iuxta gloss. quia cupit alios generare. ¶Secunda ratio quare sancta ecclesia mulier nũcupata legitur, est propter similitudinẽ formationis suæ cum prima muliere. De formatione autem primæ mulieris ita Genesi. 2. capit. scriptum legimus. Aedificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Quod verbum pertractans beatus Augusti. super Psalm. sic dicit. Quando dormiuit in cruce Christus signum gestabat imò implebat quod significatũ erat in Adã: quia cùm dormiret Adam, costa illi detracta est, & Eua facta, & dominus cùm dormiret in cruce, lancea latus eius percussum est, & sacramẽta fluxerunt, vnde facta est ecclesia. Et ad idem est glos. Gene. 2. & ad Ephes. 4. & beatus Ambroli. super Luc. libr. 2. Mater ergo viuentium est ecclesia, quam ædificauit Deus ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis structura compaginata crescit in templum. Veniat ergo Deus, ædificet mulierem illam adiutricem quidem Adę hanc verò Christi, non quia Christus adiumentum requirit, sed quia nos quærimus, & desideramus ad Christi gratiam per ecclesiã peruenire, & nunc ædificatur, & nunc formatur, & nũc mulier figuratur, & nunc creatur, & ideo nouo verbo vsa est scriptura, quia superædificamur super fundamentum Apostolorum duodecim, & Prophetarum, & nũc domus spiritualis cõsurgit in sacerdotiũ sanctũ. Veni domine Deus ædifica mulierẽ istã ædifica ciuitatem, veniet & puer tuus, tibi enim credo dicenti, ipse ædificabit ciuitatem mihi. Ecce mulier omniũ mater, ecce domus spiritualis, ecce ciuitas quæ viuit in æternum quia mori nescit. Ipsa est ciuitas, quę nunc videtur in terris, sed rapietur in æternum supra Heliam. Helias enim vnus fuit, sed trãsferetur suprà Enoch, cuius mors non inuenitur. Cæterùm ecclesia legitur amica Dei nomina ta, & hoc propter singularitatẽ affectus, quo ipsam ecclesiam Christus complectitur. vnde Canti. 4. dicitur. Quàm pulchra es amica mea. Itẽ ibidẽ. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. De amoris verò magnitudine, quo Deus ipsam ecclesiã diligit, dicitur, Zelatus sum Hierusalẽ zelo magno. Et Apostolus, inquit. Diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illã sanctificaret. glo. iustitia bonæ vitæ. Planè maiorẽ dilectionẽ hac nemo habet, quã vt animã suã ponat quis pro

Apoca. 12. 1

Amica Dei. 2

Zacha. 1. Ephe. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 15. amicis suis. De hac magnitudine amoris Christi ad ecclesiã dicit Chryso. Charior est ecclesia Deo quàm cælum: non enim ecclesia propter cælum, sed propter ecclesiã cælũ est. Et Bern. super Cãt. Deniq; nõ propter aiam vnã, sed ꝓpter multas in vnã ecclesiã colligẽdas, in vnicam astringentes spõsam Deus tã multa & fecit, & pertulit, & operatus est salutem in medio terræ. Charissima illa est vna vni, non adhærens alteri sponso. Quid ista non audeat apud tam ambitiosum amatorẽ? Quid non ab illo speret, qui se quæsiuit è cælo, vocauit à finibus terræ, nec modò quæsiuit, sed acquisiuit? Adde & de modo acquisitionis in sanguine acquisitoris. Item ecclesia legitur nominata Columba. Amica mea Columba mea. Item. Vna est Columba mea. & hõc quia spiritus sancti donis est singulariter illustrata. De cuius Columbę decore dicitur in Psalm. 67. Pennæ Columbæ deargentatæ & posteriora eius in pallore auri. Pennę eius sunt Doctores ecclesiæ. vt dicit glo. per quos exaltatur ecclesia, & supervolat ad alta, quorum prædicatione in cælum fertur gloria ecclesiæ. Dicuntur autem pennæ ecclesiæ deargẽtatæ: quia est diuinis eloquijs erudita: per argentum enim diuinum eloquium designatur, secundùm illud. Eloquia domini eloquia casta, id est, sine corruptione aliqua, argentum igne examinatum. glos. Argento autẽ comparatur diuinum eloquium: quia sicut inter omnia metalla nihil est, quod dulcius tinniat argento, ita inter omnia eloquia sermo diuinus dulcius insonat mẽti. Posteriora huius Columbæ dici possunt vltima tempora ecclesiæ, quæ erunt in resurrectione communi, quæ in specie auri splendebunt, imò in comparabiliter supra aurum, secũdùm illud.

Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Verum licèt in superioribus circa cap. 6. pulchra dixerim de vnitate ecclesiæ, non est inutile aliqua in hoc loco de vnitate ecclesiæ addere: maximè quia deinde illa specialis capitur authoritas, cum dicitur. Vna est Columba mea. Est ergo notandum, quòd Columba, id est, ecclesia dicitur vna multipliciter. Est enim vna tãquã vnũ ouile sub vno pastore. Fiat vnũ ouile, & vnus pastor. Et Pastor erit vnus omnium eorum. Item, est vna tanquam vna domus sub vno patrefamilias. In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras. dicit de agno paschali. quod beatus Grego. de ecclesia exponit dicens. In vna nãque domo comeditur, quia in vna catholica ecclesia vera hostia redẽptionis immolatur. Itẽ est vna tanquã vna ciuitas sub vno principe. Ciuitas solis vocabitur vna. Itẽ vna tanquã vnũ regnum sub vno Rege. Rex vnus erit omnibus imperans. Itẽ vna tanquã vna nauis sub vno gubernatore, siue rectore. quod significatum est Lucæ. 5. vbi dicitur, ꝙ Christus ascendit in vnã nauim, quæ erat Simonis, id est, in ecclesiã, cuius cura, & gubernatio commissa est Simoni Petro tanquam Christi vicario. Tibi dabo claues regni cælorũ. Itẽ soli Petro dictũ est, Duc in altũ. & inducit Ambro. in. c. nõ turbaẽ. 24. q. 1. Itẽ est vna tanquã vna vxor vnius viri. Despõdi enim vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. glo. Despondi vos anulo fidei, non multis, sed vni: nõ adultero, sed viro legitimo, scilicet, Christo vero spõso. Præterea notandũ, ꝙ Columba, id est, ecclesia dicitur vna per naturæ, & vitæ conformitatẽ. Sicut in vno corpore multa membra habemus, ita multi vnũ corpus sumus. ¶ Secundò per vnam spirituũ siue animorum vnitatem. Vnde in præconiũ primitiuæ ecclesiæ dicitur Actu. 4. Erat eis cor vnũ, & anima vna in domino. à sensu, scilicet, & eadem volũtate non dissonans fide socia amoris ac sententiæ vnanimitate perfecta. De qua gratiæ conformitate Paulus gentiũ doctor ita Corinthios exhortatur dicẽs. Sitis aũt pfecti in eodẽ sensu, & in eadẽ sciẽtia. gl. in eadẽ voluntate, & eadẽ intelligẽtia. velut exponit Hilar. in eadẽ sententia. 1. ad Cor. 1. Et simili exhortatione idẽ Apostolus ad Phil. vtens idẽ dicit. Implete gaudium meũ vt idẽ sapiatis. gl. nõ diuersa. Eandẽ charitatẽ habẽtes. glo. ad oẽs. Vnanimes. gl. vni⁹ volũtatis. Idipsum sentiẽtes. glo. vt mala cuiuscũq; sint omniũ. Phili. 2. ¶ Tertiò dicitur vnã propter vni⁹ hereditatis, siue prẽmij participationẽ. Psal. Vnã petij à dño, hãc requirã, vt inhabitẽ in domo Dñi omnibus diebꝰ vitæ meæ. & Lucæ. 10. dicitur. Porrò vnũ est necessariũ. gl. Deo iugiter inhærere. Itẽ ecclesia appellata est Perfecta. iuxta illud Cãti. 6. Vna est Perfecta mea, hoc est: quia vt dicit glo. omnib⁹ virtutib⁹ perficitur. Meritò planè sanctæ vñs ecclesia singulariter Perfecta nominat, quoniã ipsa prę omnib⁹ alijs incõparabiliter pfectior est. vnde de ea dicit. Multæ filię cõgregauerũt diuitias, tu supergressa es vniuersas. itavt beatus Ber. in sermone. 69. super Cãti. dicat. Nec prærogatiuas oẽs vni⁹ catholicę multitudinis, ob quã oĩa fiũt vna persona de multitudine arrogabit sibi quãta libet emineat sanctitate. Itẽ ecclesia legit̃ nominata soror Chri. vñ Cãti. 5. Veni in hortũ meum

Esa. 19. Ezech. 37. Matth. 16. Lucæ. 5. 2. Cor. 11. Rom. 12. Psal. 75. Ecclesia est perfecta. Prouer. ult. Soror Christi.

meũ soror mea. Item. Aperi mihi soror mea. Nominatur aũt sancta ecclesia soror Christi duplici de causa. ¶ Primò propter cõformitatẽ multã, quæ est inter Christum, & ecclesiã. Est enim soror Christi in carne per cõformitatem in natura. de qua dicitur. Vbi ecclesia magno cum desiderio incarnationem filij Dei postulans, per quam soror sua conformitate naturæ efficeretur ait. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meę? Est soror Christi in spiritu per participationem gratiæ siue conformitatem voluntatis. Qui fecerit voluntatem patris mei, hic meus frater, & soror mea est. ¶ Secundò dicit ecclesia Christi soror eius per participationem vnius paternæ cælestis hæreditatis. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi. glo. in quo & cum quo beati erimus. Et super illud. Vulnerasti cor meum soror mea. dicit glo. cohæres. Cæterùm etiam ecclesia legitur nominata filia, secundùm illud. Quàm pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. glo. id est, Dei. Et Psal. 44. dicitur. Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã. Dicitur autem ecclesia filia Dei per gratiam, scilicet, adoptionis. secundùm illud. Dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. vbi glo. dicit. Mirabilis potestas, vt qui filij diaboli erant, filij Dei, & fratres Christi per eum liberati dicantur.

Canti. 8. Matth. 12. Rom. 8. Filia Dei. Canti. 7. Ioan. 1.

¶ Quare etiam dicatur sponsa: & de tempore desponsationis eius. Cap. XXXVII.

SVMMARVIM.

1 *Sponsa Christi quare nominetur ecclesia.*
2 *Ecclesia quòd ter fuerit desponsata Christo.*

Spõsa Christi. 1 AMplius etiam ecclesia sponsa Christi legitur appellata. vnde Canti. 4. Veni de libano sponsa mea coronaberis. & Cantic. 5. Veni in hortum meum soror mea, spõsa mea. Dicitur autẽ sponsa ipsa ecclesia, quia Christo indissolubili mutui amoris vinculo copulata. De quo amore mutuo ipsa sponsa ita loquitur. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Super quo verbo Bern. in sermone. 69. super Cantic. pulchrè ita dicit. Quid sponsa nisi congregatio iustorum? Quid ipsa nisi generatio quærentium dominum, quærentiũ faciem sponsi? Non enim ille intendit huic, & nõ ista illi. Propter hoc vtrũque ponit. Et ego illi, & ille mihi. Ille mihi, quia benignus, & misericors est. Ego illi, quia nõ sum ingrata. Ille mihi gratiam ex gratia. Ego illi gratiã pro gratia. Ille meæ liberationi, ego illius honori. Ille saluti meæ, ego illius voluntati. Ille mihi & non alteri: quia vna sum Columba eius. Ego illi & non alteri, nec enim audio vocem aliorum, nec enim acquiesco dicẽtibus mihi, ecce hic est Christus, ecce illic est. Hæc Bernar. Præterea hanc sanctam sponsam apertè ac pulchrè beatus Ioan. describit ita dicens. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentẽ de cælo à Deo paratam, sicut spõsam ornatam viro suo. Et sequitur. Audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Quod verbum tractans beatus Bernar. super Canti. sic ait. Ad quid? credo, vt sibi acquirat spõsam de hominib⁹. Mira res, ad sponsam veniebat, & absq; sponsa non veniebat, quærebat sponsam, & sponsa cũ ipso erat. An duæ erant, absit, vna enim ait Colũba mea, sed sicut de diuersis ouium gregibus vnum facere voluit, vt sit vnũ ouile, & vnus pastor: ita cùm haberet sponsam inhærentẽ sibi à principio multitudinem angelorũ, placuit ei, & de hominibus conuocare ecclesiã atq; vnire illi quæ de cælo est, vt sit vna spõsa, & vnus sponsus. De desponsatione verò eius dicitur Oseæ. 2. Desponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & misericordia, & miserationibus & sponsabo te in fide, & scias quia ego dominus. vbi dicit glo. Ter ponit, sponsabo te. ¶ Primò enim despondit eam sibi in Abrahã: cui ait. Tu custodies ergo pactum meũ, & semen tuũ post te in generationibus suis. Hoc est pactum meũ quod obseruabitis inter me, & vos, & semen tuũ post te. Circunci detur ex vobis omne genus masculinum, & circuncidetis carnem præputij, vt sit signum fœderis inter me, & vos. glo. interli. in testimoniũ, scilicet, vt ego Dominus vester Deus & vos populus meus à gentibus diuisus. ¶ Secundò desponsata fuit sub Moyse in monte Synai in datione legis. vnde gl. scilicet, Oseę 2. ita subiungit. Secundò despondit eam in monte Synai, dans ei pro sponsalibus legis iustitiam, & iudicium, & misericordiam. Vnde Exo. 19. dicitur. Descẽdit Deus super mõtem Synai, & vocauit Moysen in cacumine eius. Et infrà. Locutusque est dominus cunctos sermones hos. Ego enim sum Dominus

Apoca. 21. Desponsatio ecclesiæ. 2 Genes. 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis, non habebis Deos alienos præter me. &c. glo. id est, alij Dij non erũt tibi præter me. ¶ Tertiò vt dicit. glo. loco supradicto fuit desponsata in aduentu filij Dei quod est in fide Trinitatis, in qua fide statim credentes sciunt, quia ille est Deus.

¶In quo ponitur solutio cuiusdam difficultatis circa ea quæ dicta sunt de tẽpore desponsationis ecclesiæ. Ca. XXXVIII.

SVMMARIVM

1 *Desponsatio ecclesiæ duplex.*
2 *Ecclesia primò desponsata fuit sub Abraham in circuncisione.*
3 *Secũdò desponsata fuit sub Moyse in datione legis.*
4 *Tertiò etiam desponsata fuit in aduentu filij Dei in carnem.*
5 *Qualiter nuptiæ inter Christum & ecclesiam celebratæ & consummatæ fuerint.*

QRitur autem hic quæstio, quę non parũ pulsare potest animos minus doctos: quia cùm ante Abraham ecclesia fuerit semper Deo vinculo dilectionis coniuncta, vt suprà, cùm de antiquitate ecclesiæ tetigimus, huiusque amoris copula, qua in vno spiritu anima Deo coniungitur, constituat spirituale matrimonium. Dicit nãque Bernar. super Cãti. Conformitas dilectionis maritat animã verbo, si perfectè diligit, nupsit. Mirum est, & quæstione dignum, quomodo dictum sit, q. sub Abraham primò ecclesia Deo sit desponsata. Pro cuius difficultatis solutione notandum, quòd dupliciter loqui possumus de desponsatione ecclesiæ. Vno modo vt importat simplicem copulam dilectionis cũ Deo: & sic dicendum videtur, quòd cùm semper in ecclesia fuerint aliq iusti Deo semper electi, quandiu ecclesia fuit, sponsa Dei fuisse dicenda est. vnde Origin. super Cantic. dicit Non enim tu mihi ex aduẽtu saluatoris spõsam dici, aut ecclesiam putes: sed ab initio humani generis. Secundo loqui possumus de desponsatione, prout dicit consensum, aut pactionem cõiugalem per verba de presenti, aut signa certa expressum. Vt autem Magister Senten. in. 4. distinct. 27. ponit, causa efficiens matrimonij est consensus, non quilibet, sed per verba aut certa signa expressus. Quòd autem tale pactum fuerit inter sponsum Christum, & spõsam ecclesiam, egregius testis est sanctus propheta Ezech. ita dicẽs. Iuraui tibi, & ingressus sum pactũ tecum, ait dominus Deus, & facta es mihi, scilicet, sponsa. *Ezech. 16.* Et isto modo accipiendo desponsationem, rectè dictum est, quòd sub Abraham in circuncisione ecclesia Deo primò desponsata 2
sit, ibi enim legitur expressa quædam pactio facta inter Deum, & populum fidelem, & expresso signo sensibili populus fidelis ab infideli est primò separatus. Vnde ait Dominus ad Abraham. Statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in gene- *Gene. 17.*
rationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. Et infrà dicit Dominus ad Abraham. Et tu custodies ergo pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis: hoc est, pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij, vt sit in signũ fœderis inter me & vos. glo. interli. in testimoniũ, scilicet, quòd ego sum vester Deus, & vos populus meus à gentibus diuisus. Præterea eadem ratione rectè secundò dicitur desponsata sub Moyse in datione
legis: tunc enim populus fidelis expresso pa- 3
cto se astrinxit ad Deo seruiendum parendũque præceptis legis illius. Vnde. Legente *Exod. 24.*
Moyse volumen legis, audiente populo, Respõdit populus. Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum, & ait. Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus nobiscum super cunctis sermonibus istis. Præterea eadem ratione meritò ecclesia tertiò dicitur desponsata in aduẽtu filij Dei in carnem, in quo fidei lumẽ amplius refulsit. Vnde in die Epiphaniæ, in quo stella noui sideris Magos gentium primitias
ad Christum perduxisse legitur, & sacri bap- 4
tismatis institutio cõmemoratur, per quod quis corpori Christi, quod est ecclesia, incorporatur, sic cantatur à fidelibus. Hodie cælesti sponso iuncta est ecclesia. De nuptijs au- *Nuptiæ ecclesiæ cum Christo.*
tem huius sponsæ cum Christo dicitur. Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. vbi glo. interlin. dicit. *Matth. 22.*
Qui per incarnationis mysterium ecclesiam filio suo copulauit. Tunc enim vt dicit beatus Gregor. in homilia. Deus pater Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis

ginis humanæ naturæ coniunxit, quando Deum ante secula fieri voluit hominem in fine seculorum. Et infrà. Vterus autem geni tricis virginis huius sponsi thalamus fuit.
Psal. 18. Vnde & Psal. dicit. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tanquã sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad coniungendam sibi ecclesiam incarnatus Deus de incorrupto vtero virginis exiuit. Hæc Grego. Præterea de huius sponsæ nuptijs Apoca. 19. loquitur. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quoniã venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. glo. Nuptiæ id est, iuncta est ecclesia Christo. & conueniens fuit vt coniungeretur, quia ipsa ecclesia fecit se idoneam, vt reciperetur. Vbi considerandum, quòd harum nuptiarum sponsalia contracta fuerunt in prophetarum spõsione, perfectum matrimoniũ fuit per verba de præsenti mutua collocutione Mariæ, & Angeli, vbi virgo gloriosa consensum præ-
Luc. 1. bens ait. Ecce ancilla domini fiat mihi secundùm verbum tuum. Matrimonium verò cõsummatum fuit in carnis, & verbi vnione. Vnde Augusti. super titulum Psalm. 44. dicit. Coniunctio nuptialis, verbum, & caro. Huius coniunctionis thalamus, est virginis vterus. Fœcundatur coniunx in Christi passione: quia de latere Christi fluxit sanguis, & aqua, quibus significabantur sacramẽta, per quæ fœcundatur ecclesia. Solennitas harum nuptiarum inchoata fuit in Ascensione do-
Ephe. 4. mini. Vnde. Ascendens Christus in altũ, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. quia beatus August. lib. de Symbo. ita ait. Exulta spõsa ecclesia, quia nisi in Christo ista fuissent, tu formata non esses, venditus redemit te, occisus dilexit te, & quia te plurimum dilexit, mori voluit. O magnum sacramentum huius coniugij. O quàm magnum mysterium huius sponsi, & sponsæ, & nõ explicabitur huiusmodi dignè humanis verbis. De sponso sponsa nascitur, & vt nascitur statim illi cõiungitur, & tunc sponsa nubit quando sponsus moritur, & tunc ille spõsæ coniungitur, quando à mortalibus separatur, quãdo ille super cælos exaltatur, tunc ista in omni terra fœcundatur. hæc August.

¶De donarijs & muneribus quibus Christus sponsam suã ecclesiã decorauit singulariter etiã pre angelis. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM

1 *Donaria, quæ Christus largitus est sponsæ suæ.*
2 *Christi prærogatiuæ, quas ecclesiæ suæ concessit non angelis.*
3 *Christus q. fuerit uerus sacerdos, bonus pastor mediator optimus, & iudex æquus.*
4 *Quòd Christus fuerit singularis medicus, & ostiarius inexpugnabilis.*
5 *Beatus Petrus quare præ cæteris clauicularius depingitur.*
6 *Deus quare filium suum unigenitum miserit.*

QVM autem Apostolus de matrimonio primorũ parentũ loquẽs subiũxerit. Sacramentũ hoc magnũ est in Chro, & ecclesia. apertè designauit matrimonium carnale figurã esse spiritualis matrimonij Christi, & ecclesiæ. Quare cùm in carnali matrimonio solitũ sit, vt sponsus sponsæ dotes, & munera donet ad ornatum sponsę, & solatium matrimonij, secundùm illud Genesi. 34. vbi Sichen ait Iacob, & filijs eius. Augete dotem, & munera postulate. non dubium quin su- 1
blimis ac nobilissimus ille sponsus, scilicet, Christus, pro sua magnificentia in sponsalibus istis largitus fuerit sponsæ suæ amplissima donaria, quibus illam subarrauit, ac pretiosissima in illius decorem contulerit ornamenta, sicut habetur Ezechiel. 16. vbi dicit Sponsus ipse ad ecclesiam. Iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum. Ecce pactio contracti matrimonij. Et facta es mihi, scilicet, sponsa. Et sequitur. Et laui te, scilicet, aqua baptismi. Mundans eam lauacro aquæ vitę. *Ephe. 5.*
Mundaui sanguinem tuum ex te, dum te à vitiorum sordibus expiaui. Dilexit nos, & la- *Apoca. 1.*
uit nos in sanguine suo. & vnxi te oleo, scilicet, spẽcialis gratiæ. Vnxit te Deus oleo læ- *Psal. 44.*
titiæ. &. 2. Corinthi. 1. inquit. Qui autem confirmat nos nobiscum est in Christo, & qui vnxit nos Deus. Vestiui te discoloribus, illa scilicet varietate virtutum, de qua Apostolus scribit dicẽs. Induite vos sicut electi Dei *Ad Col. 2.*
sancti dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, & cætera quę sequũtur. Et calciaui te hyacintho, id est adornaui sanctos tuos sancta, & cę lesti intentione, quàm hyacinthus designat. Cinxi te byssо, id est, continentiæ cingulo.

Ecclesiæ donationes. Ephe. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et indui te subtilibus,id est,ornamentis spiritualibus pluribus, & multiplicibus. Sequũ tur alia plurima in textu, per quæ maxima munera gratiarum, & ornamenta virtutum designantur,quibus Christus sponsam suam ecclesiam magnificẽtissimè dotauit. Verùm cùm Prouer. vltim.dicatur,quòd byssus, & purpura indumentum eius, scilicet, sponsæ: non tantùm decore virtutũ (qui per byssum accipitur) sed etiam prærogatiua priuilegiatæ, & gloriosæ authoritatis, quæ purpuram (qua vestis regia intelligitur) sponsa ipsa ecclesia est à Christo magnificentissimè sublimata. Habuit siquidem Christus in sua per sona priuilegia quædam dignitate, & autho ritate clarissima,quæ sponsæ suæ ecclesiæ ex hominibus assumptæ suo modo communia fecit, quæ etiam angelis ipsis non indulsit. Ipse enim est verus sacerdos, bonus pastor, dulcis mediator, æquus iudex,singularis me dicus,inexpugnabilis ostiarius,vnigenitus filius, sicut ipse solus omnia hæc habet,ita soli ecclesiæ in suis sacerdotibus,& prælatis illa dereliquit, vt nec ipsis angelicis spiritibus sint indulta. Christus in primis verus sacerdos fuit, secundùm illud. Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. qui pridie quàm pateretur accipiens panem in manibus suis,ipsumque diuinitatis suę potestate in corpus suum conuertens, discipulis suis tradidit dicens. Accipite & manducate ex hoc omnes, Hoc est corpus meum.vbi reuera vnus, & idem fuit,& cibans,& cibus, & munerans,& munus,offerens,& oblatum vt ait Hieronymus. Et antiquorum versus est.

Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

vbi idem fuit sacerdos, & sacrificium. extra de summa Trinita. & fide catholi. Hanc admirandam consecrandi potestatem angelis non concessit,sed sponsæ suæ ecclesiæ donauit sacerdotib⁹,quibus in Apostolis ait.Hoc facite in meam commemorationem.Presbyteris nãque solùm datum est,tam admirabile sacramentum conficere cæterisque ministrare fidelibus.Vnde in capit.Cleros.distin. 21.Sacerdos dictus est:quia consecrat,& sanctificat. Hoc tamen admirandum mysteriũ sacerdos non alia potestate adimplet,non alterius, quàm ipsius Iesu Christi sermone per agit, vt Ambr. in libr. de sacramentis dicit. & habetur in.c. Panis. de conse.distin.2.Præterea secundò Christus est bonus pastor,qui non solùm doctrinę pabulo,& exemplo sanctitatis oues suas pauit, sed pro eis animam suam posuit. Pastoralem hanc curam, hanc Regis authoritatem sponsæ suæ ecclesiæ prę latis commisit, quos operis sui vicarios eidẽ cõtulit præesse pastores. Vnde beato Petro Christus totius dominici gregis curam committẽs,& in eo successoribus ait,Pasce agnos meos. Hanc profectò pastoralem dignitatẽ angelis non donauit,qui ab humana conuersatione semoti sunt.Ministri siquidem bene sunt dicente Apostolo. Omnes sunt administratores spiritus,non autem pastores.Cæterùm ipse Christus dulcis optimusq; mediator est.2.Ti. 1.Vnus mediator Dei,& hominũ homo Christ⁹ Iesus,qui inter nos,& Deũ pacem fecit, reconcilians ima summis .vnde sequitur. Qui dedit redemptionem seipsum pro multis.& ad Roma.5. dicit Apostolus. Cùm inimici essemus,Deo recõciliati sumus per mortem filij eius.Huius officij dignitatẽ sponsæ suæ sacerdotibus Christus indulsit, qui per pœnitentiæ sacramentũ,per pretiosum altaris sactificium,perq; gratas Deo preces tanquã medij arbitri inter Deum, & homines ministerium peragunt mediatoris,omnipotenti Deo qui offensus fuerat peccato res recõciliando. Vnde Leo Papa, hoc idem probat dicens.Mediator Dei,& hominũ homo Christus Iesus hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt confitentibus pœnitentiæ satisfactionem darent, & eadem satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterẽt. Vnde & Moyses inquit.Ego sequester, & medius sum inter Deum, & vos. Angelis autem huius officij authoritas concessa non est, quia huiusmodi sacramentalis reconciliatio nõ per angelos, sed per ora sacerdotum expletur. Vnde illis non dictum est, sed hominibus,Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.& Ambro.vt habetur de pœni.dist.1.c. Verbum.hoc idem probat dicẽs. Hoc ius solis sacerdotib⁹ est permissum.glo. super illud. 2. Ti. 1. Vnus mediator est. &c. dicit. Boni angeli inter miseros mortales, & beatam immortalitatem medij esse non possunt. Amplius est æquus iudex,qui sedet super thronos, & iudicat æquitatem.Omne iudicium dedit pater filio. Hãc iudiciariam potestatem ipse Christus sponsæ suæ ecclesiæ cõtulit in prælatis, qui tanquã vicarij ipsius Iesu Christi iudicij nomen obtinent in ecclesia. Vnde. Si peccauerit in te frater tuus. &c. Sequitur. Si te non audierit,dic ecclesiæ.glo. id est,his qui præsunt ecclesiæ.Cuius throni

Christi prærogatiuæ. 2

Christ⁹ fuit sacerdos ueruus. 3

Pſal. 109.

Matth. 26.

In. cap. nec Moyses. de conse.d.2.

*Luc.*22.

Cap.perlectis. 25.d.

Pastor bon⁹

Ioan. 10.

Ioan.ult.

*Hebr.*1.

Mediator optimus.

Cap.multiplex.de pœnitẽ.dist.1.

Deute. 5.

*Matth.*18.

ciuitas

ciuitas,& principatus maximè resplendet in Apostolica sede. Vnde Petro ipse Dominus Iesus Christus ait.Tibi dabo claues regni cælorũ.vbi glo.dicit. Vide quantã potestatẽ habet petra super quã ędificatur ecclesia,vt etiã iudicia eius maneãt firma, quasi Deo iudicãte per eã. Hæc non est data angelis,administratores quidẽ sunt,nõ iudices,quod ex illo loco Euãgelij satis apertè colligitur,vbi dicitur.Potestatẽ dedit ei,id est,filio iudiciũ facere: quia filius hominis est.Cùm ergo angeli nõ nobiscũ cõmunicent in humana natura, manifestũ est illis non cõuenire respectu hominũ authoritatẽ habere iudicij. Itẽ Chrus dicitur medicus singularis, qui solo verbo restaurat vniuersa. virtus enim ex illo exibat, & sanabat oẽs. Hãc medẽdi facultatẽ Chrus spõsæ suæ ecclesiæ ministris communicauit, qui per sacramentorũ exhibitionẽ,quæ vasa medicinalia sunt, in quibus diuina virtus secretiùs salutẽ operatur(vt dicit Aug.)lãguores,ac morbos curat animarum.Hanc potestatem angelis non indulsit,quia vt ait Chryso.in lib.de laudibus Pauli. Hominibus non angelis prędicatio,& administratio sacramẽtorũ commissa est. Cuius duplex ratio à sancto Tho.talis assignatur. Primò, quia angeli non conueniunt sicut homines cum verbo incarnato,à quo sacramenta fluxerũt in natura assumpta,nec etiam cum sacramẽtis in quibus est spiritualis virtus in corporeis elementis,sicut homines ex natura spirituali & sensibili compositi sunt.Secundò quia ad necessitatẽ baptismi, & aliorũ sacramẽtorũ potestas eis cõcessa nõ valeret, cùm non sint in promptu hominib⁹, vt eorum ministerium facile haberetur.Demũ Chrus dicit inexpugnabilis ostiarius.Ipse siquidem est qui aperit,& nemo claudit, & claudit,& nemo aperit. Hanc dignitatem contulit ecclesiæ suæ pastoribus suis,quibus ait.Quæcũq; ligaueritis super terrã, erũt ligata & in cęlis,& quęcũque solueritis super terram, erũt soluta & in cælis. Vnde beatus Petrus Apostolus, quia præ cæteris clauium potestate donatus est, clauicularius regni cælorũ depingitur, & appellat. Vnde beatus Aug. in quodã sermone Apostolorũ Petri & Pauli ita dicit. O inæstimabilis,& immensa potestas hominẽ in terra positũ tenere cælũ! Ecce nunc ad nutũ Petri diuini regni claustra patescunt. Accepit enim à Christo claues regni cælorũ,vt solutis vinculis peccatorũ aperiret credẽtibus regna cęlorũ. Et infrà. Ipse Christus credẽtib⁹ factus est via, posuit ad vicem suã in seculo cæleſtis regni clauicularij Petrũ,ne difficilẽ sibi ad cælum quispiã existimaret accessum. hæc Aug. Itẽ Chrus vnigenitus Dei filius ad quẽ vox patris intonuit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui. Et Psal. 109.dicit.In splẽdoribus sanctorũ ante luciferũ(id est,ante omnẽ creaturã)genui te.glo. Ex occulta, & secreta substantia mea genui te ineffabiliter.Hãc autẽ filijs ecclesię tribuit potestatẽ.Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri his qui credũt in nomine eius.glo.Mirabilis potestas,vt qui filij diaboli erant,filij Dei,& fratres Christi per eum liberati dicantur, de qua dicit Apostolus.Misit Deus filiũ suũ,vt adoptionẽ filiorũ Dei reciperemus.vbi glo. dicit. Vnicũ enim filiũ Deus habet, quẽ genuit de substantia sua,nos autẽ nõ de substãtia sua genuit, creatura enim sumus, quã nõ genuit sed fecit,& ideo vt fratres Christi secũdum modũ nostrũ adoptionẽ reciperemus, dicit,vt significaret nos hoc amisisse in Adã, ex quo mortales sumus.Hęc glo.Vnde ideo filij adoptiui dicimur, quia cũ nati fueramus filij iræ,per gratiã fãcti sumus filij Dei.Hæc planè potestas, hæc gratia data nõ est angelis,vt scilicet,ex filijs iræ in filios possent redire Dei, irreparabilis enim fuit casus eorũ. Hoc enim(vt inquit Damas.)quod hominibus est mors,angelis est casus:nec ꝓ eis mortuus est Christus,sed pro hominibus quibus natus est.Vnde angelus ad pastores. Annũtio vobis gaudiũ magnũ, natus est vobis saluator mũdi.Et hæc de his quæ ecclesia Christi spõsa ab ipso sponso suo Christo susceptit in dotem,nos dixisse sufficiat.

Medicus singularis. Luc.6. 4

Ostiarius inexpugnabilis. Apoc.3. Matth.16. 5

In.4.dist.5

Filius Dei unigenitus. Matthæ.3.

Ioan.1.

Ad.Gal.4. 6

In.3.Sẽten. dist.10

Luc.2.

¶Quòd ecclesia dicatur coniux Chri & mater fideliũ.Ca. XL.

SVMMARIVM.

1 *Coniux Christi in multis cõiugibus in sacra scriptura figurata fuit.*
2 *Ecclesia quòd sit fœcunda,& mater omniũ fideliũ omniumq; uiuẽtium in fide& charitate Christi.*
3 *Ecclesia,sicut mater carnalis,in spirituali eductione quinq; tempora obseruat.*
4 *Ecclesia nõ solùm fidelium, sed & ipsius Christi mater nuncupatur.*
5 *Ecclesia & coniux & mater,& filij dicitur.*

GAeterùm ecclesia pro amplitudine prolis suæ coniux siue vxor Christi appellatur.Vnde de ea dicitur. Vxor tua sicut vitis abun-

Ecclesia est cõiux Christi.

Psal. 127.

Universidad de Deusto
Biblioteca

abundãs in lateribus domus tuæ. Super quo versu dicit Augusti. Vxor tua, Christo dicitur: ergo vxor eius ecclesia, cuius nos ipsi filij.

1 Vbi notãdum q̃ coniux ista Christi, scilicet ecclesia, pro sua amplissima dignitate in multis coniugibus memoria dignis in sacra scriptura figurata monstratur. Figurata quippe fuit primò in Eua coniuge primi parentis Adæ. Vnde doctor gentium, cælestium cõscius secretorum Apostolus Paulus post commemorationem coniugij Adæ & Euæ *Ephe.5.* subiungit. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Plane sicut in Eua matre viuentium omnium figurata est ecclesia, quæ omnium fidelium mater est. vnde Augusti. super illud Psalm. 127. Ecce hæreditas domini filij. &c. dicit. Parit ecclesia filios cõiux Christi, in cuius figura Eua mater viuorum appellata est. Secundò figurata est in cõiuge Abrahæ, scilicet, Sara, *Gene.21.* quæ secundùm promissionem concepit, & peperit Isaac, qui interpretatur Risus. Vnde glo. Genesi. 20. Abraham Christum significat, Sara ecclesiam. Abraham honoratur propter Saræ pulchritudinem, Christus propter ecclesiam. *Psal.67.* Vnde mirabilis Deus in sanctis suis. Tertiò figurata est coniux Christi ecclesia in Rebecca coniuge Isaac, quæ pulchra facie interpretatur. Et Eccles. dicitur. *Cant.2.* Facies tua decora. vnde glo. Grego, quæ po- *Gen. 24.* nitur Gene. 24. super illo verbo. Introduxit Isaac eam (scilicet Rebeccã) in tabernaculũ, dicit. Hanc Isaac in tabernaculum matris introduxit, & vxorem accepit: quia in loco Synagogæ de qua natus est Christus, ecclesiam diligit, vt quæ cognatione, id est, prædestinatione dilecta erat, amore cõiuncta vxor fiat. *Genes. 29.* Quartò figurata est in cõiugib⁹ Iacob Rachele pulchra, & Lia laboriosa, quæ viro Patriarchas parturiuit. Vnde glo. super Gene. c. 29. Rachel pulchra facie, & venusto aspectu, iunior, & pulchrior. priùs sterilis postea fœcũda, ecclesiam significat, quæ tempore posterior Synagoga, sancta corpore & spiritu est. Oculi eius decoris: quia euangeliũ videre meruerũt. Quintò figurata fuit in Hester, quę repudiata regina Vasthi cõiux facta est Assueri regis, quæ vt dicitur Hester. 2. erat pulchra nimis, & decora facie. vbi gl. inquit. Hester interpretatur abscõsa edissa misericordia, hoc est, gentium ecclesia, quę in abscondito cordis nutriens castitatem fidei, misericordiam, & gratiam coram oculis domini inuenit, repudiata Synagoga, quæ in Osee vocat absq; misericordia. Præterea cũ vt iam dictum est, sancta & vniuersalis ecclesia coniux Christi sit, non autẽ sterilis, sed sicut vitis abundans *Psal. 127.* in lateribus domus suæ, patet aperte rationa- *Mater fide* biliter, q̃ mater sit omnium fidelium, mater *lium.* omniũ viuentiũ in fide, & charitate Christi. 2 Vnde glo. super illud. Alienati sunt à vulua, *Psal.57.* errauerũt ab vtero. glo. Vulua vel vterus charitas ecclesię accipitur, in qua conuersi recipiuntur, & nascuntur dum fidei rudimenta suscipiunt, & paulatinè nutriuntur, donec in eis formata veritate ad lucem generentur. Mater ergo est ecclesia omnium filiorum Dei. Quare beatus Aug. lib. de Symbolo dicit. Si quis absq; ecclesia inuentus fuerit, alienus erit à numero filiorum Dei. nec habebit Deum Patrem, qui ecclesiam noluit habere matrem. Vbi notandum q̃ (vt ex glo. in hoc loco, & super illud Psal. 130. sicut ablactatus super matrem suam. colligitur.) Sicut carna- 3 lis mater in sobole carnali, quinq; vicissitudines obseruat & temporalita & in spirituali educatione sancta mater ecclesia eadem custodit. Primò enim puer concipitur, id est, in vtero nascitur. Secundò in vtero alitur. Tertiò in lucem emittitur. Quartò matris manibus gestatur, & lacte nutritur vt crescat. Quinto ablactatur, vt ad patris mensam accedat: vt sic validiori cibo alatur. Primum ergo tempus est cõceptionis, secũdum in vtero alitionis, tertium emissionis, quartum portationis, & lactationis, quintũ ablactationis. Ita de illis quos educat ecclesia. Primò enim in vtero nascuntur, id est, concipiuntur, dum rudimentis fidei instruuntur in catechismo, & exorcismo. Secundò in vtero aluntur, dum in fidei primordijs plenius informati proficiunt. Deinde tertiò in lucem educuntur, dũ per baptismum regenerantur. Quartò quasi ecclesiæ manibus portantur, & lacte aluntur donec à lacte sancti spiritus separati ad mensam patris accedant, vt valido vescantur cibo, scilicet pane angelorũ, in principio erat verbũ. Hinc est q̃ Abraham nõ in natiuitate Isaac, nõ in circũcisiõe, sed in ablactatiõe magnũ cõuiuiũ dicit fecisse. hæc ibi. Quare beatus Augusti. lib. de Symbo. in fine ita de ecclesia loquitur. Sancta mater ecclesia, in qua huius sacramenti determinatur authoritas mater & virgo, corpore casta, prole fœcũda sponsa Christi piè nutrit filios, quos Deo patri dignos assignare contendit. Filij diligite tantã matrem. Filij boni nolite deserere vos continuè requirentem: rependite vicem amate amantẽ, tãta est, talis est, nobilis est regina, prole fœcunda est. Nõ eam patiamini aut

aut pessimorum seruorum iniurijsque macerari: agite causas matris vestræ, exquirite eius amplissimam dignitatem. Seruus malus non insultet dominæ, hæreticus Arrianus nõ insultet ecclesiæ, lupus est agnoscite. hæc Augustinus. Vbi considerandum venit meritò in hoc loco, quomodo ecclesia non solùm fi- *Mater Christi.* delium, sed etiam ipsius Christi, cuius sponsa & coniux est, mater dicatur. Quòd autem 4 dicatur mater, etiam ipse Christus, ipsa veritas testatur dicens. Quicunque enim fecerit *Matth. 12.* voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est. Frater quidem & soror, quia geniti à Deo spiritualiter, à quo ego naturaliter genitus. Ipse quippe, vt ait Apostolus, primogenitus est in multis fratribus. glo. Fratres dignatus est vocare omnes, qui per eius primatum in Dei gratia renascuntur. Posuit autem vtrũque sexum, ne fœminam videretur excludere. Mater verò, quia in cordibus credentium me generauit *Galat.4.* verbo & exemplo. Vnde Apostolus ait. Filioli mei quos parturio, donec formetur in vobis Christus. Ne autem alicui videatur impossibile, quod de ecclesia iã diximus, videlicet, quod sit respectu vnius & eiusdem, scilicet, Christi, filia, soror, coniux, & mater, cũ in carnalibus coniugijs nulla huiusmodi exẽpla reperiantur, est considerandum, q̃ vt in- *Psal. 127.* quit beatus Aug. tractãs illud verbũ. Filij tui sicut nouellæ oliuarũ. In istis carnalibus nuptijs & cõiugijs, alia vxor, alij filij, in ecclesia quę vxor, ipsi filij. Ad ecclesiã ẽm̃ptinent Apostoli, & in mẽbris erãt ecclesię: ergo & in cõ- 5 iuge ipsius erant, & coniux erant secundum proportionẽ suam, quã in membris obtinebant. Quare ergo de illis dicitur. Cũ recesserit ab eis spõsus, tũc ieiunabũt filij sponsi. ergo ipsa coniux & ipsa filij. Mirum dico fratres mei. In verbis autẽ domini inuenimus, quia quę vxor, ipsa & filij. Ecclesiã enim & fratres ipsius esse, & sorores ipsius esse, & matrẽ ipsi⁹ esse. Nam cũ ei nũtiaretur mater eius & fratres eius stantes, Respondit Dominus & ait. Quæ mihi mater aut qui fratres? Et extendit manus suas super discipulos suos & ait. Ecce mater mea & fratres mei. fratres erãt: mater quomodo erant? addit. Qui fecerit voluntatẽ patris mei, ipse mihi frater soror & mater est. Mater quomodo, nisi quia ipse Christus est in christianis, quos christianos per baptismũ quotidie parit ecclesia? ergo in quibus intelligis coniugem, in illis matrem, in illis filios. Hæc Augustinus.

¶ Quòd ecclesia quanquam coniux Christi & mater omnium fidelium dicatur esse, virgo tamen tota esse nõ desistit. Cap. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia & virgo est & mater omniũ fidelium.*
2 *Duplex virginitas.*
3 *Duplex differentia inter coniugiũ Christi cũ ecclesia, & alia carnalia coniugia.*

QVoniam fortasis aliquibus qui ita carnalibus assuetũ habent sensum, & ingeniũ sensibilibus cõcretum, vt de spiritualibus non spiritualiter, sed carnaliter iudicent, videbitur extraneum, quòd ecclesia coniux sit & mater innumerorum filiorum multitudine fœcundissima, & nihilominus tota virgo esse dicatur, placuit nobis de hoc aliquid tã gere. Planè mater ecclesia tota virgo est, aliàs non respiceret eam illud Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Pluræ sunt scripturæ sanctæ loca, quæ sanctam Dei ecclesiam virginẽ attestantur, sicut omnia illa, in quibus apud prophetas. Virgo filia Sion. virgo Israel dicta est. Dicitur etiã Mat. 25. Simile est regnũ cælorũ decẽ virginibus. &c. Per has decẽ virgines omnes christiani significantur. Duæ quippe sunt virgi- 2 nitates: altera corporis, altera spiritus. Corporis virginitas est (vt ait Aug. lib. de nup. & cõcup) in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, id est, propositũ firmum rationis ab omni pollutione seruare corpus in tactũ. Vel vt dicit super psal. 147. virginitas carnis est corpus intactum. Virginitas verò mẽtis est fides incorrupta, quæ virginitas est omniũ fideliũ. vnde Aug. sup. Ioh. Omnis ecclesię, virgo appellata est. Diuersa sunt membra ecclesię, diuersis donis pollere videt atq; gaudere. Alij cõiugati, alię cõiugatę, alij vidua ti vxoribus vxores vltra nõ quęrũt, aliæ viduatæ maritos vltra non quærunt, alij integritatem ab incunte ætate conseruant, aliæ virginitatem suam Deo deuouerunt. diuersa sunt munera, sed oẽs isti vna virgo est. Vbi

Ecclesia tota virgo est 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ista virginitas, non enim est in corpore. In corpore enim paucarum fœminarum est, & si dici virginitas in viris potest, paucorum virorum. Fœminarum sanctitas integritas etiam corporis est in ecclesia, & honorabilius membrorum est. Alia autem multa non in corpore, sed omnia in mente seruant virginitatem. Quæ est ista virginitas? mentis est. Quid est virginitas ecclesiæ? integra fides, solida spes, sincera charitas. Item idem Augustin. Ipsa ecclesia Christi coniux est, quæ fidei, spei, charitatis, integritate non solum in virginibus sacris, sed etiam in coniugatis fidelibus tota virgo est. Vniuersæ quippe ecclesiæ, cuius omnia illa sunt membra Apostolus dicit. Aptaui vos vni viro virginem castam exhibere Christo. cuius sensus est. Despondi, idest, laborani siue adaptaui fide & sacramentorum exhibitione desponsari, vos vni, non multis. Viro, scilicet, legitimo Iesu Christo vero sponso. Vos, inquam, virginem non virgines: quia licet plures sitis natura, vna tamen estis fide, spe, & charitate. Vna est columba mea. Castam, scilicet, mente, exhibere, idest, vt exhibeatis vos Christo existentes virginem castam per fidei integritatem. Vbi notandum quòd duplex assignatur differentia inter connugium Christi, & ecclesiæ, & alia carnalia connugia hominum. Prima assignatur in glos. super illud. Sponsabo te mihi in sempiternum. quæ est, quòd homines de virgine non virginem faciunt. Deus verò connunctus etiam meretricibus eas virgines facit, anima quippe qualiscunque ante fuerit quantūcunque priùs corruptionibus prostituta iacuerit cōiuncta Christo per coniugium virgo est. Vnde de omnibus fidelibus dicitur. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Vbi in mulieribus errorem significauit, quia error per mulierem cœpit, vt ait glos. 2. ad Cor. 11. Si verò quæratur, quomodo hæc authoritas de omnibus fidelibus intelligenda venit, cùm de saluandorum numero sint multi, qui sępenumerò erroribus multis fuerunt coinquinati? Dicimus hoc ideo dici, quia omnes finaliter bonos Deus misericordia reputat nunquam fuisse coinquinatos. Pari ratione in sequentibus dicitur. Et in ore eorum non est inuentū mendacium. Vnde glo. super illud Osee. 2. Sponsabo te mihi in sempiternum, dicit. Nota misericordiam viri: meretrix diu fornicata ad virum reuertitur, nec reconciliari viro sed sponsari dicitur. Secunda differentia est, q homines non possunt coniugem sine corruptione fœcundare, Christus autem sic. Vnde Augusti. Nouit autem ille, scilicet, Christus coniugem virginem sine corruptione fœtare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. Non est ergo mirandum si sancta ecclesia simul dicatur mater & virgo. Mater quidem fœcunda non de viro, sed de spiritu. Virgo fidei sacramento. Vnde beatus Ambro. lib. de sancta virg. ait. Sancta mater ecclesia immaculata coitu, fœcunda partu, virgo est castitate, sed mater est prole. Parturit itaque nos virgo, non viro plena sed spiritu, parturit nos quoq; virgo, non cum dolore membrorum, sed cum gaudijs angelorum. Nutrit nos virgo, non corporis lacte, sed Apostoli, quo informem adhuc crescentis populi lactauit ætatem. Quæ igitur nupta plures liberos habet, quàm sancta mater ecclesia? quæ virgo est sacramento, sed mater est populis. Cui fœcunditatē etiam sacra scriptura testatur, quoniam plures filij desertæ quàm eius quæ habet virum. Hæc Ambrosius.

Cap. nuptiarū. 27. q. 1.

Ephe. & Corint. 11.

Canti. 6.

Cōiugium Christi. etc.

3

Osee. 2.

Apoca. 14.

vbi supra in cap. nuptiarum.

¶Quòd ecclesia dicatur regina. Cap. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia triplici ratione regina nominatur.*
2 *Regina Saba ecclesiam Dei figurabat.*

Ecclesia est Regina.

AMpliùs sancta Dei ecclesia legitur Regina nūcupata. Vnde psalm. 44. dicitur. Astitit regina à dextris tuis. glos. id est, ecclesia quæ sub rege regit. Astitit à dextris, id est, in æternis spe. In vestitu deaurato, id est, in doctrina sapientiæ. Circundata varietate, id est, in omnibus linguis variata. in linguis est varietas & vnitas in auro. quia (vt dicit Augusti. in glos.) eandem sapientiam, eandem doctrinā & disciplinam omnes linguæ prædicāt. Dicitur autem ecclesia Regina triplici ratione. Primò quia coniux est domini, scilicet, Iesu Christi, in cuius vestimēto & fœmore scriptū est. Rex regum & dominus dominantium. Secundò dicitur regina, quia ipsa in membris suis veris prudenter & virtuosè se regit, qui prælati cunctis motibus carnis, modò luxuriæ appetitum refrænant, modò

1

Apoca. 19.

modò æstum auaritiæ temperant, modò gloriam declinant, modò suggestionem liuoris obruunt, modò ignem furoris extingunt. Reges ergo tales (vt ait Gregorius) vere sunt qui tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse nouerunt. Vnde reges, vt inquit Isido. à rectè regendo vocati sunt. ideoque rectè faciendo, regis nomen tenetur, peccando amittitur. Rectè ergo illi reges vocantur, qui tam semetipsos quàm subiectos bene regendo modificare nouerunt. Tertiò ecclesia sancta regina nominatur ratione principatus, & prælationis, quam habent præpositi in ea. Vnde gloss. super psalm. 44. Vt regina: quia sub rege regit, scilicet, prælatos suos, qui non immeritò reges appellantur. Vnde Augusti. tractans illud. Delectauerunt te filię regum. ita dicit. Et omnes ecclesiæ prædicantibus & euangelizantibus Apostolis natæ sunt: filiæ regum sunt & ecclesiæ: filie Apostolorum filiæ regum sunt. Ille enim rex regum, illi autē reges de quibus dictū est. Sedebitis super duodecim sedes iudicātes duodecim tribus Israel. Et infrà. Filiæ regū sunt & delectauerunt regē suum in honore ipsius, & ex omnibus fit vna quædam regina. Vnde sequitur, Astitit regina à dextris tuis. Hęc Augusti. Quare Threnorum. 1. cap. ipsa ecclesia nominatur domina gentium & princeps prouinciarum. glo. interli. id est, in prælatis. Regina autem ista, scilicet, ecclesia figurata est in regina Saba, de qua dicit, quòd audita fama Salomonis cum comitatu multo venit videre eum. vbi gloss. dicit sic. Hæc regina vēturam ecclesiam de gentibus desiderantem Christum figurabat, quæ circūamicta varietate populi sui & paternæ domus oblita currebat barbara gente non animo, in aperto peregrina, in occulto sanctorum fieri cōscia optans. Et beatus Augusti. in sermone de dedicatione ecclesiæ sic de ea loquitur. Hæc est regina illa quæ venit à partibus Æthyopię audire sapientiam Salomonis, sed hæc non tam ex vna regione quàm ex vniuersis mundi partibus regem auditura conuenit, sicut euangelista commemorat: regina austri venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Venit ecclesia ad redemptorem & eruditorem suum, vt de stultitia erroris doctrinā perciperet veritatis. de qua plenius sicut audiuimus Regum scribit historia ita dicens. Ingressa regina Saba in Hierusalem cum comitatu & diuitijs, cum camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis & gemmas pretiosas, venit ad Salomonem, & locuta est vniuersa quæ habebat in corde suo. Ergo in figura huius reginę venit ecclesia ex gentibus imponens finem cupiditatibus vitijsque terrenis, audire sapientiam Salomonis, id est, viri pacifici domini nostri Iesu Christi, qui fecit vtraque vnum, soluens inimicitias inter Deum & hominem in carne sua. Venit post veteres & prophanas superstitiones audire & discere de fidei illuminatione & iudicio futuro, de animæ immortalitate, de spe resurrectionis & gloriæ. Venit autem in Hierusalem cum multo comitatu, id est, non iam cum vna gēte Iudæorum, sicut priùs synagoga solos habuit Hebræos, sed totius mundi gentibus diuersisque nationibus. Venit ergo exhibens munera digna Christo, aurum & gemmas pretiosas, & hoc camelis portantibus, id est, ex gentili populo venientibus, qui priùs fuerant vitiorum fœditate distorti, & malorum onere curui, ac peccatorum prauitate disformes. Cum his tanquam muneribus regina hæc ingreditur ad pacificum regem Christum, exhibens secum aromata fidei, aurum pretiosum, incensum pretiosum, splendoresque gemmarum, id est, omnium insignita ornatu virtutum. hæc Augustinus.

Psal. 44.

1

2

3. Reg. 10

¶De rationibus, propter quas ecclesia nominatur corpus scilicet mysticū Christi. Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Corpus Christi dupliciter accipitur.*
2 *Mysticum quid sit & vnde dicatur.*
3 *Ecclesia quare dicatur corpus mysticum.*

Ecclesia est corpus Christi mysticū.

CEterùm ecclesia sancta Dei nominata legitur corp⁹ Christi. Vnde Apostolus ait. Ipsū dedit, scilicet, Deus pater caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius. Vbi aduertendum, quod sicut beatus Hieronym. de carne Christi ait q̄ dupliciter intelligitur: ita corpus Christi dupliciter accipitur. Nam corpus Christi dicit illud corpus, quod sumpsit de virgine, de mēbris carnalibus naturali cōpage cōiunctum. Dicitur etiam corpus mystycū, quod est ecclesia, quod corpus ex personis vtriusque sexus fidelibus spirituali cōpage

Ephe. 1.

1

In. c. dupliciter. de cōs. distin. 2.

page

Universidad de Deusto
Biblioteca

page connexum & compactum est. Ad quã
Mysticum quid sit. 2 intentiam plenius intelligendam considera
re opportunum est aliquid circa huiusmodi
significationem termini mysticum. Mysticũ
quippe vt dicit Catholi. à mysterio dicitur:
mysticon enim græcè latinè dicitur secretũ.
vnde mysticum idem est quòd sacrum, diui-
num, occultum, & figuratiuum. Et quanquã
ab omnibus his significationibus ratio sumi
possit huius vocabuli mysticum, cùm de ec-
clesia dicimus, quod est corpus mysticũ. Tũ
primò, quia sacra siue sancta est, quo ad pri-
mam interpretationem, secũdum illud quod
in symbolo canitur. Sanctam ecclesiam ca-
1. Corin. 3. tholicam. & illud. Templum Dei sanctum
est quod estis vos. Tum secundò, quia diuina
est quo ad secundam significationem: con-
sors quippe facta est diuinæ naturæ: secun-
Psalm. 81. dũm illud quod de eius membris dicitur. Ego
dixi dij estis & filij excelsi omnes. &. 2. Pet. 1.
Diuinæ consortes naturę. Tum tertiò, quia
occulta quo ad tertiam significationem. oc-
cultum quippe nobis est in hac peregrina-
tione constitutis, quis simpliciter & verací-
ter actu pertineat ad vnitatẽ huius corporis:
dicẽte beato Bern. Quis potest dicere ego de
electis sum, ego de prædestinatis ad vitã, ego de
numero filiorũ, reclamãte nimirũ scriptura:
3 nescit homo an odio vel amore dignꝰ sit. Cõ
munius tamen ecclesia corpus denominatur
quia figuratiuum, siue per figuram siue per si
militudinem dictum, sicut ex Apostolo col
ligitur, qui de ecclesia ad similitudinem cor-
poris naturalis hominis sæpe loquitur. Vbi
notandum, quòd ratio huius mysticę signifi
cationis colligitur inter alia præcipuè ex qua
tuor. Primum est multiplicitas membrorum
officialium concurrentium ad compositio-
nem corporis: sicut enim naturale corpus hu
manum ex multis membris conformibus in
natura & varijs deputatis actibus compagi-
natur: ita ecclesiæ corpus ex multis fidelibus
varijs deputatis officijs constitutum consur-
1. Cor. 10. git. Vnde Apostolus. Vnus panis & vnum
corpus multi sumus. Super quo dicit Augu.
Typicè, ideſt, figuratiuè: vnus panis & vnũ
corpus ecclesia dicitur, pro eo quòd sicut vnꝰ
panis ex multis granis, & vnũ corpus ex mul
tis membris componitur: ita ecclesia ex mul
tis fidelibus charitate copulante connecti-
tur. Et ad Rom. 12. dicitur. Sicut enim in vno
corpore multa mẽbra habemus, omnia autẽ
membra non eundem actum habent: ita mul
ti sumus vnum corpus in Christo: singuli au
tem alter alterius membra, habentes donatio
nes secundùm gratiam, quæ data est nobis
differentes. &c. Secundum autem à quo su-
mitur similitudo est conformitas, & vnitas
membrorum ad caput. Planè quemadmodũ
in corpore naturali homines caput connatu
rale est residuo corpori, & per collum ei cõ-
iungitur, à quo sicut à perfectiori, vtputa
in quo omnes residentsensus secundùm ple
nitudinem sensus & motus in totum corpus
diffunditur: ita in corpore ecclesiæ caput, *Ephe. 1.*
quod est Christus, secundùm illud. Ipsum de
dit caput super omnem ecclesiã, quæ est cor-
pus eius, per assumptã naturã est residuo cor
pori connaturale. Et per fidem quæ intelli-
gitur per collum. Sicut turris Dauid collum *Canti. 4.*
tuum nos ei vnimur. Caput Christi ex quo *Ephe. 4.*
totum corpus, scilicet, ecclesia compactum
& connexum per omnem iuncturam submi
nistrationis. glosſ. ideſt per fidem & charita-
tem, quæ coniungunt & faciunt membra
Christi adinuicem ministrare. Tertium ve-
rò à quo accipitur ratio mysticæ locutionis
est vnitas spiritus. Quemamodum quidẽ cor
pus naturale hominis vnum habet spiritum
viuificãtem totum corpus & vniuersa mem-
bra regentem: ita in toto corpore ecclesiæ
vnus est spiritus viuificans & regens, qui est *1. Cor. 12.*
spiritus sanctus. de quo Apostolus. Et in vno
spiritu omnes nos in vnum corpus baptiza-
ti sumus. Cuius sensus est secundùm glosſ.
quòd baptizati, ideſt, abluti sumus vno spi-
ritu, ducti sumus in vnum corpus. Vnde glo.
dicit. Quemadmodum totum corpus homi-
nis vna anima vegetatur: ita vnus spiritus
facit omnia in membris Christi. Et ideo ad
Ephe. 4. dicitur. Vnum corpus & vnus spiri
tus. Quartum verò in quo mystica similitu-
do attenditur est, quòd sicut in corpore hu-
mano caput & membra dicuntur constitue-
re vnam personam, vt dicatur vnus homo,
vt dicit Augusti. super Iohan. Homel. 21. ita
suo modo in corpore ecclesiæ. Vndè idem
Augusti. super psalm. 61. vnus enim homo
cum capite & corpore suo Iesus Christus sal
uator corporis, & membra corporis duo in
carne vna & in voce vna & in passione vna,
& cùm trãsierit iniquitas in requie vna. Hęc
Augustinus.

¶De varietate membrorum ecclesiæ & significatione eorum. Cap. XLIIII.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Diuersitas membrorum ecclesiæ.*
2 *Christus quare dicatur caput ecclesiæ.*
3 *Per faciem ecclesiæ viri exemplo & sanctis mori bus præditi designantur.*
4 *Genæ ecclesiæ quare dicantur sicut turturis, & quæ personæ designentur per genas ecclesiæ.*
5 *Genæ ecclesiæ quare comparentur areolis aroma tum consitis à pigmentarijs.*
6 *Oculi ecclesiæ quare comparentur columbæ, & quæ personæ per oculos ecclesiæ designentur.*
7 *Quòd per aures ecclesiæ intelligantur viri spiri tu sancto illuminati.*
8 *Nasus ecclesiæ quare dicatur turris libani quæ re spicit contra Damascum.*
9 *Labia ecclesiæ sunt doctores & prædicatores, qui propter suauitatẽ sermonis melli comparãtur.*
10 *Collũ ecclesiæ sicut turris Dauid denotat prælatos qui doctrinæ cibo, & sacramentorũ ãdmini stratione, alios Christo incorporant.*
11 *Quòd duo ecclesiæ ubera utrunq; testamentũ si gnificant, ex quo tan quam ex uberibus lac ema nat ecclesia mater suos nutrit filios.*
12 *Manus ecclesiæ distillare myrrhã quid significet*
13 *Venter ecclesiæ quare comparetur aceruo tritici uallato lilijs.*
14 *Pedes ecclesiæ designant Apostolos, qui fidem in omnem terram prædicando, exemplis & mira culis coruscando ecclesiam deportant.*

Ecclesiæ mẽbra.

QVemadmodũ autem in corpore humano secundùm varietatem actuum & operationum diuersa sortiuntur vocabula ipsa corporis membra, vt aliud vocetur caput, aliud oculus, aliud manꝰ. &c. ita in corpore Christi mystico, qđ est ecclesia, secũdùm diuersitatẽ & varietatẽ operationũ & officiorũ, quibus fidẽles Christi tãquã corporis mẽbra deputati sunt, diuersas sortiunt mẽbrorũ rationes. Vn
Iob. 29. de Iob dicebat. Oculus fui cæco, pes claudo. Oculus erat quem spiritus sapientiæ illustrabat. Oculus fuit cæco: quia imprudenti prudenter prouidebat, & deuio ac erranti viã demonstrabat salutis. Pes erat claudo, quia debilibus roboris fulcimenta præstabat. Membra autẽ ecclesiæ sunt, quę sequũtur, vt in lib. Canti. cuius materia, vt dicit gl. in principio, est sponsus & spõsa, caput & ecclesia. Caput, facies, genæ, oculi, aures, nasus, labia, dentes, collum, vbera, manus, venter, crura ac pedes.

Caput.

1 De capite eius habetur Canti. 5. Caput eius
2 aurum optimũ. glo. caput. i. Christus: qui est caput corporis ecclesię sapientia plenum. In ipso sunt omnes thesauri sapientię & scientię Dei absconditi. Et dicitur aurum optimum, quia fulgentissimum. Est enim speciosus forma præ filijs hominum. Meritò autem Christus dicitur caput corporis ecclesię. ¶Primò quia instar capitis cæteris membris superior est ac sublimior. Qui de cælo venit super omnes est. ¶Secũdò qa sicut in capite omnes habitant sensus, quod non est in cæteris mẽbris. In capite enim visus est, auditus, olfactꝰ, gustus, & tactus: in cæteris autem solus sensus tactus. Ita & in Christo plenitudo est omnis gratię: vtputa in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. vnde Aug. in epistola ad Dardanum. Quia ille caput est, in eo sunt omnes sensus diuinitatis: in sanctis verò alijs quasi solus sensus tactus quibus datus est spiritus ad mẽsurã. ¶Tertiò Christus dicitur caput corporis ecclesię: quia sensum & motum fidei omnibus eiusdem corporis mẽbris trãsfudit & tribuit. secundùm illud. de plenitudine eius omnes accepimus. Has trẽs rationes simul complectitur Apostolus dicẽs. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstant, & ipse est caput corporis ecclesię. vbi gl. ita dicit. Super omnes est. nullus est ei æqualis etiã secundùm quòd homo. & sicut omnia creauit, ita & in ipso cõstant omnia, qui omnibus secundùm diuinitatem infusus omnia sustinet & regit, & cùm talis sit ipse etiam secũdùm hominis naturã est caput corporis sui, scilicet ecclesię, quę vnita est ei gratia & natura vt capiti. bene ergo dicitur caput corporis ecclesię. i. quia ita se habet ad ecclesiã, sicut caput ad corpus. Prouidet enim ecclesiæ & regit eã & in ipso sunt omnes spirituales sensus ecclesię sicut in capite omnes sensus corporis. hæc ibi. De facie autẽ ecclesię dicitur. Ostẽde mihi faciem tuam: facies enim tua decora. Per faciẽ in qua maximè decor pulchritudinis & personę speciositas relucet, viros exẽplares sanctitate & religione cõspicuos intelligimus, quibus ait Christus. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Vnde gl. Cant. 2. inquit. Ostende mihi faciem tuã, id est, quod intꝰ pulchritudinis habes & in secreto quietis didicisti in publica actione ad vtilitatẽ multorũ demõstra. Et Orige. super Cant. Facies ecclesię speciosa est, hæreticorũ verò turpis. Si quis tamen est, qui bene nouerit pulchritudinem vultus probare, ideſt, si quis spiritualis est, qui sciat examinare omnia:

1. Cor. 12.
Colo. 2.
Psalm. 44.
Iohan. 3.
Colos. 2.
Ioh. 1.
Colos. 1.
Facies.
Canti. 2.
3
Matth. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia: nam apud imperitos & animales homines pulchriora videntur mendacij sophismata, quàm documẽta veritatis. De genis autem ecclesiæ dicitur Cantic. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. & Canti. 4. Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ. & Cantic. 5. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs. Per genas autem, in quibus pulchritudo pudor & verecundia designatur, eos intelligimus in ecclesia, qui pudibundi sunt & verecundi, quos pudet dicere vel facere audire vel videre turpia. vnde Origen. super Cant. Genæ autem eius dicũtur, in quibus honestas & verecundia animæ cognoscitur, per quas sine dubio illi in membris ecclesiæ declarantur, qui castitatis & pudicitię excolunt honestatem. hæc Origenes. Verùm tales maximè intelligẽdi in ecclesia sunt prælati elegantes moribus, & sanctæ conuersationis candore fulgentes, qui non modò in exemplum, sed in timorem sunt cæterorum. Quare gloss. Cantic. 4. super illud. Sicut fragmen mali punici genæ tuæ, idest, pudibundi prælati, qui facies sunt ecclesiæ, in quorũ conspectu pudet alios malè agere. Sed videamus quomodo spiritus ita pulchrè designat genas ecclesiæ: inquit quidem. ¶Primo pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, tum propter castitatem, qua prælati & ministri ecclesiæ pollere debent. Mundamini quæ fertis vasa domini. Tum propter gemitum compassionis, quem habere debent erga proximum. Quis infirmatur & ego nõ infirmor? turtur autem gemitum habet pro cantu. Tertiò propter contemplationis solitudinem, quam amare debent sicut turtur. Ducam illam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius. ¶Secundò genæ ecclesiæ dictæ sunt sicut fragmen mali punici: in quo multa grana rubea continentur. In quo designatur, quòd in multis exemplum debent esse cæteris, secundùm illud Apostoli. Esto exemplũ fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, & fide, & castitate. Vel ideo sic dictę sunt: quia maximè prælati & prædicatores non debent erubescere fragmen mali punici, id est, Christum crucifixum, sed illum habent imitari, & apta confessione præ cæteris profiteri, secundùm illud. Non erubesco euangelium. gloss. sicut illi qui crucem Christi putant ignominiam. ¶Tertiò genæ ecclesiæ comparantur areolis aromatum consitis à pigmentarijs. Cantico. 5. quia sicut in areis herbæ plantantur aromaticæ: sic in eorum mẽtibus plantata sunt germina odoriferæ suauitatis: à pigmentarijs, idest, à sanctis videlicet doctoribus, qui de Apostolis & prophetis aromata sermonum sanctorumq; operum assumpserunt & messuerunt, quæ in cæteris plantarunt fidelibus. Dicitur autem sicut areolæ consitę non insitæ: quia coadiutores Dei sumus. vel à pigmentarijs, idest, à tribus diuinis personis. Pater enim appropriatè loquendo ibi conserit robur fortitudinis, Filius lumen discretionis, Spiritus sanctus odorem suauitatis. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Verùm quia opera trinitatis indiuisa sunt: vt ait Diony. & Augusti. tresque personæ sunt vnus Deus. Ego & pater vnum sumus. Et primæ Iohannis. 1. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Ideo singulariter dicitur Ecclesia. 28. vnguentarius faciet pigmenta suauitatis. De oculis vero ecclesiæ ita habentur, vbi sponsus sponsam de oculis commẽdans ait. Oculi tui columbarum. Et oculi tui sicut piscinæ in Esebon. Per oculos enim, in quibus virtus sedet visiua, ad prouisionem totius corporis designantur in ecclesia, qui maiori acumine & perspicacitate ingenij vigentes, diuinarum scripturarum arcana profundiùs penetrant, & cæteris administrant, qui pro discretionis amplitudine & intelligentiæ claritate, quam super cęteros habent, non tantùm sibi, sed etiam alijs pręcauent ab insidijs malignorum spirituũ. Duo autem oculi ecclesię designantur. Vnus dexter, scilicet, qui illuminati sunt spiritu sapientię in cognitione diuinorum. Alter sinister, scilicet, qui illuminati sunt spiritu sapientię, idest, in administratione bona rerum temporaliũ. de istis dicit sponsus. Oculi tui columbarum. Non dixit, corui vel vulturis, qui semper habent oculos ad cadauera. Non dicit accipitris vel herodij, quorum oculus semper est ad sanguinem & rapinam: sed dicit columbarum, quæ simplices sunt, & iuxta riuos aquarum & fluenta plenissima residẽt: ita doctores ecclesię sancti simplices sunt sine plica erroris & malitiæ, & fluentis scripturarũ insistũt, vt in illis spiritualia mysteria cognoscant. Vnde Origenes super Canti. ita dicit. Quòd autem oculi ecclesię comparantur columbis, ob hoc profectò est: quia diuinas scripturas non iam secundùm literam, sed secundùm spiritũ intelligant & aspiciant in eis spiritualia mysteria. Columba enim indicium est spiritus sancti. Spiritualiter ergo intelligere legem & prophetas, hoc est oculos columbę

Genæ. 4

1. Corin. 3.

Eccles. 24.

Iohan. 10.

Oculi.

Canti. 4.

Canti. 7.

6

Isa. 52.

2. Corĩ. 11.

Osee. 2.

1. Tim. 4.

Roma. 1.

lumbæ habere. Hæc Orige. Et gloss. Cantic. 7. dicit. Oculi sunt qui arcana respiciunt, vt in aperto possint proloqui qui fluenta doctrinæ auditoribus dare non cessant. De auribus ecclesiæ Cantico. 1. implicita mentio fit: vbi sponsus ait sponsæ. Murenulas faciemꝰ tibi vermiculatas argẽto. Murenulę iuxta gloss. sunt ornamenta aurium. Sunt quidem quędam catenulæ ex diuersis annulis inuicem sibi penetrantibus factę. Per aures, quæ doctrinæ verba audiunt & suscipiunt, intelligendi sunt in ecclesia, vt ait gloss. viri spiritu sancto illuminati, qui spiritualis intelligentiæ auro interius & cælestis eloquentiæ argento exterius splendentes secundùm personarum diuersitatem alijs non cessant reuelare profunda sapientiæ diuinæ. Quarũ aurium ornamenta dicta sunt argento vermiculata, quia vario nitore fulgere debent sermones doctorum. Vnde quippe secundùm qualitatem auditorum formandus est sermo doctorum secundùm Grego. Planè non omnia ministranda sunt omnibus, sed præcepta omnibus, perfectis consilia, paruulis rudimenta, grandibus verò profunda secreta. De naso autẽ ecclesiæ habetur Cantico. 7. vbi sponsus ita sponsam de naso commendat. Nasus tuus sicut turris libani, quę respicit contra Damascum. Per nasum verò, in quo sagacitas & discretio notatur & designatur, illos accipimus in ecclesia, qui sagaciter discernunt, quid sit odor vitæ in vitam, mortis in mortem, quæ sit fragrantia virtutum, quid sit fœtor vitiorum. vnde gloss. ait. Per nasum intellige eos, qui cautissimi discretores sunt boni & mali, quos nulla fallit hypocrisis. Isti dicuntur turris libani quæ respicit contra Damascum. Damascus interpretatur potus sanguinis, vel bibens sanguinem, & figurat diabolum, qui nostrarum sitit sanguinem animarum, contra quem isti dicuntur libani turris. Turris inquam propter fortitudinem constantiæ. Turris propter altitudinem virtutum. Turris propter loci eminentiam, quam in ecclesia tenet, vt incursus malignorum spirituũ à longe prospiciant & præcaueant, & ita contra insidias diabolorum, & nequam hominum suos muniant & aliquos inde extrahant. De labijs ecclesiæ Cantico. 4. ita sponsus sponsam commendat. Fauus distillans labia tua sponsa. Per labia verò, quibus verba formantur, doctores & prædicatores intelliguntur in ecclesia, qui per suauitatem sermonis & cõgruitatem doctrinæ. vt ait gloss. melli comparantur. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et Labia tua & eloquium tuum dulce. Quam obrem Cantico. 2. ait sponsus sponsæ. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Super quo dicit Orige. super Cantic. Auditam vult fieri vocem ecclesiæ suæ: qua qui eum confessus fuerit coram hominibus, & ipse cõfitebitur eum coram patre suo, qui in cælis est: quia vox tua suauis est: & quis non confiteatur suauem vocem esse ecclesię catholicę fidem veram confitentis, insuauem verò & iniucundam esse hæreticorum vocem, qui non dogmata veritatis, sed blasphemias in Deum & iniquitatem in excelsum loquuntur? De dentibus ecclesię Cantico. 6. ita sponsus sponsę loquitur. Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascendunt de lauacro. Per dentes qui candidi sunt & fortes, & instrumenta sunt cooperantia tam ad masticandum diuidendumque cibum, quàm ad formandum sermonem, intelligendi sunt in ecclesia perfecti doctores, fide constantissimi, innocentię puritate candidi, alijs cibum frangentes & masticando exponentes salutem, irriguis affluunt doctrinis. Sicut greges pleni sunt aqua in velleribus cum de lauacro mox ascendunt. De collo ecclesiæ scribitur Canticorum. 4. Sicut turris Dauid collum tuum, quę ędificata est cum propugnaculis. Et Collum tuum sicut turris eburnea. Per collum autem, per quod coniungitur corpus capiti & in corpus cibus traijcitur, & incorporatur: intelliguntur prælati, qui cibos doctrinæ & sacramenta ecclesiastica alijs dispensando, Christo & ecclesiæ alios incorporant. Vnde dictum est Petro. Macta & manduca. quia vt dixit Augustinus super psalmum. 123. In ecclesiæ corpus nemo intrat, nisi prius occisus moriatur, quod fuit vt fit quod non fuit. Venit paganus, adhuc in illo idolatria viuit, inferendus est membris Christi, vt inseratur necesse est, vt manducetur: sed non potest manducari ab ecclesia, nisi primò mactatus renuntiet seculo, tunc mactatur cùm credit in Deum. hæc Augusti. Tales turris dicti sunt, quia sanctæ vitæ exemplis & verbi potestate, tanquam propugnaculis cæteris facti sunt turris inexpugnabilis munitionis. De vberibus ecclesiæ. Canticorum. 4. ita sponsus sponsæ loquitur. Pulchriora sunt vbera tua vino. Per vbera, quæ lac paruulis infundunt, doctores, & magistri in ecclesia designantur, vt dicit.

Psal. 128.

Cant. 4.

Aures. 7

Nasus. 8

Labia. 9

Denes. 10

Collum. 10

Canti. 7.

Act. 10.

Vbera. 11

gloss.

Universidad de Deusto
Biblioteca

glo.Cant. Qui solidos cibos atterendo in natura lactis cõuertunt,vnde nutriuntur par uuli nuper in fide renati. de quorum numero erat Petrus qui ait. Quasi modò geniti infantes,rationabiles,sine dolo lac cõcupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Erat & Apostolus Paulus,qui ait Corinthijs. Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi, non escam. 1.pet.2. 1.Cori.3.

Hęc vbera pulchriora esse vino dicũtur:quia vt ait gl.inter. honestiora & pulchriora sunt documenta ecclesię,q̃ philosophię & logicales doctrinæ. Vbi considerandũ,q̃ tã in hoc 4.cap.quàm in.7.Cantic.vbera ecclesiæ duo esse describuntur.vbi dicitur.Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli,qui pascũt in lilijs,donec aspiret dies.Duo dicuntur, tũ, quia duo testamenta ex quibus tanquam ex vberibus duobus vniuersum lac emanat,quo mater ecclesia suos nutrit filios. Tum, quia duplex dicitur esse doctrina, scilicet, doctrina credẽdorum & doctrina agendorum. Assimilãtur autẽ hinnulis capreæ gemellis, qui acutè vident,& conformitatem habent:quia in doctoribus ecclesiæ facta & dicta sic inter se congruere debent,ac sibi respõdere,vt sermoni vita cõcordet, qui pasci in lilijs perhibentur,ideſt, scripturarum floridis sentẽtijs, & ad castitatis munditiã inuitantibus,in quibus etiã ipse sponsus pascitur. Dilectus meus mihi & ego illi:qui pascitur inter lilia donec aspiret dies,scilicet æternitatis. de qua. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. De manibus sponsæ ita ipsa sponsa loquitur.Cãti.5. Manus meæ distillauerunt myrrhã.Per manus autem,quibus maximè operamur & dimicamus,secũdùm illud.Qui docet manus meas ad pręlium,& digitos meos ad bellum, accipiuntur in ecclesia viri probi actiuę vitæ dediti, qui in campo communicationum huius seculi viriliter se exercentes, & cõstantissimè dimicantes,labores,angustias,amaritudines,ac tormẽta grauissima pro cælestis vitæ desiderio perferentes,clarissima patientię & longanimitatis exempla cæteris reliquerunt. Vnde gloss.super illud.Manus meæ distillauerunt myrrhã dicit, ideſt, exẽplum amara patiendi. De ventre ecclesiæ Cantic.7. sic sponsus cõmendat sponsam. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Per ventrẽ autem, in quo fructus generationis concipitur,& formatur,vt ex glo.colligitur,boni cõiugati designantur. Dicuntur autem aceruus tritici vallatus lilijs. Aceruus propter bonorũ operum abundantiam;quibus boni cõiugati fructus sibi præparãt, quibus perpetuò reficiantur. Tritici,quia pauperum refectioni sollicitè intendunt. Vallatus lilijs,quia vt dicit glo.omnia bona,quę operantur,gratia videndæ claritatis agunt. ¶De cruribus spon sæ potest ratione conformitatis congruenter accipi illud Cant.5.quòd de cruribus spõsi scribitur. Crura eius columnæ marmoreę, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Per crura autem,quæ corporis sunt columnæ, designantur in ecclesia viri sapiẽtia & sanctimonia præstantissimi,qui alios suo robore in ecclesia sustentant & corroborant, vt dicit gl. Vnde de beatis Apostolis Petro, Iacobo,& Iohanne dicit Paulus.Qui videbantur colũnæ esse.glo.ideſt,sustentatio totius ecclesiæ. De pedibus autem ecclesiæ satis apertè habetur Cant.7. vbi inquit sponsus ipse ecclesiæ. Quàm pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis.glo.ideſt.Dei. Per pedes autem,qui totum corpus sustentant & portãt, intelliguntur in ecclesia Apostoli,qui Christi fidem in omnem terram prædicando exẽplis & miraculis coruscãdo deportãt.de quibus Isa. Quàm speciosi pedes euãgelizantiũ pacem, euangelizantium bona. gloss. pedes Christi sunt Apostoli eius prædicationẽ portando, qui speciosi dicti sunt:quia à puluere peccati mundi.Calciamenta autem istorum pedum ecclesiæ testimonia sunt scripturarũ, & sanctorum patrum exempla, propter quã tam admirabilem & speciosam varietatẽ mẽbrorum in sponsa meritò sponsus ait illi. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. Et hęc de significatione membrorũ corporis ecclesiæ prò nunc dixisse sufficiat. Cant.5. Venter. 13 Cant.4

¶In quo ponuntur obiectiones cõtra illud quod dictum est de capite corporis ecclesiæ. Cap. XLV.

SVMMARIVM.

1 *Octo argumenta quibus obijcitur quòd Christus non sit dicendus caput ecclesiæ.*

Contra autem ea, quæ dicta sunt de capite corporis ecclesiæ,arguetur aliquibus rationibus, quòd Christus non sit caput ecclesiæ, vt tandem ex illarum solutione splẽdidior nobis fiat veritas iam dictorũ. ¶Arguitur autem *Arg. primũ*

tem primò, quòd Christus non sit dicendus caput,sed potiùs cor ecclesiæ: quia cor est prĩcipium vitæ in toto corpore,sicut sapiens Salomon dicit. Omni custodia custodi cor tuũ, quoniam ab ipso vita procedit. Sed hoc conuenit Christo,qui totam ecclesiam viuificat. secundùm illud.Sicut in Adam omnes moriũtur: ita in Christo omnes viuificãtur.ergo maximè dicendus est Christus cor ecclesiæ. Et confirmatur:quia prior actus animæ est vitę: secundus est illuminare & sensificare.Et priùs procedit vita à corde in mẽbris,& postea sensus à capite in membris:ergo à primo actu debet Christus magis denominari quàm à secundo:& ita magis deberet dici cor ecclesię quàm caput. ¶Secundò arguitur sic.Si Christus diceretur esset caput ecclesiæ, aut diceretur secũdùm diuinam naturam, aut secundùm humanam:sed nec sic nec sic.ergo nullo modo.Probatur minor pro vtraq; parte: & primò quòd non secundùm diuinam naturam, quia vnius naturæ sunt caput & corpus: sed Christus secundùm diuinam substantiam non est eiusdẽ naturæ cum corpore ecclesiæ,vt de se patet:ergo videtur quòd Christus secundùm diuinam naturã non sit dicendus caput ecclesiæ. Quòd nec secundũ humanam naturam arguitur sic. A capite enim spiritus animalis ad membra diffunditur:sed spiritus sanctus non diffunditur à Christo in ecclesiam secũdùm quòd homo,sed inquantum Deus.dicit enim August. 15.de trinit. quòd Christus non dat spiritum sanctum inquantum homo, sed inquantum Deus. ergo Christo secundùm humanam naturam nõ cõpetit esse caput ecclesiæ. ¶Tertiò sic. Sensus & motus traducitur à capite in membra: sed gratia quæ motum vitæ facit in corpore ecclesiæ nõ est per traductionem ab vno in alium. ergo Christus secundùm hanc similitudinem non potest dici caput ecclesiæ. ¶Quartò,gratia capitis non influit,nisi adeos qui iam sunt membra,& nulli sunt membra, nisi iungãtur per fidẽ & charitatẽ:ergo in nullos influit,nisi in habẽtes fidẽ & charitatẽ:sed habẽtes fidem & charitatem habent motũ & sensum: ergo videtur quòd gratia capitis in nullos influat,nec motum nec sensum.ergo videtur q̃ influere sensum & motum non competat Christo.¶Quintò sic.Capitis non est aliud caput: sed caput Christi est Deus, secundùm illud, Caput Christi Deus. ergo ipse Christus non est caput.¶Sextò confirmatur sic.Vnius corporis vnum est caput:sed Christus est caput ecclesiæ secũdùm diuinitatem: ergo nõ secundùm humanitatem. ¶Septimò

Proverb.4. *Secundum.* *Secũda pars* *Tertium.* *Quartum.* *Quintum.* *1.Cor. 12.* *Sextum.* *Septimum.*

sic.De ratione capitis est quòd habeat omnes sensus qui sunt in corpore.vt dicit Augustin. in epistola ad Dardanũ.sed aliquis sensus spiritualis est in ecclesia, qui non est in Christo, scilicet fides & spes:ergo Christus non est dicendus caput ecclesiæ.¶Octauò. Caput in homine est particulare membrum recipiens influentiam à corde: sed Christus cum sit vniuersale principium ecclesię non recipit aliquã influentiam ab aliquo membro corporis, sed totum corpus ab ipso secundùm illud Iohan. primo.de plenitudine eius accepimus omnes. ergo non est ecclesiæ caput. In oppositũ sunt ea quæ diximus in præcedenti capitulo. *Octauum.*

¶In quo respondetur obiectionibus iam factis. Cap. XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Quòd rectè Christus dicatur caput ecclesiæ secundùm similitudinem humani corporis.*

2 *Tres rationes propter quas potiùs dicẽdus est Christus caput ecclesiæ, quàm cor.*

3 *Spiritus sanctus datur dupliciter authoritate & ministerio.*

4 *In metaphoricis loquutionibus non oportet attendi similitudinem quantum ad omnia.*

RESPONDENTES dicimus,quòd quemadmodum tota ecclesia vnum corpus mysticum dicitur per similitudinem ad corpus naturale hominis, vt suprà declarauimus:ita Christus dicitur caput ecclesiæ secundùm similitudinem humani capitis, in quo est reperire quatuor cõditiones respectu aliorum membrorum singulariter. Prima est quia excellit ea dignitate in tribus,in altitudine situs:quia est prima pars hominis incipiendo à superiori.Secundò in nobilitate propriæ virtutis, scilicet quia nobiliores vires: vt imaginatio memoria & huiusmodi, habẽt locum in capite. Tertiò in perfectione: quia in capite cõgregantur omnes sensus, cùm in alijs mẽbris sit solus sensus tactus. Secunda conditio capitis humani est,quòd à capite sunt vires animales in alijs membris.& sic dicitur principium aliorum membrorum,dans eis sensum & motum. Tertia est, q̃ dirigit alia membra in suis actibus propter imaginationem & sensus qui in eo fontaliter abundant.Quarta conditio siue proprietas est,q̃ est conforme in na *Christus est caput ecclesiæ.* 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

In hexame ron cap. 6. tura alijs membris. Vnde beatus Ambrosius de capite ita loquitur. Primum omnium cognoscamus humani corporis fabricam instar esse mundi: siquidem & cælum eminet, vt aer, terra, mareque velut quædam membra sunt mũdi. ita & caput supra reliquos artus nostri cernimus eminere præstantissimumq; esse omnium, sicut elementa, cælum tanquam arcẽ inter reliqua vrbis mœnia: in hac arce reliquã regalem quandam habitare sapientiam, secundùm propheticum dictum: quia oculi sapientis in capite eius. hanc esse tutiorem, & ex illa omnibus membris vigorem prudentiamque deferri. Ratione autem primæ proprietatis, scilicet perfectionis: omne quod est perfectissimum in quacunque natura siue dignius in aliquo genere, dicitur caput: sicut leo in animalibus, & idem dicitur. Senex & honorabilis ipse dicitur caput. Ratione autem secundæ proprietatis omne principiũ dicitur caput. sicut fons fluminũ. & principiũ vię caput viæ. secundùm illud. Ad omne caput viæ posuisti lupanar tibi. Ratione autem tertiæ proprietatis dicitur omnis rector caput sicut rex dux pontifex, secundùm illud. Cùm esses parvulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es. Quantum igitur ad has tres proprietates capitis Christus potest dici caput & secundùm humanam naturam & secundùm diuinam. Secũdùm diuinam patet primò, scilicet ratione excellentiæ dignitatis & perfectionis: quia secũdùm diuinam naturam est plenitudo in eo omnis diuinitatis, vt dicit Apostolus. Vnde est super omnes Deus benedictus in secula. ¶Secundò patet ratione secũdę proprietatis: quia ab ipso inquantum Deus est in nobis omnis spiritualis gratia. ¶Tertiò patet ratione tertiæ proprietatis, quia ipse Deus mouet regit & dirigit nos in semetipsum. Secundùm etiam humanam naturam competunt hæ proprietates capitis Christo. ¶Primò, quia humana natura in Christo dignissima est. tum ratione altitudinis: quia est vsque ad vnionem in persona diuina exaltata. tum ratione propriæ operationis: quia dignissimum actum habuit in ecclesia scilicet redimere ipsam & ædificare in sanguine suo. tum ratiõe perfectionis: quia omnis gratia in eo est sicut omnes sensus in capite: secundùm illud. Vidimus eum plenum gratia & veritate. Secunda proprietas capitis etiam conuenit ei secundùm humanam naturam: quia per Christum sensum fidei & motũ charitatis accepimus. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Item ibidem. De plenitudine eius omnes accepimus. Tertia proprietas capitis similiter ei conuenit. ipse est enim rex & Pontifex noster. Habemus pontificem qui penetrauit cælos Iesum filium Dei: ipse quidẽ direxit nos doctrina & exemplo. Cœpit autem Iesus facere & docere. Sed quarta conditio cõuenit Christo in humanam naturam tantùm, & hoc complet in ipso rationem capitis. quia Christus secundùm humanam naturam habet perfectionem homogeneam cum alijs, & est principium quasi vniuocum & est regula conformis & vnius generis. Vnde communiter loquendo Christus secundùm quòd Deus potest dici caput ecclesiæ simul cum patre & spiritu sancto: sed propriè loquendo est caput secundùm humanam naturam: & dicitur gratia capitis, secundùm quã prædictæ proprietates ei conueniunt & præcipuè secundùm quòd influit alijs membris. de qua propheta. Sicut vnguentum in capite quod descendit, scilicet à capite in barbam. Barbam, id est in primos qui Christo capiti inhæserunt, & descendit vsque in oram vestimẽti, id est per omnes status ecclesiæ vsque ad finem mundi. ¶Nunc venit respondendum ad argumẽta. Ad primum quod obijcitur, quòd debeat potiùs dici cor ecclesiæ q̃ caput, dicitur quòd potiùs est dicendus caput quàm cor propter tria. ¶Primò: & est ratio sancti Tho. in tertia parte. quia caput habet manifestam eminentiam respectu exteriorum membrorũ sed cor habet quandam influẽtiam occultam: & ideò cordi comparatur spiritus sanctus qui inuisibiliter ecclesiam viuificat & venit capiti. Item comparatur Christus secundùm visibilem naturam, qua homo hominibus præfertur. Secunda ratio est, quam assignat sanctus Thom. in tertio sentent. quia cor est principium omnium membrorum quantum ad esse: vt dicit Philosophus: sed caput est principium aliarum virium, quæ pertinent ad sensum & motum. Et quia cùm dicimus Christũ esse principium membrorum ecclesiæ, non intendimus quantum ad esse naturale secũdùm quòd sunt homines, sed quantum ad fidem & charitatem per quam membra ecclesiæ vniũtur: ideò accommodatiùs dicitur caput quàm cor. Tertia ratio & est magistri Alexand. de Ales in. 3. quòd sicut dicit Augustin. in lib. de spiritu & anima: triplex est vis a nimæ ad corpus, scilicet vis naturalis, quæ operatur ī hepate, sicut est vis nutritiua, digestiua, retentiua & expulsiua, & augmentatiua. Secunda est vis vitalis, quæ operatur in corde. Tertia est vis animalis, quę operatur in cerebro, vnde est motus & sensus in membris. Operationes autem vir-

Esai. 11. *Ierem. 2.* *1.Reg. 15.* *Coloss. 2.* *Roman. 9.* *Iohan. 1.* *Iohan. 1.* *Hebr. 4.* *Actor. 1.* *Psal. 132.* *Ad primum* 2

virtutis naturalis omnino sunt inuoluntariæ nec sunt subiectæ rationi: operationes verò animales omnino sunt subiectæ rationi, & ideo recipiunt imperium ab anima. Operationes autem vitales partim sunt subiectę rationi partim nõ: & ideo partim sunt voluntariæ & partim naturales. Quia autem ille motus qui est à Christo capite in corpus ecclesiæ omnino est secundùm motum voluntarium, qui simpliciter non est naturalis vel vitalis, ideo licèt sint aliquę similitudines propter quas posset Christus dici cor ecclesiæ: nihilominus potiùs debet dici Christus caput ecclesiæ metaphoricè quàm cor vel hepar. Vnde ipse Apostol⁹ Paulus in suis epistolis sępe Christum caput ecclesiæ appellat: cor autẽ non. ¶Ad secũdũ quod obijcitur q̃ Christus non sit caput secundùm diuinam naturã, respondetur, q̃ secundũ illam proprietatẽ capitis, quæ est cõformitas naturæ ad alia membra corporis, Christus non est caput ecclesię, sed bene secundũ alias tres proprietates suprà positas. ¶Ad aliam partẽ eiusdem argumẽti, quod obijcitur q̃ Christus nõ sit caput secundũ humanam naturã, Respõdetur, q̃ dare spiritum sanctũ est dupliciter, scilicet authoritate & ministerio. Authoritate quidem tantũ Dei est, sed ministerio dicũtur etiã sancti homines dare spiritũ sanctum inquantum scilicet per ministerium eorum datur à Deo sicut Paulus dicit. Qui tribuit nobis spiritum. glos. ministerio non authoritate. Et hoc modo Christo secũdũ q̃ est homo cõuenit dare spiritũ sanctũ non authoritatiuè, sed instrumẽtaliter siue ministerialiter, inquãtũ eius humanitas fuit instrumẽtum deitatis. & ita actiones ipsius ex vnitate deitatis sunt nobis saluti fera: vtpote gratiam in nobis causantes & per meritũ & efficaciam quandã. Aug. autem negat Christum secundùm quòd est homo dare spiritum sanctum per authoritatem: instrumẽtaliter autem siue ministerialiter nõ, cùm hoc modo etiã alijs sanctis, vt dictũ est, conueniat dare spiritum sanctum. ¶Ad tertium quod obijcitur, quòd gratia non sit per traductionem, dicendũ: q̃ in hoc quod de plenitudine Christi omnes accepimus, est aliquid simile traductioni, quamuis nõ sit propriè traductio: & hoc sufficit. Est ergo simílitudo quantũ ad ipsum spiritum, scilicet increatum, qui idem numero est in capite & in membris & aliquo modo à capite ad membra descendit non diuisus, sed vnus. Est autem dissimilitudo quantum ad ipsum donum, secũdũ quod spiritus sanctus in nobis habitat: quia illud nõ traducitur de subiecto in subiectũ. sufficit aũt ad hoc q̃ aliquis habeat similitudinẽ capitis similitudo dicta nõ traductionis. ¶Ad quartũ quod obijcitur q̃ caput nõ influat, nisi in vnita mẽbra, dicendum, vt dicit Bonauẽtura in. 3. q̃hoc habet veritatẽ in eo capite, qd habet determinatã potentiã & non põt sibi mẽbra vnire nec de nõ mẽbro membrum facere: sed non habet veritatem nec locum in capite Christo, qui potest secundũ diuinam naturã hoc facere, & secundùm humanam mereri & impetrare, & ita sensum & motum primò influere & continuare. ¶Ad quintũ quod dicitur q̃ capitis non est aliud caput. Dicendũ q̃ in metaphoricis locutionibus nõ oportet attẽdi similitudinẽ quantum ad omnia: sic enim non esset similitudo, sed rei veritas. Capitis igitur materialis nõ est aliud caput: quia corpus humanũ nõ est pars alterius corporis, sed corpus similitudinariè dictum, id est, aliqua multitudo ordinata est pars alterius multitudinis, sicut multitudo domestica est pars multitudinis ciuilis: & ideo parterfamilias qui est caput multitudinis domesticæ habet supra se caput rectorem ciuitatis: & p hũc modũ nihil prohibet caput Christi esse Deum, cũ tamen ipse sit caput ecclesię. Est tamen aduertendum, q̃ Christi caput dicitur Deus non secundũ completã rationem capitis. est enim caput ipsius secundũ q̃ est principiũ eius. Principium aũt est secundũ humanitatẽ & diuinitatẽ: sed inquãtum est principium eius secundũ humanitatẽ deficit quarta cõditio capitis: quæ est cõformitas in natura. inquãtum aũt est principium eius secundũ diuinitatẽ, sic deficit prima: qa pater non habet maiorem dignitatem, q̃ filius qui eiusdẽ maiestatis sunt honoris & gloriæ. ¶Ad sextũ qd obijcitur, q̃ caput recipit influẽtiã à corde, dicendum vt dicit magister Alexander de Ales in. 3. q̃ nõ est per omnia simile d̃ capite & corpore materiali & spirituali: quia in capite materiali ita est, q̃ cũ influat ad corpus & ad singula eius membra: ipsum tamẽ caput indiget alijs membris, vnde alia mẽbra influũt ipsi. Sicut eñ à capite influit sensus ipsi corpori: ita à corde influit vita capiti. & similiter ab hepate influit nutrimentũ ad caput, sine quibus non põt esse caput. Vnde mutuò sibi seruiũt caput & membra: vnde caput materiale nõ solùm se habet in ratione influẽtis ad alia membra, sed etiã in ratiõe recipientis ab ipsis: quia se habẽt in mutua indigentia: ita q̃ membra indigent capite & econuerso. Vnde. Non potest autem oculus dicere manui. opera tua non indigeo: nec caput pedibus. non estis mihi necessarij. Sed Christus secundùm humanitatem, qui est ca-

Ad secundũ *Ad secundã partem.* 3 *Galat. 3.* *Ad tertium* *Ad quartũ.* *Ad quintũ.* 4 *Ad sextum* *1.Cor. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

est caput spirituale respectu corporis spiritualis,scilicet ecclesiæ:non indiget membris suis. vnde se habet ad ipsa solùm in ratione influētis & non ab ipsis recipientis.& ita ex hac potiùs parte competit sibi ratio capitis in qua importatur principium & origo respectu corporis mystici, quàm capiti materiali respectu sui corporis. ¶ Ad septimum respondetur negando consequētiam. Vnde cùm enim Deus & homo vnus sit Christus,per hoc quòd Christus secundùm diuinitatem & humanitatem dicitur caput ecclesiæ, non sequitur quòd ecclesia habeat duo capita. ¶ Ad octauum respōdetur,quòd quicquid perfectionis est in fide, & spe totum conuenit Christo. Solùm autem quantum ad id quod imperfectionis est, de ipso negatur.

Ad septimū

Ad octauū.

¶ In quo declaratur qualiter Christus possit dici membrum ecclesiæ, & qualiter non. Caput. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Capitis nomine quid importetur.Et quid nomine membri.*
2 *Ecclesiæ nomen dupliciter accipitur.*
3 *Christus quomodo Ecclesiæ membrum dici possit.*
4 *Christus quòd nihil accipiat à corpore Ecclesiæ, sed à Deo.*
5 *Christus quòd sit caput excellētia gratiæ,& membrum conformitate naturæ.*

SVRGIT non immeritò ex dictis dubitatio.An scilicet sicut ratio capitis respectu corporis ecclesiæ Christo attribuitur: ita ratio membri eiusdem corporis eidem conueniat. Et videbitur fortasis alicui quòd sic. Tum, quia caput naturale,ad cuius similitudinem Christus dicitur caput ecclesiæ, non modò dicitur caput corporis naturalis,sed etiā membrum illius principale. Nam cor,caput, & hepar designantur principalia membra corporis: ergo similiter Christus potest dici membrum corporis mystici, cùm sit caput illius. Tum secundò ex illo Apostoli.Vos estis corpus Christi, & membra de membro.gl.i.de Christo capite,& cū membro nostro.Sed q Christus secūdū q ratio capitis, & respectu corporis ecclesię ei attribuitur secundū humanitatē dici non possit membrū ecclesiæ,sic ostenditur. Pro quo considerandū cū sancto Tho.in 3.sentē.q in nomine capitis importatur principium,&origo alicuius rei.In nomine autem membri importatur partialitas, quæ repugnat rationi primæ originis: quia in prima origine sunt omnia virtute quę inueniuntur in originatis:& ideo nō potest dici membrum, quod non recipit ab aliquo alio influētiam. quia autem caput in naturali corpore non solum influit alijs membris, sed etiam ab alijs accipit vt nutrimentum & alia obsequia:non tantùm caput, sed etiam commembrum dicitur. Sed Christus secundùm q homo, non recipit aliquid ab alijs mēbris ecclesiæ, sed à solo Deo. Vnde non potest dici membrum secundùm q caput ecclesiæ dicitur ipse secundū humanitatem. Potest autem dici membrum secundū humanitatem:secundū q ipse est caput ecclesiæ secūdùm diuinitatem.Sic enim eius humanitas comparata ad diuinitatē est membrum ipsius diuinitatis quæ est caput:quia ipsa diuinitas, cui est vnita ipsa humanitas, mouet ipsam humanitatem,& sensificat eam sicut caput membra. Et hoc modo Christus est membrū corporis ecclesiæ,cuius caput est ipsa diuinitas.Et sic dicit Apostolus id qđ supra allegatū est. Vos estis corp⁹ & mēbrū de mēbro,id est de Christo capite. Vnde appellat Christū caput secundū humanitatē esse membrum respectu diuinitatis.Præterea sanctus Thomas. in.4.senten.d.49. notat circa hanc partem,q nomen ecclesiæ dupliciter accipitur.Quando que enim nominat tantūmodò corpus, quod Christo coniungitur sicut capiti.&sic ecclesia tantùm habet rationem sponsæ:& hoc modo verè non est ecclesię membrū,sed est caput influens omnibus alijs mēbris.Alio modo accipitur ecclesia secūdū q nominat caput & mēbra cōiuncta.& sic Christus pōt dici membrū ecclesiæ inquantum habet distinctū officium ab omnibus alijs, scilicet influere alijs vitam: quamuis nō multū propriè dicatur membrū, quia membrū importat partialitatem quādā: in Christo autem bonū spirituale non est particularizatum,sed est totaliter integrum. Vnde ipse est totum ecclesiæ bonum, nec est aliquid maius ipse cum alijs,quàm ipse solus.Sic autem loquendo de ecclesia, non ecclesia nominat tantùm sponsam, sed sponsum & sponsam,prout per coniunctionem spiritualem est ex eis vnum effectū. Vnde beatus Aug.ita ait. Vnus dicitur Christus caput & corpus suū. Ipse dicit cùm de coniugio loqueretur, Erūt duo in carne vna.igitur iam non duo,sed caro vna fit.

Probatio prima.

Secunda. 1.Cor. 12.

1 1.Cor.12.

2

3

Sermone.1. August. super psalm. 30.

vna fit.ergo tanquam ex duobus vna quædā persona ex capite & corpore ex spōso & spōsa.Nam vnitatem personæ huiusmodi miram & excellentē cōmendat Esa.Propheta.Nā loquens etiā in eo Christus in prophetia ait.Sicut spōso alligauit mihi mitrā,& sicut spōsam ornauit me ornamēto . Se dixit spōsum:se dixit spōsam. quare se spōsum?quare se spōsam, nisi quia erāt duo in carne vna?hæc Aug. Vn delicet propter hanc variā acceptionē nominis ecclesiæ Christus aliquo modo dicatur mēbrum ecclesiæ,eo scilicet modo, quo superiùs declarauimus,nullo tamen modo pōt dici mēbrū spōsæ.Patet etiā ex dictis respōsio ad obiecta. ¶ Ad primū autē qđ obijcitur , q caput naturale nō tantū dicitur caput,sed etiā membrū corporis: dicēdū est , q nō est per omnia simile de capite naturali corporis materialis, & đ spirituali,sicut dictū est:quia naturale nō solùm influit alijs membris,sed etiā accipit abeis:non sic aūt Christus,qui nihil accipit à corpore ecclesię,sed à solo Deo.Et inde est,q propriè loquēdo Christus nō potest dici propriè membrum ecclesiæ,secundùm q caput ecclesiæ dicitur ipse secūdū humanitatem. ¶ Ad dictū Apostoli. 1.Cor. 12.patet respōsio ex iam dictis.Dictū est ēm. q Apostolus appellat ibi Christū caput secundū humanitatē esse membrum respectu diuinitatis. Vel dicendū vt dicit dominus Petrus de Tarantasia,q Christus est caput excellentia gratiæ,& membrū conformitate naturæ.

Ad primā.

4

Ad secundā

5

¶ Quòd Christus secundū quòd homo, fuit caput fidelium, nō tantū eorum, qui fuerunt post incarnationem,sed etiam illorū, qui à principio incarnationē præcesserūt. Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Christus quòd secundū diuinitatem caput ecclesiæ ante incarnationem fuerit,ostenditur.*
2 *Christus quòd secundùm humanitatem caput fuerit omniū fideliū,qui incarnationē eius præcesserūt*

Christus secundùm fuit caput ecclesiæ

CVM autem ex superiùs dictis circa capit.22.à principio humani generis ecclesia esse cœperit,& ecclesiæ corpus nullo vnquam tempore acephalum fuisse credendum sit:iam restat ostendendum Christū semper à principio,ex quo homines sancti esse cœperunt in terra,caput ecclesiæ fuisse,non modò secundū diuinitatem, sed etiā humanitatē. Quòd autē Christus secūdū diuinitatē caput fuerit ecclesiæ ante incarnationē, non habet dubitationē,cùm ipse Deus principiū,fundator,& illustrator illius sit.Omnes enim, quia à principio humani generis vsq; in finē generantur,virtute diuinitatis illustrantur , & in vnū corpus ecclesiæ tanquā viua membra cōpaginantur.Quòd autem secundū humanitatē Christus caput etiā fuerit omninū fidelium,qui incarnationē eius præcesserunt,patet multipliciter.Primò: quia super fidē humanitatis Christi fundata est ecclesia.Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positū est,quod est Christus Iesus.gl.i.fides Christi, quæ per dilectionem operatur. Vnde glos. super illud.Ipse est caput corporis ecclesię. quęrit:Cū ecclesia ab Abel cœperit , quomodo homo Christus caput est eorum,qui ante fuerunt. Et respōdens dicit,bene:quia ipse est principium ecclesię secundū diuinitatē.i. fundator ecclesiæ: quia omnes iustos, qui ab Abel vsq; ad vltimum iustum generantur, virtute diuinitatis & miserī cordiæ suæ dono illuminauit secundū humanitatem. Potest etiam dici principiū ecclesiæ: quia super fidē humanitatis eius fundata est. hæc glo.Cū ergo ecclesia fundata sit super fidem humanitatis christi,& eadem fides fuerit patrū ante incarnationē & post. Vnus Deus, vna fides . solū enim tempus variatū est,vt ait Augu.quod enim à nobis creditur iam factum esse,id ab alijs futurum esse credebatur:manifestum est Christum caput fuisse fidelium præcedentium incarnationē,sicut sequentium.Et confirmatur. Aut enim dicitur caput ecclesiæ facta incarnatione propter naturā assumptā, in qua hominibus factus est conformis in natura.Aut propter fidem humanitatis eius.Nō primò: quia hac ratione æqualiter infidelium hominum diceretur caput sicut & fidelium iustorum, quod esset inconueniens.Si secundò, scilicet propter fidem , qua creditur Deus & homo:sed fides manet eadē in sanctis ante incarnationē & post.dicit enim Augustf.Eadem fides mediatoris quæ nos saluat, saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis:quia sicut credimus Christum in carne veniſſe, ita illi venturum:& sicut nos mortuū,ita illi moriturum: & sicut nos resurrexisse, ita & illi resurrecturum: & nos & illi ad iudicium viuorū & mortuorum venturum.Ergo videtur,quòd Christus secundū quòd homo,caput sit dicendus præcedentium iustorum,sicut & illorum,

1.Corin.3.

Colloss. 1.

Ephes. 4.

Augusti. li. de nupt. & concup.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui post incarnationem fuerunt. In testimonium huius Mar. 11. legitur, ꝙ qui præibant, & sequebantur, clamabant dicentes, Osanna, benedictus qui venit in nomine domini. Super quo dicit venerabilis Beda. & habetur in glos. & qui præibant, & qui sequebantur clamabãt. præcesserit iudaicus populus, secutus est gẽtilis. Et quia oẽs qui fideles sunt, vel fuerũt, in Chm crediderunt, & credunt: & ꝙ præcũt & ꝙ sequuntur Osanna clamabant, quod salua latine dicitur. ab ipso enim omnes priores etiã salutẽ quærierunt. Benedictus qui venit in nomine domini: quoniam vna fides, vna spes omnium: illi expectabant, & venturum credebant, & nos venisse credimus. hæc glo. Et beatus Gregor. super Ezechi. Et qui præibant, & qui sequebantur clamabant, Osanna, benedictus qui venit in nomine domini. Quia omnes electi qui in Iudæa esse potuerũt, siue qui nũc in ecclesia sunt, in mediatorẽ Dei & hominũ crediderunt: ergo manifestũ est vnum & idem fuisse & esse caput præcedentiũ & sequentiũ fidelium, scilicet Christũ, quem oẽs saluatorẽ clamabant. Itẽ hoc patet ex illo Apostoli. de 1. ad Ti. 4. Christo ita loquentis. Qui saluator est omniũ hominum, & maximè fideliũ. glo. quos saluat hic & in futuro secũdùm corpus & animam. Et beatus Iohan. euangelista loquens de Chri 1. Iohan. 2. sto ita ait. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nõ nostris autem tantũ, sed etiam pro totius mundi. vbi glo. Aug. Non pro nostris tantùm, qui in carne viuimus, sed pro omni ecclesia. Saluare autem homines, aut propitiationẽ esse pro peccatis, competit Christo secundùm ꝙ est caput. ergo relinquitur, ꝙ Christus, etiã secundũ quòd homo, caput fuerit omnium fidelium, qui etiam eius incarnationem præcesserunt. Vnde Aug. tractans illud. Iunior fui et Aug. super psalm. 36 enim senui. Caput nostrũ Christus est: corpus capitis illius nos sumus: nunquid soli nos, & etiam illi qui fuerunt ante nos, omnes qui ab initio seculi fuerunt iusti, caput Christum habent. Illum enim venturum esse crediderunt, quem nos venisse iam credimus: & in cuius fide & ipsi sanati sunt, & nos: vt ipse esset caput totius ciuitatis Hierusalem connumeratis fidelibus ab initio vsq; in finẽ. Cæterùm cùm ecclesia, vt dictum est, dicatur vnum corpus ad similitudinem corporis humani naturalis: in quo membra adinuicem per neruos & iuncturas colligata dicuntur vnum per continuationem: necessariò membra ecclesiæ adinuicem continuari dicenda sunt secundùm prius & posterius in tempore à principio ecclesiæ vsque in finem seculi. Hoc autem non est nisi per fidem Christi, quæ, vt dictum est, vna est in omnibus sanctis. Ergo videtur, quòd Christus à principio ecclesiæ vsque in finem seculi sit dicendus caput ecclesiæ. Amplius per simile ostenditur hoc. In malis caput quædam membra secutum est tempore, & nihilominus dicitur caput eorum. Multò fortius ergo hoc erit in bonis membris, quę influxum sensus & motus suscipiunt à capite. Sed ita est in malis, quòd licèt membra quędã pręcesserint caput tempore, dicuntur nihilominus membra eius futuri capitis. Sicut & antichristo dicit beatus Isidor. Quòd antequam veniat antichristus, multa eius membra pręcesserint, & prævaricationis merito caput proprium præueniũt. Ergo multò fortius credendum est de membris ecclesiæ: quòd licèt aliqua tempore præcesserint incarnationem Christi, nihilominus caput eorum Christus dicendus sit. Ex his autẽ, quæ iam diffinita sunt, apertè confutatur error dicentium, quòd Christus in incarnatione incœpit esse caput ecclesiæ: & ꝙ solũ post incarnationem incœperint homines Christo incorporari. *Isid. in libr. de sum. bon.*

¶In quo ponuntur obiectiones contra hoc, quod dictum est, quòd Christ⁹ secũdũ ꝙ homo, fuerit caput fideliũ, qui incarnationẽ p̃cesserũt. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Christus quòd nõ fuerit caput fidelium, qui incarnationem præcesserunt, obiectiones undecim.*

QVONIAM hæc fidei veritas clariùs eluceſcet, si aliquę obiectiones, quæ contra eam moueri solent, in medium deducãtur, afferemus illas in medium, quibus tandem respondebimus. ¶Obijcitur autem primò sic. Chri- *Argumẽ. 1.* stus ante incarnationem non fuit homo, ergo non est dicendus ante incarnationẽ fuisse caput ecclesiæ secundùm ꝙ homo. Consequentia est manifesta. Quia cùm tales conditiones cõsequentes sint ad esse rei, qñ non erat humanitas, nõ videtur ꝙ potuerit dici Christus caput secundũ humanitatẽ. ¶Secundò sic. Chri- *Secundum.* stus ꝓpriè dicitur caput ecclesiæ per cõformitatem naturæ, quã habet cũ ecclesiæ corpore; sed ante incarnationẽ non erat conformis in natura cũ ecclesia, ergo respectu fideliũ, qui incarnatio-

carnationẽ præcesserunt, Christus nõ potest dici ecclesiæ caput secundũ humanitatẽ. Si dicatur, ꝙ licèt Christus non esset in rerum natura secundũ humanitatẽ, erat tamen in fide patrum. Contra: Christus secũdũ ꝙ est caput *Replica.* ecclesiæ gratiã membris infundit: si ergo ad rationẽ capitis sufficit ꝙ Christus sit in fide credentium, videtur ꝙ æqualis copia gratiæ fuerit in veteri testamento, sicut & in nouo: quod *Tertium.* est falsum. ¶Tertiò sic. Sacramenta veteris legis comparantur ad Christum sicut vmbra *Colossen. 2.* ad corpus: vt dicitur: sed patres veteris testamenti sacramentis illis suo tempore seruiebãt: *Hebræ. 8.* secundũ illud, Exemplaria & vmbræ deseruiunt cœlestiũ: nõ ergo pertinebãt ad corpus Christi: & ita Christus non est caput eorum. *Quartum.* ¶Quartò. Caput cũ sit principiũ membrorũ, non sequitur mẽbra: sed multi sancti præcesserunt Christi incarnationẽ: ergo Christus secun- *Quintum.* dùm ꝙ homo, non est caput illorũ. ¶Quintò. Caput cùm sit principium aliorum membrorum, naturaliter præcedit mẽbra: prius enim egreditur, & postea corpus. Vnde dicit Solinus: Contra naturam est in pedes procedere nascentes. Si ergo corpus mysticum sit ad similitudinem corporis naturalis, vt dictũ est suprà, sequitur ꝙ primò sit caput, & postea mẽbra: ergo respectu eorũ, qui præcesserũt Christi humanitatem, Christus non potest dici ca- *Sextum.* put secundùm ꝙ homo. ¶Item confirmando istã rationẽ arguitur sextò sic. Caput dicitur, quia influit mẽbris sensum & motũ: sed Christus secundũ ꝙ homo non influebat ecclesiæ ante incarnationem, cũ nondũ esset homo: & quod non est, nõ põt agere: & per consequens non poterat dici caput illius. processus est notus. Si dicatur, ꝙ licèt nondũ esset in rerum na- *Septimum.* tura, erat tamen in fide patrũ. ¶Cõtra confirmando rationem factã arguitur septimò sic. Omnis propositio, cuius subiectum est ens rationis, & prædicatum est ens naturæ est falsa. sicut si dicatur, Genus currit, & species ambulat. sed Christus secundũ quòd est in fide significatur vt res rationis. Cùm igitur esse caput, vel influere, dicat rem naturæ, videtur ꝙ hæc propositio sit falsa, Christus secundùm quòd *Octauum.* est in fide patrum est caput ecclesię vel influit ecclesiæ mẽbris. ¶Octauò sic. Caput est principium membrorũ suorum: sed Christus secundũ quòd homo non potest dici principium ecclesiæ à principio, sed solùm secũdùm diuinitatem: sicut colligi videtur ex gloss. Lucæ. 3. super illud. Factũ est verbũ domini. vbi dicitur, ꝙ ecclesia non ab homine, sed à verbo. ergo Christus secundũ ꝙ homo, nõ est dicendus caput ecclesiæ ab initio. ¶Nonò sic. Dicit *Nonum.* Aug. super psal. 198. Verbũ caro factũ est, vt fieret caput ecclesiæ. Verbũ enim ipsum non est caput ecclesiæ: sed vt etiã esset caput ecclesiæ carnẽ assumpsit: ergo id quod prius. ¶De- *Decimum.* cimò ꝙ simile idem probatur sic. Super illud primæ Tim. i. Regi seculorũ. dicit glo. sic. Hòmo assumptus à verbo ex eo tempore rex est futurorum, ex quo assumptus est à verbo. nã præteritorũ seculorum non extat rex homo ille, quia non erat: hæc glos. Ergo pari ratione Christus secundùm ꝙ homo, nõ est dicendus caput ecclesiæ secundùm tempus præteritum cùm tunc non esset homo. ¶Vndecimò eccle- *Vndecimũ.* sia fuisset etiã si homo non peccasset: non aũt tunc verbũ Dei humanam naturã assumpsisset. vnde gl. super illud. 1. Tim. 1. Christus Iesus venit in mundũ peccatores saluos facere. dicit gl. Aug. Nulla causa veniendi Christo domino, nisi peccatores saluos facere: tolle vulnera, tolle morbos, & nulla est causa medicinæ. Ecclesia autem sine capite esse non potest. ergo Christus non est caput ecclesiæ secundùm humanam naturã. Et confirmatur. Quia vnius *Cõfirmatio* corporis, vnũ est caput: sed Christus caput est ecclesiæ secundùm diuinitatem, ergo non secundùm humanitatem. ergo. &c.

¶In quo respõdetur ad obiectiones iam positas. Caput. L.

SVMMARIVM.

1 *Christus homo licèt ante incarnationẽ nõ esset in rerum natura, ꝙ tamen erat in fide patrum.*
2 *Christo ꝙ ratio capitis dupliciter secundũ humanitatẽ conuenire posit.*
3 *Chr̃us secũdũ ꝙ homo, ꝙ sit mediator inter Deũ, & hominẽ, & dupliciter nos iustificare dicat.*
4 *Christus secũdũ ꝙ homo, ꝙ principiũ ecclesiæ in quãtũ i fide hũanitatis ei⁹ fundata est, dici posit.*

ADrationes autem prædictas, quibus probatur, ꝙ Christus *Responsio.* non fuerit caput secundùm ꝙ homo omniũ fidelium à principio nascentis ecclesiæ, facilis responsio est. Dicimus enim, quòd corpus ecclesiæ nunquam fuit acephalum, sed semper habuit Christum caput secundùm diuinitatem & humanitatem, vt plenè induximus. Licèt enim Christus secũdùm humanitatem non esset à principio mundi: fides tamen de eius diuinitate & humanitate, secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dùm quam omnium membrorum colligatio erat ad ipsum & inter se semp à principio fuit. Vnde Augusti. ad Optatum. Eadem est fides nostra & antiquorũ: proinde cùm omnes iusti siue ante incarnationem, siue post nec vixerunt nec viuant nisi ex fide incarnationis Christi, profectò quod scriptum est, scilicet Auth. 4. Non est aliud nomẽ sub cœlo in quo ōporteat saluari nos. ex illo tempore valet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam est vitiatum. hæc Augustin. Vnde licèt Christus, secũdùm quòd homo, tempore multos sanctos secutus fuerit: nihilominus omniũ caput dicendus est. Cuius exemplum Augustin. libr. de catechizãdis rudibus ponit, quod exemplum habetur Genes. trigesimosexto. de filijs Iudæ: in quorum natiuitate Zarам prior eduxit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum dicens. Iste egredietur prior. illo verò retrahente manum, egressus est alter. Et dicit Augustin. quòd sicut Zarам dum nasceretur prior emisit manum, postmodum caput secutum est, deinde cætera membra, sed tamen caput dignitate & potestate præcellit, licèt tempore sequeretur: ita Christus mediator Dei & hominum in Patriarchis & Prophetis præmisit manum ante quam appareret in eo ne vinculis legis superbum populum cõstringeret, siue comprimeret. Tempore autem nascendi secutum est caput toti ecclesiæ, cui adhæserunt omnes fideles. Relinquitur ergo quòd fuit caput fidelium præsentium, & antiquorum. ¶ Ad primũ obiectum in contrarium dicendum vt dicit Alexan. de Ales in. 3. quòd Christus non dicitur caput, eo quòd est homo in re: sed eo, quòd est homo in fide, in qua creditus est esse homo, ideo est caput: hoc enim modo similiter se habet ad antiquos & præsentes, quia est eadem fides horum & illorum, vt dictum est. Vel dicendum & breuiùs, vt dicit sanctus Thom. quòd licèt homo Christus ante incarnationem nõ esset in rerum natura, erat tamen in fide patrum: & hoc sufficiebat ad rationem capitis: vt magis ex dicendis apparebit. Ad probationem quando dicitur, quòd conditiones sequuntur esse rei, & ita esse caput cõsequitur esse humanitatis in Christo: respondetur dupliciter. Primò, quòd sicut esse creditum filium Dei assumpturum humanitatem non ponit filium Dei esse hominem cùm creditur, sed in aliquo tempore futurum esse: sic nec conditio, qua dicitur caput. Vnde non est simile de capite corporis naturalis, & de capite corporis mystici. Secundò respondetur, quòd ratio capitis dupliciter Christo secundùm humanitatẽ potest conuenire. Vno modo per actionem suam in nos, merẽdo nobis & satisfaciendo pro nobis: & hoc modo conditio capitis sequitur esse rei. Alio modo potest conuenire sibi ratio capitis per actionem nostram in illum, inquantum credendo in eum, iustificamur: & hoc modo conditio capitis non sequitur esse rei in natura, sed esse rei in fide. Et ita in proposito, sicut clariùs ex dicendis habebitur. ¶ Ad secundum quòd ob iicitur de conformitate naturæ, patet responsio ex dictis. Licet enim Christus ante incarnationem non fuerit actu conformis naturæ cum hominibus: erat tamẽ fides infallibiliter, quòd per assumptionẽ humanitatis talis erat futurus. ¶ Ad replicam autem quę fit, q̃ sequerẽtur ex solutione ista, q̃ æqualis copia gratię fuisset in veteri testamẽto & in nouo, negatur consequentia: quia vt dicit sanctus Tho. in q. de veritate. Cùm ante incarnationem nõ esset meritum Christi in actu & satisfactio, ideo nõ erat tanta plenitudo gratiæ, sicut est post. Præterea dicit sanctus Tho. Tanta gratiæ influentia non fuit ante incarnationem, quãta est modò: quia tunc nondum remotum erat obstaculum, nec sacramenta gratiæ erant exhibita sicut mõ sunt. ¶ Ad tertium, in quo obijcitur, quòd patres veteris testamenti deseruiebãt sacramentis legalibus, dicendum vt ait sanctus Thom. in tertia parte. quòd sancti patres non insistebant sacramentis legalibus tanquã quibusdam rebus, sed sicut imaginibus, & vmbris futurorum. Idem autem est motus in imaginẽ inquantum imago & in rem: vt patet per Philosophum in lib. de memoria & reminiscẽtia. & ideo antiqui patres seruando legalia sacramenta, ferebantur in Christũ per fidem & dilectionem eandẽ, qua & nos in Christum ferimur: & ita patres antiqui pertinebant ad idẽ corpus ecclesiæ ad quod nos pertinemus: & ita respectu omniũ fidelium Christus caput est. ¶ Ad quartũ quod obijcitur, quòd caput non sequitur membra, sed præcedit, respondetur: q̃ quamuis Christus nõ fuerit incarnatus tempore patrum veteris testamenti, erat tamẽ incarnatio ipsa in Dei ordinatiõe & in fide ipsorum patrum, per quam fidẽ iustificabantur: quia tempora mutata sunt, & non fides, vt dicit Augustin. ¶ Ad quintum quod inductum est pro confirmatione præcedentis, quòd caput naturaliter præcedit membra: respõdetur, quòd non est simile de capite corporis naturalis, & de capite corporis mystici in hac parte: quoniam caput corporis naturalis præcedit, siue est ante alia membra exteriora, quod dicitur

Ad primũ. 1 2 Ad secundũ Ad replicã. Ad tertium Ad quartũ. Ad quintũ.

dicitur propter eor, quod est simpliciter primum membrum. Caput autem corporis mystici non præcedit tempore omnia membra sui corporis. Vnde glos. Augustin. super illud psalm. 67. Quousque irruitis in hominem. dicit sic. Ad caput pertinent membra, quæ ante caput prodierũt: sed nũquid prodierũt aliqua ante caput? Vtiq; quia caput dicit in psal. 70. Mater Siõ. vnde diceret mater Siõ, nisi aliqua præcessissent, de quibus natus fuisset? præcedit tamẽ membra sua dignitate & perfectione virtutis. Vnde dicit Apostolus de eo. Ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis: vt sit ipse in omnibus. glos. tam prioribus q̃ sequentibus primatũ tenens. Et dicit idem Apostolus. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundùm spiritum sanctificationis. glo. id est sine meritis sola gratia prælectus vt esset caput nostrũ. Cũ autem ratio capitis ex dignitate & non temporis prioritate accipiatur, apertè datur intelligi rationes omnes, quæ fiunt ex prioritate temporis, qua multa tempora præcesserunt Christi incarnationem, non procedere. ¶ Ad sextũ quod obijcitur: quòd Christus ante incarnationem secundùm quòd homo non influebat membris: respondetur vt sanctus Thomas dicit in quæstione de veritate. quòd Christus secũdùm quòd homo mediator est inter Deum & homines: vt dicitur Timot. 1. Vnde sicut Deus dicitur nos iustificare dupliciter, scilicet per actionem suam, inquãtum est causa efficiens nostræ salutis: & per operationem nostram, inquantum est finis à nobis creditus & amatus: ita etiam Christus secundùm quòd homo dupliciter nos iustificare dicitur. Vno modo secundùm suam actionem, inquantum nobis meruit, & pro nobis satisfecit: & quantum ad hoc non poterat dici influere membris: & ita nec caput ante incarnationẽ. Alio modo per operationem nostram in ipsum, secundùm quod dicimur per fidem eius iustificari: & per hunc modum poterat esse caput ecclesiæ ante incarnationem secundùm humanitatem: vtroq; autem modo est caput ecclesiæ secundùm diuinitatem antè & post. Argumẽtum autem non procedit: quia Christo conuenit ratio capitis non solùm per actionem suã, ad quam requirebatur existentia realis humanitatis Christi, vt ratio probat, sed etiam per actionem nostram in ipsum, ad quã sufficit existentia fidei in cordibus fidelium de futura incarnatione eius. ¶ Ad septimum quoḃ obijcitur: quòd esse caput dicat rem naturæ. &c. respondetur, negando minorem. Quoniã vt sanctus Thomas dicit in quæstione de veritate, esse caput, vel influere per actionem nostram in ipsum Christum inquantum in eum credimus, non est prædicatum quòd sit res naturæ, sed quòd sit res rationis, vnde ratio non procedit. ¶ Ad octauum quod obijcitur: quòd Christus non posit dici principium ecclesiæ secundùm quòd homo: respondetur, quòd assumptum est fictum: quoniam, vt suprà habitum est ex gl. Colossens. primo. Christus etiam secũdùm quòd homo, principium potest dici ecclesiæ inquantum in fide humanitatis eius fundata est. Ad glos. super Luc. dicendum, quòd nõ loquitur de homine Christo, qui erat Deus & homo: sed de alio homine, qui erat tantum homo, sicut Iohannes Baptista. ¶ Ad nonum respondetur, quòd Augustinus non negat simpliciter Christum caput fuisse ecclesiæ ante incarnationem secundùm aliquas capitis conditiones: cùm in superioribus deductum sit ex dictis Augusti. oppositum: sed negat eum caput fuisse ante incarnationem quantum ad proprietatem, siue conditionem conformitatis naturæ, quæ est inter caput, & membra: ante quippe incarnationem inter verbum & homines non erat huiusmodi conformitas. ¶ Ad decimum quod obijcitur, quod Christus non fuerit rex seculorum præteritorum secundùm quòd homo. & cætera. Dicendum, quod non est simile de ratione regis, & ratione capitis: quia cùm rex dicatur à regendo, non potest competere potestas regendi non existenti in rerum natura. Ratio autem capitis cùm Christo attribuatur non solùm per actionem suam in nos, sed etiam per actionem nostram in ipsum inquantum in ipsum credimus, sicut sæpe dictum est, non solùm præsentium & futurorum fidelium Christus dicitur caput, sed etiam præteritorum, qui in ipsum credentes iustificabantur. ¶ Ad vndecimum, in quo arguitur, quòd ecclesia fuisset & si non peccasset. & cætera. Dicendum cum sancto Thom. in quæstione de veritate. quòd suppositã illa positione, quòd Christus non fuisset incarnatus si homo non peccasset: Christus ante peccatum fuisset caput ecclesiæ secundùm diuinam naturam solùm: sed post peccatum oportet quòd sit ecclesiæ caput secundũ humanã: nã natura humana sic vulnerata, & ad sensibilia demersa esset, vt ad inuisibilem verbi gubernationẽ nõ sit sufficienter idonea: vnde oportuit medicinã vulneri adhiberi per humanitatẽ Christi per quã Christus satisfecit. Oportuit ergo, q̃ visibilem naturam assumeret, vt

Ad octauũ 4 Ad nonum Ad decimũ Ad vndecimum. Ad septimũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

per visibilem gubernationem ad invisibilia homo revocaretur. Et ad confirmationem respondetur negando consequentiam: quia Deus & homo unus est Christus. Unde per hoc quòd Christus sit ecclesiæ caput secundū humanitatem & secundum divinitatem, non sequitur, quòd ecclesia habeat duo capita.

¶In quo circa prædicta confutatur vnus error nouellus. Caput. LI.

SVMMARIVM.

1 *Error quorundam, dicentium, quòd Christus ante incarnationem caput ecclesiæ non fuerit. &c. confutatur.*

Error nouellorum.

CONTRA hoc, quod dictum est iam, quòd Christus fuerit caput ecclesiæ à principio ipsius ecclesiæ, & non à tempore suæ incarnationis, surrexit diebus nostris opinio (si opinio, & non error dicenda sit) quorūdam dicentium sicut in scripturis eorum legimus, Quòd Christus ante incarnationem nō fuerit caput ecclesiæ: nec per consequens ante incarnationem incœperit ecclesia secundum suam formalem denominationem quā dicūt ecclesiā suscipere ex Christi incarnatione per gratiā vnionis, vnde habet ipsa ecclesia, quòd quasi personaliter vniatur cum Christo. Quātum verò ad id quod est materiale in denominatione ecclesiæ dicūt eam incœpisse à tempore Adæ vel Abel: quia tunc (aiunt) incœperūt iusti sub fide Christi viuere. & ad hoc talem inducunt rationem. Eiusdem quippe naturæ debet esse caput & membra. hoc patet vt manifestat August. in sermone de verbis domini. sed ante Christi incarnationem verbum non erat caput ecclesiæ. vt vult Augustinus super psal. 194. Ait enim: verbum caro factum est vt fieret caput ecclesiæ. verbum enim ipsum nō est caput ecclesiæ: sed vt esset caput ecclesiæ carnem assumpsit, & corpus Christi sit ecclesia, vt patet per Aug. vbi suprà. igitur ipsa ecclesia tūc incœpit secundum suam formalem & actualem denominationem, quando Christus humanam naturam assumpsit, & tunc fideles incœperāt ei tanquā membra incorporari, vt fuerit vnum ex capite & membris, quod est ecclesia. Hæc in forma vnus illorū. Opinio istorum nostro iudicio sustineri non pōt, & decepti sunt profectò ex mala intelligētia dictorū beati Aug. Et in hoc etiā peccauerūt, q̄ multa dicta Aug. quæ magis piè explanāda erant, q̄ extendenda, sicut possent exēpla plurima dari, ipsi induxerūt sicut iacēt in assertionē opinionū suarū. Cōclusio enim eorū falsa est: fundamēta quæ inducūt infirma: ratio, qua cōclusionē roborare nitūtur, invalida. Cōclusio quippe quo ad oēs partes falsa est vt patet primò ex authoritatibus inductis circa. c. 22. vbi de ecclesiæ antiquitate disputatum est. Patet etiā ex illo Aug. super psal. 36. qui tractāns illud. Iunior fui, etenim senui. ita de ecclesia sub nomine corporis loquitur. Dīs enim ipse in corpore suo, quod est ecclesia, iunior fuit primis tēporibus, & ecce iam senuit nostris: & agnoscitis & intelligitis: quia in hoc positi estis: & ita creditis: quia caput nostrū Christus est: corp⁹ capitis illius nos sumus: nūquid soli nos & nō etiā illi qui fuerūt ante nos oēs qui ab initio seculi fuerūt iusti caput Christū habēt: illū enim esse venturum crediderunt quem nos venisse iam credimus: & in eius fide ipsi sanati sunt in cuius & nos: vt esset & ipse totius caput cinitatis Hierusalē omnibus cōnumeratis fidelibus ab initio vsq; in finē. & infrà. Corpus autē Christi, quod est ecclesia, tanq̄ vnus quidē homo primò iunior fuit, & ecce iam in fine seculi in senecta pinguit est. hæc Aug. ex qua auth. clarè habetur oppositū cōclusionis illorū. Prętera gl. sup illud Apostoli. Ipse est caput corporis ecclesię. q̄rit sicut suprà dictū est. Cū ecclesia ab Abel incœperit, quomodo hō Christus caput est eorū, qui tunc fuerūt. respōdens dī. bñ. Quia ipse est principiū ecclesię secundū divinitatē. i. fundator ecclesię: quia oēs iustos, qui ab Abel vsq; ad vltimū iustū generantur, virtute divinitatis & misericordiæ suæ dono illuminauit. Secundū humanitatē potest etiā dici principiū ecclesiæ: quia super fidē humanitatis eius fundata est. hæc gl. Prætera ratione ecclesiæ corpus semper fuit à principio humani generis: vt inductū est ex dicto Augu. & non est dicēdū, q̄ acephalū fuerit ante incarnationē. ergo necessariò oportet confiteri, q̄ caput habuerit: sed non nisi Christum, quem pater dedit caput super omnē ecclesiam, quæ est corpus eius. Pertransimus plura alia ad hāc rem pertinētia: tum quia in superioribus multa induximus, & infrà in capitulis dicendis pro locorum congruitate tangemus aliqua. Cæterum fundamenta prædictæ propositionis falsa esse videntur: cum à communi doctrina illuminatissimorum doctorum aliena sint, & separata. ¶ Primò quidem illud, quod

Coloss. 1.

Coloss. 1.

quod præsupponunt, q̄ in denominatione ecclesiæ materialis sit vnitas fidei, sub qua iusti

Roman. 1. seruiunt Deo: quæ autem cū sit fides, quæ per dilectionem operatur: hac quippe iustus viuere & Deo seruire dicitur. falsum est quod dicunt. imò fides formata est id quod est formale & actuale in denominatione ecclesiæ: quod sic facile ostenditur. Quia fides, quæ per dilectionem operatur, est id, quo quis simpliciter & actualiter in statu præsentis vitę Christi mēbrū dicitur, & corporis ecclesiæ: & quo sublato, nullus homo in hac vita præsens membrū dicitur Christi, aut corp⁹ eius: vt superiùs multis testimonijs ostēsum est. Vnde gl. super illud. Vos estis corpus Christi, dicit. fidei vnitate Christi capitis. Et qui non habet spiritum Christi non est eius, scilicet mēbrum vt ait gl. Præterea quod dicunt, q̄ formale in denominatione ecclesiæ sit conformitas naturæ quæ provenit ex incarnatione Christi, falsum est. Tum primò: quia talis naturę conformitas cō munis est bonis & malis, præscitis & prædestinatis: omnes planè homines vnum sunt specie cum homine Christo. Tum secundò: quia talis conformitas naturæ nihil ponit formale in ecclesia, vnde ipsa magis in quibusdam quàm in alijs habeat denominari corpus Christi: & etiam nunc denominari, & non antè. nisi velint aliquod novum genus vnionis fingere, quod nondum antiqua patrum traditione cognouimus: quare illud quod dicit, quòd per gratiam vnionis, quæ propria fuit Christo, aliqd formale redūdet in ecclesia vniuersali, vnde ipsa dicatur nouiter corpus Christi, & nouiter Christo compaginata, & nō antè, fictum esse videtur, & contra sanam doctrinam patrum ecclesię. Verùm de hac vnione corporis ecclesiæ cum Christo, quam isti innuere vidētur, inferiùs pro satisfactione conscientiæ nostræ aliquid dicemus. Ratio autem, qua vtuntur ad probandum conclusionem præfatam, etiam nullius roboris est: quoniam Augustin. in authoritate illa non intendit ita filium Dei incarnatūesse, vt nobis esset caput, q̄ velit ipsū negare ante incarnationem caput fuisse corporis ecclesiæ: cùm ipse in multis locis oppositum doceat: sed vult docere iuxta communem doctrinam clarissimorum doctorum theologorum, quòd verbum caro factum est, vt esset nobis caput, non simpliciter, sed quantum ad conditionem actualis conformitatis vnius naturæ cum corpore suo, quod est ecclesia. Principaliùs autem videtur importari in ratione capitis principium & origo eius, cuius est caput, quàm conformitas vnius naturæ cum mē

1. Cor. 12. Roman. 8.

bris. Vnde Apostolus dicit. Caput Christi Deus. & Christus dicitur caput omnis principatus & potestatis: etiam angelicæ secundùm glos. & tamen deficit conformitas naturæ inter eas. Cæterùm diabolus etiam caput dicitur omnium iniquorum hominum: licèt conformitate tantùm peruersæ voluntatis, & nō naturæ iniqui incorporentur ipsi diabolo. Superfedemus à pluribus alijs: quia circa capitu. 48. sufficienter demōstrauimus, qualiter Christus secundū quòd homo, caput fuerit omniū fidelium, qui præcesserunt incarnationē suam. & circa cap. l. in quo soluimus omnes rationes adductas in contrarium.

1. Cor. 12. Coloss. 2.

¶In quo declaratur, quomodo soli Christo homini Deo conueniat esse caput ecclesiæ, & quomodo nō soli, sed alijs. Caput. LII.

SVMMARIVM.

1 *Christo homini Deo soli an conueniat esse caput ecclesiæ.*
2 *Capitis duplex acceptio notatur.*
3 *Caput quomodo in alia membra dupliciter influat.*
4 *Caput esse ecclesiæ, quòd aliis conueniat personis, quàm personæ Christi, ostenditur.*

MERITO venit quærendū pro pleniori intelligentia materiæ præsentis. An soli Christo homini Deo conueniat esse caput ecclesiæ. Et arguitur multipliciter quòd non. 1

¶Primò sic. Ex illo. Caput mulieris vir: caput viri Christ⁹: caput Christi Deus. gl. Diuina est sentia vel trinitas caput Chri secūdū q̄ homo: qa diuinitas, vtpote creatrix, caput est naturæ assumptæ. Si ergo trinitas est caput Christi secundū q̄ homo, & Christus secūdū humanitatē caput ecclesię est: ergo multo magis ipsa trinitas est caput ecclesię: & ita patri & spūi sctō cōuenit caput esse ecclesiæ, & nō soli filio dei. cōsequētia patet: & assumptū p oēs ptes suas notū est. ¶Secūdò sic. Quicquid cōuenit filio Dei p̄ diuinitatē, cōuenit patri & spiritui sancto: sed esse caput ecclię cōuenit Christo etiā secūdū diuinitatē, vt patet: ergo & pri & spūi sctō. Cōsequētia videtur nota. ¶Tertiò. Rō capitis sumitur ab influentia, qua mēbris influit sensum & motū, vt superius tactū est: sed cū à spū sctō fluat ois gratia, ab eo ois sensus & motus

Arg. primū 1. Cor. 11.

Secundum.

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus spiritualis emanare dicendus est.ergo ipsi spiritui sancto conuenit ratio capitis. ¶Quarto sic.Dicitur enim.Cùm esses paruulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es.sed vna est ecclesia in nouo & veteri testamento, vt suprà sæpe commemoratum est. ergo alij quàm Christo conuenit esse caput ecclesiæ. *Quartum.* *1.Reg.13.*

¶Quintò sic. Christus ex eo quod præest ecclesiæ non solùm dicitur caput, sed etiam pastor & fundamentum ecclesiæ. Sed nõ solum sibi retinuit Christus nomen pastoris: secundùm illud.Cùm apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcesibilem æternæ gloriæ coronam. Nec etiam nomen fundamenti,secundũ illud. Murus ciuitatis habens fundamẽta. 12.per quæ, vt dicit glo. 12. Apostoli intelliguntur.ergo videtur, q etiam nec nomen capitis sibi soli retinuerit. ¶Sextò confirmatur sic.Dictum est Petro à Christo. Tu vocaberis cephas.sed cephas dicitur caput secundùm vnam interpretationẽ. Vnde cephas enim græcè, idẽ est quod caput latinè. ergo Petrus fuit caput ecclesiæ. ¶Septimo sic.Ex hoc Christus dicitur caput ecclesiæ,q gratiam influit membris sui corporis,quod est ecclesia,sed etiam alijs pertinet gratiam alijs præbere. secundùm illud. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est, ab ædificatione fidei,vt det gratiam audientibus.ergo videtur,quòd alijs quàm Christo conueniat caput esse ecclesiæ etiam in ratione influentiæ. ¶In oppositũ arguitur sic ex superiùs dictis,quòd solus Christus habet hæc duo,quæ concurrũt ad plenam rationem capitis respectu ecclesiæ,quæ sunt influẽtia spiritualis sensus,& motus in totum corpus ecclesiæ, & naturæ conformitas cùm eo.ergo soli ipsi competit ratio capitis & corporis ecclesiæ.Consequentia cũ assumpto est manifesta. Item arguitur ex illo Apostoli. Ipsum dedit pater caput super omnem ecclesiam,quæ est corpus eius. ¶Pro declaratione præsentis quæstionis sunt duo notanda. Primò, quòd caput dicitur dupliciter,communiter,& propriè. Secundùm quòd communiter accipitur,aut dicit solam excellẽtiam perfectionis : & hoc modo omne quod est perfectissimum, siue nobilissimum in quacunque natura, dicitur caput: sicut leo in animalibus. Aut solam rationem principij:&hoc modo omne principiũ viæ dicitur caput viæ: sicut fons est caput fluminum: secundùm autem rationẽ principij tota Trinitas dicitur caput Christi secũdùm quòd homo.vnde in authoritate inducta,cùm dicitur, Caput Christi Deus.ly Deus,non supponit solam personam patris,sed totam trinitatem,à qua in humanitatem Christi sicut à perfectiore omnia bona deriuantur, & cui humanitas Christi subijcitur.Dicitur etiã tota trinitas hoc modo caput ecclesiæ: quoniam ab ipsa omnis spiritualis influentia in ecclesiam descendit,cùm opera diuinitatis ad extra sint indiuisa.vt ait Aug. Secundò accipitur caput propriè, prout scilicet cum ratione principij dicit cõformitatem naturæ cum eo, cuius dicitur esse caput:& secundùm hanc rationẽ Deus pater caput Christi dicitur etiam secundùm diuinitatem:habet enim respectu illius & rationem principij, & cum eo vnitatem naturæ:secũdùm illud psalmi. Filius meus es tu ego hodie genui te. Capiendo autem hoc modo caput, soli Christo conuenit caput esse ecclesiæ : qui solus naturam humanam assumens,in similitudinem hominum factus, habitu inuentus est vt homo. Per hanc verò conformitatem naturæ habet perfectionem homogeneam cum membris, &sic quasi principium vniuocum, & regula conformis & vnius generis. vt dicit sanctus Thomas in tertio. ¶Vlteriùs dicendum cum eodem sancto Thoma in tertia parte. quæstione octaua.articul.quinto.quòd caput in alia mẽbra influit dupliciter. Vno modo quodam intrinseco influxu, prout motus, seu vis motiua & sensitiua à capite deriuatur in alia membra. Alio modo secundùm exteriorem quandam gubernationem, prout scilicet secũdùm visum,& alios sensus, qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiæ non est ab alio,nisi à solo Christo,cuius humanitas ex hoc quòd est diuinitati cõiuncta,habet virtutem iustificandi. Sed influxus in membra ecclesiæ quantum ad exteriorem gubernationẽ potest alijs conuenire.&secundùm hoc aliqui alij possiunt dici capita ecclesiæ. secundùm illud Amos.6. Optimates capita populorum. distinguuntur tamen à Christo. Primò quidem quãtum ad hoc,quòd Christus est caput omnium, qui ad ecclesiam pertinent secundũ omnem locum,& tempus, & statum. Alij autem homines dicunt capita secũdũ quædã spiritualia loca,sicut epi suarũ ecclesiarũ. Vel etiã secundũ determinatũ tps:sicut caput totius ecclesiæ est papa tẽpore sui põtificatus,& secundũ determinatũ statũ,prout.s.sunt in statu viatoris.Secũdò est dria in hoc:quia Chris est caput ecclesiæ ,ppria vnitate & authoritate.Alij verò dicũtur capita inquantũ vicẽ gerũt Christi.secundũ illud.Nã ego quod donaui si quid donaui propter vos in persona Christi.gl.hoc feci

Quintum. *Ioban.10.* *1.Corin.3.* *1.Petr.5.* *Apocal.21* *Sextum.* *Ioban.1.* *Septimum.* *Ephes.4.* *In oppositũ* *Ephes.1.* *Notabile primum.* *1.Cor.11.* *Ephes.2.* *Secundũ notabile.* *2.Cor.2.*

feci in persona Christi, ac si ipse Christus condonaret. Et Pro Christo legatione fungimur tanquã Deo exhortante p nos. ¶His habitis, patet responsio ad argumenta in contrarium. *2.Corin.5.* *Ad tria prima.*

4 Ad tria prima respondetur iuxta distinctionem positam in primo notabili,concedendo, quòd alijs conueniat personis quàm personæ Christi:imò toti ipsi trinitati conuenit esse caput ecclesiæ: vt declarauimus parum antè:secundùm q ratio capitis sumitur à sola ratione principij. Si verò accipiatur à ratione principij cum conformitate naturæ, quæ est acceptio magis propria, sic soli Christo conuenit caput esse ecclesiæ. & sic argumenta non procedunt. ¶Ad alia etiam tria argumenta sequẽtia vnapatet responsio:quoniam authoritates inductæ intelligũtur secundũ q ratio capitis attenditur secũdũ exteriorẽ gubernationem. prout rex dicitur caput regni:qm̃ alijs à Christo cõuenit caput esse.differunt tamen à Christo sicut iam dictum est. ¶Ad vltimam rationem respondetur,q in dicto illo Apostoli nõ intelligitur homo dare gratiã audientibus,gratiam interiùs influendo,sed exteriùs persuadẽdo ad ea quæ sunt gratiæ.& ideo argumẽtum non procedit. In spirituali verò quomodo cõpetat summo pontifici caput esse vniuersalis ecclesiæ,in.2.lib.huius operis opitulante Deo declarabimus. *Ad alia tria* *Ad septimũ*

¶In quo declaratur, quòd nõ tãtùm quantum ad animas, sed etiam quantũ ad corpora Christus caput sit fideliũ. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Christus quòd sit caput ecclesiæ, siue fidelium quãtum ad animas,& quantum ad corpora,sed principaliter animarum,& secundariò corporum.*

2 *Corpora nostra qualiter continuationem aliquo modo ad corpus Christi habeant, ostenditur.*

OSTENSO IAM qualiter Christus caput sit fidelium quo ad animas quibus influit sensum fidei & motum charitatis: quærendum nobis est,quomodo etiam caput dicendus sit fidelium quoad corpora.Et videtur aliquibus rationibus q nõ.Primò sic.Christus Deus est caput ecclesiæ inquantum influit spiritualem sensum & motum gratiæ in ecclesiã:sed huiusmodi spiritualis sensus & motus capax nõ est corpus hominis:ergo Deus nõ videtur esse caput hominũ secundũ corpora,sed tantũ secundùm animas.¶Secundò sic.Capitis ad mẽbra & ecõuerso oportet esse proportionẽ quãdã: sed corpora aliorũ hominum non tõtimuãtur ad corpus Christi: ergo ipse non est caput hominum quantũ ad corpora, sed tantũ quantũ ad animas.¶Tertiò sic.Secundũ corpora cõmunicamus cum brutis:si ergo Christus esset caput hominũ quantũ ad corpora,sequeretur q etiam caput esset brutorum animaliũ,quod est incõueniẽs. ¶Quartò sic.Christus corpus sunum ab alijs hominibus traxit.vt patet Mat. 1.& Lucæ.3. vbi describitur series generationis Iesu Christi secundũ carnem:sed caput est primũ inter cæteras membra, vt dictum est:ergo Christus non est caput fidelium quantum ad corpora. ¶In oppositum arguitur ex illo Apostoli. Reformabit corpus humilitatis nostræ,configuratum corpori claritatis suæ.Secundò ex illo. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? vbi glos.Augus.sic inquit.Attende,q mẽbra nostra dicit esse mẽbra Christi:quoniã Christus caput nostrũ est eo quòd factus est propter nos:corpus autem eius ecclesia est.Si ergo Christus animã humanam tantumodo reciperet, mẽbra eius nõ essent nisi animæ nostræ: quia verò & corpus suscepit, p quod etiã caput est nobis, q ex anima & corpore cõstamus,profectò illius mẽbra sunt corpora nostra:quia enim corpus accepit,& corporũ caput est.hæc gl. Respondẽdo dicimus, q Christus est caput ecclesiæ sine fidelibus quantũ ad animas,& quãtũ ad corpora,sed principaliter animarũ,& secundariò corporũ.Et hoc tũ ratiõe cõformitatis ad mẽbra,quæ per assumptionẽ humanæ naturæ facta est:assumpsit enim corpus cũ anima.Tũ ratione spũalis influentiæ,quæ peruenit ad corpus mediante anima,inquantũ corpus est instrumentum animæ operantis secundũ gratiam. Verũ ad videndum qualiter humanitas Christi habet influere in homines, nõ tãtùm quantum ad animas, sed etiam quantum ad corpora,& qualiter non solũ animæ fidelium, sed etiã corpora susceptibilia sunt talis influẽtiæ, notandum est vt notat sanctus Thom. in 3.parte. quòd corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalem, quæ est propria forma eius, & motor:& inquantũ quidem est forma eius,recipit ab anima vitã, & cæteras proprietates conuenientes humano corpori secundùm suam speciem: inquantũ verò anima est motor corporis,corpus instrumentaliter seruit animæ.Sic ergo dicẽdũ, q humanitas Christi habet vnn influendi inquantũ *Arg.primũ* *Secundum.* *Tertium.* *Quartum.* *In oppositũ Philipp.3.* *1.Corin.6.* *Responsio.q.1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquantum est coniuncta verbo, cui corpus vnitur per animã. Vnde tota Christi humanitas secundùm animam & corpus influit in homines & quãtum ad animã & quantũ ad corpus: sed principaliter quantũ ad animam, secũdario quantũ ad corpus: & hoc dupliciter. Vno modo inquantũ mẽbra corporis exhibentur arma iustitiæ in anima existenti per Chri-
Roman. 6. stum. vt Apostolus dicit. Alio modo inquantum vita gloriæ ab anima deriuatur ad cor-
Roman. 8. pus. secundũ illud. Qui suscitauit Iesum à mortuis viuificabit mortalia corpora vestra propter inhabitantẽ spiritũ eius in vobis. Quibus
Ad primum habitis, dicendum est ad argumenta. ¶Ad
2 primum dicẽdum, quòd etsi sus spiritualis gratiæ licet non perueniat ad corpus primo & principaliter, peruenit nihilominus secundariò, & instrumentaliter. Vt enim dictũ est, quãuis corpus nõ recipiat influentiã spiritualem immediate, recipit tamen mediante anima. Quare respectu vtriusq; partis naturæ humanæ, aiæ scilicet & corporis, Christus caput est
Ad secundũ ecclesiæ. ¶Ad secundum respõdetur negando minorẽ. Dicimus enim, quòd corpora nostra aliquo modo habent continuationem ad corpus Christi: non quidem secundùm quantitatem, vt patet: nec secundùm perfectionẽ naturalem: quia alia est anima Christi, & alia est anima vniuscuiusq;, secundùm quam attenditur perfectio naturalis: sed secundũ perfectionem sanctificationis, quæ est spiritus sanctus,
1. Corin. 6. q plenissimè fuit in Christo. Perfectio eñ corporis, vt dicit magister Alex. in. 3. non solùm est anima, sed spiritus sanctus, cuius corpora nostra templum sunt: secundũ illud. Nescitis quia membra vestra templũ sunt spiritus sancti? Verùm q anima perficit quantum ad esse naturæ, spiritus verò sanctus quantum ad esse sanctificationis. Idem autem est spiritus sanctus, qui sanctificat corpus Christi, & sanctificat corpora nostra cùm sumus in fide & charitate Christi. Vnde ex hac spirituali sanctificatione relinquitur in corpore nostro ordo quidam ad gloriosam resurrectionẽ. vt ait sanctus Thom. & præfatus Alex. in. 3. Quare Apostolus ex hoc resurrectionẽ corporũ gloriosam
Roman. 8. probat dicens. Si spiritus, q suscitauit Iesum à mortuis habitat in nobis, viuificat & mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritũ
Ad tertium eius in nobis. ¶Ad tertium respondetur negãdo consequentiam: quia non ita communicamus quo ad corpora cũ brutis, quinetiã quo ad corpora multũ differamus ab eis: qa corpꝰ animalis bruti nullã habitudinẽ habet ad animam rationalẽ sicut habet corpus humanũ, & ideo corpus humanum habet ordinẽ aliquem ad sanctificationem, quẽ non habent corpora brutorum: & ideo cũ non sit simile, argumentum nõ procedit. ¶Ad quartum respondetur *Ad quartũ.*
negando consequentiam: quoniam licèt Christus traxerit materiã corporis ab alijs hominibus, vitã tamen immortalem corporis omnes homines trahũt ab ipso: secundũ illud. Sicut 1. Cor. 15.
in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificabuntur. & ita cùm ipse omnibus hominibus influat tam quo ad animas quàm quo ad corpora, consequens est, vt omniũ caput tam respectu animarum, quàm respectu corporum dicendus sit.

¶In quo ponitur quorundam opinio cùm rationibus suis, dicentium, quòd soli electi membra sunt Christi, siue corporis mystici, quod est ecclesia sancta Dei. Caput. LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Rationes seu motiua decem quorundam, qui dicebant, quòd soli prædestinati sint membra Christi, & quod solum electorum Christus dicendus sit caput, recensentur.*

2 *Propositiones sex eorum, qui dicebant, quòd solũ electorum Christus dicendus sit caput, referuntur.*

AMPLIVS considerandum est quorum Christus sit caput: siue qui dicãtur mẽbra Christi siue corporis eius, qd est ecclesia. An videlicet omnium hominum caput dicẽdus sit: an aliquorum sit, & aliquorũ non. Pro quo notandum, quòd circa hoc triplicem modum loquẽdi reperimus inter loquẽtes de hac materia. Quidã autem dicere voluerunt, q soli prædestinati sunt mẽbra Christi, & per cõsequens q solum electorum Christus dicendus sit caput. Quorũ motiua, siue rõnes sunt quæ sequũtur. ¶Arguunt enim primò ex illo ad Ephe. 5. Christus caput est ecclesiæ saluator corporis eius. Sequitur, Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illã sanctificaret, mũdãs eã lauacro aquæ vitæ, vt exhiberet eã sibi gloriosam, nõ habentẽ maculã, neq; rugã, nec aliquid huiusmodi. Ex ista authoritate arguitur sic. Christus solũ electorũ saluator est secundũ efficiẽtiam, & illi soli glorificandi sunt, & absque omni macula, & ruga futuri. *Argumentũ primum qđ cum sequentibus soluitur infrà capitul. § 8. 1*

futuri. ergo videtur, quòd solùm prædestinatorum, siue electorum Christus caput sit, &
Secundum. soli tales membra Christi dicendi sint. ¶Secũdò dicit Apostolus. 2. Tim. 2. Nouit deus qui sunt eius. Super quo ita dicit glos. Quos præsciuit futuros conformes fieri imagini eius, id est prædestinauit, vocauit, iustificauit, & glorificauit. sequitur. numerus talium est hortus cõclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum pomorum fructibus. Ex quo vide-
Tertium. tur id quod prius. ¶Tertiò arguitur ex illo. 1. Iohan. secundo. vbi de malis qui à fide Christi recesserunt, inquit. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Quod verbum beatus Augustin. libr. de correctione & gratia. & habetur de pœniten. distinct. 4. capi. si ex bono. §. cùm ergo. tractans ita dicit. Cùm ergo filij Dei dicunt de his qui perseuerantiam non habuerunt, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. & addũt. quoniam si fuissent ex nobis, permansissent: quid aliud dicunt, nisi non erãt filij Dei etiam quando erant in professione,
Quartum. & in nomine filiorum Dei? ¶Quartò arguitur ex illo beati Aug. super psal. 103. charitas est fons proprius & singularis bonorum, cui non communicat alienus. Alieni autem sunt omnes, qui audituri sunt à dòmino: Non noui vos. ergo videtur quòd præsciti non pertinent ad membra Christi: cùm vt ex gloss. ad Roman. 8. patet, societas & vnitas, qua efficimur vnum corpus vnici filij Dei, ipsa charita-
Quintum. te efficitur & constituitur. ¶Quintò sic. ex illo Augustin. libr. de doctrina Christiana dicẽtis. Non est reuera corpus Christi, quod cum illo non erit in æternum: sed nullus præscitus erit cum domino in æternum. ergo nullus præscitus erit de corpore domini, & per consequẽs nec membrum eius. & ita ex consequẽti sequitur, quòd soli electi, cùm soli ipsi regnaturi sint in æternum cùm Christo, sint
Sextum. membra Christi. ¶Sextò adducunt illam authoritatem Augustin. libro. 4. contra Donatistas. Sunt etiã quidam in eo numero, qui adhuc nequiter viuunt: aut etiã in hæresibus, vel in gentilitũ superstitionibus iacent: & tamẽ illic nouit dominus qui sunt eius. in illa nanq; ineffabili præscientia Dei multi, qui intus vi-
Septimum. dentur, foris sunt. ¶Septimò per illud eiusdẽ in eodẽ lib. Multi etiam, qui apertè foris sunt, & hæretici appellantur, multis bonis catholicis meliores sunt: quid enim sunt hodie, videmus: quid cras futuri sunt, ignoramus. & Deo quidẽ, apud quẽ sunt præscientia quæ ventura sunt: quæ futura sunt, iã sunt. Ex quo arguũt, q tales dicit Aug. in præsenti meliores: nõ discit erunt. & q meliores dicit non secundũ præsentem iustitiã: quia illam præsupponit non habere, cũ dicat, q in hæresibus lateant. debet ergo intelligi secundũ diuinam præscientiam, apud quam quæ futura sunt iam sunt. ¶Octa- *Octauum.*
uò sic. Magister sentent. lib. 3. d. 23. c. vlt. & secundũ doctores scholasticos ibidem simpliciter concedendũ est, Deus ab æterno dilexit electos, & odio habuit reprobos. Sed non videtur maior ratio de dilectione Dei, quàm de eius præordinatione, vt electi sint mẽbra eius. sequitur q sicut ista est simpliciter concedenda, Omnes electi à Deo sunt dilecti: siue ipsi electi sint in gratia, siue in peccato, siue in hæresi, siue non, dum actualiter existant in eorum natura: ita videtur q ista debebat simpliciter concedi, Omnes electi sunt membra Christi, siue sint, siue adhuc non sint actualiter existẽtes & futuri sint, siue in peccatis existãt. ¶No *Nonum.*
nõ sic. Ex dictis beati Aug. lib. de correctione & grã. & ponitur de pœ. d. 4. c. hanc societatẽ. Ait enim sic. Nec nos moueat, q filijs suis qui busdã Deus non dat istam perseuerantiã. Absit enim hoc vt ita sit de illis prædestinatis, & secũdũ propositum vocatis, qui verè sunt filij promissionis. Nã isti cũ piè viuunt, dicuntur filij Dei: sed quia victuri sunt impiè, & in eadẽ impietate morituri, nõ eos dicit filios Dei: præscientia enim sunt filij Dei, qui nondũ sunt nobiscum, & sunt iam Deo. De quibus Ioh. euangelista ait. Quia Iesus erat moriturus, p gentes & non tantũ pro gente, sed etiã vt filios dispersos congregaret in vnũ: qui vtiq; credẽdo futuri erant per euãgelij prædicationẽ: & hoc tamen antequã esset factũ iam filij Dei erant: in memoria enim patris sui incõcussa stabilitate scripti sunt. Et sunt rursus quidã, qui filij Dei propter susceptã temporalẽ gratiã dicuntur à nobis, nec tamen sunt filij Dei. De quibus ait idẽ Ioh. Ex nobis exierũt, sed nõ erant ex nobis: quòd si fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscũ. Multa dicit circa hoc sed in fine capituli. Præterea dixi vobis quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datũ à patre meo. Ex hoc multi discipulorũ eius abierunt retro, & iam cum illo nõ ambulabãt. Nunquid nõ & isti discipuli appellati sunt loquẽte euangelio, & tamen non erant veri discipuli, quia non manserunt in verbo eius: secundùm illud quod ait, Si mãseritis in verbo meo, verè discipuli mei eritis: quia igitur non manserunt, non habuerunt perseuerantiam sicut non verè discipuli Christi: ita nec vere filij Dei fuerunt: etiam quando esse videbantur & ita vocabantur. Appellamus igitur hos & electos, & Christi discipulos, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

los,& Dei filios,qui appellandi sunt,quos regeneratos piè viuere cernimus. Sed tunc verè sunt quod appellantur, si manserint in eo, propter quod hic appellantur.hæc Augustin.

Decimũ. ¶Decimo sic. Corpus Christi verum est figura corporis mystici,vt dicit Augusti.& deducit magister in. 4. distin.8. sed corpus Christi verum totum fuit glorificãdum. ergo videtur quòd soli ad corpus mysticum pertineãt, qui in futurum glorificandi sunt cum Christo,cuiusmodi sunt soli prædestinati. ¶Isti, qui talẽ modum loquendi habent circa membra Christi,aserunt sequẽtes propositiones. ¶Prima, quòd non omnes fideles iustificati sunt membra Christi,sed soli electi finaliter regnaturi in perpetuum cum Christo. ¶Secũda:non enim aliqui cùm iustificantur incipiunt esse membra Christi,qui nõ erant membra Christi antequam iustificarentur. ¶Tertia: quòd nec aliqui cùm cadũt à statu iustificatiõis per culpã mortalem desinunt esse membra Christi, qui erãt membra Christi cùm essent iusti. ¶Quarta: quòd prædestinatus semper manet membrum Christi,licèt quandoque excidat à gratia iustificationis. ¶Quinta: quia Paulus, Augusti. & latro cùm infideles essent, & Christũ persequerentur, erant oues Christi, & membra Christi. ¶Sexta: quòd Iudas tempore quo iustificatus cum alijs Apostolis Christum sequeretur, nõ erat ouis Christi,nec membrum Christi.

2 Propositiones prædictorum.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.

¶In quo confutatur opinio præfata cum fundamentis suis Capitul. LV.

SVMMARIVM.

1 *Diluuntur fundamenta, & propositiones eorum, qui tenebant, quòd soli prædestinati sint membra Christi, & quòd solum electorum Christus sit caput dicendus.*
2 *Christi membrum ut quis dicatur, quæ requirantur.*

ATTENTE considerationibus & motiuis, quæ fabricatores præfatæ erroneæ opinionis inducunt, vt fidem facerent eorum dictis, apertè videmus eos in hunc incidisse errorem: quia falsis fundamentis, & non veris principijs vsi sunt.Est autem vnum eorum fundamentum: quòd denominatio simpliciter membrorum corporis Christi accipienda sit secũdùm dispositionem electionis diuinæ. Aliud:quòd membra Christi etiam in hac vita ita indissolubili vinculo adhærent Christo, quòd qui est membrum Christi, indissolubiliter,ac perpetuò membrũ eius sit. Aliud:quòd prædestinati,qui nunc sunt infideles,sint iam etiam incorporati Christo. Aliud,quòd solus numerus prædestinatorum sit sancta ecclesia vniuersalis,quæ corpus Christi est. Confutabimus hæc fundamenta,prout diuina sapientia nobis effulserit:quia cùm illa demonstrabimus falsa esse,illicò luce clarius apparebit ædificium eorum ruinosum fore: vtputa supra arenam,non supra petram veritatis firmatum.

Fundamentum primũ erroris.

Secundum.
Tertium.
Quartum.

¶Circa primum notandum,quòd aliquis dicitur membrum Christi,ouis Christi,filius Dei dupliciter in sacra scriptura, & penes sanctos doctores. Vno modo secundùm prædestinationem tantùm,alio modo secundum præsentem iustitiam. De primo modo habetur. 1. Iohan. 2. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis:nam si fuissent ex nobis,permansissent vtique nobiscum. De secundo modo habetur Iohan. 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri.& ad Roma. 8. Quicunq; spiritu Dei aguntur,hi filij Dei sunt. De hoc etiam extensa testimonia habemus ex Augusti. quæ per longum tractatum ponuntur de pœniten.di stin. quarta.§.verum.& homo sub nomine ouium. De istis duobus modis expressa exempla in euangelio reperimus.vbi de illis, qui oues Christi sunt & nominantur secundũ præsentem iustitiam,dicit ibidem dominus. Oues meæ vocem meam audiunt,& sequuntur me. Ecce secundùm præsentẽ iustitiam oues istæ Christi dicũtur: quia actu pastoris vocem doctrinæ audiunt, & mãdatorum obedientia pastorem sequuntur. De eis qui solùm secundũ prædestinationem ęternã oues appellati sunt, dicitur ibidem. Alias oues habeo,quę nõ sunt ex hoc ouili. Super quo Augusti. in sermone de verbis domini. & deducitur à sancto Tho. in glos. continua. ita dicit. Loquebatur enim primò de ouili de genere carnis Israel. Erãt autem alij de genere filij Israel. extra erãt adhuc in gentibus prædestinati & nondum congregati.hæc ille. Eodem modo distinguẽdum est de membris:quòd quidam dicuntur membra secundùm præsentem iustitiam: quia fide, & charitate sunt incorporati Christo. Et rectè talis dicitur secundũ præsentem iustitiam Christi membrum: quia vt ait Hieron. super illud psalm. Innocentes & recti adhæserunt mihi.

Contra primum fundamentum.

Augusti. in libr. de correct. & gratia.

Iohan. 10.

Ecclesia per iustitiam adhæret Christo. Alij verò dicuntur membra solùm secundùm prędestinationem,sicut oues, quia simile est, cũ dicat Aug.super Io.homil.46. Illi sunt vnius pastoris membra, cuius sunt oues. Præterea considerandũ, quòd ista est differentia istius diuisionis:quoniam esse ouem aut membrũ Christi aut filium Dei secundùm prędestinationem,solũ est esse ouẽ,aut mẽbrum,siue filium Dei in potentia tantùm,&non in actu. Quod ex eo luce clarius notũ est:quia prędestinatio cùm sit species diuinæ pręscientię (est enim vt dicit Aug. pręscientia beneficiorũ Dei,vt deducit magister in. 1.di. 40.)nihil ponit in prædestinato,per quod actu sit, aut nominãdus sit id,ad quod prædestinatus dicitur,sed est in prædestinãte tãtùm sicut prouidentia in prouidente, & pręscientia in præsciente,nõ autẽ in rebus prouisis aut præscitis.vnde gl.cont.super illud.Io. 11. Vt filios dispersos cõgregaret in vnũ.ita habetur.Hęc secũdùm prędestinationẽ dicta sunt, nã nec oues eius,nec filij adhuc erant.Et cõformiter beatus Tho. de Aquino in postilla super Io. exponẽs eũdem locũ, scilicet illud. Vt filios Dei cõgregaret in vnũ.dicit.Hoc nõ est intelligendũ, q̃ tunc iam accepissent adoptionis spiritũ:quia vt dicit Grẽgo.nec oues eius,nec filij eius adhuc erãt per adoptionẽ. Itẽ Nicolaus de Lyra pariformiter ita dicit.Non quia adhuc essent filij Dei actu, sed potẽtia ad actũ reducẽda,quia erãt prędestinati. ¶Præterea vt veritas ista splẽdidior fiat,arguit multipliciter.Primò sic.Nullus potest dici Dei filꝰ per adoptionẽ actu & simpliciter,nec membrum Christi,nisi habeat ea actualiter, quibꝰ quis efficitur filius Dei per adoptionẽ, & ea, quibꝰ incorporatio corpori ecclesię,siue Christo perficitur,quãtũcũq; sit prędestinatus aliquis ad huiusmodi:quia ista prędicata dicũt rẽ,nõ ens rationis.Et p̃ simile patet: quia quãtũcũq; aliquis prędestinatus sit ad beatitudinẽ,nõ dicit actu beatꝰ,nisi habeat ea, quę formaliter faciũt ad beatitudinẽ.& ita in proposito.cũ ergo prędestinatio nõ sit aliquid formale existens in prædestinatis,quo quis aut filius Dei, aut mẽbrum Christi dicatur, impossibile est dicere cũ veritate,q̃ denominatio simpliciter mẽbrorũ Christi aut Dei filiorũ accipiẽda sit ex sola dispositione diuinæ prędestinationis, sed accipiẽda est secũdùm pręsentẽ iustitiã,cũ talis,qui secũdùm pręsentẽ iustitiã est mẽbrum Christi,actu habeat ea quibꝰ aliquis actu talis dicitur & simpliciter. Habet enim actu spiritũ adoptionis, quo qs efficitur actu filius Dei.secundùm illud. Qui spiritu Dei agũtur, filij Dei sunt. qui est etiã quo quis incorporatur corpori ecclesię, secũdum illud. Vnus spiritus & vnũ corpus. glo. Spiritus sanctus est quo efficimur vnũ corpus. Itẽ qui secũdùm pręsentẽ iustitiã est talis,cõiungitur actu Christo iunctura fidei, & vinculo charitatis,quæ sunt ea, quibus membra corporis ad inuicẽ cõnectũtur,& colligãtur,vt ait glo.super illud.Caput Christus, ex quo totũ corpus cõpactũ,& cõnexũ per cõmunẽ iunctũrã.Compactũ,scilicet, per fidẽ, & cõnexũ vinculis charitatis. Præterea talis actu susceipit gratię influxũ à Christo,& non nisi tanquã membrũ à capite.ergo videtur,q̃ denominatio simpliciter, qua quis denominatur mẽbrum,ouis,aut filius Dei,accipiẽda sit nõ ex sola dispositione diuinæ electionis, sed secũdùm pręsentẽ iustitiã.Et q̃ ita sit,necessariò profitendũ ex ipsa scriptura sancta, quę mẽtiri non potest.In multis locis apertè colligere possumꝰ.dicitur enim.Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. gl. Mirabilis potestas vt qui filij diaboli erãt,filij Dei,& fratres Christi per eum liberati dicãtur. sed clarùm est,q̃ hoc nõ potest intelligi secũdùm prędestinationẽ:quia respectu illius cũ immutabilis sit, nulla potestas nobis data est,vt secũdùm illã filij efficiamur Dei. Dicit enim Aug.q̃ numerus prædestinatorũ certus est, qui nec augeri potest,nec minui. ergo impossibile est, vt denominatio filiorũ Dei attẽdatur ex sola dispositione diuinę prędestinationis. Itẽ Apostolus ad Thessa.scribẽs dicit.Filij lucis estis, & filij Dei.Itẽ.Nunc filij Dei sumus.sed manifestũ est, q̃ loquebatur fidelibus in Deũ credentibus, qui secũdùm pręsentẽ iustitiã sunt filij Dei,non autẽ prædestinatis tãtùm, cùm illi ignoti essent.ergo falsum est fundamentum eorum,in quo dicunt,q̃ accipiẽda sit secundùm dispositionem electionis diuinæ denominatio filiorũ Dei,siue mẽbrorũ Christi.Item. Multi vnum corpus sumus in Christo,singuli autem alter alterius membra habentes ac donationes secundùmgratiam quę data est nobis.&c. istud nõ potest referri ad solos prædestinatos,vt patet.Pręterea Apostolꝰ. An nescitis quia corpora vestra mẽbra sunt Christi? Et illud. Etenim in vno spũ oẽs nos in vnum corpus baptizati sumus.sensus est secundùm glo.Aug.nos abluit in vno spiritu,ducti sumus in vnum corpus.Item ibidẽ subiungit Apostolus. Vos autem estis corpꝰ Christi.glo.fidei vnitate Christi capitis.Quæ verba Apostoli cum omnibus credẽtibus in

Iohan. 1.

1.Thess. 5.
1.Iohan.3.

Rom. 12.

1.Corin.5.
1.Cor. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum dirigantur, & nō prædestinatis solùm, patet manifestè, q denominatio simpliciter filiorū Dei, & membrorū Christi secundùm præsentē iustitiā accipiēda sit, & nō secundùm diuinā prædestinationē, quę quorū sit, ignotū nobis est. ergo fundamētū illorū falsum. Cæterū hoc manifestè apparet ex eo, q per iustificationē homines dicūtur incipere esse filij Dei, & mēbra Christi, & per casum, si ue recessum ab ipsa iustificatione desinūt esse tales, q iustificationis tēpore mēbra Christi aut filij Dei esse dicebātur. Dicitur enim ad Ephe. 5. Eratis aliquādo tenebrę, nūc aūt lux in dño, vt filij lucis ambulate. vbi glos. dicit. Priùs filij eratis diaboli principis tenebrarū, nūc iustificati per fidē & baptismū filij Dei per adoptionē, quæ est lux vera. & ad Ro. 5. Iustificati ex fide pacē habeamus ad Deum per Iesum Christū dñm nostrū, p quē accessum habem⁹ in grām istā, in qua stam⁹, & gloriamur in spe glorię filiorū Dei. Prēterea hoc manifestè ponit Aug. sic dicēs. Mali qui int⁹ cū gemitu tolerātur, quāuis ad eādē colūbæ vnitatē, & illā gloriosam ecclesiā nō habentē maculā, aut rugā, aut aliquid huiusmodi non pertineāt: tamē si corrigātur, & seipsos ad baptismū accessisse fateātur, nō rebaptizātur, sed incipiūt pertinere ad columbā, per cuius gemitū eis peccata soluūtur, à cuius pace alienati tenebātur. hæc Aug. Itē idē lib. 2. cōtra Cresconiū. c. 21. Dānati à Christo, iam in corpore Christi nō sunt, quæ est ecclesia: quoniā nō potest habere Christus mēbra damnata: proinde & ipsi extra ecclesiā baptizāt: omnia quippe ista mōstra: absit vt omnia in mēbris illius columbę vnicæ cōputentur: absit vt intrare possint limites hortus concluſi, cuius ille custos est, qui nō potest falli, qui tamē si cōfiteātur, & corrigātur, tūc intrāt, tūc mundātur, tunc in arboribus hortus cōclusi sunt, in mēbris vnicæ numerātur. hæc Aug. Ecce q apertè doctor clarissimus Augu. ponit malos homines quousq; corrrigātur nō pertinere numero, scilicet, & merito ad vnitatē ecclesiæ, ita vt incipiāt esse de numero arborū hortus concluſi. Corrigi autē dicuntur fideles in iustificatione, in qua per pœnitentiā emēdātur errata, & ordo ipse virū animæ adinuicē & superiorum ad Deum, qui per peccatū peruersus erat, reparatur. Quare manifestū est, q denominatio simpliciter mēbrorū Christi, aut filiorum Dei, nō sumēda est ex dispositione diuinæ electionis, siue prædestinationis, quod etiā hac ratione monstratur. Si prę destinatio sufficiat ad denominādum aliquē membrum esse Christi actu simpliciter, necessariò valet ista cōsequētia. Iste homo est p̄destinatus à Deo. ergo est membrum Christi ab ęterno. sicut dicimus, q aliquis prædestinatus vel electus est etiā dilectus ab æterno. Vnde Apostolus. Elegit nos in seipso, vt essemus sancti & immaculati. sed istud est falsum, q quis sit membrum Christi ab ęterno, cum nullum corpus ab æterno sit. ergo falsum est illud ex quo sequitur, quod est, quòd quis dicatur actu & simpliciter Christi membrum, aut filius ex sola prædestinatione diuina. Attentis bene his, quibus iam cōsutatum est primū aduersariorū fundamentum, facile est ostēdere falsitatē secundi, in quo dicūt, q mēbra Christi ità indissolubili vinculo adhęrent Christo, q qui est membrum Christi, indissolubiliter, & perpetuò est mēbrū Christi. Falsitas huius fundamēti licēt ex superioribus manifesta sit: quia si à iustificatiōe incipit quis effici mēbrum Christi, & per casum ab illa desinit esse, patet, q nullus in hac vita nisi esset confirmatus in gratia, dicēdus sit indissolubiliter membrum Christi, nihilominus ex alijs demonstratur sic. Et quærimus quid aduersarij veritatis intelligant per illud indissolubile vinculum, aut prædestinationem, aut gratiā, aut fidem formatā. Primum non potest dici vinculum: quia cū prædestinatio (vt diximus) nihil ponat in prædestinato, nō potest dici vinculum cōnexiuum, aut vnitiuum alicuius. Quāquā enim prædestinatio arguat quādā necessitatē ordinis, siue cōsequētiæ, vt qui prædestinatus est, necessariò cōsecuturus sit id, ad quod prędestinatus est, nō tamē ponit in actu aliquid in prædestinato, per quod actu mēbrum vnitū, siue incorporatum Christo dici possit, aut filius Dei, & huiusmodi. Si autē vinculum istud nominēt fidē aut charitatē, sicut est apostoli doctrina, cū ab istis possit homo cadere, sicut cōsueuit sæpissimè. Vnde Apoc. 2. dicitur. Habeo aduersum te pauca, q charitatē tuā primā dereliquisti. nō potest quis ratione taliū vinculorum, aut nexuū dici, siue effici perpetuò mēbrū Christi, nisi ista perpetuò in eo perseuerarēt, quod nō est cōmune omnibus. Prætera apertè Apostolus Paulus cōfutat hunc errorē, dicēs. Si quis spiritum Christi nō habet, nō est eius. gl. scilicet mēbrum. Sed nō oēs illi, qui habēt spiritū Christi, semper habēt, cū cōtingat illos peccare mortaliter, & qui non habēt, quādoq; habēt, cū cōtingat illos iustificari. vnde gl. super illud quod sequitur. Corpus quidē mortuū est propter peccatū. i. in pecca-

Aug. lib. 3. contra Donatist.

Ephe. 1.

Contra secūdum fundamentum erroris.

peccatis. Spiritus verò viuit propter iustificationē. dicit sic. Anima, quę antè fuerat impia, viuit: quia Deo, qui est vita, cōiūgitur, & hoc propter iustificationē. i. per peccatorū remissionē, quæ est ex spiritu sancto. Itē in eodē. c. idē Apostolus ait. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro q sumus filij Dei. dicit gl. quę est Aug. i. spiritus sanct⁹: quia cōmunis est patri, & filio, amborūq; vnio, per quę fit societas & vnitas, qua efficimur vnū corpus vnici filij Dei. vnitas enim nos cōpaginat, quā facit charitas, quæ à spiritu sancto est. Sequitur. Nihil enim debet sic formidare christianus, q̄ separari à corpore Christi. hoc ibi. Ergo manifestū est falsum esse prefatum fundamētū, in quo dicūt, q qui mēbrum est Christi, indissolubiliter, & perpetuò est mēbrū ei⁹. ¶ Ex istis clarissimè patet etiā falsitas tertij fūdamēti aduersariorū veritatis, in quo dicūt, q prædestinati, qui nūc sunt infideles, sint etiā incorporati Christo, quæ etiā multis alijs rationibus ostēditur. Primò sic. Apostolus dicit, q vno spiritu omnes nos in vnū corpus baptizati sumus. Sēsus est, vt dicit gl. omnes nos baptizati. i. abluti, vno spirituducti sumus in vnū corpus. Ergo solo spū sctō quis dicitur incorporari Christo, siue charitatis vinculo, quę p spiritū sanctū in nobis habitāte diffunditur in cordibus nostris. ergo qui nō habēt spiritū sanctū, cuiusmodi sunt prędestinati existētes in fideles, non possunt dici incorporati, siue mēbra Christi. cōsequentia est manifesta. patet etiā ex illo Apostoli ad Ro. 8. superiùs inducto. Si quis nō habet spiritū Christi, nō est eius. gl. scilicet, mēbrū. Secundò sic. Si prædestinati etiā fideles existētes incorporātur Christo, siue sunt mēbra Christi, sequitur, q tales sint vna persona mystica cū Christo, imò sint ipse Christus secūdùm illud Apostoli. Cùm sint multa mēbra vnū corpus sunt ita & Christus. vbi dicit Aug. in glo. Omnes fideles sunt Christus: nō dicā corpus Christi: quia ipse Christus sunt tā maiores q̄ minores. caput enim est Christ⁹. Dicitur Christus, ppter ineffabilē vnionē capitis & membrorū. hoc gl. Si ergo p̄destinati existētes in infidelitate aut in hæresi sunt mēbra Christi, sequitur, q qui sunt infideles actu & hęretici sint ipse Christ⁹, sicut vna persona cū Christo, quod nō modò hæreticū, sed christianis auribus horrēdū est. Vnde Apostolus. Quis autē cōsensus tēpli Dei cū idolis? vos enim estis tēplū Dei viui, sicut dicit dominus. Tertiò sic. Clarum est, quòd omnes infideles & peccatores quādiu in infidelitate & criminibus iacēt, sunt mēbra diaboli, & vnū corpus dicūtur cū illo, qui rex est super omnes filios superbiæ. cuius omnes iniqui dicti sunt corpus eius, & mēbra, secundùm illud. Corpus eius quasi scuta fusilia. vbi gl. inquit: corpus Leuiathan, omnes iniqui. Si ergo prædestinati infideles & iniqui actu sunt corpus Christi, siue mēbra Christi, & actu mēbra diaboli: sequitur quòd vnum & idē sit corpus Christi, & corpus diaboli, quod est absurdissimum. Dicit enim Apostolus. Quæ cōuentio Christi ad Belial? vbi glo. inquit: quia nos mēbra Christi, illi diabolii, & Christus, & diabolus nō cōueniūt. Quartò sic. Dicit Apostolus. An nescitis, q qui adhęret meretrici, vnū corpus efficitur cum ea? Erunt inquit duo in carne vna: qui autē adhęret Deo, vnus spiritus est cum eo. Sunt ergo prædestinati fornicatores vnū corpus cū meretrice. Si ergo tales sunt etiā corpus Christi, simul aliquis est & corpus Christi, & corpus meretricis, quod est absurdū, dicēte Apostolo vbi suprà. Quæ participatio iustitię cum iniquitate? Quinto idē ostēditur manifestè ex illo. Filioli nemo vos seducat: qui facit iustitiā, iustus est, sicut & ille iustus est: qui facit peccatum, ex diabolo est. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum nō facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & nō potest peccare, quoniā ex Deo est: in hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. Omnis qui nō est iustus, non est ex Deo. Hæc beatus Ioh. Ex quo manifestè cōcludit, q prædestinati existētes in peccato infidelitatis, aut peccato mortali, filij sunt diaboli. Quis autē audebit dicere tales Christo incorporatos, nisi qui sensu caret, & nō intelligit quæ loquitur? Vnde Aug. in epistola ad Cresconium superiùs inducta. Nō potest habere Christus mēbra dānata. Et Apostolus vbi suprà ait. Quæ societas lucis ad tenebras? Sextò confirmatur hæc ratio. Si prædestinati cū sunt infideles, aut hæretici, siue schismatici, aut alio quouis mortali peccato ingnati, sunt incorporati Christo, quæri quo medio. Nō naturali vinculo: qa vnio, siue incorporatio mēbrorum Christi cū Christo nō est naturalis, sicut est illa, qua Christi mēbra naturalia vniuntur corpori suo naturali. Nec etiam vinculo vnionis hypostaticæ: sicut humanitas Christi filio Dei vnita est: quia filius Dei, vt dicit Damas. non accipit naturam in vniuersali, sed in atomo. i. indiuiduo. Oportet ergo, q spiritualiter intelligatur huiusmodi medium siue vinculum: hoc autē nō videtur intelligi nisi id quidem, quod scriptura sancta ponit, & doctores sancti: videlicet

Contra tertium fundamentum.

1. Cor. 12.

Rom. 5.

1. Cor. 12.

2. Corin. 6.

Iob. 40.

Iob. 41.

2 Corin. 6.

1. Cor. 6.

1. Iohan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritus sanctus, siue charitas ipsa, quæ vt dicit Aug. compaginat totũ Christi corpus, & sine quo mẽbra adinuicẽ nec cohærent, nec capiti Christo. Vnde glo. super illud Colo. 2. Non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones. &c. dicit. Per nexus, id est, per charitatẽ, sine qua mẽbra adinuicẽ nõ cohærent, nec inseruiunt, nec viuunt. Et
Aug. super Cano. Iohã. Aug. dicit. Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli. nõ discernũtur filij Dei à filijs diaboli nisi charitate, sed tale medium nõ habent actu infideles, blasphemi, & iniqui quãtũcũq; prædestinati sint q habituri sint gratiam & gloriam in futuro, vt patet. ergo fundamẽtum præfatum est hæreticũ. Septimò sic. Si prædestinati omnestã iniqui quàm iusti essent actu incorporati Christo, cõtrarietas esset magna in corpore Christi, quod esset incõuenientissimum dicere. cõsequẽtia tamen manifesta est: quia in fide esset cõtrarietas, putà inter eos, qui essent fideles, & infideles. Cõtrarietas etiã in spiritu: quia quidã spiritu Dei vegetati, vt iusti: quidã spiritu diaboli, vt iniqui. Falsitas & incõueniẽtia patet ex illo Aug. tracta. 3. super. Can. Io. dicentis. Qui nõ est Christo cõtrarius, in corpore eius hæret, & membrum ipsius cõputatur: nũquam sunt mẽbra sibi cõtraria: corporis integritas ex vniuersis mẽbris cõstat. hæc Aug. Octauò sic. Si prædestinati etiam infideles aut iniqui existẽtes sunt mẽbra Christi aut viua aut nõ viua, alterũ dare necesse est. Si mortua, nõ potest esse. quia vt dicit Hugo de sancto Victore, & catholicè. In corpore Christi nihil est mortuũ. Si dicãt q sunt viua: hoc esse nõ potest: quia mẽbra corporis Christi nõ dicũtur viuere nisi per spiritũ Dei per quẽ vita membris diffunditur. vnde ad Ro. 8. dicitur. Spiritus autem viuit, ppter iustificationẽ. gl. quia Deo, qui est vita, iungitur per peccatorũ remissionẽ, quę est ex spiritu sctõ. Itẽ ad Ro. 1. dicitur. Iustus ex fide viuit. & Io. 20. vt credẽtes vitam habeãt. sed hãc vitã nõ habẽt actu prædestinati quãdiu infideles permanent & iniqui, & similes, qui sunt in peccato mortali. ergo fundamẽtum præfatũ in veritate stare nõ potest. Nonò sic. Hæc opinio hominũ tollit fructũ passionis Christi, vt videtur. ergo talis opinio nullo modo venit tolerãda à fidelibus. Assumptũ videtur manifestũ ex illo Apostoli. Cùm inimici essemus, recõciliati
Rom. 5. sumus Deo per mortem filij eius. Si suimus inimici Dei priùs, & per mortẽ filij eius recõciliati fuimus, necessariò fateri oportet prædestinatos aut non esse filij Dei morte recõciliatos, aut priùs fuisse inimicos: si inimicos, ergo nõ adhærẽtes Christo: ergo nõ incorporatos Christo: ergo nõ mẽbra Christi. Nisi quis vellet sine ratione dicere vt inimici Christi sunt membra Christi, & ex inimicis Christi cõpactum sit corpus Christi. Decimo sic. Apostolus ad Ephe. 2. de incorporatione duorum populorum scilicet Iuędorum & Gentilium in vnum corpus Christi loquens dicit sic. Vt duos, scilicet populos condat, id est coniũgat in semetipso, in nouo homine faciẽs pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. gl. Ecce quasi sublata inimicitia, & lege euacuata, facit pacem inter ipsos, & ambos reconciliat Deo patri. Ex quo patet istos duos populos intelligentiæ ordine quodam priùs fuisse recõciliatos Deo patri, quàm in corpore vno Christi vnitos. ergo qui adhuc sunt inimici Dei per infidelitatem, aut alia peccata, quę diuidunt inter Deum & homines, secundùm illud. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos *Isa. 59.* & Deum vestrũ. non possunt dici Deo vniti, aut Christo incorporati, etiam si sint prædestinati vt suo tempore incorporentur. Prętera ista assertio inde redditur falsa: quia facit vanas, & inanes omnes exhortationes, & admonitiones, quæ sacra scriptura vniuersaliter facit vt homines conuertantur ad Deũ, appropinquent Deo, & ei vniantur. Dicitur enim. Conuertimini ad me, & ego cõuertar *Zacha. 1.* ad vos. Appropinquate Deo, & appropin- *Iacob. 4.* quabit vobis. Item apud Isa. habetur, & introducitur ab Apostolo. Exite de medio eorum. *2. Corin. 6.* glo. quæ estis in medio nequitiæ eorum, & separamini dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos. glo. ante electos, & ero vobis in patrem, & vos mihi in filios & in filias dicit dominus omnipotens. Ex quibus patet clarissimè falsum esse, quòd prædestinati infideles, aut in peccato existẽtes, quibus exhortationes huiusmodi fiunt, sint Deo incorporati actu siue vniti. Falsitatẽ autem quarti fundamenti, in quo dicunt solam *Cõtra quar tum fundamentum.* prædestinatorum vniuersitatem vniuersalẽ ecclesiam dici: sufficienter monstrauimus circa c. 3. huius operis. Patet etiam eius falsitas ex dictis iam in confutatione aliorum fundamentorum. Quibus fundamentis confutatis, facile est iam videre omnes illorum propositiones superiùs positas falsas esse, ac erroneas, & merito condemnatas fuisse ab vniuersali ecclesia in concilio Constantiensi. vt patet ex epistola se. re. Martini papæ, quam omnibus prælatis Alemanniæ scribit. Prima *Contra prã* est,

mam propositionem dicti erroris. est, q nõ omnes fideles iustificati sunt membra Christi, sed soli electi finaliter regnaturi in perpetuum cum Christo. Patet fallitas ex dictis. quod etiã ex illo apparet quod inquit
1. Cor. 12. Apostolus. Vos autem estis corpus Christi, & mẽbra de mẽbro. glo. fidei vnitate Christi capitis. Clarum est autem, quòd omnibus credentibus in Christum loquitur, non autem
Ephe. 5. prædestinatis tantùm. Item ex illo. Membra sumus corporis eius. quod verbum Augusti. pertractans super psalmũ. 36. ita dicit. Nos in corpore ipsius sumus, si fides nostra sincera sit in illo, & spes nostra certa, & charitas accensa sit in corpore ipsius, & membra. Quòd autem prima pars illius propositionis falsa
2 sit & erronea, ratione sic ostẽditur. Duo principaliter requiruntur, vt ex doctrina doctorum sanctorum colligimus, ad hoc, vt quis dicatur membrum corporis Christi. Primum est conformitas naturæ. Secundum est conformitas vitæ gratiæ. quæ duo notantur. Cãtico. 4. vbi dicitur. Hortus conclusus soror mea sponsa. Sororis quidem nomine naturę conformitas: sponsæ verò appellatione vnio gratię designatur. Primum horum est minus principale: tum quia bonis & malis commune est: tum quia non potest aliquid esse vnũ numero, sed vnum specie aut genere tantùm in omnibus, quæ vniri dicuntur. Secundum verò, quod est conformitas gratiæ, est magis principale, & completissimum: quia vnus numero est spiritus fons gratiæ, qui in capite nostro Christo, & in omnibus membris eius vitam omnibus influit spiritualem. Quo præsuppositio arguitur sic. Omnes fideles iustificati, siue præsciti siue prædestinati habent conformitatem in natura cum Christo, quod est primum: habent insuper cõformitatem in vita gratiæ in eodẽ spiritu, quod erat secundum. ergo omnes tales veraciter & simpliciter dicendi sunt membra Christi. Patet ex suppositio: quoniam ad esse membrũ Christi, non requiruntur nisi illa duo. vnde Apostolus Romanis scribens, qui tamen nõ omnes prædestinati fuisse creduntur inquit.
Roma. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundùm gratiam quæ data est nobis. Falsitas autem secundæ partis illius propositionis ex eadem radice fit manifesta, loquendo de prædestinatis, qui in infidelitate, vel in aliorum sordibus peccatorum detinẽtur. Cùm enim prædestinati huiusmodi nulla vnione nisi conformitate naturæ, quæ prędestinatis & præscitis communis est, & quæ non est vnio simpliciter, vniantur Christo, sequitur quòd tales non habent vnde simpliciter & actu nominandi sint membra Christi, aut esse de corpore Christi, qđ est ecclesia. Vnde Apostolus hac ratione vtitur, cùm ait. Si quis spiritum Christi non habet, hic non *Roma. 8.* est eius. glos. scilicet, membrũ. ¶ Prætereà falsitas & error secundæ propositionis, in qua *Contra secũdum.* dicunt, quòd cùm aliqui iustificantur non incipitũt esse mẽbra Christi qui nõ erant ante quãiustificarent. licet sufficiẽter parũ antè in hoc. c. in cõfutatiõe primi fundamẽti horũ errorum ostensa sit, nihilominus ex multis alijs etiam ostenditur. Et primò ex illo quod dictum est Petro, Macta, & manduca. Quod *Act. 10.* ideo dictum esse dicit Augusti. Quia in ec- *Aug. super* clesiæ corpus nemo intrat, nisi priùs occisus *Psal. 123.* moritur quod fuit, vt sit quod non fuit, aliòquin qui non occiditur, & non manducatur ab ecclesia, esse in numero populi potest, qui videtur oculis humanis: in numero autem populi, qui cognitus est Deo, & de quo dicit Apostolus. Nouit dominus qui sunt eius. non potest esse nisi manducatus: neque manducari poterit, nisi primò mactatus. Venit paganus: adhuc in illo idololatria viuit: inferendus est membris Christi, vt inseratur, necesse est vt manducetur, sed nõ potest manducari ab ecclesia, nisi priùs mactatus: renuntiat seculo, tunc mactatur: credit in Deum, tunc manducatur. Secundò contra illud est. Qui de tenebris nos vocauit in admi- *1. Pet. 2.* rabile lumen suum: qui aliquando non populus Dei. Tertiò illud quod ait Apostolus. In mensuram vniuscuiusque membri augmẽ *Ephe. 4.* tum corporis fiat in ædificationẽ sui in charitate. glo. Illos qui non sunt corpus ædificat in suam ciuitatem, vel societatem. Quartò illud Colo. 2. Ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & coniunctum crescit. glo. virtutibus & membris in augmentum Dei. gloss. ait in augmentum Dei: quia quasi augetur Deus hominibus ab errore redeuntibus, sicut minuebatur deserẽtibus. Quintò ad Ephe. 4. scribitur. Quosdam dedit Apostolos. sequitur: in ædificationem corporis Christi. glo. vt ædificent eos in corpus Christi, qui adhuc alieni sunt. Dicit etiam Augustin. In compagem *Aug. in epi* Christi tanquam in viuam structuram tem- *sto. ad Dar-* pli Dei, quæ est eius ecclesia, nati homines, *danum.* non ex operibus iustitiæ quæ fecerunt, sed renascendo per gratiam, transferuntur tanquam de massa ruinæ ad ædificij firmamentum. hęc ille. ¶ Falsitas tertiæ ppositionis, in *Contra. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua dicunt, quòd nec aliqui cùm cadunt à iustificatione per culpam mortalem desinunt esse membra Christi, qui erant membra Christi: satis manifesta est ex dictis. Quia cùm tales peccãdo mortaliter priuẽtur spiritu sancto, quo corpus Christi & vnum & viuum est, planissimum est, quòd membra Christi

Cõtra quartam. simpliciter siue actu esse desinant. ¶Falsitas etiam quartę propositionis, in qua dicunt, q prædestinatus semper manet mẽbrum Christi licèt cadat à gratia præsentis iustificatio-

Cõtra quintam. nis, patet ex dictis. ¶Præterea quòd etiã falsa sit & erronea hæc propositio, in qua dicunt, quòd Paulus, August. & Iatro cùm infideles essẽt, & Christum persequerentur, omnes erant, & membra Christi, patet ex dictis, vt non sit opus alia addere, sed tantummodo contra eos inducamus Augu. in quodam sermone de conuersione Pauli loquentem. Elisus est sæuiens, & factus est credens. Elisus est lupus, & factus est agnus. Elisus est persecutor, & factus est prædicator. Elisus est filius perditionis, & erectus est vas electionis.

Cõtra sextã hæc Augu. ¶Cæterùm quòd sexta propositio falsa & erronea sit, in qua dicitur, quod Iudas tempore quo iustificatus cum alijs Apostolis Christũ sequeretur, non erat ouis Christi, non membrum Christi, ex dictis etiam apertè colligitur ex eo, quòd Iudas creditur baptizatus, sicut & alij Apostoli à Christo baptizati creduntur: vt dicit Augusti. & habetur de con. distin. 4. cap. quando ab Hierosolymis. & capit. se. Sed quicunque baptizati

Gala. 3. sunt in Christo Christum induerunt, & per consequens membra eius facti sunt. oportet necessariò affirmare, quòd Iudas tempore iustificationis suæ Christi membrũ fuerit. Cuius sententiæ celebre testimonium beatus Augu. dat de Iuda loquens super psalmum. 41. qui inscriptus est persecutioni Absalonis filij Dauid in patrem suum. vbi ita loquitur. Agnoscamus quemadmodum & Christum persequebatur filius suus: habebat enim filios, de quibus dicebat. Non ieiunant filij spõsi quãdiu cũ illis est spõsus: cũ aũt ab eis ablatꝰ fuerit spõsus, tũc ieiunabũt filij spõsi. ergo filij spõsi Apli, & inter eos persecutor diabolus Iudas. Et infrà. Iudas filiꝰ spõsi persequẽs spõsum. hęc ibi. Ecce apertissimũ testimoniũ q Iudas pro tẽpore iustificationis suę filius spõsi erat, & per cõsequens membrũ Christi.

¶In quo ponũtur alij duo modi dicẽdi siue designandi mẽbra corporis Christi. Cap. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Modi duo dicendi & describendi membra corporis mystici Christi referuntur.*

SEcundus modus dicendi & describendi membra corporis mystici Christi est dicentium, quòd soli fideles in gratia gratũ faciente existentes, membra corporis Christi dicendi sunt. Ad quã sententiã plures rationes formantur. primò quidem sunt octo illę, quę in. 4. c. huius libri assignatæ sunt, præter quas sunt quę sequuntur. ¶Primò arguitur ex illo Cantic. 6. Vna est columba mea, id est, ecclesia, quæ hoc loco colũba dicitur, vt suprà annotauimus: quia spiritus sancti donis est illustrata. Ex quo videtur apertè colligi ad mẽbra huius columbæ tantum illos pertinere, qui virtutibus adornati sunt. Vnde Augusti. hoc verbum pertractans. lib. 4. contra Donatistas ita dicit. Vna est columba mea asserat, qui potest huius columbæ membra esse, qui seculo verbis, non factis renuntiat. ¶Secũdo arguitur ex illo Sapientiæ. 3. Filij sapientiæ ecclesia iustorum. vbi soli ad ecclesiam iustorum, quæ est ipsa sancta vniuersalis ecclesia, pertinere videntur, qui filij sunt sapientiæ, cuiusmodi sunt iusti, & sancti viri, secundùm illud Eccles. 14. Beatus vir qui in sapientia morabitur. ¶Tertiò arguitur ex illo Augusti. libro. 4. contra Donatistas. Vox inquit non mea, vel alicuius hominis, sed ipsius domini, nec per homines, sed per angelos sonuit Christo nato, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. quæ vtiq; nato Christo non sonaret ore angelico, nisi Deus hoc vellet intelligi eos esse in vnitate corporis Christi, qui sunt in pace Christi: eos autẽ in pace Christi esse, qui sunt bonæ volũtatis. ¶Quartò arguitur ex illo Hugonis de sancto Victore. lib. de sacramẽtis in secunda parte dicentis. Nihil in corpore Christi mortuũ, nihil extra corpus viuum. ¶Quintò arguitur sic. Corpus Christi verũ est figura corporis mystici, sed in corpore Christi vero nõ est aliquod mẽbrũ impurũ. ergo videt q nullus dicẽdus sit mẽbrũ corporis Christi mystici nisi purus sit à peccato. Et cõfirmatur per illud Aug. qđ magister sentẽtiarũ đducit in. 4. di. 8. qui loquẽdo de vnitate ecclesiæ ita dicit. Cuiꝰ vnitatis sacramẽtũ est corpꝰ Christi, ꝓpriũ de ꝟgine sumptũ: qa vt corpꝰ Christi ex multis mẽbris purissimis & imaculatis cõstat, ita so-

Argumẽtũ primũ quod cũ sequentibus soluẽtur infra. c. 59. 1

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

cietas ecclesiastica ex multis personis à criminali culpa liberis consistit. In cuius rei typo arca domini de lignis sethin facta est, quæ sunt imputribilia, & albæ spinæ similia. hæc ille. Tertius modus loquendi in hac materia est, quòd omnes fideles fidei integritatem seruantes sunt membra Christi. Pro quorum sententia facere videntur omnia quæ dicta sunt circa capit. 3. huius operis, in quo longo sermone ostensum est, quòd in sancta & vniuersali ecclesia boni & mali permixti sunt. Pro quorum opinione etiam hoc

Galat. 3. suffragari potest quod ait Apostolus. Quicũque baptizati estis in Christo, Christum induistis. Ex quo videtur, quòd omnes baptizati in Christo, membra Christi dicendi sunt: cùm induere Christum nihil aliud esse videatur, quàm Christo adhærere, siue Christo vniri tanquam membrum eius. Vnde Augusti. tractans hoc verbum super psalmũ. 83. ita dicit. Si enim Christiani omnes & fideles & baptizati ipsum induerent, sicut Apostolus ait. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. si membra sunt facti corporis, & dicunt se sancta non esse, capiti ipsi faciunt iniuriam. hæc ille. Item idem argui-

1. Tim. 4. tur ex illo, Saluator omnium est & maximè
1. Ioan. 2. fidelium. & dicitur. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantùm, sed etiam totius mundi. Saluare autem homines, aut propitiatorem esse pro peccatis eorum, competit Christo secundùm quòd est caput. ergo sequitur quòd omnium illorum sit caput, & ita omnes fideles membra eius sunt.

¶In quo veritas declaratur motæ difficultatis, quorum scilicet hominum Christus caput sit, & qui corporis sui, quod est ecclesia, mẽbra sunt dicendi. Capit. LVII.

SVMMARIVM.

1 *Christi membra triplicia describuntur.*
2 *Fideles, qui peccatis mortalibus subiuentur, q. actualiter Christi membra non dicantur.*
3 *Ecclesiæ in unitate quòd boni, & mali esse dicantur, dummodo rectam habeant fidem.*

AD declarationem huius difficultatis licèt plura dicta sint à nobis circa. c. 5. huius operis nihilominus pro maiori intelligentia veritatis aliqua alia addentes: notandum duximus cum excellentissimo doctore sancto Tho. in. 3. parte summę suæ. q inter alias differentias inter corpus naturale hominis & corpus mysticũ vna est hæc, videlicet, q mẽbra corporis naturalis sunt omnia simul: mẽbra autẽ corporis mystici non sunt omnia simul, nec quãtum ad esse naturę: quia corpus ecclesiæ constituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio mundi vsq; ad finem ipsius. Nec quantum ad esse gratiæ: quia quidam etiã eorũ qui sunt, in vno tẽpore gratia carẽt, postmodum habituri, alijs eam iam habentibus. Sic ergo mẽbra corporis mystici non solũ accipiũtur secũdùm q sunt in actu, sed etiã secũdùm q sunt in potẽtia. Quædã tamẽ sunt in potẽtia, quę nũquã reducẽtur ad actum, & hoc secundum triplicẽ gradũ. quorũ primus est per fidẽ. secũdus per charitatẽ vię. tertius per fruitionẽ patrię. Sic ergo dicẽdũ est, q accipiẽdo generaliter secũdùm totũ tẽpus mũdi Christus est caput omniũ hominũ: sed secũdùm diuersos gradus. Primò enim & principaliter est caput eorũ, qui actu vniuntur sibi per gloriã. Secũdò eorũ, qui actu vniũtur sibi per charitatẽ. Tertiò eorũ, qui actu vniuntur sibi per fidẽ. Quartò verò eorũ, qui sibi vniũtur solũ in potẽtia, nõdũ reducta ad actũ, reducẽda tamẽ secũdùm diuinã prædestinatiõnẽ. Quintò verò eorũ, qui sunt in potẽtia sibi iungi, quæ nũq; reducetur ad actũ: sicut homines in hoc mũdo viuẽtes, qui nõ sunt prędestinati, qui tamẽ ex hoc seculo recedẽtes, totaliter desinũt esse mẽbra Christi, q iã nec etiã sunt in potẽtia vt Christo vniãtur. Sunt ergo istis bene cõsideratis, mẽbra Christi siue corporis eius, qđ est ecclesia, in triplici differẽtia. Quędã enim sunt mẽbra actu vnita & viua, siue vita glorię: sicut illi, qui actu vniuntur Deo per gloriã in superna beatitudine cõstituti, siue p fidẽ formatã, quę dicit perdilectionem operãs: sicut sunt fideles iusti in hac

Mẽbra Chri sti triplicia

Prima. 1

Secunda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationē perfectam membri non solùm cōsti
tuit vnitas cōtinuationis, quā membrum ha
bet cū alijs membris in vno corpore, sed vni
tas vitæ siue spiritus corpus formantis & vi-
Aristo.2.de anima. uificantis: quia vt dicit Arist. mēbrū mortuū
impropriè & æquiuocè dicitur mēbrū. Hinc
2 est, q̄ fideles in peccato mortali existētes nō
dicuntur mēbra Christi perfectè & propriè,
sed imperfectè & impropriè, sicut dictum est
de mēbro mortuo. Vnde sanctus Tho. in. 3.
parte ita dicit. Fideles qui peccatis mortali-
bus subuertūtur, nō sunt membra Christi a-
ctualiter, sed potentialiter: nisi fortè imperfe
ctè per fidē informē, quę vnit Christo secun
dùm quid, & non simpliciter: vt scilicet per
Christū homo consequatur vitā gratiæ. hæc
sanctus Tho. ibi. Itē idē in primo scripto ita
dicit. Homines autē fideles peccatores perti-
nēt aliquo modo ad vnitatē ecclesię, inquātū
cōtinuātur ei per fidē, quę est vnitas materia
lis: nō tamē possunt dici mēbra propriè, sicut
nec membrū mortuū nisi æquiuocè. hæc ibi
sanctus Tho. Alexan. verò de Ales de hac ma
teria in. 3. suo loquēs dicit sic. Ad vnionē cor
poris mystici siue ecclesiæ nunquā propriè
pertinēt existētes in peccato mortali: tamen
refert dicere vnitatē ecclesiæ & corporis ec-
3 clesiæ. In vnitate enim ecclesiæ sunt boni &
mali, dūmodo habeant fidē rectā. Et hoc est
quod habetur Matth. 13. q̄ ipsi tritico adiū-
cta sunt zizania. & dicit Augu. q̄ ecclesia est
ager, in quo radicātur triticū. i. boni. & zizā-
nia. i. mali simul, tamē separabuntur in fine.
Vnitas verò corporis nō est nisi per fidē for
matā charitate. Secundūergo propriārātio-
nē corporis mali nō sunt de corpore ecclesię
quāuis sint de ecclesia. hæc Alex. Itaq; secun
dùm istū doctorē fides informis, quæ sufficit
ad hoc, q̄ quis dicatur pertinere ad vnitatē
ecclesiæ nō sufficit ad vnitatē corporis ec-
clesiæ. Cuius ratio talis potest assignari: quia
cùm vnitas corporis cōstet ex partibus suis,
necessariò oportet, q̄ sicut in corpore natura
li id, quod est forma substantialis sit in toto
& in qualibet parte corporis, ita & in corpore
mystico necesse est vt id, quod est ad similitu
dinē spiritus humani in eo, sit & in toto cor-
pore mystico, & in qualibet ei⁹ parte: & cōse
quēs sicut membrū naturale recedēte anima
non verè sed impropriè & æquiuocè dicitur
mēbrū: ita in corpore mystico, spiritu sctō, q
quasi anima vegetās & viuificans in corpore
est, ab aliquo per peccatū mortale expulso,
iā talis propriè ad vnitatē corporis ecclesiæ
nō ptinet: quia vt dicit Hugo de sctō victore,
nihil in corpore Christi mortuū: nihil extra
corpus viuū. Hinc Apostolus. Si quis nō ha- Roma.8.
bet spiritū Christi, nō est eius, scilicet, mēbrū.
Cæterùm alia dicūtur mēbra secūdùm potē- Tertia.
tiam, & hæc sunt in duplici differētia. Nā quę
dam sunt sic in potētia, quæ tamē nūquā re-
ducetur ad actū: quales sunt multi peccato-
res præsciti, qui nūquā cōuertētur ad Deū, di
cūtur mēbra in potētia, secūdùm q̄ sunt vni-
biles corpori. Ista autē potentia fundatur in
duobus, vt dicit sanct⁹ Tho. videlicet primò
& principaliter in virtute Christi, quę est suf
ficiēs ad salutē totius humani generis, secun-
dùm illud. Nō est abbreuiata manus eius, vt Isa.50.
saluare nō possit. Secūdò in libertate arbitrij.
Alij verò sunt mēbra in potētia, quæ reducē
da est in actū secundùm ordinationē diuinæ
prouidētiæ, sicut sunt peccatores etiā infide-
les, qui sunt prædestinati ad vitā æternā, quo
rū potētia dicimus q̄ fundatur in tribus. Pri-
mò in virtute Christi, quæ (vt dictū est) suffi-
ciēs est ad salutē totius humani generis. Ad- 1.Iohan.2.
uocatū habemus apud patrē Iesum Christū
iustū, ipse est ,ppitiatio pro peccatis nostris,
nō pro nostris autē tantū, sed totius mūdi. Se
cūdò in infallibilitate diuinę ,puidentiæ. Ter
tiò in libertate arbitrij.

¶In quo respondetur obiectionibus factis in contrariū pereos, qui dicunt, quòd soli electi membra sunt corporis Christi. Capit. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones decē eorum, qui dicunt solos electos, siue prædestinatos membra Christi esse, ac illorum tantùm Christum esse caput, diluuntur.*
2 *Homo quomodo dupliciter dicatur esse Dei, ostenditur.*
3 *Verius multipliciter accepta recensetur.*

His sic declaratis, facile nobis
est iam respondere cūctis ob
iectiōib⁹ aduersariorū. Respō
debim⁹ primò ad rationes fa
ctas ,p parte illorū, q̄ dicūt so
los electos, siue p̄destinatos
mēbra Chri esse, ac illorū tm̄ Chrm esse caput.

¶Ad

Ad primū argū. c. 54. factum.

¶Ad primā, in qua obijcitur ex illo ad Eph. 5. Christus dilexit ecclesiam. &c. respōdetur negando consequentiam: quoniam secundū
1 iam dicta Christus non tātùm dicitur caput huius vitæ decursu eorum, quorum saluator secundùm efficiētiā est, cuiusmodi sunt prædestinati: sed etiam omnium, quorum saluator est secundùm sufficientiam, dummodo sibi fide formata vniantur. vniuersaliter quidem inquit Apostolus. Quicunq; baptizati
Gal.3. Rom.8. estis, Christū induistis. Item qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Cæterùm indifferē
Rom.12. Ephe.5. ter loquitur de omnibus fidelibus idē Apostolus, cùm ait. Multi vnum corpus sumus in Christo. Membra sumus corporis eius.

Ad secūdū.

¶Ad secundum, quod obijcitur ex illo. Nouit dominus qui sunt eius. respōdetur, quòd Dei non sunt tantùm prędestinati, sed etiam qui secundùm præsentem iustitiam per gra
2 tiam sibi vniti sunt. vnde sanctus Thom. in. 3 part. q. 48. dicit, quòd homo dupliciter dicitur esse Dei. Vno modo inquantum subijci-
Daniel.4. tur potestati eius: & hoc modo nūquam desinit homo esse Dei, secundùm illud Daniel. Dominabitur excelsus in regno hominum, & cuicunq; voluerit, dabit illud. Alio modo
Rom.8. per vnionem charitatis ad eum, secundùm quod dicitur. Si quis spiritum Christi nō habet, non est eius. & hoc modo quis desinit esse Dei per peccatum. Ad glo. verò quæ indu citur, respondetur dupliciter. Primò secundùm quòd dicit dominus Altisiodo. in sum. sua circa. 8. dist. 4. sententiarum. q̄ hoc intelligendum est diuisim, nō autem cōiunctim. & tunc est sensus. illi sunt hortus conclusus, fons signatus. &c. qui conformes sunt imagini filij sui, siue sint p̄sciti, siue prædestinati, siue vocati, siue iā glorificati. Planè oēs isti dū tamē actu conformes sint imagini filij Dei, quod fit per gratiam gratum faciētem, sunt illi, quorum numerus est hortus conclusus, fons signatus. &c. sicut suprà circa. 5. c. declarauimus. Secundò respondetur, quòd si illud totum prædestinauit, vocauit, iustificauit, & glorificauit, accipiendum sit coniūctim, tūc glo. illa loquitur de ecclesia secundùm statū vitæ futuræ, ad quem soli electi pertinebunt tunc actu, nunc verò in potestate solùm pertinent si in peccato mortali existant, sicut superiùs diximus. Habetur præterea ex ista gl. manifestè, q̄ electi non sunt hortus cōclusus &c. nisi priùs iustificati, & tunc bene conceditur, q̄ numerus talium sit hortus cōclusus &c. secūdùm diuinā prædestinationem, & simul secundùm præsentē iustitiā, sed cū hoc
stat, q̄ etiā præsciti pro tēpore iustificationis eorū sint etiā hortus conclusus. & c. ¶Ad ter- *Ad tertium*
tiū quod obijcitur ex illo. 1. Iohan. 2. Ex nobis prodierūt. &c. respondetur, q̄ illi, qui recesserunt ab ecclesia per aliquā impietate, & in illa mortui sunt, dicūtur non fuisse primò de ecclesiæ corpore secundū prædestinationē, nō autē simpliciter, si cum in ecclesia erāt integrā fidē, firmā spē, & sincerā charitatem obseruabāt. Vnde tales quādiu pie vixerūt, secundū præsentē iustitia filij Dei fuerunt. Vnde Augu. lib. de correctione, & gratia. & ponitur de pœ. d. 4. §. nā cū. dicit sic. Isti cùm pie viuunt, dicūtur filij Dei: sed quia victuri sunt impiè, & in eadē impietate morituri, nō eos dicit filios. hæc Aug. Et ita simili modo respōdetur ad authoritatē Iohan. & ad dictū Aug. & ad oia similia, quæ Aug. ponit locis suprà nominatis. Verumcōmemorandū est, quod superiùs diximus, q̄ ex sola prædestinatione, qua aliquis est prædestinatus vt sit filius Dei per gratiā adoptionis, non dicitur quis filius Dei simpliciter, siue actualiter, sed solùm in potētia, sed ex præsenti iustitia est, & nominatur quis filius Dei actu siue simpliter: licet sic iustificatus nō sit prædestinatus ad vitam æternam. Vnde beatus Augu. Ioā- *Aug. super Iohā. homi.* go processu tractat quomodo dicendi sint 45.
ouesChristi, qui adhuc in errore sunt, & finaliter dicit sic. Secundùm præscientiā Dei, & prædestinationem quammultæ oues foris, quammulti lupi intus, & quammultæ oues intus, & quammulti lupi foris. Quid est q̄ dixi quammultæ oues foris? quammulti luxuriantur, casti futuri, quammulti blasphemāt Christū, crediturī in Christū, quāmulti se inebriant, futuri sobrij: quāmulti rapiunt res alienas, donaturi suas, & ij oues sunt. Verūtamen modò alienam vocem audiunt, alienos sequuntur. Itē quāmulti intus laudant blasphematuri: casti sunt fornicaturi: sobrij sunt se vino postea sepulturi: stant casuri, & non sunt oues. De p̄destinatis enim loquimur: de his loquimur, quos nouit dūs qui sunt eius. Et tamen ipsi quandiu rectè sapiunt, Christi vocem audiunt. Ecce audiunt isti, non audiunt illi: & tamē secundū prædestinationē nō oues isti, oues illi. hæc Aug. Ecce manifestè August. dicit prædestinatos peccatores oues esse, non tamen actu: cùm dicat eos nō audire vocem pastoris Christi, sed alienos sequūtur. Cùm tamē Dominus dicat Iohā. 10 Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me. sed in potentia quæ ad actum reducenda est, cùm ait: quammulti luxurian-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur casti futuri. &c. Nec mirari quis debet, si scriptura simpliciter loquatur de talibus tan quam de simpliciter ouibus, aut filijs, siue etiam membris Christi: quoniam hoc non sit ideo, quòd actu sint oues Christi, aut filij Dei, aut membra actu susципientia influxũ Christi à Christo capite: sed talis scripturæ vsus est propter ineffabilem certitudinem diuinę prouidentiæ. Hac quippe ratione dominus quandoq; simpliciter loquitur de eis, quę solum sunt in potentia: imò quandoq; per verbum de præterito loquitur de eo, quod in lõgissimum tempus expectatur. Quorum exẽpla multa sunt in scriptura sancta: sicut patet maximè in prophetis de incarnatione Christi, de aduentu ad iudicium, & de pluribus alijs. Simili modo est in materia præsenti. Vnde Aug. lib. de correct. & gratia tractãs illud Apli ad Rom. 8. Quos vocauit, hos & iustificauit: quos prædestinauit, hos & vocauit &c. dicit. Adhuc vsq; in finem seculi multi vocandi & iustificandi sunt: & tamen verba præsentis temporis posuit etiam de rebus futuris: tanquam iam fecerit dominus, quæ vt fierent, iam ex æternitate disposuit: ideo dicit de illis propheta: qui facit quæ ventura

Ad quartũ. sunt. hæc Augusl. ¶ Ad quartum quod obijcitur ex Augusl. super Psal. 103. respõdetur, quòd Augu. non negat, quòd præsciti, qui finaliter damnabuntur, pro tempore iustificationis eorum communicauerint charitati: quia iustitia cùm sit remissio peccatorũ non adimpletur sine charitate. Præterea etiã dæmones ipsi damnatissimi, in charitate dicun

Aug. 12. de ciui. Dei tur fuisse creati. vnde Augusti. dicit. Bonam voluntatem quis inquit fecit in angelis, nisi ille, qui eos cum sua voluntate, id est, amore casto, quo illi adhærent, creauit, simul in eis condẽs naturam, & largiens gratiam? Sed exponendum est illud verbum Augusti. prout exponit Magister Sententiarum. in. 3. dist. 31. sic. Charitas est fons, cui alieni, id est, damnãdi nõ cõmunicant, scilicet finaliter: quia

Ad quintũ. aliàs non damnarẽtur. ¶ Ad quintum quod obijcitur ex Augusl. lib. de doctri. Christiana. dicentis. Non est reuera. &c. respondetur. Pro cuius responsione, & pro concordantia multorum passuum sacræ scripturæ & dictorum doctorum sanctorum, qui videntur in cortice sibijnuicem aduersari, notandum est, quòd veritas multipliciter accipitur. Est

3 enim veritas essentiæ, quæ secundùm rationem speciei consideratur. de qua potest capi illud Augustini in libr. Soliloquiorum dicentis. Verum est illud quod est. Secundo modo dicitur veritas permanentiæ, cõtinuationis, siue perseuerãtię: hoc modo non dicit verũ qđ citò desinit esse, siue id, quod permã surũ nõ est, secũdùm illud. Si mãseritis in ser *Ioan. 8.* mone meo, verè discipuli mei eritis. Tertio modo dicitur veritas perfectionis, siue consummationis. de qua potest accipi illud. Ve- *Luc. 21.* rè hic homo iustus est. verè quidem iustus dictus est Christus: quia consummatæ iustitię & per consequens perfectionis fuit. Sic decet *Matth. 3.* nos adimplere omnem iustitiam. Istã diuisionem veritatis triplicis ponit Cancellarius antiquus Parisius in sum. sua super verbo Aug. ad Iulianum comitem. Charitas, quæ deseri potuit, nunquàm vera fuit. Hoc insuper de illo originaliter tangitur super eodem verbo à Magistro Sententiarum. in. 3. dist. 31. vbi quærit. Vtrùm sit vera charitas, quæ amittitur. Quia respondens ad præallegatam authoritatem dicit. quòd dictum Augusl. non ad essentiam charitatis refertur, sed ad efficiẽtiã: quia non efficit charitas quæ deserit hominem verè beatum, non enim perducit eũ ad verum bonum. Item ad illã eiusdem Augusli. Charitas est fons, cui alieni, id est, damnandi non communicant, respondet. Non communicant, scilicet in fine: quia non perseuerant. Et consequenter inquit. Possunt autem hæc, quæ de charitate dicta sunt, intelligi de charitate perfecta, quam soli electi habẽt, quæ semel habita, nõ amittitur. hæc Magister Sentẽtiarum. Ex cuius verbis clarè patet diuisio posita triplicis veritatis, cũ dicat charitatem, quæ desinit esse, fuisse veram veritate essentię, sed non permanentiæ, aut perfectionis. Et quoniam, vt sæpenumero repetitũ est, & habetur in gl. ad Rom. 8. Societas & vnitas, qua compaginamur, & efficimur vnum corpus vnici filij Dei, ipsa charitate efficitur, & constituitur. Eadem videtur currere diuisio veritatis de membris Christi, quæ fit de veritate charitatis. Præterea considerãdum, quòd inter istos acceptionis modos veritatis talis ordo est, quoniã secũdus præsupponit primũ necessariò, & addit supra ipsum, & tertius supra secundum. veritas enim perseuerantiæ præsupponit veritatem essentiæ, & veritas perfectionis præsupponit vtrãque, & addit consummationem. Ex quibus aperte cognoscimus, quòd omne verum veritate permanentiæ aut perfectionis est verum veritate essentiæ, & non èconuerso. Secundò, quòd non esse verum veritate permanentiæ siue perfectionis, non dicit non esse verum simpliciter, imò sic arguendo, committeret falla-

sallacia consequentis, ab inferiori ad suũ superi⁹ arguẽdo negatiuè sic. Iste nõ est homo demonstrato asino. ergo non est animal. Ex quorũ omniũ consideratione patet huiusmodi propositiones veras esse. Præsciti iustificati sunt vera mẽbra Christi, veritate essentiæ. Patet, quia tales vera charitate secundũ eun

Ioan. 2. dem modũ veritatis actu cõiunguntur Christo. Præterea tales sunt verè filij Dei. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Aug. super Psal. 122. Si credis ipsi, potestas tibi data est vt sis inter filios Dei. Secunda. Præsciti iustificati nõ sunt vera mẽbra Christi, veritate perseuerãtiæ, siue cõtinuationis. patet, quia charitate permãsura vsq; in finẽ, siue charitate vera veritate permanẽtiæ nõ vniũtur Chro. Quomodo dicit Augu. q charitas fons proprius est & singularis bonorũ, cui non cõicat in fine alienus, id est, dãnandus, vt dictũ est ex dictis Magistri. De hoc genere veritatis accipiẽ dũ est etiã quod dicitur. Iohã. 8. Si mãseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. & glo. quæ sup illud. 1. Iohã. 2. Ex nobis prodierũt, sed non erãt ex nobis. dicit sic. Si exierũt ex nobis, nõ erant ex nobis veraciter. Hoc etiã modo dicit Aug. lib. de correct. & gratia. & ponitur de pœ. d. 4. §. cũ ergo. tractans illud Iohã. Ex nobis prodierunt. &c. quod ex aduerso fuit inductũ. Quid aliud dicũt, nisi q nõ erãt filij Dei etiã quãdo erãt in professione, & nomine filiorũ? nõ quia iustitiã simularũt, sed quia in ea non perseuerarũt. hæc Augu. Ecce qualiter Aug. tales dicit veros fuisse filios Dei veritate essentiæ, in hoc, q dicit veram & non simulatã habuisse iustitiã. Per iustitiã aũt, vt ait Hiero. multi adhærẽt Christo: sed nõ veros esse filios Dei dicit, siue mẽbra Christi veritate perseuerantiæ. vnde dicit, q in ea nõ perseuerarũt. Et per hoc respõdetur ad illud dictũ Aug. principale. Nõ est reuera corpus Christi, quod cũ illo non erit in æternũ. q accipiendũ sit de veritate cõtinuationis perseuerãtiæ, aut perfectionis: nõ autẽ de veritate essentiæ siue rei: quia veraci

Aug. super Psal. 139. ter corpus Christi sunt. Vnde Augu. ait sic. Caput illius capitis sanctæ ecclesiæ est, in cuius nos membris sumus, & caput nostrum diligimus. hæc Augusti. Vel respondendũ est secundũ quòd dominus Richard. respondet in. 3. sententiarum ad eãdem authoritatem, dicens dictum illud Augusti. exponendum esse, id est, non pertinent ad corpus Christi illi, qui non habent vnde cũ Christo possint in æternum manere, quod omnes iusti habere noscuntur. hæc Richard. Et ita authoritas intellecta nõ facit ad propositum arguentiũ, sed magis fauet authoritati quam ponimus

Ad sextum. ¶ Ad sextum quod sumitur ex illo Aug. contra Donatistas. Sunt quidam in eo numero. &c. quòd sunt Dei secundùm prædestinationem. q non simpliciter, sed potentia esse tales: non autem secundùm vnionem gratiæ gratum facientis, secundùm quam quis simpliciter dicitur esse Dei: sicut sæpe dictũ est.

Ad septimũ ¶ Ad septimum quod obijcitur ex eodẽ Augusti. & de eodem libr. contra Donatistas, q multi. &c. respondetur eodem modo: quia licẽt propter infallibilitatem diuinæ præscięntiæ tales dicantur simpliciter meliores, intelligendi tamen sunt potentia, non actu, cùm actu non habeant charitatem. Vnde quis apud Deũ bonus dicitur. vt dicit Aug. potẽtia tamen sunt meliores, quæ certitudinaliter ad actum reducenda est. Et quod ita dicendum sit, etiam ex dictis eiusdem Aug. superiùs in

Ad octauũ. ductis apparet manifestè. ¶ Ad octauũ quod obijcitur: q Deus ab æterno dilexit. &c. respondetur negando consequentiam: quoniam licẽt Deus ab æterno dilexerit electos & ab æterno prædestinauerit eos vt sint membra eius in certo futuro tempore per vnionem cum Christo hic per gratiam & in futuro per gloriam: tamen non sequitur q sint actu membra eius, & quod actu sint vniti, siue incorporati ei per gratiã, aut per gloriam: aliàs si idem iudicium esset sumendum de esse dilectum à Deo & esse illius filium, aut membrum, sicut electi sunt ab æterno, sic dicendi essent membra Christi, quod falsum est. Vnde falsum est quod dicunt, quòd nõ sit maior ratio de dilectione & eius pręordinatione, vt electi sint mẽbra eius. &c. Ratio aũt diuersitatis est: quia esse aliquẽ à Deo, vel cognitũ, vel dilectũ, non ponit actu aliquid in reb⁹ cognitis, & dilectis: sed tãtũ in cognoscente, & diligẽte. Sed mẽbrum esse actu alicuius corporis, denotat necessariò hoc quod dicitur esse mẽbrum, nexibus aliquibus actu esse vnitum corpori, cuius est mẽbrum, & influxũ aliquẽ sensus, & motus actu susципere ab eo, q vicẽ capitis in corpore obtinet, quæ omnia tẽporalia sunt: vnde argumentũ non

Ad nonum. procedit. ¶ Ad nonũ quod sumit ex Augu. lib. de correctio. & gratia. & ponitur de pœni. d. 4. c. hanc societatẽ. respondetur sicut ad prædicta: omnia quidẽ soluuntur per diuisionẽ factã de eis, qui sunt solùm de prædestinatione filij, & non secundũ præsentẽ iustitiã, & de alijs qui sunt secundũ præsentẽ iustitiã, & nõ secũdũ p̃destinationẽ, attribuẽdo singula sin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

la singulis patet clarissima responsio ad totũ illum processum Augusti. vbi suprà. quare cùm non sit opus plura dicẽdi ad rem istam, supersedemus ab alijs. ¶Ad decimum quod obijcitur, quòd corpus Christi verum est figura. &c. respondetur secundùm quòd respõdet dominus Guilielmus Altisio. in sum. sua: quòd similitudo corporis naturalis Christi ad corpus mysticum non respicit nisi præsens: scilicet, quia sicut corpus Christi naturale consistit in præsenti ex membris purissimis: ita corpus Christi mysticum quo ad eius vera membra cõsistit ex fidelibus à peccati macula mũdis, & puris. Et ratio est, quia vt sanct⁹ Tho. dicit: mẽbrum nõ iudicatur secundùm illud, quod de eo potest fieri, sed secundùm illud, quod est. Vnde manus antequam obscindatur membrum est corporis, quãuis sit futurum abscindi. Et similiter qui est in gratia, membrũ Christi est quãuis postea abscindatur. hæc sanctus Tho.

Ad decimũ

S. Tho. in. 3

¶In quo respõdetur ad rationes aliorũ qui secũdo loco, & tertio aliter circa mẽbra Christi locuti sunt in capitulo. 56.

Cap. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Rationes doctorum, qui Christi membra solum nominant eos, qui in gratia gratum faciente existunt. &c. soluuntur.*

AMpliùs superest respondere ad rationes aliorũ doctorum, qui Christi membra tãtùmodo nominant eos, qui in gratia gratũ faciẽte existũt, & eorũ, q dicũt vniuersaliter vniuersos⁹ fideles Chri ad mẽbra Chri pertinere. Quorum solutio breuiter expediri potest attenta declaratione, quam de veritate huius rei fecimus circa cap. 55. Ibi enim tot dicta sunt, vt clarè pateat respõsio omniũ rationum factarũ. ¶Primò enim rationes eorum, qui asserunt ad membra Christi pertinere solos eos, qui in gratia gratum faciente existunt. procedunt de illis, qui actu membra sunt vera spiritu Dei viuificata, secundũ quòd Hugo de sancto Victore in secunda parte de sacramentis ecclesiam describit dicens. Ecclesia sancta corpus Christi est, viui-

Solutiones argumentorũ secundi modi dicendi cap. 56.

1

ficata spiritu, & vnita fide. & sic procedit dictum Apostoli. Si quis Christi spiritum non habet, non est eius, scilicet membrum. Rationes aut aliorum procedunt de eis, qui quocunq; modo, siue verè & perfectè, siue æquiuoce, & imperfectè ad vnitatẽ corporis Christi pertineant. Primi sunt fideles iusti, qui charitatis copula Christo vniti sunt, & viuũt de spiritu eius. Secundi sunt fideles peccatores, qui vnitate fidei informis vniuntur corpori ecclesiæ: sicut copiosè superiùs est ostẽsum. Aliàs etiam circa capit. ȳ. data est alia diuisio, videlicet, quòd esse de ecclesia, dicitur dupliciter. Aut numero, & merito, sicut sunt iusti, de quibus procedunt primæ rationes. Aut numero solùm, sicut fideles peccatores, quomodo conceduntur rationes aliorum. Vel sumendo aliam viam sancti Tho. in tertia parte, de qua suprà fecimus mentionem, quòd aliqua sunt membra actu, & aliqua potentia. Primæ rationes concedendæ veniunt de his, qui membra actu sunt. Secundæ verò de his, qui in potentia sunt membra.

Rom. 8.

¶In quo declaratur, qualis sit vnio membrorum ecclesiæ adinuicem, & de modo vnionis membrorũ ad caput. Cap. LX.

SVMMARIVM

1 *Vnitas adinuicem quadruplex secundũ Thomã describitur. Et quomodo hæc in corpore mysti coinueniatur.*
2 *Vnitas simplicitatis ecclesiæ, quòd Colũbæ nomine denotatur.*
3 *Vnitas inter patrem, & filium quòd sit duplex una naturæ, altera amoris. Et qualiter utraque sit in nobis, ostenditur.*
4 *Mysticum corpus quomodo dicatur unum.*

QVanquã de vnitate ecclesiæ multũ diffusè in superioribꝰ in. c. 7. & . 36. locuti fuerimꝰ, nihilominus ad pleniorẽ intelligentiãsacramẽti vnitatis aliqua de qualitate vnionis mẽbrorũ eius adinuicem, & de modo vnionis mẽbrorũ ad caput disputabimꝰ. ¶Quòd aũt vnio mẽbrorũ adinuicẽ sit vnio essentiæ siue essentialis, arguit sic. Quẽdã gl. pro regula ponit sup illud. 1. Cor. 7. qui adhæret Deo, vnus spiritus est cũ eo. Quòd quãdo de duobus dicit̃ sint vnũ, & nõ addit quid vnũ, intelligendum

Argumẽtũ primum.

telligendum est q; sint vnius essentiæ, sed absolutè dicitur Canti. 6. Vna est Colũba mea. ergo ecclesia ipsa est vna vnitate essentię.

Secundum. ¶Item Ioan. 17. dicitur. Claritatem quã dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. sed pater & filius sunt vnius essentiæ, ergo etiam membra ecclesiæ adinuicem sunt vnum vnitate essentiæ. ¶Tertiò arguitur, q; fides non possit habere rationem medij, quo membra ecclesiæ vnum corpus esse dicantur, sic. Fides non habet respectum ad alterũ, sed est absolutè in subiecto suo, vnde non cõparat subiectũ suũ ad aliud per modum identitatis vel diuersitatis: ergo non videtur habere rationẽ vnientis. ¶Quartò, medium debet esse commune extremis: fides autem nõ competit capiti ecclesiæ, vt patet, ergo videtur q; per fidem nõ sit vnitas ecclesię nec inter se adinuicẽ, nec ad caput. ¶Quintò: prius naturali intelligentia est esse, quàm esse vnũ, & esse vnum, quàm esse viuum: sed per fidem dicitur esse vitã in membris ecclesiæ secundùm illud. Roma. 1. Iustus ex fide viuit. ergo fidem præcessit vnitas. ergo per fidem nõ est vnitas ecclesiæ. Cõsequentia patet: quia causa præcedit, non autẽ sequitur effectum suum. ¶Sextò arguitur, quod nec etiam charitas sit mediũ vnionis membrorũ ecclesiæ: quia charitas in diuersis est differentijs, & cũ ex diuersis numero nõ sit ꝓprię vnio, videt̃ q; ecclesia per charitatẽ nõ potest dici vna numero. consequentia patet, & antecedens etiam. ¶In oppositum sunt quæ in superioribus diximus, & maximè in præmissis capitulis. Est etiam illud Augusti. dicentis. Nos in corpore ipsius sumus, si fides nostra sincera sit in illo, & spes nostra certa: & charitas accensa: si in corpore ipsius, & membra ipsius sumus. Item beatus Hilarius in notulis super Psal. exponens illud Psalm. 121. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. dicit sic. Vnum ecclesiæ corpus est, non quadam corporum confusione permixtum, nec singulis in indiscretum aceruum & informẽ cumulum vnitus, sed per fidei vnitatem, per capitis societatem, per operum voluntatisq; concordiam, per sacramenti vnum in omnibus donum: vnũ omnes sumus. In quod nos hortatur Apostolus dicens. Obsecro vos fratres, vt illud idipsum sapiatis eandem charitatem habentes. Pro declaratione præsentis difficultatis notandũ, quòd vt S. Tho. dicit in corpore naturali inuenitur quaduplex vnitas adinuicem. Prima est secundùm conformitatem naturæ, quia omnia membra cõstant ex fidelibus partibus, & sunt vnius rationis: sicut manus, & pes ex carne, & ossẽ: sic dicũtur membra vnum genere vel specie. Secunda per colligationem eorum adinuicem per neruos, & iuncturas, & sic dicuntur vnum per continuationem. Tertia est secundùm quam diffunditur vitalis spiritus & vires animæ per totum corpus. Quarta est secundùm quòd omnia membra perficiuntur per animam, quæ est vna numero in omnibus membris. Et hæ quatuor vniones inueniuntur in corpore mystico. Prima inquantum omnia membra sunt vnius naturæ, vel specie, vel genere. Secunda inquantum colligata sunt adinuicem per fidem: quia sic continuantur in vno credito. Tertia secundùm quòd viuificantur per gratiam & charitatẽ. Quarta secũdum quòd in eis est spiritus sanctus, quæ est vltima perfectio, & principalis totius corporis mystici quasi anima in corpore. Prima dictarum vnionũ non est vnio simpliciter: quia illud, in quo est vnio, hoc non est vnum numero, sicut est in tribus sequentibus: quia per fidem, & charitatem in vno vniuntur credito, & amato. Similiter spiritus sanctus vnus numero omnes replet homines. hæc sanctus Thom. Quibus tanquam sufficienter declarantibus qualitatem, & modum vnionis membrorum corporis quod est ecclesia habitis, dicendum est ad rationes factas in oppositum. ¶Ad primum, vbi dicitur, & obijcitur, quòd absolutè ecclesia dicitur vna. Respondetur quòd nõ est ita, sed determinatur eius vnitas in hoc q; dicitur: vna est Columbã, & vna est perfecta. In nomine Colũbę iuxta gl. notatur vnitas simplicitatis ecclesiæ. Ecclesia enim est vna vnitate simplicitatis, cùm sit sine macula, & ruga perfidiæ, aut erroris, in quo vnitas fidei designat̃. In hoc verò q; dicitur vna perfecta, determinatur eius vnitas ad vnitatẽ perfectionis: quoniam vnitas ecclesiæ non est indiuisibilitatis qualis est vnitas pũcti: nec continuitatis qualis est vnitas lineæ, sed perfectionis, qua aliquid vnum perfectione constituitur ex multis. vt habetur. 5. Meta. ¶Ad secundũ quod obijcitur ex illo Ioan. 17. &c. respondetur, quòd dictum Ioannis intelligitur iuxta gloſ. sic: vt sint vnum suo modo per participationem alicuius similitudinis vnitatis naturæ. vnde ly, sicut, non dicit æquiparantiã, sed proportionẽ participatæ similitudinis vnitatis diuinæ. Vnde duplex vnitas est inter patrem & filium. Vna est naturæ. de qua. Ego & pater vnum sumus. Alia est

In oppositũ

Aug. super Psalm. 36.

S. Tho. in. 3 sentẽ. d. 13.

1

Ad primũ.

2

Ad secundũ

3

Ioan. 10.

vnitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnitas amoris in patre & filio, quæ est vnitas spiritus,& vtraq; est in nobis,non quidē per æquiparantiam, sed per similitudinem quandam:pater autem & filius sunt eiusdem naturæ numero, & nos vnum in natura secū dum speciem.Item sunt vnum per amorem, non participatum ex dono alicuius, sed ex eis procedentem: nam pater,& filius diligūt se spiritu sancto: nos autem sumus vnū per amorem participatum ex dono superiori.

Ad tertium ¶Ad tertium respōdetur, q̄ vnire dicitur dupliciter. Vno modo per modum vinculi,& connexionis: & sic videtur quod sola charitas, quæ est connexio,& quædam copula dicitur vnire.vnde Apostolus.Sup omnia habete charitatem,quę est vinculum perfectionis. Alio modo vnire per modum assimilationis,& hoc modo ois virtus dicitur vnire vnū alteri,in quo similis dispositio inuenit. & hoc modo fidesdicitur vnire,& habere ex continenti rationem medij. vnde Magister Alexander de Ales in tertio dicit, q̄ corpus ecclesiæ dicitur vnum ab vna perfectione, & à cōsimili dispositione. Vna enim perfectio est in capite,& in omnibus credētibus, & amantibus Christum.s. spiritus sanctus. *Ephe.4.* Vnde Apostolus. Vnū corpus, & vnus spiritus id est,ab vno spiritu est vnum corpus.Similiter dicitur vnū à consimili dispositione,quia in omnibus sanctis est vna consimilis dispositio in participatione vnius perfectionis,scilicet spiritus sancti. Et hæc similis dispositio attenditur quantum ad quatuor.Primo quātum ad cognitionem rationis, & hoc per fidem.idē enim omnes credunt. Secundò quātum ad desiderium concupiscibilis,& hoc per charitatem vnam.idem enim omnes amant, scilicet,summam bonitatem. Tertiò attenditur quantum ad expectationem irascibilis: & hoc per spem vnam. quia idem omnes expectāt,scilicet,supernam beatitudinē.Quartò quantum ad operis imitationem, & hoc per operis exhibitionem.idem enim omnes imitātur iusti, scilicet dominum Iesum Christum.Ista quatuor tanguntur in glo.ad Colo.2.super illud. Ex quo totum corpus connexum est,vt suprà dictum est. Sic ergo patet, q̄ corpus mysticum dicitur vnū, & ab vna perfectione,quæ est spiritus sanctus,qui totum corpus ecclesiæ viuificat, & perficit, ac adunat,& à consimili dispositione.sunt enim omnes fideles similes in fide,spe,& charitate,& operum sanctorū exhibitione¶Ad quartum respondetur, q̄ id, quod est mediū per modū vinculi, est cōmune extremis, nō aūt id, quod est mediū per modū assimilationis: qualis est fides ois,quæ in nobis infundi tur,quæ non nisi fulgur,siue radius quidam, siue participatio est diuinæ perfectionis, & ideo ratio non procedit. ¶Ad quintum potest dupliciter respōderi.Primò, q̄ per fidē secundū se nō dicitur propriè corpus viuificari,nisi ratione charitatis perficiētis eā,sed bene corpus vnire. Vnde Hugo de sancto Vic. lib.de sacra. dicit, q̄ per fidē accipimus vnionē,& per charitate viuificationē. Cùmergo dicit.Iustus ex fide viuit,intelligit de fide formata in charitate. Secundò respōdetur, q̄ in esse naturæ aliud est & viuere re & ratione:sicut patet,quia multa esse habent quæ nō viuunt,& etiam in eodē alterius & alterius rationis sunt. Sed in esse gratiæ idē sunt re esse & viuere:nā vbi nō est vita spiritualis, nō est esse gratiæ:cùm ergo esse & viuū sint idē,manifestū est, q̄ viuere & esse viuū non differūt in esse spirituali siue gratuito,licēt differāt in esse naturali. ¶Ad sextū respōdetur negādo cōsequentiā. Quoniā vt in superioribus inductū est,quēadmodū in corpore naturali vires diffusæ per oīa mēbra differunt numero secūdùm essentiā & propriā perfectionē,sed conueniūt in radice vna numero, & præter hoc habent formā vltimā vnā numero:ita etiam oīa mēbra corporis mystici habēt pro vltimo cōplemēto spiritū sanctū,qui est vn⁹ numero in omnib⁹,& ipsa charitas diffusa in eis p spiritū sanctū, quāuis differat in diuersis secūn essentiā,cōueniūt tñ in vna radice secundū numerū. Radix autē operationis proprie est ipsum obiectū, ex quo speciē trahit. Et ideo inquantū est idē numero amatū, & creditū ab omnibus,secūdū hoc vnīē omniū fides & charitas in vna radice secūdū numerū, nō solum prima, quæ est spiritus sancti, sed etiā proxima, quæ est propriū obiectū.

Ad quintū.

Ad sextum

Ad quartū.

¶In quo declaratur, quæ sit causa efficiēs huius vnionis mēbrorū ecclesię adinuicē. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Vnitas ecclesiæ quomodo à tota Trinitate cōmuniter fiat, ostenditur.*

VISO quibus tanquam medijs siue principio formali vnitas ecclesiæ cōpaginata sit:in quo tanq̄ efficiēte principio fiat, ostēdam⁹. Dicimus

1 Dicimus autem, quòd vnitas ecclesiæ cōmuniter est à tota Trinitate,à qua habet esse.Opera enim exteriora.vt ait beat⁹ Aug. & beatus Diony. indiuisa, & communia sunt toti Trinitati. Interdū tamen ex diuersis respectibus appropriatur singulis personis. Appropriatur enim aliquando patri, eo quod est principium totius deitatis, & vnitas habet rationem principij.Vnde secundùm Augustī.lib.1.de doctri.Christiana,& inducitur à Magistro Senten. in. 1.senten.d.31.vnitas appropriatur patri.ait enim.In patre vnitas: in filio æqualitas: in spiritu sancto vnitatis, æqualitatisq; concordia. Aliquando etiam legitur,quòd vnitas ecclesiæ appropriatur filio propter naturam assumptam, secundum quam spirituali modo, vt suprà induximus, conuenit ei,quòd sit caput ecclesiæ ex hominibus sumptæ propter conformitatem, scilicet, naturæ cum membris. Ex capite autem pendet vnio membrorum.vnde Apostolus. *Ephe.1.* Crescamus in illo per omnia, qui est caput nostrum Christus, ex quo totum corpus cōpositum est, & connexum, & compactū.vt dicit glo.per fidem, & connexū vinculis charitatis.Idem ad Colo.2.habetur.De hac præterea vnitate facta per Christum dicitur in *Psal.146.* Psal.Aedificans Hierusalem dominus dispersiones Israël cōgregabit. Et gl. dominus ædificat Hierusalem cælestem,quam de viuis lapidibus constituit,ruinam angelicā reparans: & ipse qui ædificat,congregabit in vna fide, spe,& charitate dispersiones Israël,id est,fideles olim dispersos colliget,vt de illis ædificiū cæleste formetur.hæc glo. Item Ioan. 10. inquit Chr̄us.Alias oues habeo,quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere,& vocem meę audient,& fiet vnū ouile & vnus pastor.Et Ioā. 11.dicitur.Iesus moriturus est non tantùm pro gente(scilicet,Iudæorum) sed vt filios Dei,qui dispersi erant,congregaret in vnū.Item Apostolus dicit.Ipse est pax *Ephe.2.* nostra,qui fecit vtraq; vnum.Cæterùm vnitas ecclesiæ appropriata legitur spiritui sancto,cui appropriatur connexio,vnio, & cōmunio,secundùm Aug.lib.1.de Trinita.Vnde glo.super illud ad Rom.8. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei.dicit sic.Quòd spiritus sanct⁹ communis est patri & filio, amborumque vnio:per ipsum fit societas & vnitas,qua efficimur vnum corpus vnici filij Dei.vnitas enim nos compagmat, quam facit charitas. Charitas vnde est,nisi à spiritu sancto? Hæc glo.Huius etiam rei apertissimum testimonium habemus ab Apostolo Paulo, qui ait. Etenim vno spiritu omnes in vnum corpus baptizati sumus.glo.vno spiritu,scilicet,sancto,ducti sumus in vnum corpus.Idem habetur ex.1.ad Ephe.5.vnū corpus, & vnus spiritus.vbi glo. Magistri.Itaq; (inquit) vnum corpus efficimur propter societatem quam facit spiritus sanctus non sine patre & filio. Etiam quippe accipitur hoc donū, vt in sancto spiritu fiat remissio peccatorum, quam remissionem cùm Trinitas faciat,proprie tamen ad spiritum sanctum intelligitur pertinere:ipse enim est spiritus adoptionis filiorū, ipse est patris,& filij amor:ad ipsum ergo pertinet societas qua efficimur vnū corpus vnici filij Dei.hæc glo.Præterea circa hoc notādum,quòd sicut spiritui sancto tanquā principali agenti attribuitur vnitas,qua omnes fideles efficiuntur vnum corpus vnici filij Dei: ita sacramento baptismi tanquam instrumē to diuinæ pietatis legitur attribui effectus vniōis,siue incorporationis,qua fideles Christo incorporantur. Vnde Apostolus.Quot- *Gala.3.* quot baptizati estis Christum induistis. Itē Augustī.ad Bonifa.& habetur in capit.quia passus.de consecrati.distinct.2. Nulli est aliquatenus ambigendum vnūquēque fideliū corporis,& sanguinis dominici tunc esse participem,quando in baptismate membrū efficitur Christi. Item libr. de baptis. paruulorum.& habetur de cōsecrati.dist.4. c.ad hoc. sic idem ait Augustī. Ad hoc baptismus valet,vt baptizati Christo incorporentur.

¶In quo declaratur, an corpus Christi verum sit melius corpore Christi mystico, an è conuerso. Cap. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Corpus Christi uerum, an & quomodo dicatur melius corpore mystico.*

QVIA in superioribus ex sententia beati Augustī.sæpenumero repetitum est, quòd corpus Christi verum figura sit corporis Christi mystici, & apud veteres doctores super illo verbo beati Gregorij inducto à Magistro Sententiarum in.4. distinct. 13.cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæritur. 13.cap.1. Quid melius corpore & sanguine Christi. mota reperitur quomodo. An corpus Christi verum melius sit corpore Christi mystico: aut econuerso. Placuit nobis in hoc loco pro ampliore huius tractatus doctrina aliquid tangere: & quia argumentorum discussione veritas magis splendescit, in lucem argumẽta inducemus ad vtrãque partẽ. ¶ Pro parte negatiua arguitur primò sic. *Argumẽtũ primum.* Dicit glos. super illud. 1. Cor. 10. hæc omnia in figura contingebant illis. quod in bonis melius est ipsum figuratũ per figurã, quàm ipsa figura, sed corpus Christi verum est figura corporis Christi mystici, vt dicit August. & deducitur à Magistro Sentẽ. lib. 4. d. 8. ergo corpus Christi mysticum est melius corpore Christi vero. *Secundum.* ¶ Secundò sic. August. vt sæpe inductũ est in superioribus, dicit, quòd totus Christus est caput, & corpus. ait enim. Caput & corpus vnus est Christus. constat autem, quòd membra cũ capite sunt aliquid melius, quàm caput solũ. ergo corpus Christi mysticum est melius, quàm corpus Christi verum. *In oppositũ* ¶ In oppositum arguitur multipliciter. & primò sic. Causa potior est effectu: sed corpus Christi verum dicitur ipse Christus, qui est causa corporis Christi mystici, ergo melius est illo. ¶ Secundò sic. Corpus Christi verum facit pretium datum pro redẽptione & saluatione corporis mystici. vnde ad Ephe. 5. dicitur. Christus dilexit ecclesiã, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret. &c. ergo melius est corpus Christi verum corpore Christi mystico. consequentia patet. ¶ Tertiò sic. Corpus Christi verum est vnitum diuinitati in vnitate personæ, secundùm illud, Verbum caro factum est. &c. non autem corpus Christi mysticum est tanta ac tali vnitate diuinitati coniunctum. ergo multò melius, ac excellentius est illo. consequentia est manifesta. *Respõdetur* Respondetur dicendo quòd corpus Christi verum melius est corpore mystico, propriè loquendo. Pro cuius declaratione, sequendo dominum Albertũ Magnum, & sanctum Tho. qui in loco prænominato hanc materiam tangunt, notanda sunt duo. Primum est, quòd sicut in humano corpore vario modo accipitur hoc nomen corpus: quia quandoq; dicit residuum à capite, & secundùm hoc aliud est corpus, & aliud est caput. Quãdoq; verò dicitur corpus totum ipsum constans ex capite, & residuo, & secundùm hoc caput est membrum totalis corporis. Ita multipliciter accipitur corpus mysticum, quia quandoq; dicitur corpus mysticũ ecclesia constans ex fidelibus omnibus alijs à Christo. Quãdoq; verò corpus mysticum dicitur collectio ipsa omnium fidelium cum capite suo Christo. Secundò notandum est, quòd corpus Christi verum dupliciter consideratur. Vno modo sine diuinitate cui est vnitum. Alio modo vt diuinitati coniunctũ. His notatis dicimus, quòd corpus Christi mysticum si accipiatur in prima significatione, quæ est eius propria acceptio, vt scilicet tantùm dicat membra cohærentia capiti, melius est corpus Christi verum, quàm corpus Christi mysticum, rationibus suprà assignatis. Si verò accipiatur corpus mysticum secundo modo, vt scilicet dicit membra cum capite, tunc currit secunda distinctio. Quia si accipitur corpus Christi verum non habita consideratione ad diuinitatem, cui est vnitum, tunc corpus Christi mysticum est melius, siue nobilius corpore Christi vero. Si verò accipitur corpus eius verũ, vt vnitũ diuinitati, tũc corpus Christi mysticum non est melius, siue nobilius corpore Christi vero. Cuius ratio, quæ est sancti Tho. est, quia Deus, & omnes creaturæ simul non sunt aliquid melius, quàm Deus tantùm. Dicẽdum est ergo ad argumenta facta in contrarium. Ad primum respondetur, vt dicit Albertus magnus, quòd gloss. illa loquitur de his quæ sunt figuræ tantùm, quorum, scilicet, totus vsus est in significando, & non in causando, sicut fuit agnus paschalis, non autem intelligenda est loqui de his quæ sunt signa, & causa, & res, cuiusmodi est corpus Christi verum respectu corporis Christi mystici. *Ad primũ argumẽtũ.* *Ad secundũ* Ad secundum respondetur dupliciter. Primò, quòd licèt totus Christus dicatur caput cum membris, tamen quando comparatio fit inter corpus Christi verũ, & corpus mysticum, quod est mẽbra, nõ intelligitur caput includi cum membris, & imò argumẽtum non procedit. Secundò respondetur, quòd dato, quòd caput intelligatur includi cum membris, quando corpus Christi accipitur coniunctum diuinitati, non est verum vt dictũ est, quòd totũ corpus Christi mysticum sit melius corpore Christi vero.

¶De qualitate & modo vnitatis, quo corpus Christi, quod est ecclesia, capite Christo vniri dicitur. Cap. LXIII.

SVMMARIVM

1 *Vnitatis ecclesiæ cum Christo modus & qualitas describitur. Et ibi triplex unitas ostenditur.*

POstquam sermo habitus est de qualitate, & modo vnionis, quo membra corporis ecclesiæ vniuntur, & connectuntur adinuicem, & de causis eius: consequens est, vt de qualitate, & modo vnionis, quo ipsa mẽbra ipsi capiti Christo vniuntur, aliquid tangamus. *Vnitas triplex.* Pro quo notandum, vt ait Hugo de sancto Victor. libr. de sacramẽtis part. 2. tractans illud. *Iohan. 17.* Pater serua eos quos dedisti mihi vt sint vnum sicut, & nos vnũ sumus. triplex dicitur vnitas. videlicet vnitas in natura, & hoc modo pater & filius & spiritus sanctus vnum sunt. Iohã. 10. Ego & pater vnum sumus. Et 1. Iohã. 5. Tres sunt qui testimoniũ dãt in cælo: pater, verbũ, & spiritus sctũs, & hi tres vnũ sunt. per indiuiduam scilicet eandẽ naturam. Quoniam vt ait August. lib. 1. contra Maximinum hæreticum Arrianũ, aliud enim est, vnum sunt, & aliud, vnus est. Quando dicitur, vnum sunt, & ibi nõ dicitur quid vnum, intelligitur vna substãtia. Quando dicitur, vnus est de duabus diuersisq; substantijs, necesse est, vt quæratur quid vnus. Verbi gratia, diuersa est substantia anima & corpus, tamen vnus homo. & diuersa est substãtia spiritus hominis, & spiritus Dei: & tamẽ cum adhæret Deo, vnus spiritus est. vnus dicit, non vnum sunt, vbi autem dicitur vnum, vna substantia significatur. Hæc Augu. Secunda vnitas dicitur vnitas personalis, qua vnitate humanitas, & diuinitas sunt vnũ in persona filij Dei. Vnde Athan. in Symbolo. Vnus omnino, scilicet est Christus: non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Tertia est vnitas per conformitatem voluntatis: *Act. 4.* secundũ illud. Erat illis cor vnum, & anima vna. Quod verbũ tractans Aug. super Iohã. in sermone. 34. dicit sic. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, multas animas facit vnã animam, & multa corda facit vnum cor. Et in libr. de vera innocentia. Multorum homi num multæ sine dubio sunt animæ, & multa sunt corda: si tamen per fidẽ & dilectionem adhæreant Deo, fiunt omnes vna anima, & vnum cor. Prima, & perfectissima vnitas est diuinarũ personarum in natura vna, de qua Aug. contra Maximinũ hæreticum lib. 3. ita inquit. Tres personæ sunt vnum, & summè vnũ, vbi nulla naturarũ, vbi nulla est diuersitas volũtatũ. Secunda est vnitas naturarũ in vna psona Chri, de qua dicit Aug. vbi suprà. Porrò Chrus vna psona est geminę subsłatię quia Deus & homo est. Tertia est vnitas capitis & corporis ecclesiæ, quæ est vnitas conformitatis in voluntate vna: & hæc est per iustitiam præsentem. Vnde Aug. Qui per iustitiæ ambulant vias, ad similitudinem sui tendunt authoris. Et Hiero. super illud Psal. 34. *Aug. lib. de vera innocẽtia.* Innocẽtes, & recti adhęserunt mihi. dicit sic. Sicut collum, caput, & membra in eodẽ corpore continentur: sic etiam ecclesia per iustitiã adhæret Christo, & membra eius in eodẽ corpore continentur per iustitiam. Sanè merito ecclesiæ corpus Christo dicitur adhærere: quia cùm ipsa secũdũ Anselmũ rectitudo quædam sit voluntatis, conformat animas Deo. De qua conformitate inquit Apostolus. Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imagini filij sui. glo. in puritate vitæ modò, & postea in beatitudine. De istis tribus vnitatibus sic venerabilis Hugo vbi suprà loquitur. Verbum cũ patre vnum in natura: homo cũ verbo vnum in persona: mẽbra cũ capite vnum sunt primò in iustitia, & postea vnũ in gloria. Verùm sicut intra mẽbra corporis humani, & caput non tantùm est vnitas spiritus quo totum corpus viuit & vegetatur, sed etiam conformitas naturæ, in quantum sunt ex similibus partibus, & vnius rationis, scilicet ex carne & osse: ita & inter membra corporis mystici, & ipsum caput Christum est vnio per conformitatem volũtatis: de qua dictum est, siue per vnitatem spiritus. de qua dicit Apostol⁹. Qui adhęret Deo vnus spiritus est cum eo. quam vnitatẽ amor ipse gratuitus efficit. habet enim amor, vt dicit Diony. libr. de diui. nominibus. virtutem vnitiuam. Vnde. 2. Iohã. 4. dicitur. Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Cuius gratia exhortatur Apostolus ad Col. 3. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. charitas enim, vt ait gloss. in vnũ colligit. Et præterea inter ipsa mẽbra corporis Chri ad ipsum caput Chrum vnio per cõformitatẽ vnius & eiusdẽ naturę in specie, quod per incarnationem filij Dei donatũ est ecclesię ex hominibus assumptę. Vnde verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Id est, nobis similis habitu in- *Iohã. 1.* uẽtus vt homo, vt ait glo. Hinc beatus Aug. *Aug. super Psal. 148.* dicit, quòd verbum caro factum est, vt esset caput ecclesiæ. quoniam secundùm quòd ait glo. super illud ad Ephe. 1. Dedit eum caput super omnem ecclesiam. dicit. Christus pro- *Rom. 8.* *Rom. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

priè dicitur caput secundùm humanitatem secundùm quam coniungitur ei ecclesia, & natura & gratia. Hæc autem duplex vnitas, scilicet naturæ & gratiæ inter Christum, & ecclesiam, apertè designatur Canti. 4. vbi sub sororis & sponsæ Christi appellationibus, ipsa ecclesia sancta describitur. dicitur enim Cantici. 4. Hortus conclusus soror mea sponsa. Sponsę, quidem nomine vnitas affectus siue gratiæ: sororis verò vocabulo naturæ conformitas etiam perlucidè designatur.

¶ Quomodo accipiendū sit, id quod dicitur, quòd Christus, & corpus eiº, quod est ecclesia sint vnus homo. Cap. LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Homo quotupliciter sumi possit, refertur.*
2 *Christus, & corpus eius, quod est ecclesia, q sint unus homo, quomodo sit accipiendum.*

SAngemus cōsequentur, quę intelligentia habēda sit quarūdam propositionum, quibus sancti doctores mysticæ vnitatis ecclesiæ cum Christo sacramentum explicantes vsi fuisse leguntur. Quarum vna est ista, q Christus, & corpus eius, quòd est ecclesia, sunt vnus homo. Hanc ponit beatus Augu. super Psal. 18. ita dicens. Ideo spiritus sanctº linguis omnium loqui fecit, in quos primò venit: quia linguis omnium gentium in vnitatem se locuturū esse nuntiauit. Quod tunc faciebat vnus homo accepto spiritu sancto, vt vnus homo linguis omnium gentium loqueret. Hoc facit modò ipsa vnitas, quæ linguis omnibus loquitur. igit homo caput, & corpus vnum Christus & ecclesia. hæc Aug. Item eandem propositionem ponit idē beatus Aug. super Psal. 85. sic dicens. Nullū maius bonum præstare posset Deus hominibº, quàm vt verbum suum, per quod condidit omnia, faceret illis caput, & illos tanquam membra coaptaret, vt esset filius Dei filius hominis, & vnus Deus cum patre, & vnus homo cum hominibus. Item super Psal. 109 ait. Oēs sancti vnus homo in Christo: quia vnitas sancta est: ipse vnus homo dicit. A finibus terræ ad te clamaui, cū angeretur cor meum. Item super Psal. 127. super illo. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Est quidam homo, qui sic benedicitur, & nemo timet dominum, nisi qui est in membris ipsius hominis, & multi homines sunt, & vnº homo est. vnus ergo homo Chrus caput & corpus. Et infrà. Intelligamº ergo vocē huius hominis, in cuiº corpore vnus homo sumus. Item super Psal. 130. per Dauid typicè signatur vnus homo, cuius vox sæpe in Psal. auditur: scilicet totus Chrus caput & corpº. Hęc ibi. Et in multis alijs locis hanc sæpenumerò repetit propositionem. Pro cuius intelligētia considerandum est, q homo dupliciter 1
potest sumi. Vno modo Physicè, alio modo mysticè. Physicè quidē sumptus homo iuxta definitionem Arist. 7. Metaphysicę. dicit quid cōstitutum ex corpore & aīa rationali. Mysticè verò homo sumptus, dicit quid constitutum ex eo, quod habet similitudinem, siue figurā corporis Physici organici, & ex eo quod habet similitudinem animæ rationalis animantis, & regentis totum corpus. Quoniam vt dicit sanctus Thom. in ciuilibus oēs qui sunt vnius communitatis, dicuntur vnū corpus: & tota communitas quasi vnus homo. Quo etiaā modo scriptura videtur loqui de populo Israël quasi de vno hoīe loquens ait. Israël inquit Deus filius meus primogenitus. Pariformiter beatus Augu. exponens illud Psal. 61. Irruitis in hominem, interficitis vos. &c. dicit, & ponitur in glo. ordinaria. totam ecclesiam hominem quendā vocat generalem. Simili modo legimus partes humanæ naturæ, scilicet carnem, & animam rationalem distingui in veram siue naturalem, & mysticam, siue per similitudinem dictā. Vnde de carne beatº Hiero. in epistola ad Ephe. & habetur de cōse. dist. 2. cap. dupliciter. dicit sic. Dupliciter intelligitur caro Christi, & sanguis, scilicet vel illa caro Christi, quæ crucifixa & sepulta fuit: alia verò spiritualis, & diuina, de qua dominº ait. Caro mea verè est cibus. &c. quam magister Senten. in. 4. dist. 8 mysticam carnem appellans, dicit esse vnitatem ecclesiæ. De anima verò dicit August. super Psal. 62. In concordia Christi omnes vna anima sumus. Item super Iohan. tractans illud Actorum. 4. Erat illis anima vna, & cor vnum in domino. dicit sic sermone. 34. multæ animæ per charitatem vna anima est: multa corda vnum cor. ¶ Quibus notatis, clarè patet sub qua intelligentia accipienda sit propositio illa, dicens, quòd Christus, & corpus eius, quod est ecclesia, sint vnus homo. Quoniam non in eo sensu, quo accipiēda est Physicè siue naturaliter de homine loquimur, S. Tho. 1. 2 q. 81. ar. 1. Exo. 4.

mur, in hoc quippe sensu propositio illa nō modò falsa, sed stulta esset, cùm horret naturam, & fidem tollat. Licet enim Christus secundùm quòd homo, & cæteri homines participatione speciei sint vnus homo, non tamen simpliciter dicti sunt vnus homo, cùm numero distinguātur, & substantiæ eorum distinctę sint. Nec enim filius Dei naturam humanam in vniuersali, aut in omnibus eius suppositis suscipit, sed singularem quandam
2 naturam, vt dicit Damas. libr. 3. Intelligenda ergo est propositio illa, qua dicitur, q Christus & ecclesia sunt vnº homo, sub sensu mystico, secundùm q de homine mysticè, siue per similitudinem loquimur, prout iam explanauimus.

¶ Quomodo accipiendum sit id quod dicitur, q Christus, & corpus eius, quod est ecclesia, sint vna persona. Cap. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Persona nomen à sanctis doctoribus dupliciter acceptum refertur.*
2 *Christus & corpus eius, quod est ecclesia, q sint una persona, quomodo sit intelligendum.*

SAepenumerò etiā apud sanctos doctores de vnitate hac mystica Christi, & ecclesiæ loquentes, inuenimus hanc propositionem, q Christus & corpus eius, quod est ecclesia, sint vna persona. vnde Aug. super Psalm. 30. & ponitur in glo. ordinaria. ita dicit. Et vt noueritis, q vnus dicitur Christus caput, & corpus suum, ipse dicit, cùm de coniugio loqueretur, Erunt duo in carne vna. igitur iam non duo, sed vna caro. Si fortè hoc dicat de quocunq; cōiugio, audi Apostolum Paulū. Et erunt inquit duo in carne vna. Sacramentum hoc magnū est: ego autem dico in Christo & in ecclesia. Fit igitur tanquam ex duobus vna quædam persona ex capite & cōrpore, & sponso & sponsa. Nam vnitatem personæ huiusmodi miram & excellētem commendat etiam Isaias propheta, in quo Christus loquens ait. Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Se dicit sponsum, se sponsam: quare se sponsum & se sponsam, nisi quia erunt duo in carne vna? hæc Augusti. Item Dama. libr. 3. capit. 25. hanc vnionem cum Christo personalem vocat, sic dicens. Oportet scire, quòd duæ sunt kyrioses, id est, proprietates vel familiaritates: vna naturalis, & substantialis: altera personalis, & habitualis. Hæc ille. Primam, scilicet substantialem, id est, hypostaticam, vt exponit sanctus Tho. refert ad vnitatem humanitatis cū verbo. Secundam ad vnitatem ecclesiæ cum Christo. Item eadem propositio reperitur sę penumero apud beatum Grego. vnde lib. 19 moral. capit. 9. dicit Christum & ecclesiam vnam esse personam, vt crebrò iam diximº, Itē lib. 35. c. 9. inquit. Quia Chrus, & ecclesia, id est caput & corpus vna persona est, sæpe beatum Iob dicimus modò capitis modò figuram corporis designare. Pro cuius propositionis vera intelligentia est notandū, quod *Persona capitur dupliciter.* 1
persona dupliciter à sanctis doctoribus accipit. Vno modo propriè, p vno scilicet singulari indiuiduo, siue supposito rationalis naturæ, prout Boëtius de duabus naturis & vna persona Christi accipit dicēs. Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. Quo etiam modo accipit eam Richar. lib. de Tri. dicens. Persona est intellectualis naturæ incommunicabilis existentia. Alio modo accipitur nomē personę non propriè appropriatè naturali vnius indiuiduæ rationalis substātiæ, sed mysticè à quadam analogica similitudine siue resonantia: & hoc modo sæpe de toto corpore ecclesiæ mystico loquitur scriptura, & doctores sancti, sicut de vna persona, sicut iam patuit. Vnde Augusti. super Psalm. 61. super illo verbo. Irruitis in hominem. &c. dicit. Debemus intelligere personā nostram personam ecclesiæ nostræ, personā corporis Christi. Cùm autem vnū sequitur ens & conditio vnitatis conditionem entis, vt colligitur ex Aristo. 4. metaphy. sicut duplex est modus loquendi de persona, aut de homine, scilicet naturaliter aut mysticè: ita duplex est modus loquendi de vnitate. Si enim loquimur de vnitate personali, prout respondet primo modo acceptionis personæ, sic palàm est, quòd Christus & corpus eius, quòd est ecclesia, non sunt vna persona, sicut nec vnus homo: vt in præcedenti capit. declarauimus. Quæ enim hoc modo sunt vnum in persona, aut vna persona, non sunt plura suppositā siue existentia, vt patet ex definitione personæ tā Boëtij, quàm Richar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suprà posita. Christꝰ verò & fideles, qui sunt corpus eius, distinctas hoc modo personalitates habent. Si verò loquamur de vnitate personali prout respõdet secundo modo acceptionis nominis personæ, scilicet mysticè, tunc concedendum est, quòd Christus & corpus eiꝰ, qd est ecclesia, sunt vna persona. Hoc quippe modo vnitatis possunt dici vna persona, quæ etiam distincta sunt suppositis & proprijs naturalibus personalitatibus, quæ vnitas mystica dicitur, siue figuratiua: quia ad similitudinem vnitatis quæ est inter corpus naturale hominis & eius caput accipit. Quoniam sicut cogitãti corpus naturale hominis & caput coniuncta necesse est intelligere quoddam integrum, scilicet hominem & personam naturalem, in qua vniuntur corpus & caput: ita in proposito consideranti Christum caput & ecclesiæ corpus simul vno spiritu copulata, & compaginata, necesse habet intelligere vnam mysticam resultare personam. Vnde August. tractans illud ad Eph. 5. Erunt duo in carne vna. &c. & ponitur in glo. Magistri. dicit. Quomodo dicitur sponsus & sponsa, sic caput, & corpus: siue ergo dicatur caput & corpus, siue sponsus & sponsa, vnũ intelligite, sit enim ex duobus quasi vna quædam persona, scilicet ex capite & corpore, & sponso & sponsa. hæc ibi. ¶ Vbi considerandum, quòd vt in parte iam dedimus intelligere: hæc vnitas mystica personalis, qua totum ecclesiæ corpus cum Christo dicitur vna persona, non confundit distinctionem personalem naturalem Christi, & membrorum: quia cùm istæ personalitates sint alterius & alterius rationis, vna nõ confundit aliam: imò cum vnitate vnius stat distinctio, & pluralitas alterius personalitatis, patet. Quoniã licèt omnes fideles iuxta Apostoli sententiam sunt vnum corpus, tamen distinguuntur suppositis & personalitatibus proprijs. Quot enim fideles sunt, tot personæ sunt: cùm persona sit rationalis naturæ individua substãtia, vt ait Boëtius. Quare Aug. tractãs illud Psal. 127. Beati qui timent dominum. & sequitur in singulari. labores fructuum tuorum manducabis. dicit. O vos, ò tu, vos multi qui vnum estis. hæc ille. Nihil enim prohibet aliqua, quæ vno modo sunt multa, alio modo vnum esse, & indiuisa: sicut quæ sunt distincta numero, esse vnum secundùm speciem, & quæ specie diuisa sunt, esse vnũ genere. imò vt dicit Diony. nihil est existentium non participantium vno: quæ enim sunt multa partibus, sunt vnũ toto, & quæ sunt multa accidẽtibus, sunt vnũ subiecto, & quæ sunt multa numero, sunt vnũ specie, & quæ multa specie, sunt vnum genere: & quæ sunt multa processibus, sunt vnum principio: ita in proposito qui multi sumus in nobis, vnũ sumus in Christo. Oẽs vnum estis in Christo. Est autem hic etiã cõsiderandum, qd licèt beatus Greg. lib. 4. mora. cap. 9. dicat. Quòd sicut redẽptor noster vna persona est cum congregatione bonorum, ipse nãq; caput est corporis, & nos huius capitis corpus: ita antiquus hostis vna persona est connecta cum collectione reproborum: quia ipse eis ad iniquitatem quasi caput præeminet: illi autem dum ad peruersa deseruiũt velut subiectum capiti corpus inhæret. Nihilominus tamen vnitas personalis mystica, qua Christus cum corpore suo, quod est ecclesia, dicitur vna persona: multò excellẽtior siue maior est, quàm illa sit, qua antiquus hostis vna persona dicit cũ corpore iniquorũ: quia vnitas præfata in Christum & ecclesiæ corpus, vt partim superiùs tetigimus, ex duabus radicibus consurgit: videlicet ex conformitate vniꝰ naturæ, quæ est inter caput Christum, & eius corpus, quod est ecclesia, quæ vt diximus ex incarnatione filij Dei resultauit. Dicit enim Hugo de sancto Vict. lib. de sacra. Assumpsit ex nobis nostram naturam vt eam sibi sociaret per vnionem in persona, quæ sociata non erat per vnionẽ in natura, vt per illud, quod de nostro vnũ fecerat, secũ nos sibi vniret, vt cũ ipso vnũ essemus per id quod nostrũ sibi vnitũ erat. hæc ille. Secundũ verò ex quo p̃dicta vnitas mystica resultare dicitur, & quod est quasi completiuum eius, est vnitas spiritus sancti vniuersum ecclesiæ corpus viuificãtis. de quo Apostolus. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis vnum corpus, & vnus spiritus. id est, si vultis inquit glo. esse vnũ corpus, seruate vnitatẽ spiritus: quia spiritus sanctꝰ est quo vnũ corpus efficimur. Cùm enim ipse sit patris, & filij amor, & cõnexio, ad ipsum pertinet societas, qua efficimur vnũ corpus. Vnitas verò, qua diabolus vna persona dicitur cũ vniuerso iniquorũ corpore, nõ ex conformitate naturæ, quæ fit inter caput & corpus cõsurgit: aut ex vnitate alicuius vnius spiritus inhabitantis totum corpus ipsum malorum, sed solũ ex conformitate affectus & praui operis imitatione: secundùm illud. Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. imitantur autẽ illi qui sunt ex parte illius. glo. filij perditionis.

Rom. 12. 1. Cori. 12.

Diony. lib. de diui. no.

Gala. 3.

Ephe. 4.

Sapien. 2.

¶ Quomodo

¶ Quomodo accipiendum sit id, quod à sanctis dicitur, quòd Christus & corpus eius, quod est ecclesia, sunt vnꝰ Christus. Cap. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Christus, quòd non sit proprium nomen, sed appellatiuum. Et quid significet. Et quomodo tribus nominetur modis.*

2 *Christus & corpus eius, quod est ecclesia, quòd sint unus Christus, quomodo intelligatur.*

BEatissimus Augustinꝰ de hac mira & excellenti dignitate corporis mystici cum capite suo Chro loquẽs, multiplicatis vicibus legitur vsus fuisse hac propositione: quòd corpus ecclesiæ cum capite Christo vnus & idẽ sit Christus. Quare quomodo hoc accipiendum sit, tangamus. Dicit enim idem beatus Aug. super Iohã. sermone. 27. Vnitas nos cõpaginat: & tanta ei vnitate coniungimur, vt ipse & nos simus vnus integer Christus. Item hanc propositionem apertè Apostolus ponit. sic dicens. Sicut enim corpus vnum est & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa vnum corpus sunt, ita & Chrus. vbi dicit gl. Oẽs fideles sunt Christus, vt non dicam corpus Christi: quia ipsi Christus tã minores quàm maiores sunt. Caput & corpus dicitur Christus propter ineffabilem vnitatem capitis & membrorum. Hæc gloss. Item Augusti. tractans hoc verbum dicit. Non ait Apostolus ita & Christꝰ sed corpus vnum est membra multa ita & Christus: totum ergo Christus: & quia totũ Christus, ideo caput de cælo. Saule, inquit, Saule quid me persequeris? Tenete hoc & fixum commendate omnino memoriæ tanquam filij ecclesiasticæ eruditionis, & fidei charitate, vt agnoscatis Christum caput & corpus, eundemque Christum verbum Dei vnigenitum æqualem patri: & inde videatis per quantam gratiam pertingatis ad Deum vt ipse voluerit esse nobiscum vnus, qui est cum patre vnus, non inquit, & feminibus tãquam in multis, sed tanquam in vno & semini tuo quod est Christus. Nẽpe semen Abrahæ Christus: nec contradici potest Apostoli cis apertissimis verbis & semini tuo quod est Christus. Item idem Aug. super eodem Psal. ita ad propositum loquitur. Christum enim induti Christus sumus cum capite nostro: quia vtiq; semen Abrahæ sumus. hæc ille. Et idem August. de verbis domini homilia. 61. tractans illud Iohan. 3. Nemo ascendit in cælum. sic dicit. Quomodo ille solus? an ideo solus, quia Christus vnus est cũ membris omnibus suis tanquam caput cum corpore suo? Quid est, Nemo ascendit nisi qui descendit, nisi quia nemo ascendit, nisi vnus cum eo factus, & tanquam membrum compactus in eius corpore qui descendit? Et infrà. Hoc ergo totũ, id est caput & corpus vnus est Christus. Et infrà. Quemadmodũ nobiscum, id est cũ corpore suo, vnus est Christus: Sic iniquꝰ hostis cum omnibus impijs, quibꝰ caput est, quasi cum quodam corpore suo vnus est diabolus. hæc Aug. Et similia in multis alijs locis cõmemorat, quæ breuitatis causa prætermittimus. ¶ Pro intelligentia autem huius propositionis tam sæpe repetitæ ab Aug. iuxta nostram ingenij paruitatem (saluo semper meliori iudicio) duximus considerandum, q hoc nomen, Christus, commune nomen est, nulli autem proprium, vnde Augu. super Cano. Iohan. sic dicit. Iesus propriũ nomen est saluatori: quomodo Moyses proprio nomine appellatus est, quomodo Helias. Christus verò nomen sacramenti quomodo sacerdos. Item Isidor. Christus à chrismate est appellatus. & consequenter. Non est autem saluatoris proprium nomen Christus, sed communis nuncupatio potestatis. Dum enim dicitur Christus, commune dignitatis nomẽ est: dum dicitur Christus Iesus, proprium est vocabulum saluatoris. ¶ Secundò notandum venit id quod dicit beatus August. in sermone quodam contra Arrianos, quòd Christus quantum aduertere possumus per paginas sanctas tribus modis nominatur. Primus modus est secundùm diuinitatem, patri æqualẽ, & coæternam ante assumptionem carnis: ad quod pertinet illud. In principio erat verbũ. &c. Alter modus est cum assumpta carne: nã idem Deus qui homo & idẽ homo qui Deꝰ secundum quandam suæ excellẽtiæ proprietatem, qua non cæteris coæqualis hominibꝰ mediator, & caput ecclesiæ legitur esse & intelligitur, quomodo cum prædicat eadẽ scriptura, cùm inquit. Verbum caro factum est. &c. Tertius modus est: quodammodo totus Christus in plenitudine ecclesiæ, id est, caput & corpus secundùm plenitudinem perfecti cuiusdam viri. in quo viro singuli mẽbra sumus:

1. Cor. 12.

Aug. super Psal. 142.

Christus. 1

Isidor. 7. Etym. c. 2.

Iohã. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus: quod credentibus prædicatur, & prudentibus cognoscibile offertur, loquitur apud Isaiã, vbi ait. Velut sponso alligauit mitrã mihi, & velut sponsam ornauit me ornamẽto. Eundẽ dicit sponsum secundũ caput, & sponsam secundũ corpus, duo videtur, & vnus est. hæc Aug. Quẽ doctores antiqui sequentes distinguunt hoc nomen Christus, dupliciter dicentes, vt verbis vtar domini Altisio. in tractatu de Christo capite in sum. sua super illud Apostoli. 1. ad Cori. 12. vos estis membra de mẽbro, quod quandoq; dicitur filius beatæ virginis. Quandoq; autẽ dicitur Christus integer, scilicet caput cũ membris. de quo ipse Aug. de verbis dñi homil. 49. ita dicit. Cùm ergo ille sit caput, & sit corpus eius ecclesia totus Christus caput & corpus est. Similiter tã Albertus Magnus, quàm sanct⁹ Tho. in. 4. sententiarum circa dist. 13. distinguũt de corpore mystico, quia quandoq; dicit mẽbra tantùm, quandoq; membra cũ capite ipso. Et circa. di. 49. sanctus Tho. eãdem distin. facit de ecclesia dicens, q̃ nomen ecclesiæ dupliciter accipitur: quãdoq; enim nominat tantũmodo corpus, quod Christo coniũgitur sicut capiti: quandoq; nominat mẽbra & caput coniuncta. Quibus notatis, plana videtur intelligentia huiusmodi quod dicitur, q̃ Christus & corpus eius, quod est ecclesia,
2 sunt vnus Christus. Quoniam cùm Christus vnctus interpretatur. (Chrisma enim Græcè vnctio Latinè dicitur,) & Christus caput & corpus eius, quod est ecclesia, iuxta suprà assignatam intelligentiam in superioribus proximis capitulis sunt vnus homo, vna persona, vnum corpus mysticum: in quo sicut vnus spiritus, scilicet sanctus intelligitur esse: ita vna intelligitur vnctio à capite in totum corpus defluere, secundùm illud Psalm.
Psal. 132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Patet apertissimè intelligentia præfatæ propositionis, q̃ Christus caput, & ecclesia corpus eius sunt vn⁹ Chr̃us, id est, sunt vna psona mystica: vna vnitate spiritus sancti vncta sive pfusa. Vnde Aug. super illud Psal. 132. Sicut vnguentum in capite. &c. dicit sic. In capite ipsius vnguẽtum: quia totus Christus cum ecclesia, sed à capite venit vnguentum. & glos. super Psal. 103. tractans illud. Vt exhilaret faciem eius in oleo. dicit sic. Oleum dicit hîc gratiã, quę excellentiùs fuit in Christo: quia excellẽter vnctus est. Vnde & dicitur Christus, id est, vnctus. Ecce Christus totus vnctus in se & in membris, à quo cæteri accipiunt. hæc gl. Ex quibus omnibus faciliter videri potest intelligẽtia illius propositionis, quam tã frequenter beatus Aug. in libris suis cõmemorat, videlicet, q̃ oẽs fideles cũ Christo capite sunt vnus Christus. Cũ enim teste Damas. numer⁹ sit nutus memeris, id est, diuisionis, planè in eo, in quo inter aliqua nõ est diuisio, non potest numerus poni. Cũq; omnes fideles cũ Chr̃o vna persona mystica, vno numero, spiritu, scilicet spiritu sancto viuificata, & vno chrismate vncta, patet q̃ ipsi fideles cũ Christo vn⁹ sint Chr̃us. vnde Aug. apertissimè hoc confirmat dicens. Multi enim Christiani & vnus Christus. ipsi enim Christiani cũ capite suo, quod ascendit in cælũ, vnus est Christus: non ille vnus & nos multi, sed & nos multi in illo vnum: vnus ergo homo Christus caput & corpus. hæc. Aug.. *Aug. super Psal. 127.*

¶ Qualiter accipiendũ sit id, qd̃ à sanctis dicitur, q̃ corp⁹ Christi, imò quodlibet membrum eius sit Christus. Cap. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Corpus Christi, & quodlibet membrum eius quo modo à sanctis dicatur aliquando Christus, ostẽditur.*

Sed aduertendũ q̃ non tãtùm in dictis Aug. & glo. ordinaria Bibliæ reperitur ista propositio, q̃ Christus & corpus eius, quod est ecclesia, sunt vnus Christus: verũ etiam habetur ista copulatiua: q̃ Chr̃us caput est Chr̃istus & corpus eius: imo quodlibet mẽbrum eius est Christus. De prima propositione iam parũ antè in. c. proximo. testimonia plura induximus, & quæ illius esset vera intelligẽtia declarauimus. De secunda propositione copulatiuè expressã iã idẽ restat obseruãdum. inducemus ergo primò testimonia, quæ illã attestantur. Secũdò declarabimus quomodo sit accippiẽda. ¶ Circa primũ in primis est gl. ordinaria super illud. 1. Cor. 12. Omnia autẽ membra cũ sint multa vnum corpus sunt, ita & Christus. ita dicens. vt suprà induximus. Oẽs fideles sunt Christus vt non dicã corpus Christi: quia ipse Christus sunt tã maiores, q̃ minores: caput & corpus dicitur Christ⁹ propter

pter ineffabilẽ vnitatem capitis, & membrorum. hæc glo. Præterea eandem propositionẽ beatus Aug. in multis locis ponit. vnde super Iohan. homil. 27. ita dicit. Gratulemur, & gratias agamus non solùm nos Christianos factos esse, sed Christum. Intelligitis fratres gratiam Dei super vos capitis, admiramini, gaudete Christus facti sumus: si enim caput ille, nos membra: totus homo ille, & nos. Item idem Aug. super Psal. 102. scilicet. Ad te leuaui oculos meos. tractans illud Iohan. 3. Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo. dicit sic. Tanquã se solũ videt dixisse: ergo cæteri remãserũt, quia solus ascẽdit: qui solus descẽdit: quid deberẽt facere cęteri vniti corpori ipsi⁹ vt sit vnus Chr̃us qui ascendit & descẽdit. Descẽdit caput, ascẽdit cũ corpore vestitus ecclesia, quã sibi exhibuit sine macula, & sine ruga: solus ergo ascendit, sed etiã nos, quãdo cũ illo sumus, & in illo mẽbra eius sumus, & nobiscũ solus est: & ideo vn⁹ & semp vn⁹, vnitas nos cõpaginat vni, & illi soli: cũ illo nõ ascendunt, qui cũ illo vnus esse noluerunt. Et infrà. Ascendat ergo iste cantor, sed in vnoquoq; nostrũ cantet hic homo, & vnusquisq; sit iste homo, cùm dicitis illud singuli quia vnum estis in Christo, vnus homo illud dicit. Hæc Aug. Itẽ idem Aug. tractans illud Iohan. 17. Ego pro eis sanctifico me ipsum. dicit sic. & ponitur in glo. ordinaria. Pro eis ego sanctifico me, id est, vt eis prosit: quia & ipsos, qui sunt ego, quia caput & corpus sunt vnus Christus, sanctificio in meipso. Cæterùm beatus Grego. in moralibus tractans præfatum verbum Euangelij Iohan. 3. Nemo ascendit in cælũ. &c. & ponitur in gl. continen. dicit sic. Quia enim nos vnum in illo iam facti sumus: vnde solus venit in se, illuc solus redit etiam in nobis, & is qui in cęlo semper est ad cęlũ quotidiè ascendit: quia qui in diuinitate super omnia permanet, humanitatis suæ cõpage sese quotidiè ad cęlos trahit. hæc Grego. Præterea hãc propositionem satis aperte idem Grego. attestatur per simile quod de corpore malorũ & capite diabolo loquens. lib. 13. mora. c. 10. dicit sic. Ita quippe vnũ corpus sunt diabolus & omnes iniqui, vt plerũque nomine capitis, cẽseatur corpus, & nomine corporis appelleẽ caput. nam capitis nomine censetur corpus, cũ de puerso homine dicitur, Ex vobis vnus diabolus est. & rursum nomine corporis appellatur caput cùm de ipso apostata angelo dicitur, Inimicus homo hoc fecit. hæc Gregori.

¶ Circa secundum, videlicet in quo diximus nos explicaturos qua intelligentia accipiendæ sint huiusmodi authoritates & propositiones, quę sonare videntur, q̃ ipsum corpus Christi, quod est ecclesia, aut aliquod membrum eiusdẽ corporis sit Christus. est notandum, q̃ tales propositiones non sunt ita accipiẽdæ, q̃ corpus Christi mysticum, aut quod cũque eius membrum sint ipse Christus, qui caput est ipsius corporis. Vnde in corpore humano, ad cuius similitudinẽ de corpore ecclesiæ Apostolus loquit, nec corpus ipsum nec aliquod eius membrum dicitur ipsum caput: semper siquidem differentia est inter caput & residuum corporis, & quæcũque alia membra, tam superioritate dignitatis, quàm amplitudine pfectionis, & suppositione virtutis, sicut in superioribus dictum est. Quare beatus Augu. tractans illud Apostoli. Erunt duo in carne vna. inquit sic. Duo refert ad dignitatiam maiestatis: planè duo. non enim nos verbũ: non enim nos in principio apud Deũ: non enim nos per quem facta sunt omnia: venitur ad carnem, & ibi Christus, & ibi nos. Cùm ergo dicitur, corpus Christi, aut quæcũq; membra eius sunt Christus: accipiendũ est altero quatuor modorũ. Primò sic. Corpus Christi siue membra eius sunt Christus, id est, cum Christo sunt vnus & integer Christus. & hoc est verum modo suprà expositio. Vnde beatus Aug. tractans illud quod suprà dictum est Iohan. 17. Ego pro eis sanctifico meipsum. cùm exponeret, id est, ipsos qui sunt ego. deinde adiungit qualiter accipiendum sit hoc, dicẽs. Quia caput & corpus sunt vnus Christus. Hoc ergo sensu accipiendum est id, quod idem Aug. dicit, q̃ fideles sanctificati sunt ipse Christus sanctificans: quia ipsi sanctificati fideles cũ ipso Christo sanctificãte sunt vnus & idẽ Christus modo suprà declarato. Secundo modo possunt huiusmodi propositiones sic accipi: corp⁹ Christi quod est ecclesia siue fideles huiusmodi sunt Christus, id est, sunt vnum cũ Christo participatione vnius spiritus inhabitantis, & viuificantis totũ corpus ecclesiæ, qui vltima perfectio ipsi⁹ corporis mystici est, sicut in superiorib⁹ diximus. Vnde dñs Altisio. in sum. lua in materia vnitatis capitis & membrorum Christi ratione illius, quod sæpe allegatũ est ex Isai. 61. Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento. in quo vt ait Aug. Christus se dicit sponsum & spõsam: quærit, Vtrùm sit verum, quòd sponsus sit sponsa: & respondens ita inquit. Duplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

est forma siue perfectio ecclesiæ, similiter & Christi. Est enim perfectio Christi naturalis & ecclesiæ, quæ est humanitas, & quantum ad hanc perfectionē sponsus est alius quàm sponsa, scilicet Christus quàm ecclesia. Est autem alia perfectio Christi, & ecclesiæ, scilicet gratuita perfectio, quę est spiritus sanctus, & secundùm hāc perfectionem sponsus est spō sa: quia eadem est perfectio Christi, & ecclesię scilicet spiritus sanctus. Et per hanc vnitatē dictum est, multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, & quòd omnes sumus vnum in Christo. Et propter istam vnitatem Christus quandoq; in persona sua, quādoq; in persona ecclesiæ non mutata persona loquitur, quæ est prima regula Tichonij. Hæc Altisiodoren. Tertio modo potest sic accipi: Christi fideles sunt Christus, id est, sunt vnum vnitate conformitatis, & consonantiæ volū tatis cum Christo. sicut illud accipitur, Qui
1. Cori. 6. adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. glo. vnus spiritus, non identitate substantiæ, diuersæ substantiæ enim sunt spiritus hominis & spiritus Dei: sed quia accedit iste spiritus, scilicet hominis ad perfectionem naturæ veritatis & beatitudinis illius, est spiritus Dei. Hæc autem vnitas, quæ secundùm affectionem siue consonantiam voluntatis est, à beato Bernar. libr. 5. de consideratione. vocatur votiua: quæ vt ait est cùm anima votis omnibus adhæret Deo. Quarto modo possunt accipi præfatæ propositiones sicut illa Matth. 11. vbi Christus de beato Iohan. loquens ait, Ipse est Helias. glo. in virtute, non in persona quia scilicet similis Heliæ: in multis quippe fuit illi similis, sicut in eadem gloss. tangitur. & tam Albertus, quàm Nicolaus in postillis suis exponunt: videlicet in austeritate vitæ, & soliditate constantiæ, in authoritate doctrinæ, in similitudine officij, siue ministerij. Hoc modo quidam doctor antiquus, cuius nomen ignoramus, in summa illa theologię, quæ incipit, Habet argentum principiū venarum suarum. in lib. 3. quærēs de vnitate capitis, & corporis quomodo debeat intelligi sacra scriptura de hac mystica vnitate loquens & maximè illa Isa. 61. Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut spōsam Decorauit me monilibus. quæ loquit de sponso, & de spōsa quasi sit vna sola persona, dicēs sic. Quòd hęc vnitas, quæ dicitur esse inter sponsum, & spōsam, nō est nisi similitudo illorū, & inter quē libet sanctū, & spōsum est similitudo ista, spiritus autē sanctus propriè facit illā similitudinē: quia ei appropriatur vnitas, quāuis tota Trinitas illā similitudinē faciat. Sponsum autē vocat Christū secundū humanitatē, & cōsuetudo sic loquēdi est de duobus similibus, vt vnū dicat esse aliud, nōper essentiā, sed per similitudinē, sicut dns dixit de Iohā. Matth. 11. ęrat Helias. Hæc præfatus doctor. His ergo modis accipiendæ sunt propositiones præfatæ (saluo tamē semper meliori iudicio) nec sunt extēdendæ, sed potiùs piè & religiosè exponēdę. Nō enim, vt ait Aug. 4. de doct. Christiana. sanctos patres semper in verbis imitari debemus, quia nō pares illis gratias habemus, sed laborandū est, vt illi, qui vtili, ac salubri obscuritate dixerunt, rectè intelligantur & exponantur.

¶Qualiter accipiendæ sunt prædicationes eorum, quę in sacra scriptura ratione præfatæ mystię vnitatis dicūtur de Chro. Cap. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Prædicata uaria, quomodo, & in quo sensu uerè attribuantur Christo ratione unitatis mysticæ ipsius cum ecclesia, ostenditur.*
2 *Regula ad multos errores uitandos notatur.*
3 *Error cuiusdā magistri, qui circa quandā propositionē dogmatizare præsumpsit, ostenditur.*

RElíquum iā nobis est exponere, qualiter accipiēda sunt multa prædicata, quæ ratione præfatæ vnitatis mystię qua fideles Christo vniūtur in sacra scriptura attribuuntur & prædicātur de Christo, tam ea quæ passiones pœnales, & defectus culpabiles important, quæ ei nullo modo secundū se conueniunt. ¶De prædicatis importātibus passiones corporales est primò illud, quod in iudicio Christus dicturus legitur his, qui in pauperes misericordiæ opera exercuerunt. Ésurui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Ibi Christus tam passiones membrorum se passum, quàm beneficia illis collata se recepisse pronuntiat. Vnde Augusti. super Psalm. 86. hunc locum pertractans ita dicit. Adhuc Christus hic eget: Christus hic peregrinatur: Christus hic ęgrotat: Christus illic in carcere includitur. Iniuriā ei facimus, si nō ipse dicit, Esurui, & dedistis mihi māducare: sitiui, & potastis me: hospes fui, & collegistis me: nudus eram, & vestistis me: & ęger fui, & visitastis me. Et illi. Quando te vidimus ista patientē & ministrantes tibi? Et ille. Cùm vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. hæc Aug. Item similis attributio habetur Act. 9. vbi Christus inquit. Saule Saule cur me persequeris? Ecce ęp patientibus & laborantibus hic Christi membris, Christus, qui in se impassibilis est, in illis laborare & pati dicitur. Vnde Beda in glo. ordinaria inquit. Non ait membra mea, sed me persequeris: quia sibi facta denuntiat, cū ait,
Matth. 25. Ésurui, & dedistis mihi manducare. hæc glo. ¶De prædicatis & attributis importantibus defectus culpabiles, habentur etiam multa testimonia in scriptura sancta, de quibus duo
Psal. 21. ad præsens sufficiant. Primò est illud. Deus Deus meus quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. In hoc psalm. vt dicit Augu. & Magister in glo. Christus loquitur. Vnde magister in gloss. ita ait. Quare me dereliquisti? idest pœnæ & culpæ exposuisti me. Et sequitur in gloss. magistri. Mirum est quomodo dicit, dereliquisti me: cùm & Deus esset. non enim dereliquerat eū Deus, cùm esset verbum Dei Deus, sed pro nobis hoc dicit, qui in eo sumus vnum vt membra, & sumus corpus eius. corpus enim Christi est ecclesia, pro qua & verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et August. in eodem loco. Quare dicit dereliquisti me? nisi quia nos ibi eram⁹, nisi quia corpus Christi est ecclesia. Sequitur. Longè à salute mea verba delictorum meorum. quorum delictorum? de quo dictum est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. quomodo dixit delictorum meorum? nisi quia & pro delictis nostris ipse precatur, & delicta nostra sua delicta fecit, vt iustitiam suam nostram iustitiam faceret. Item Nicolaus de Lyra hunc locum exponens, ita dicit. Delicta populi Christus sua dicit, tum propter membrorum & capitis affinitatem, tum quia fecit ea sua, quoniam sustinendo pro eis pœnam.
Psalm. 40. Secundum testimonium est illud. Ego dixi domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi. quę dicitur vox Christi. Vnde Aug. super eodē ita inquit. Nunquid hoc Christus? nunquid hoc caput nostrum sine peccato? nunquid ergo ipte? imò ipse ex mēbris suis: quia vox membrorum ipsius vox ipsius: qa & vox capitis nostri vox nostra. Et in gloss. magistri eadem quasi ponuntur.

¶Pro quorum intelligentia vera & catholica habenda, est in primis notandum, quod sicut duplex vnitas personalis in Christo consideratur alterius & alterius rationis: ita duplex modus prædicandi aliquādo de Christo reperitur in sacra scriptura, vnus secundùm vnam, & alius secundùm aliam. Prima quidē vnitas realis, & iuxta verbum Damas. substātialis, siue hypostatica est, qua humanitas assumpta à verbo personaliter vnitur sibi, cùm ad idem esse reale hypostaticum siue personale assumpta sit. de qua Iohann. 1. Verbum caro factum est. Alia vnitas personalis est illa mystica, de qua superiùs locuti sumus, qua corpus mysticum ecclesiæ cum Christo homine dicitur vna persona, vnus homo, &
Gala. 3. vnus Christus. de qua dicitur. Omnes vnum estis in Christo. Has autem duas vnitates expresè tangit Augu. lib. de baptis. paruulo. & deducitur à sancto Tho. in gloss. contu. sub his verbis. Si enim diuina substantia longè distantior potuit propter nos ita suscipere humanam substantiam vt vna persona fieret. Ecce primam vnitatem. sequitur. Quantò credibilius alij sancti fiunt cum homine Christo vnus Christus. Ecce secundam. Item has duas vnitates & duos modos prædicandi aliquid de Christo expresè ponit Damas. libro. 3. capit. 23. vbi ita inquit. Oportet scire, quòd duæ kyrioses, id est proprietates, vel familiaritates sunt: vna naturalis & substantialis: altera personalis & habitualis. Naturalis quidem & substantialis est secundùm quam philotropiā, id est amorem diuinum clementia dominus & naturam & naturalia omnia assumpsit & natura & veritate factus est homo & naturalium in experientia factus. Personalis autem quandoquidem alterius subinduit personam propter habitudinem, propitiationem, misericordiam, vel amorem, & pro ipso eos in ipso facit sermones nihil ei pertinentes, secundùm quam & maledictionem, & derelictionem nostram, & quæ talia nonentia naturalia Kyriata, id est propria facit non ipse hoc ens vel factus sed nostram assumpsit per sonam & nobiscum ordinatus tale autem est factus pro nobis maledictio. hæc Damas. Secundùm autem has duas vnitates, vt prædiximus, duplex distinguitur modus prædicandi aliquid de Christo. Ratione primæ vnitatis, scilicet hypostaticæ, qua natura humana assumpta vnita est verbo Dei in vnitate personæ, prædicantur de Christo

Nota primò 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprietas vtriusque naturæ: siue nominetur nomine eiusdem naturæ quæ prædicatur: vt cùm dicitur. Deus Christus est verus Deus. siue nomine nomine alterius naturæ: vt cùm dicitur. hic homo est Deus. vel, Deus est homo. & ita de alijs proprietatibus naturarum: vt cũ dicitur. hic homo creauit cælos est æternus, est immẽsus, creator omnium, & similia. & econuersò prædicãdo de filio Dei proprietates naturæ: vt quòd filius Dei mortuus & sepultus est. &c. Iuxta autem secundum modum vnitatis, quę est inter caput & membra corporis sui, prædicantur multa de Christo in persona membrorũ, quę sibi secundùm se nullo modo cõpetunt, sicut patuit in exẽplis positis, & infrà pleniùs ostendetur. Vtrunq; verò præfatum prædicationis modũ innuit Aug. super super psalm. 101. qui est. Domine exaudi orationẽ meã. vbi postquã dixit Christũ esse huiusmodi pauperẽ qui orabat, fundat rationẽ duplicẽ, qua Christus pauper nominetur secundùm præfatã duplicẽ vnitatẽ, ita dicens. Ibi enim accepit paupertatem nostrã, vbi formã serui indutus est, semetipsum exinaniens, ne diuitias eius expaueſceres, & ad eum accedere cum tua mendicitate nõ auderes. Et infrà. Addat paupertatem paupertati, & transfiguret in se corpus humilitatis nostræ caput nostrum: simus membra eius sicut duo in carne vna. Et pòst infert. vox ergo vna, quia caro vna. hæc Augusti. Istum etiam modum duplicem prædicandi aliquid de Christo tangit sanctus Tho. tertia parte. quæstio. 15. artic. 1. accipiens à Damas. lib. 3. loco suprà allegato. & libro. 4. cap. 10. vbi multos modos ponit aliquid prædicandi de Christo, cuius verba sub compendio sanctus Tho. recitans ita ait. Sicut dicit Damas. libro. 3. dicitur aliquid de Christo vno modo secũdùm proprietatem naturalẽ & hypostaticã, sicut dicitur quòd factus est homo, & quòd pro nobis passus est. Alio modo secundùm proprietatem personalem & habitudinalẽ, prout scilicet aliqua dicuntur de ipso in persona nostra, quæ sibi secundùm se nullo modo conueniunt. vnde & inter regulas Tichonij, quas ponit Augu. 3. de doctrina christiana. prima ponitur de domino & eius corpore, cũ scilicet Christi & ecclesiæ vna persona æstimatur. secundùm hoc Christus ex persona membrorũ suorum loquẽs dicit. verba delictorum meorum. non q̃ in ipso capite delicta fuerint. hęc sanctus Tho. ¶Est præterea pro horũ plenaria intelligentia notandũ, q̃ sicut propter vnitatẽ naturalem corporis naturalis & capitis in homine caput nõ solũ loquitur pro se, sed etiã assumit in loquẽdo personã mẽbrorum: ita in præsenti propter prædictam vnitatẽ mysticam siue spiritualẽ Christi capitis & mẽbrorũ suorum Christus non solũ reperitur loqui in persona sua, sed in persona mẽbrorũ. Vnde gl. magistri super psal. 140. Domine clamaui ad te. ita inquit. Hæc autẽ charitas nos Christo cõpaginat. per charitatẽ nãq; quasi vnus homo est caput & corpus. Propriũ verò capitis est loqui pro membris, sicut lingua nostra personã omniũ mẽbrorũ suscipit: ipsa enim pro omnibus verbo fungitur, dicẽs pro pede, calcas me, & pro manu, vulnerasti me. ita & Christus, q̃ est caput, pro multis loquitur, cũ quibus est vnũ. Charitas enim vnũ facit nos cum Christo, siue caput loquatur, siue mẽbra, siue quod dicitur capiti cõueniat siue mẽbris Christus loquit: sed in voce eius quisq; agnoscat suã tãquã inhærens in Christi corpore. Aliquãdo enim dicit quod sibi solicõpetit, nõ tamẽ separat se à verbis nostris, sed à suis proprijs ad nostra redit, & à nostris interdũ ad sua propria transfit. hæc ibi. Ista etiã est sententia, imò pro magna parte forma verborũ Aug. in multis locis tam super psal. quàm super Ioh. Cæterùm beat⁹ Gre. lib. 16. moral. c. 2. tractãs illud Iob. 29. quãdo ridebã ad eos, nõ credebant. dicit sic. Vnã esse personam Christũ & ecclesiãpleriq; iam diximus: & sæpe vox capitis ad vocem corporis transit. qui enim sunt in carne vna, nihil obstat vt conueniant in voce vna. hæc Grego. De isto autem celeri transitu locutionis à voce capitis ad vocẽ membrorum & econuerso, apertissimum exemplum habemus in versu illo. In manus tuas commendo spiritum meum, rede. me domine Deus veritatis. Cuius prima pars est vox capitis. vt Augustinus dicit. & magister in gloss. Secunda verò pars est vox membrorum, siue populi, qui redemptus est. ¶Præterea tanquam necessarissima regula ad vitandum multos errores est notandum: quòd licèt in tantavarietate tam membrorum quàm attributorum vna vox loquens esse videatur, & vna persona quæ loquitur, plurimùm tamen est aduertendum cui, scilicet an capiti, an membris conueniat id quod dicitur, siue prædicatur de Christo: quia non omnia omnibus conueniunt, sed quædam soli capiti, quædam solis membris, licèt vna voce vtantur caput & membra. Hanc regulam expresè ponit magister in gloss. super psalm. 17. accipiens ab Augu. ita dicit. Attende regulam vnitatis capitis

Nota secũdò

Psalm. 30.

Nota tertiò

2

pitis & membrorum, id est Christi & ecclesiæ. Cùm enim vna persona est caput & corpus: ideoque vna voce vtitur caput cum mẽbris: licet ea quæ dicuntur, ad diuersos referantur. quædam enim soli capiti conueniũt, & tamen in tanta diuersitate vna vox est, & quasi vna persona videtur loqui, vt sicut duo sunt in carne vna, scilicet spõsus & spõsa, ita sint & in voce vna. hæc in gloss. Item super psalm. 30. ex Augu. accipiens prædictam regulam commemorat di. Sciendũ, quòd verba huiusmodi psalm. quędam capiti, quędã membris, quædam prophetæ cõueniunt. In hac enim varietate non mentitur vox, sed caput & membra eadem voce vtuntur: dicendo ego, me, mihi, quod fit propter nimiam vnitatẽ capitis & corporis Christi. i. Christi & ecclesiæ sponsi & sponsæ, quam facit charitas. Sicut enim lingua omnium membrorum suscipit vocem dicens, pro pede calcas me: non dicit calcas pedẽ. & pro manu vulneras me, non ait vulneras manum meam. sic Christus membrorũ vtitur verbis non incõgruè, non se diuidens à verbis nostris. Qui enim dignatus est pro nobis homo fieri, & forma serui vestiri, nõ dedignatur nos trãsfigurare in se. Et infrà. Qui ergo nos sic trãsfigurat in se, nõ dedignatur nobis loqui verbis nostris, vt & nos loquamur suis. Hæc est diuina communicatio, & diuina hæc commercia celebrata sunt in hoc mundo à negotiatore cęlesti. hęc glo. Eadem sententia ponitur ab Augu. super psal. 56. &. 58. diffuso sermone. Vnde de necessitate eius aduertentiæ & considerationis habendę in huiusmodi prædestinationibus de Christo dicit beatus Augu. Nec ibi erres, quando audieris aliquid, quod aptari capiti illi nõ possit: ideo prælocutus sum, vt cùm tale audieris ex infirmitate capitis aduertas sonare, & vocem membrorum cognoscas in capite. hæc Augu. ¶Ex his aperte colligitur, quæ intelligentia accipienda sit in omnibus illis prędicationibus antedictis eorũ attributorum, quæ Christo secundùm se nullo modo conueniunt. Sanè non ita accipiendæ sunt hęc prędicata de Christo, vt illis Christi persona aut secũdùm diuinam essentiam, aut naturã humanam assumptã affecta aut obnoxia intelligatur: quia nullis talibus passionibus, aut defectibus impassibilis, & immortalis, ac sanctissima Christi persona obnoxia potest intelligi, sed accipienda sunt sic de Christo dicta, vt nõ in psona sua, quæ nullis talibus subiecta est, sed in persona membrorum prædicata esse intelligantur, quę talibus passionibus, aut defectibus subijciuntur, afficiuntur, & informantur. Solet nanq; vt cõmemorauimus ex dictis sanctorũ Aug. & Greg. caput ascribere sibi, quæ membris ibi coniunctis contingunt. Quare Orige. exponens illud Matt. 25. Esurui, & dedisti mihi manducare. ita dicit, vt adducitur à sancto Tho. in gl. conti. Scriptum est ad fideles vos estis corpus Christi. Sicut ergo anima habitans in corpore cùm non esuriat quantum ad suam substantiam spiritualẽ, esurit tamen corporis cibũ, quia copulata est corpori suo: sic & saluator patitur quæ patitur eius ecclesia, cùm sit ipse impassibilis. hæc ille. Itẽ beatus Augu. ad idem super psal. 142. ita inquit. Patitur adhuc Christus pressuram, nõ in carne sua, quę ascendit in cęlũ, sed in carne mea, quæ adhuc laborat in terra. Hæc autem aduertentia, vt sciatur quid cui attribuendum sit in huiusmodi locutionibus maximè habẽdaest circa prædicata de Christo, quæ culpabiles defectus importare dinoscuntur. Quare Aug. super psalm. 37. tractans illud. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorũ. ita loquitur. Quæri solet cuius vox sit ista: & aliqui accipiunt Christi propter quædã quæ hic dicuntur de passione Christi. sed non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. quomodo diceret qui nullum peccatũ habebat? coarctat nos ergo intelligẽdi necessitas ad cognoscendum tãquam plenum & totum Christum, id est caput & corpus. Cùm enim Christus loquitur, aliquando ex persona solius capitis loquitur, quod est ipse saluator natus ex Maria virgine: aliquando ex persona corporis sui, quod est sancta ecclesia diffusa toto orbe terrarum. Et infrà. Non est dubium quia vox Christi est. vnde ergo peccata nisi de corpore quod est ecclesia? quia loquitur corp⁹ Christi & caput: quare tanquam vnus loquitur, quia erunt duo in carne vna: sacramẽtum hoc magnum est ait Apostolus. ego antẽ dico in Christo & in ecclesia. Si ergo ipse dicit non duo sed vna caro est: quid mirum si vna caro, vna lingua eadem verba tanquam vnius capitis & corporis sit audiamus tanquam vnum? sed tamen caput tanquam caput, & corpus tanquã corpus. Non diuiduntur personæ, sed diuiditur dignitas: quia caput saluat, corpus saluatur: caput exhibeat misericordiam, corpus defleat misericordiam: caput est ad purgandum peccata, corpus ad confitendum peccata: vna tamen vox. Non scribitur quando dicat corpus quando caput: sed nos in audiendo

Aug. super Psal. 101.

Nota quartò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diendo distinguimus: ille autem tanquam vnus loquitur. hæc Augusti. Debent igitur omnes præfatæ prædicationes siue propositiones exponi in persona membrorum, in quorum persona ipse Christus loquitur, non in persona propria. Vnde sensus illius versus de psalm. 21. Deus Deus meus quare me dereliquisti? est iste. me, idest ecclesiam meã. Pro qua, vt dicit gloss. hoc Christus dicit. Et verba delictorum meorum. scilicet veteris hominis, in persona cuius Christus loquitur, vt dicit gloss. Item sensus versus de psalm. 37. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. id est, membrorum meorũ. quia vt dicit Augustin. in gloss. caput dicit hic voces corporis. Item sensus versus illius psalm. 39. Circundederunt me mala, quorũ non est numerus: cõprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. est iste, vt exponit illum Cassiodo. de Christo. mala, id est peccata. circundederunt me, id est eos quibus annuntio, qui mei futuri sunt, & iniquitates meæ, id est eorum, qui mei futuri erunt, comprehenderunt me. id est, ad actum conduxerunt hi, qui mei erunt. & non potui vt viderem. i. sic oppresserunt me id est, eos. illæ iniquitates, quòd non potuerunt habere vsum rationis, hæc ille. Item sensus etiam illius versus psal. 40. Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. quæ vt dicit Augusti. in gloss. est vox Christi. miserere mei. i. meorũ mẽbrorum. sana animam meam, id est meorum membrorum, quia peccaui tibi, id est hi qui sunt, vel futuri sunt mei, ex quorum persona loquitur. Vnde Augusti. super hunc versum ita inquit. Nunquid hoc Christus loquitur? nunquid hoc caput illud nostrum sine peccato? nunquid ille qui non rapuit tunc exoluebat? nunquid ille solus in mortuis liber? liber enim in mortuis, quia sine peccato: quoniã omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: nunquid ergo ipse? imò ipse ex membris suis: quia vox membrorũ ipsius, vox ipsius: quia & vox capitis nostri vox nostra. hæc Augu. Et hoc modo sunt accipienda huiusmodi prædicata omnia, siue dicta de Christo. ¶ Ex quibus manifestè ostenditur quàm turpiter errauerit magister ille, qui in quo-

Nota quintò.

3 dam opere suo de mysterio vnitatis Christi & ecclesiæ dogmatizare præsumpsit propositionem illam rationabiliter in concilio Basilien. iam condemnatã, quòd Christus quotidie peccat, & ex quo fuit Christus cõtinuò peccauit. Sanè deceptus est: tum quia ex vnitate vocis in loquendo capitis & membrorũ arguere visus est conuenientiam & identitatem realem prædicatorum: non aduertens, quòd licèt vna sit vox capitis & membrorũ propter vnitatem membrorum, quam ipsa charitas facit, differentia tamẽ est in attributis siue prædicatis: aliqua enim cõueniũt capiti, quæ nõ mẽbris, & aliqua mẽbris quę nõ capiti, & aliqua aliquibus membris, quæ nõ alijs: licèt vna vox & vna persona loquens esse videatur, vt superiùs sæpe repetitum est. Deceptus etiam videtur esse secundo in hoc, quòd non distinxit inter prædicationẽ, qua aliquid prædicatur de aliquo ex trãsfiguratione psonæ aliorũ in se, & pdicationẽ, qua aliquid prædicat in se de aliquo ratione suæ propriæ personę. Quod enim dicitur de Christo. 1. Petri. 2. Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. dictum est ratione propriæ personæ, & ita verissimum est. Quod verò Christus dixerit, Sana animam meam quia peccaui tibi. aut, Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. in persona membrorum, siue pro membris, non pro se dixit. Quare illud pro membris, pro quibus loquitur, verum est eo modo expositum sicut dictum est: pro Christo verò intellectum, nefandum est, ac religiosis auribus grauissimum audire. Quanquã ergo Christus talia dixerit transfigurando in se personam suorum membrorum præsentium, præteritorũ, aut futurorum: non propter hoc tamen est dicendum, quòd Christus peccet. Tertiò in hoc videtur præfatus magister deceptus: quia inter caput & membra visus est putare illam communicationem idiomatum, proprietatum, siue prędicatorũ esse, quam sancti doctores ratione duarum naturarum, diuinæ, scilicet & humanę in Christo simul coniunctæ exponunt. Quod si ita est, sicut quandoque verba eius & cõclusio prædicta prætendunt, dicere rectè possumus, p enauuit in cogitatione sua. Quippe alia vnitate vnitur humana natura in Christo diuinę naturæ, & alia membra Christi Christo vnita esse dicuntur. Natura enim assumpta diuinitati vnita est vnitate hypostatica in vno & eodem supposito æterno, scilicet verbi cum ea suppositã: membra verò Christi vnita esse Christo dicuntur vnitate non hypostatica, sed conformitate affectus, sed amoris vinculo, sed nexibus charitatis: quam vnitatem doctores mysticam nominant: quam spiritus sanctus, qui communis est toti corpori mystico facit, sicut in superioribus plenè monstrauimus

Nota differentiã hãc.

strauimus. Et in alio præterea deficit præfatus magister, qui liberè, & nimis effrænata licentia vti præsumpsit propositionibus siue dictis sacræ scripturę, aut sanctorum patrum & antiquorum in ea verborum forma, sub qua ab eis explicata leguntur. Quod tamen non licet. Quoniam ibi plurima legũtur, quæ exponenda veniunt, & non extendenda. vt sanctus Tho. de multis exẽplificat & doctis magistris nota sunt, de qbus pauca exempla afferemus in medium. Planum est in sacra scriptura cõtineri, psalm. scilicet. 64. Beatus homo quem elegisti & assumpsisti. Item etiam cantatur in Te deum laudamus. susceptur⁹ hominem. &c. Hanc tamen propositionem non suscipit simpliciter schola theologorũ in vsu & practica loquendi. Vnde sanctus Tho. in. 3. distin. 6. dicit nullo modo cõcedendũ fore, q homo sit assumptus. dicit infrà. Omnes huiusmodi authoritates dicentes hominem assumptum, exponendæ sunt, vt ponatur cõcretum pro abstracto, scilicet homo pro humanitate. Item beatus Anastasius in. 3. ser. actorũ Niceni concili ex persona filij Dei loquens, ita inquit. Ex tua essentia, quam in me genuisti, spiritum sanctum do eis. Sunt & aliæ authoritates beati Aug. beati Hilarij huiusmodi, quas magister sententiarũ deducit in. 1. sen. di. 5. Clarum est omni theologo, q schola nõ recipit huiusmodi propositiões dicẽtes, q essentia generetur: sed exponũtur vt ibidẽ patet, id est filius, qui est diuina essentia, generatur. Vel sic, id est pater filium generando, essentiam, siue naturam suam dat ei. Præterea aliud exemplum est in dictis eiusdem Anastasij in epistola ad Serapionem ita dicentis, quòd deitas est homo facta, quæ tamen propositio non accipitur in schola theologorum. Vnde magister sententiarum in. 3. di. 5. dicit, quòd non debet dici, diuina natura est caro facta, sicut dicitur, verbum caro factum est: sed exponenda est sic. diuinitas facta homo, id est naturam humanam assumpsit in vna persona. Multa alia exempla præsto facilè inducere possemus in medium, quæ bræuitatis gratia, & quia nota sunt doctis, relinquimus. Quare manifestum est, quòd non est sufficiens ratio, nec excusatio legitima, si quis dicat, Hoc sub tali forma verborum in scriptura sancta legitur, aut à sanctis patribus traditum est, ergo possumus nos sic dicere, sic loqui, talibus vti verbis. Quippe nos non habemus tam liberam licentiã loquendi in materia fidei, quàm spiritus sanctus in sacra scriptura, aut sancti doctores, qui spiritu sctõ locuti sunt, tenuère. Nec regulæ illæ Tichonij, quæ claues vocantur scripturæ: quia eis, vt inquit Augu. lib. de doctri. Christiana. diuinarum scripturarum aperiũtur occulta, quæ sunt datæ non ad vtendum, sed ad exponendum, non ad extendendum modum loquendi scripturæ, quem non sine magno mysterio, & diuinæ sapientiæ profundissima dispositione credimus sanctos patres tenuisse, sed ad intelligendum obscuros, & difficiles passus eiusdem cum omni integritate fidei, & sinceritate.

¶ De congruentia distinctionis, & varietatis multiplicis statuum, ac officiorum in ecclesia. Capitu. LXIX.

SVMMARIVM

1 *Distinctio & varietas multiplex quòd congruè ponatur in ecclesia, ostenditur.*
2 *Ecclesiæ vniuersitas ex quibus constet partibus.*
3 *Corpus Christi mysticum quòd ad sui integritatem non nisi multis mẽbris, & multiformi varietate distinctis constare possit.*
4 *Decentia varietatis multiplicis in ecclesia Dei ex tribuę colligę ostenditur.*

EXpeditis his, quæ de ecclesiæ vniuersalis vnitate, atque de eius capite Christo saluatore nostro benedicto dicenda venerant: consequẽter de distinctione, ac varietate multiplici statuum, dignitatum, officiorum, atque graduum, qua ipsam vniuersalẽ ecclesiã mira speciositate ornatam resplendere conspicimus, sermo habendus est. Sanè in primis vniuersitas ecclesiæ ex duabus partibus cõstat, laicis scilicet, & clericis. Hos enim duos ordines laicos scilicet & clericos, vt dicit Hugo de sancto Victore in. 2. parte de sacramentis. quasi duo latera corporis vnius vniuersitas ipsa ecclesiæ complectitur. Laici etiam quia terrena, & terrenæ vitæ necessaria tractant, pars corporis sinistra intelliguntur. Clerici verò quia ea quæ ad spiritualem vitam pertinent, dispensant, quasi dextera pars corporis ecclesiæ sunt. De quibus la-

1 *Prima diuisio ecclesiæ.*
2

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus lateribus scribi videtur per prophetam
* Psal. 127. vbi dicitur. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. vbi gloss. Augusti. inquit sic. Vxor Christi est ecclesia, quæ fertilis est, non in omnibus, sed in lateribus domus tuæ. latera domus, id est, ecclesiæ Christi, sunt qui adhærent ipsi. ¶Am-
Secũda, quæ est officiorũ pliùs quemadmodũ corpus naturale hominis ad sui integritatem non tam laterum diuersitatem exigit, sed etiam multorum organorum distinctionem, quæ varijs distributa virtutibus, & varijs actibus deputantur:
3 Ita corpus Christi mysticum ad sui integritatem non nisi multis membris, & multiformi varietate distinctis constare potest. Vnde
1. Cor. 12. Apostolus. Si erũt omnia membra vnum membrum vbi corpus? &c. quod vt ait gloss. non nisi diuersis consistere potest. Quasi dicat, si omnia membra essent vnum membrũ, non modò periret multitudo sensuum, sed etiam corpus. Ita si in ecclesia essent omnes vnius officij, & dignitatis, non discernerentur membra, nec corpus. hæc gloss. Quare sequitur in Apostolo. Nunc autem ne scilicet corpus pereat, inquit gloss. multa quidem membra, scilicet sunt, vnum autem corpus, quod ex omnibus constat. Præterea cùm ecclesia militans exemplata sit à triumExod. 18. phante, secundùm illud Exodi. Vide & fac omnia secundùm exemplar quod tibi monHebr. 9. stratum est. & Apostolus dicat. Omnia hęc exemplaria sunt cælestium. & exemplata imitari debeant illud vnde exemplantur, cõsequens est, vt quemadmodum illa mater nostra superna Hierusalem ecclesia triumphãs vt multiplici varietate ordinum, dignitatũ, officiorum, præmiorumque distincta est: ita & ecclesia militãs suo modo multiformi gratiarum, virtutum, & meritorum, necnon dignitatum, ac officiorum adornata distinguitur. Quam ob rem in eius laude Prophe-
Psalm. 44. tia loquens, inquit. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. vbi gloss. inquit. Doctrina Apostolorum, confessione martyrum, puritate virginum, & lamento pœnitentium ornatur regina, id est ecclesia. Fuit autem hæc varietas gratiarum, ac virtutum, quibus ornata refulget ecclesia, figurata in tabernaculo veteri, quod multiformi varietate vasorum, ac ornamentorum distinctum fuisse legimus. Vnde glo. super Exo. cap. 28. dicit. Tabernaculũ vetus cum ornamentis & vasis suis significasse ecclesiam pulchra virtutum & personaũ varie-
4 tate distinctã. ¶Decẽtia huius varietatis multiplicis Ecclesię Dei iuxta beati Tho. doctri- Diuisionis decẽti.
nã. in. 2. 2. quæstio. 183. ex tribus colligitur. Primò quidem, quia ipsa statuũ officiorum, graduumque differentia & multiplicitas facit ad perfectionem ipsius ecclesiæ. Sicut enim in rerum naturalium ordine perfectio, quæ in Deo simpliciter & vniformiter inuenitur, in vniuersitate creaturatum inueniri non potuit nisi difformiter & multipliciter: ita etiam plenitudo gratiæ, quæ in Christo sicut fontaliter adunatur ad membra eius diuersimodè redundat ad hoc, quòd corpus ecclesiæ sit perfectum. & hoc est quod Apostolus dicit. Ipse dedit quidem quosdam A- Ephe. 4.
postolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationẽ sanctorum & opus ministerij in ædificationem corporis Christi, id est ecclesiæ. Secundò diuersitas officiorum & statuum pertinet ad necessitatem actionum, quæ sunt in ecclesia necessariæ. oportet autem ad diuersas actiones diuersos deputari ad hoc, vt expeditius, & sine confusione omnia peragantur. & hoc est quod Apostolus dicit. Sicut in vno cor- Rom. 12.
pore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. vbi gl. inquit Ambro. Ecce humani corporis exemplo docet non posse nos singulos habere omnia, ac per hoc curam nostri inuicem nos agere debere: quia inuicem officijs nostris indigemus. Hac ratione inquit beatus Gre- Grego. in 2.
go. Singula ecclesiastici iuris officia singulis singula. di-
quibusque personis sigillatim cõmitti iubemus. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in ecclesia spirituali corpore conferendum est hoc officium vni: alij committendum est aliud. Nec enim quantumlibet exercitatæ vni personę vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si tòtum corpus est oculus, vbi auditus? hæc ille. Tertiò hæc statuum officiorumque differentia ad dignitatem operatur & pulchritudinem ecclesię, quæ in quo
dam ordine consistit. Vnde dicitur, quòd vi- 3. Reg. 10.
dens regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, non habebat vltra spiritum. Vnde & Apostolus dicit, quòd in magna 2. ad Ti. 2.
domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed lignea & fictilia. Huiusmodi autem varietas tam decenter ordinata in ecclesia, maximam operatur pulchritudinẽ, ac venu-

Diony. 4. ẽ diui. no. venustatem. Vnde Diony. Comparationem rerum, earundemque consonantiam fontalis radij vocat traditiones pulchrificas, id est pulchritudinem facientes. Et Bernardus ait.
Bernar. sup Cant. Ordo modum tribuit, & decorem, & perpetuitatem. Et beatus Gregorius in cap. singula. distin. 89. parum suprà commemorato, hoc confirmans, dicit sic. Sicut varietas membrorum per diuersa officia & robur corporis seruat, & pulchritudinem representat, ita varietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia & venustatẽ sanctæ Dei manifestat ecclesiæ. Hæc ille.

¶In quo ponuntur obiectiones contra varietatem & diuersitatem statuũ, ac officiorũ in ecclesia Dei. Cap. LXX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones septem aduersus uarietatem & diuersitatem statuũ ac officiorum in ecclesia Dei ponuntur.*

EVerunt autem hæretici quidam venustatis & pulchritudinis ecclesię aduersarij, qui aduersus ea, quæ de varietate, & diuisione statuũ, & officiorum, ac graduum in ecclesia dicta sunt, multipliciter arguunt. ¶Primò sic.
Arg. primũ 1 Diuersitas vnitati repugnat, sed fideles Christi ad vnitatem vocantur, secundùm illud. Iohan. 17. Vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus. ergo in ecclesia non debet esse diuersitas aliqua statuum, vel officio-
Secundum. rum. ¶Secundò sic. Natura non facit per multa, quod potest facere per vnum. sed operatio gratiæ est multò ordinatior, quàm operatio naturæ. ergo conuenientius esset, quòd ea, quæ pertinent ad actus gratiæ, per eosdem administrarentur, itavt non esset in ecclesia tanta diuersitas officiorum, & sta-
Tertium. tuum. ¶Tertiò sic. Bonum ecclesiæ maximè videtur in pace consistere, secundùm illud psalmi. Qui posuit fines tuos pacem. Et. 2. Corinthio. vltim. Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis. &c. sed diuersitas est impeditiua pacis, quam similitudo causare videtur, secundùm illud Ecclesia. 13. Omne animal diligit sibi simile. & Philosophꝰ dicit Politicorum. 7. Quòd modica differentia facit in ciuitate diſsidium. ergo videtur, quòd non oporteat in ecclesia esse diuersitatem statuum, & officiorum. ¶Quartò sic. Quartum.
Vnitas est saluationis motus: quoniam vna est via ad saluationem, scilicet Christus: qui ait Iohan. 9. Ego sum via, veritas, & vita: & nemo venit ad patrem nisi per me. cùm autem in diuersitate statuum & religionũ multiplex via detur, vtputa alia prælatorum, alia religiosorum, aut monachorum, & inter istos multiplex sit varietas viarum, aliqui dicuntur ordinis prædicatorum, aliqui ordinis minorum. &c. quare videtur, quod talis differentia non sit conueniens. ¶Quin- Quintum.
tò sic. In primitiua ecclesia non fuit hæc distinctio ordinum aut religionum differentia sancti Augu. sancti Benedicti, sancti Dominici, & Francisci. &c. ergo videtur quòd etiam nunc in ecclesia esse non debeat. ¶Se- Sextum.
xtò sic. In primitiua ecclesia tantùm dicuntur fuisse Episcopi & presbyteri, ac diaconi: non fuerunt autem, vt videtur, alij inferiores ordines, & per consequens non videtur. quòd sint alij ordines in ecclesia ponẽdi præter iam dictos. ¶Septimò sic. In ecclesia pri- Septimum.
mitiua non leguntur prælati nisi episcopi, qui dicuntur maiores sacerdotes, & presbyteri, qui dicuntur sacerdotes secundi ordinis, non autem fuerunt cardinales, nec patriarchę, primates, archiepiscopi, archidiaconi, decani, & sic de multis. ergo videtur q̃ talis varietas in ecclesia esse non debeat.

¶In quo datur responsio ad obiectiones iam factas contra varietatem & diuersitatem statuum & officiorum in ecclesia Dei. Capitu. LXXI.

SVMMARIVM

1 *Obiectionibus, quæ fiunt contra uarietatem & diuersitatem statuum & officiorum in ecclesia Dei, respondetur.*

His

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIs non obstantibus, dicendū est prius. Quando varietas & differentia hæc statuum, dignitatum, ac officiorum conueniētissimè ab ipso fundatore Christo (qui iuxta apostolum virtus Dei & sapientia est) posita est in ecclesia: cum vt in præcedenti. c. deduximus ad integritatem, perfectionem, decoremque pertineat ecclesiæ, faciatque ad habiliorē diuinorum ministeriorum expeditionē. ¶ Dicendum est ergo ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, q̄ non quælibet diuersitas repugnat cuilibet vnitati: vnde diuersitas membrorum in vno corpore non repugnat vnitati corporis, imò perfectio eius, vt diximus, ex illorum varietate resultat. Vnde Apostolus. In vno corpore multa membra habemus. Et ita dicimus, q̄ diuersitas præfata statuum, & officiorum in ecclesia non impedit in aliquo ecclesiæ vnitatē, quæ per vnitatem fidei, charitatis, & mutuæ subministrationis perficitur, secundùm illud Apostoli. Ex quo totum corpus, id est, ecclesia compactum est. glo. per fidem, & connexum vinculis charitatis per omnem iuncturam subministrationis, dum scilicet vnus alij seruit. & ita varietas ista in ecclesia statuum, & officiorū stat cum vnitate ecclesiæ. Vnde glo. super illud. 1. Corin. 12. Nam corpus non est vnum membrum, sed multa, dicit sic. Ostendit Apostolus per similitudinē humani corporis vnitatem corporis Christi, id est ecclesiæ habere varietatem officiorum, & diuersitatem hanc non tollere vnitatem: sicut humani corporis vnitas nō in singularitate cōsistit, sed in multis membris, vt sibi inuicem præstent quod debent. hęc ibi. ¶ Ad secundam respōdetur, q̄ sicut natura non facit per multa quod potest facere per vnū: ita etiam nō coarctat in vnum id, ad quod multa requiruntur, secundùm illud Apostoli. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Vnde etiam in ecclesia, quæ est corpus Christi, oportuit membra diuersificari secundùm diuersa officia status & gradus: quia ista non poterant conuenienter administrari per vnum. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta sanctum Tho. vbi suprà, q̄ sicut in corpore naturali membra diuersa continentur in vnitate per virtutem spiritus viuificantis, quo abscedente membra corporis separātur: ita etiam in corpore ecclesiæ pax diuersorum membrorum virtute spiritus sancti, qui corpus ecclesię viuificat, vt habetur Iohan. 6. Vnde & Apostolus dicit. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Discedit autem aliquis ab vnitate spiritus, dum quærit quæ sunt propria: sicut etiam in terrena ciuitate pax tollitur ex hoc, q̄ ciues singuli quæ sua sunt quærunt: alioquin per officiorum, & statuum distinctionem tam mentis quàm in ciuitate terrena magna pax conseruatur, inquantum per hoc plures sunt qui communicant actibus publicis. vnde & Apostolus dicit. q̄ Deus sic temperauit vt non sit schisma in corpore, sed pro inuicem sollicita sint membra. ¶ Ad quartam respondetur, q̄ vna via est saluationis principalis & fundamentalis cōmunis omnibus hominib⁹, scilicet fides Christi cum obseruantia mandatorum Dei, secundùm illud. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Sed in illa via regia sunt etiā aliæ diuersæ viæ siue semitæ, quæ attenduntur penes diuersa opera charitatis, quibus homo vacare potest, vel penes diuersitatem exercitiorum, quibus aliqui exerceantur ad perfectionē charitatis. Vnde sunt quidam modi viuendi & progrediendi in via domini, secundùm illud Aug. In via Dei, in qua alius sic, alius sic ibat. De quarum viarum siue semitarum varietate propheta loquēs sic ait. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. vbi per vias, præcepta accipiuntur: per semitas verò, quæ angustiora sunt, consilia euangelica designantur. Vnde super illud. Deduxit me per semitas iustitiæ, dicit glo. Semitæ iustitię sunt arctiora præcepta, & perfectiora cōsilia. Quare cùm religiones priuatę in ecclesia Dei non sunt viæ alię alienatæ diuersitatis aut cōtrarietatis à via illa principali cōmuni omnibus in æternam beatitudinem tendere cupiētibus, sed illam in se continent tanquam fundamentalem, superaddentes illi consilia perfectiora: patet, q̄ aduersariorum ratio nō procedit, cùm in falsa imaginatione fundetur. ¶ Ad quintam respondetur, negando consequentiam: multa enim processu temporis instituta sunt in ecclesia Dei tam circa cultum diuinum, quàm circa vsum sacramentorum, & distinctionem ministrorum, & vocabulorum varietatem, quæ in ipso nascentis ecclesiæ exordio non fuerunt, sicut manifestum est, spiritu sancto inspirante, quę non parum ornamenti & decoris conferunt sanctę Dei ecclesiæ. Præterea licèt religionum differentia & varietas in habitibus & ceremonijs nō fuerit in primitiua ecclesia quāta nūc, nihilominus substantialia fundamēta omnium religionum, videlicet abrenuntiatio omnium rerum temporalium propter Christum, castitas

1. Corin. 1

Ad pri. arg.

Rom. 12.

Ephe. 4.

Ad secundū

2. Cor. 12.

Ad tertium

Ephe. 4.

Ad quartū.

Matth. 19.

Psalm. 24.

Psal. 23.

Ad quintū.

1. Cor. 12.

stitas & obedientia in primitiua ecclesia fuerunt, quæ maximè in Apostolis floruerunt.

Ad sextum. ¶ Ad sextam respondetur pariter negando consequentiam ratione iam dicta. Secundò respondetur iuxta sanctum Tho. in. 4. di. 24. q̄ in primitiua ecclesia propter paucitatem ministrorum omnia inferiora ministeria diuinis committebātur. vt patet per Diony. in lib. eccle. hierar. nihilominus erant præ dictæ potestates sed implicitè in vna diaconi potestate: sed postea ampliatus est cultus diuinus: & ecclesia quod implicitè habebat in vno ordine, explicitè tradidit in diuersis. Et hoc modo dicit magister sententiarum, q̄ ecclesia aliquos ordines sibi instituit.

Ad septimū ¶ Ad septimam respondetur negando cōsequentiam. Et causa est. Tum, quia sicut habuit authoritatem instituendi & deputandi varias personas varijs & distinctis officijs: ita habuit authoritatem nominandi & imponendi eis diuersa vocabula secūdùm diuersitatem officiorū. Tū, quia illi, quos patriarchas archiepiscopos etiam dicimus, sunt episcopi, cardinales verò aut presbyteri aut diaconi sunt. Vnde hoc non est nouos ordines in ecclesia introducere, sed in ordinibus constitutos iuxta varietatem officiorum, quibus deputati sunt, dignis nominibus appellare: de nominibus autem non debet esse altercatio, cùm prohibitū nō sit illos sic nominari.

¶ De triplici diuersitate, quæ in corpore ecclesiæ principaliter reperitur. Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Varietas triplex principaliter in ecclesia reperta ostenditur.*
2 *Officium unde dicatur.*

ETsi multiplici varietate ecclesia sancta Dei ornata resulgeat tamē triplex potissimè in ea varietas consideratur, quæ eā præ alijs venustiorem, ac splēdidiorem reddit: videlicet differentia statuum, officiorum, & graduum. Quorum distinctio sic ex superioribus colligitur. Diximus autem parum antè in capitulo superioribus, quod diuersitas in membris ecclesiæ ad tria ordinatur: videlicet ad perfectionem ipsius corporis mystici, & integritatem, dicente Apostolo. Corpus nō est vnum membrum, sed multa. Secundò ad congregationem actionum, quæ sunt necessariæ in ecclesia. Quoniam vt ait Apostolus vbi suprà. Si totum corpus oculus, vbi auditus? id est, si in ecclesia, vt ait Ambro. in glo. omnes essent vnius officij, quomodo impleretur necessitas corporis, cuius generationi diuersis opus est? Tertiò ad decorem, qui ex vbitate & ordine consurgit, secundùm hæc tria præfata triplex distinctio diuersitatis fidelium in ipso ecclesiæ corpore accipi potest. Vna quidē per respectum ad perfectionem, quæ maximè attenditur secūdùm charitatem. iuxta illud Apostoli. Super omnia charitatē habete, quæ est vinculum perfectionis. Vnumquodq; dicitur esse perfectum, cùm attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio, charitas autem est quæ vnit nos Deo, qui est vltimus finis humanæ mentis: quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt dicitur. 1. Ioh. 4. Quare meritò secundùm charitatem dicitur attendi perfectio vitæ christianę. Per respectum autem ad hanc vitæ perfectionē accipitur distinctio statuum, prout quidā alijs sunt perfectiores. Secundaverò distinctio accipitur per respectum ad actionem, & hæc est distinctio officiorum. Officium enim vt dicit Isido. libr. etymo. ab officiendo dicitur. Officere autem, à quo sumitur nomē officij, importat actionem tendentem in aliud: & ideo officia propriè dicuntur actus, qui referuntur ad alios. Vnde in diuersis officijs esse dicuntur, qui ad diuersas actiones deputati sunt: sicut doctor dicitur habere officium docendi, & iudex iudicium faciendi, & sic de alijs. Alia autem distinctio accipitur per respectū pulchritudinis ecclesię, & secundùm hoc accipitur differentia graduum, prout scilicet in eodem statu vel officio vnus est alio superior. Vnde in psalm. dicitur secundùm āliam literam. Deus in gradibus eius cognoscēt. De qua diuisione videtur Apostolus loqui, di. Diuisiones gratiarū sunt. gl. Gratias hic appellat gradus & ordines qui sunt in officio ecclesiæ.

1 ferentia

Officium. 2

1. Cor. 12.

¶ Quid nomine status designetur. Cap. LXXIII.

SVMMARIVM

1 *Status nomine quid designetur.*
2 *Status triplex quomodo in ecclesia reperiatur,*

I Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Statut.

QVia de differẽtia statuum in ecclesia sermonem inchoauimus, opportunum visimus pro dictorum & dicendorũ pleniori intelligẽtia, vt quid in rãtione status importetur enucleemus. Status propriè loquendo, vt ait 1 sanctus Tho. in. 2. 2. quæstio. 183. significat quandam positionis differentiam, secũdum quam aliquid disponitur secundum modum naturæ cũ quadã immobilitate. Est enim naturale hoi, vt caput ei⁹ in superiora tẽdat, & pedes in terra firment, & cętera mẽbra media cõuenienti ordine disponantur, quod quidẽ non accidit, si homo iaceat, vel sedeat, sed solũmodo dum rectus stat: nec rursus stare dicitur; si moueatur, sed quando quiescit. Et inde est q̃ etiam in ipsis humanis actionibus dicitur negotium aliquod statum habere secundum ordinẽ propriæ dispositionis cũ quadã immobilitate, seu qete. Vnde & circa homines ea, quæ de facili circa eos variantur, & extrinseca sunt, non constituunt: puta, q̃ aliquis sit diues, vel pauper in dignitate cõstitutus, vel plebeius, vel si quid aliud est huiusmodi. Vnde & in iure ciuili dicitur, q̃ ei, qui à senatu amouetur, magis dignitas q̃ status auferatur: sed solũ videtur ad statũ hominis pertinere, quod respicit obligationẽ personę hominis, prout aliquis est sui iuris, vel alieni: & hoc nõ ex aliqua causa leui, vel de facili mutabili, sed ex aliquo permanente. Et hoc est quod pertinet ad rationẽ libertatis, vel seruitutis. Vnde status propriè pertinet ad libertatẽ vel seruitutẽ siue in spiritualibus siue in ciuilibus, prout cõsueuit dici, q̃ error personæ, aut cõditionis, vel status impedit matrimoniũ, non autẽ error fortunæ vel qualitatis. Et isto modo accipitur status. 2. q. 6. c. si quãdo. vbi dicit papa Adrianus. Si quando in causa capitali, vel causa status interpellatum fuerit, nõ per exploratores, sed per seipsos est agendũ. Vbi causa status appellatur pertinẽs ad libertatẽ, vel ad seruitutẽ: vt satis apertè colligitur ex glo. Dicimus autẽ, q̃ status propriè loquẽdo pertinet ad ipsam rationẽ libertatis, vel seruitutis: quoniã si largè & impropriè de nomine status loquamur, nomine status aliquãdo Ezech. 11. importatur sola recitudo. iuxta illud. Fili hominis sta super pedes tuos. & Greg. dicit. 6. moral. Ab omni statu rectitudinis desperent, qui per noxia verba dilabũtur. Aliquãdo nomine status sola importatur firmitas, siue im 1. Cor. 15. mobilitas iuxta illud Apostoli. Stabiles estote & immobiles. Vnde dicit Gregor. super Eze. Lapis quadratus est, id est quasi ex omni latere statũ habet, qui casum ex aliqua permutatione non habet. Præterea aliquando nomine status importari videtur gradus altior siue altitudo aliqua dignitatis. nam ex hoc aliquis dicitur stare in altum q̃ erigitur. Sed reuera nullũ istorũ adimplet rationẽ status, non quidem rectitudo sola. Tum, quia in alijs animalibus non requiritur rectitudo ad hoc q̃ stare dicantur. Tum, quia nec etiã homines stare dicuntur quantũcunq; recti nisi quiescãt. Præterea nec sola immobilitas sufficit ad rationem status. patet, quia etiam sedens & iacens quiescunt, qui tamen non dicũtur status. Cæterũm nec gradus nec altitudo dignitatis sufficit ad rationem status: gradus enim dicitur secundum ordinẽ superioritatis & inferioritatis: status verò dicit immobilitatem, eo q̃ pertinet ad conditionem personæ. Patet ergo quid in sermone nostro in ratione status importari intelligam⁹. ¶ Di- *Status tri-*
stinguuntur autẽ tres status in ecclesia, scili- *plex eccle-*
cet prælatorum, religiosorũ, & coniugatorũ. *sie.*
ex euangelio Matt. 24. vbi dicitur. Duo in agro, duo in lecto, & duo in molendino. In agro 2
sunt, vt exponit beatus Aug. super psal. 131. qui gubernant ecclesiam: & ita prælati. Vnde dicit Apostolus. Vide si non in agro erat, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. In lecto autem eos intelligi voluit, qui amauerunt quietem. Per lectum verò quietos intelligi voluit, non miscentes se turbis, non tumultui generis humani in otio seruientes Deo. In molendino existentes intelligi voluit plebem cõiugatorum, quia in isto mundo versantur, vbi molendinum intelligitur, quia sic vertitur mundus quomodo mola. Item præfat⁹ status designatur in tribus illis viris, de quibus habetur Ezech. 14. videlicet in Noe, Daniele, & Iob. Noe significat rectores ecclesiæ: quia ipse arcam in diluuio gubernauit. Daniel autem vitam quietam elegit in cœlibatu seruire Deo, vxorem non quærens: erat vir sanctus in cælestibus desiderijs vitam gerens. per quem significantur serui Dei in religione viuentes. de quibus dicitur. Ecce quàm Psal. 132.
bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. In nomine verò Iob, qui habebat vxorem & filios. &c. significantur boni coniugati. Ex quibus etiam apertissimè habetur, quòd nomine status importetur firmitas perpetuæ obligationis cum aliqua solẽnitate: sicut patet in statibus illis tribus, quorũ primus & supremus status prælatorum

torum designatur per Noë, qui obligãtur ad opera perfectionis, & cum solennitate aliqua benedicuntur, & consecrantur. Secundus status est religiosorum, qui obligãtur ad perpetuam continentiam cum solẽnitate voti professionis. Tertiꝰ qui infimus ponitur est qui obligantur obligatione matrimoniali etiam cum solennitate quam facit ecclesia. Et ita patet, q̃ propriè ratione status quędam immobilitas & similitas perpetuæ obligationis cũ solennitate quadã importetur, sicut inferiùs etiam plenius ostendetur. Dimisso autem tertio statu, scilicet cõiugatorum, in quo magis importatur obligatio siue seruitus quædam carnalis, cùm sit ad debitũ carnale reddendũ, quàm spiritualis, vt patet, consequemur differentiam statuum pertinentium ad seruitutẽ vel libertatem spiritualem.

¶ Quòd differentia statuum pertinentium ad spiritualem seruitutem vel libertatem attenditur secundùm incipientes, proficientes, & perfectos. Cap. LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus duplex, peccati, & iustitiæ, describitur.*
2 *Libertas duplex, scilicet à peccato, & à iustitia ostenditur.*
3 *Statuum pertinentium ad spiritualem seruitutem vel libertatem differentia quòd penes incipientes, proficientes, & perfectos attendatur.*

DOcturi autem de differentia status spiritualis seruitutis, repetere necesse habem⁹, quòd status, prout iam exposuim⁹ libertatem respiciat, vel seruitutem. Inuenitur autem in *Seruitus du-*
rebus spiritualibus duplex seruit⁹, & duplex *plex.*
libertas: vna quidem est seruitus peccati: alia 1
verò est seruitus iustitiæ. Similiter etiam est *Libertas du-*
duplex libertas: vna quidẽ à peccato: alia ve- *plex.*
rò à iustitia, vt patet per Apostolum. Cùm *Rom. 6.*
serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię: nũc
2 autẽ liberati à peccato, serui facti estis Deo. Est autem seruitus peccati vel iustitiæ, cũ aliquis ex habitu peccati ad malum inclinatur, vel ex habitu iustitiæ ad bonum. Similiter autem libertas à peccato est, cùm aliquis ab inclinatione peccati nõ superatur. Libertas autem iustitiæ, cùm aliquis propter amorem iustitiæ non retardatur à malo. Veruntamen quia homo secundùm naturalem rationem ad iustitiam inclinatur, peccatum autem est contra naturalem rationem, consequens est, q̃ libertas à peccato sit vera libertas, quæ cõiungitur seruituti iustitiæ: quia per vtrumq; tendit homo in id quod est conueniens sibi. Et similiter vera seruitus est seruitus peccati, cui cõiungitur libertas à iustitia: quia sic per hæc impeditur homo ab eo quod est, ꝓpriũ sibi. Hoc autẽ, q̃ homo efficiatur seruus iustitiæ vel peccati, cõtigit per humanum studiũ, sicut Apostolus ibi dicit: cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui eius estis cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiã. In omni autem studio est accipere principiũ, mediũ, & terminũ. Et ideo cõ- 3
sequens est, q̃ status spiritualis seruitutis & libertatis secundùm tria distinguatur, scilicet secũdùm principiũ, ad quod pertinet status incipientiũ: & mediũ, ad quod pertinet statꝰ proficiẽtiũ: & terminũ, ad quẽ pertinet status perfectorũ. Dicit enim beatus Grego. super Eze. & habetur de pœ. di. 2. §. hæc quę de charitate. Alia nanq; sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Præterea cõuenientia huiꝰ diuisionis accipitur ex eo, q̃ libertas à peccato fit per charitatem, quę diffunditur in cordibus nostris per spiritũ sanctũ. vt dicitur ad Ro. 5. Vnde inquit Apostolus. Vbi spi- 2. Cor. 3.
ritus domini, ibi libertas. Ideo eadem videtur diuisio charitatis & statuũ pertinẽtium ad libertatẽ. Distinguuntur autẽ cõuenienter gradus charitatis tres, scilicet incipientiũ, proficientium, & perfectorũ. Dicit enim Aug. super primã Can. Iohan. Charitas cùm primò fuerit nata, nutriẽ (quod pertinet ad incipientes) cùm fuerit nutrita, roborat (quod pertinet ad ꝓficiẽtes) cũ fuerit roborata perficit, quod ptinet ad pfectos. Cõueniẽter ergo dictũ eũ, q̃ differentia statuum pertinentium ad spiritualem seruitutem vel libertatem attenditur secundùm incipientes, proficientes & perfectos.

¶ In quo declaratur quibus conueniat esse perfectos, & quibus conueniat esse in statu perfectionis. Cap. LXXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM

1 *Perfectio in quo consistat, ostenditur.*
2 *Perfectum esse, & in statu perfectionis esse, quomodo differant. Et qui sunt perfecti dicendi, & qui in statu perfectionis.*

QVanuis statuum ad spiritualem seruitutem vel libertatem pertinētiū differentia secundùm incipiētes proficiētes ac perfectos, vt prædiximus, attendatur: nihilominꝰ qa inchoatio & augmētū nō quærūtur propter se, sed propter perfectionē, nulla genera hominū spiritualiter deputantur statui incipiētium & proficientiū, sed solū ad perfectionis statū aliqui homines cū quadam obligatione & solennitate assumūtur. Quocirca de statu perfectionis, vt puta ad quē alij status ordinātur, sermonē nostrū prolequemur, declarantes in primis, in quibus vitæ spiritualis perfectio cōsistat, & quibus in statu perfectionis esse cōueniat. ¶ Pro primo autē notandū est: quòd vitæ spiritualis perfectio ex charitate pēsanda est. Quod ex eo primò ostēditur: qa cū vnūquodq; dicatur perfectū inquātū attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio, & charitas sit, quæ vniat nos Deo, qui est vltimus finis humanæ mentis, secundum illud. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. manifestū est, qꝙ secūdùm charitatē perfectio vitæ spiritualis maximè attēdatur. Secundò si charitatem non habens nihil spiritualiter esse dicitur, dicente Apostolo. Si habuero prophetiā, & nouero omnia mysteria, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. luce clariùs habetur, quòd vitæ spiritualis perfectio in charitate consistat. Tertiòidem colligitur ex eo, quòd Iohan. totam spiritualē vitam in dilectione asserit esse, dicens. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: quos qui non diligit, manet in morte. A perfectione ergo charitatis simpliciter aliquis in vita spirituali dicitur esse perfectus. Vnde. inquit Apostolus. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. Amor autem vim transformatiuam habet, qua amans in amatum quodammodo transfertur. Vnde Dionysius dicit. Est autem extasim faciens diuinus amor, non sinens suijpsorum amātes esse, sed amatorum. Quia ergo totum & perfectum idem sunt, vt Arist. dicit. 3. phy. perfectè charitatem habet, qui totaliter in Deum transformat seipsum, & omnia postponens propter Deum. Vnde Aug. dicit, quòd sicut ciuitatem Babylonis fecit amor sui vsque ad cōtemptum Dei: ita ciuitatem Dei facit amor Dei vsque ad contemptum sui. Cuiuscunque ergo mens sic est affecta interiùs, vt seipsum, & omnia contemnat propter Deum, secundùm illud Apostoli. Quæ mihi aliquādo fuerunt lucra, arbitratus sum vt stercora, vt Christū lucrifaciā. iste perfectus est, siue sit religiosus, siue secularis, siue clericus, siue laicus etiam matrimonio coniunctus. Abraham enim matrimonio coniunctus erat, & diues, cui Deus dixit. Ambula corā me, & esto perfectus. Et Eccle. 31. dicitur. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & post aurum non abijt. Et post pauca subditur. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est. ¶ Præterea de secundo considerandum est, quòd non est idem esse perfectum, & esse in statu perfectionis. Sunt enim aliqui in statu perfectionis, qui nondum sunt perfecti, sed interdum etiam peccatores: sunt etiam aliqui perfecti, qui in statu perfectionis non sunt. Ad videndum autem quomodo hoc sit, est aduertendum, quòd sicut suprà dictum est in cap. præcedenti. status propriè pertinet ad conditionem libertatis, vel seruitutis. Spiritualis autem libertas siue seruitus potest attendi in homine dupliciter. Vno modo secundùm id, quod interiùs agitur. Alio modo secundùm id, quod agitur exteriùs. Et quia vt dicitur, Homines vident quæ patent, sed Deus intuetur cor. Inde est, quòd secūdùm interiorem hominis dispositionem accipitur conditio spiritualis status in homine in comparatione ad iudiciū diuinū: quo modo possunt distingui status gratiæ & status culpæ. Secūdùm autem ea quæ exteriùs aguntur accipitur spiritualis status in homine per comparationem ad ecclesiam, & hoc modo nūc de statu loquimur, prout scilicet ex diuersitate statuum quædam pulchritudo cōsurgit. Cęterùm est considerandum, quòd quantum ad homines ad hoc quòd aliquis adipiscatur statum libertatis vel seruitutis requiritur quidem aliqua obligatio, vel absolutio. non enim ex hoc quòd aliquis seruit alicui, efficitur seruus, quia etiam liberi seruiunt, secundùm illud. Per charitatem spiritus seruite inuicem. nec ex hoc, quòd aliquis desinit seruire, efficitur liber, sicut patet de seruis fugitiuis

Perfectio in quo cōsistit 1

1. *Iohan.* 4.

1. *Cor.* 13.

1. *Iohan.* 3

Colos. 3.

Diony. lib. de diui. no. cap. 4.

Aug. 13. *de ciuit. Dei.*

Philip. 3.

Genes. 17.

Differentia inter perfectos, & existentes in statu pfectiōis. 2

1. *Reg.* 16.

Gal. 5.

tiuis: sed ille propriè seruus est, qui obligatur ad seruiendum, & ille est liber, qui à seruitute absoluitur. Secundò requiritur, ꝙ obligatio prædicta cum aliqua solennitate fiat: sicut & in cæteris, quæ inter homines obtinēt perpetuam firmitatem, quædam solennitas adhibetur. Sic ergo in statu perfectionis propriè dicitur aliquis esse, non ex hoc, ꝙ habet actum perfectæ dilectionis: sed ex hoc, ꝙ obligat se perpetuò cum aliqua solennitate ad ea quæ sunt perfectionis. Contingit etiam, ꝙ aliqui se obligant, & nō seruant: & aliqui implent ad quod se non obligarunt, sicut patet de duobus filijs, quorum vnus patri dicenti, operare in vinea, respondit nolo: & postea abijt. alter autem respondens ait, eo & non iuit. Et ideo nihil prohibet aliquos esse perfectos, qui non sunt in statu perfectionis, & aliquos esse in statu perfectionis, qui nō sunt perfecti.

Matth. 25.

¶ Quòd prælatis maioribus ecclesiæ, scilicet Episcopis & religiosis propriè competat esse in statu pfectiōis. Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Prælatos maiores esse in statu perfectionis, licèt nō semper perfectos, ostenditur.*
2 *Religiosi quòd sint in statu perfectionis, sed minus quàm Episcopi.*

1 XHis, quæ iam diximus, facile est videre tā prælatos maiores ecclesiæ, scilicet episcopos, quàm religiosos in statu perfectionis esse. Cùm enim, vt in præcedenti cap. dictum est, ad statum perfectionis requiratur obligatio perpetua ad ea quæ sunt perfectionis cum aliqua solennitate, cū vtrunque hoc cōpetat tā episcopis quàm religiosis, manifestū est illos in statu perfectionis esse. De Episcopis quidem patet. Obligant quidem se ad ea, quæ sunt perfectionis, cùm pastorale officium assumunt: ad quod pertinet, vt animā suam ponat pastor pro ouibus suis: sicut dicitur Ioh. 10. Quod exponens beatus Gregorius ita dicit. Audistis fratres eruditionem nostrā, & periculum nostrū. Et postea subdit. Ostensa est nobis de contemptu mortis vita quam sequamur: primum est exteriora nostra misericorditer pro ouibus impendere: postremū verò, si necesse fuerit, etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. Quod verò ad hanc perfectionem se obligant episcopi, colligitur ex illo Apostoli. Certa certamen bonæ fidei: apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionē coram multis testibus, scilicet, in tua ordinatione, vt ibidem dicit glo. Præterea etiam adhibetur quædam solēnitas consecrationis cū prædicta professione: secundùm illud. Resuscites gratiam Dei quæ est in te, per impositionem manuum mearū. quod glo. exponit de gratia episcopali. Et beatus Diony. dicit quod summus sacerdos, id est episcopus in sua ordinatione habet eloquiorum super caput sanctissimam suppositionem: vt significetur, quòd ipse est participatiuus integrè totius hierarchicæ virtutis: & ꝙ ipse nō solùm sit illuminatiuus in omnia quæ pertinent ad sanctas locutiones & actiones, sed ꝙ etiā hoc alijs tradat. Ex quibus facile est videre quibꝰ prælatis: quia scilicet solis maioribus competat esse in statu perfectionis, quibus solùm cōpetit obligatio perpetua ad ea quæ perfectionis sunt cum solēnitate aliqua celebrata, quæ non cōpetit alijs inferioribus prælatis: vt puta presbyteris, curatis, atq; archidiaconis. vnde tales nō videntur in statu perfectionis esse. Quod sanctus Tho. ita deducit. In presbyteris & diaconibus habentibus curam animarū duo possunt cōsiderari, scilicet ordo & cura. Ordo autē ipse ordinatur ad quēdā actū in diuinis officijs. Ex hoc autem, quòd aliqui suscipiunt sacrum ordinē, accipiunt potestatem quosdā sacros actus perficiendi, non tamen obligantur ex hoc ipso ad ea quæ sunt perfectionis, nisi quatenus apud occidentales ecclesiam in susceptione sacri ordinis emittere tur continentiæ votum, quod est vnū eorum, quæ ad perfectionem pertinent. Vnde patet, quòd ex hoc, ꝙ aliquis accipit ordinē sacrum, non ponitur simpliciter in statu perfectionis: quāuis perfectio ad hoc requiratur, quòd aliquis dignè huiusmodi actus exerceat. Similiter etiam ex parte curæ quam suscipiunt, non ponuntur in statu perfectionis, licèt constituantur in aliquo officio. Nō enim obligantur ex hoc ipso vinculo perpetui voti ad hoc, ꝙ curam animarum retineāt, sed possunt eam deserere, vel transeundo ad religionem etiam absque licentia episcopi. vt habetur in capit. duæ. 11. quæstione. 2.

1. ad Ti. ult.

2. Tim. 1.

Diony. in. c. 10. *Eccle. hierar.*

Tho. 2. 2. q. 184. *art.* 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel etiam cũ licentia episcopi, dimittẽdo parochiam, vel archidiaconatũ, & accipiendo simplicem prębendã sine cura, quod possunt facere: qđ tamẽ nullo modo liceret, si essent in statu perfectionis. Nemo enim mittẽs manum ad aratrũ, & respiciẽs retro, est aptus regno Dei. vt dicitur. Luc. 9. Episcopi autẽ quia sunt in statu perfectionis, nõ nisi authoritate summi põtificis, ad quẽ etiã pertinet in votis perpetuis dispẽsare, possunt episcopalẽ curã deserere, & etiã ex certis causis. Vnde manifestũ est, q nõ omnibus prælatis, sed solũ maioribus cõpetit esse in statu pfectionis. ¶Quòd verò hoc etiã competat religiosis, patet: religiosi enim voto se astringũt ad hoc, q à rebꝰ secularibus se abstineãt, quibus licitè vti poterant, ad hoc q liberiùs Deo vacent, in quo consistit perfectio vitæ præsentis. Vnde Dionysius de religiosis loquens dicit. Quòd religiosos alij quidem famulos Dei, alij quidem monachos nominãt ex Dei seruitio & famulatu, id est indiuisibili & singulari vita viuentes: ipsos indiuisibiliũ sanctis cõuolutionibꝰ, id est contemplationibus ad deiformem vnitatem & amabilem Deo perfectionem. &c. Horum etiam obligatio fit cum quadam solennitate professionis & benedictionis. Vnde ibidẽ subdit beatus Diony. Propter quod & perfectam ipsis donans gratiam sancta legislatio quadam ipsos dignata est sanctificatiua inuocatione. Patet ergo, quòd tam episcopi quàm religiosi professi in statu perfectionis esse dicẽdi sunt. Vnde beatus Diony. attribuit episcopis perfectionem tanquam perfectoribus, & in cap. 6. eiusdem: perfectionem religiosis, quos monachos vocant, siue Deo famulantes tanquam perfectis. &c. Vbi considerandum, quòd cùm teste beato Aug. super Gene. ad literam. semper agens nobilius fit patiẽte, & causa suo effectu, & ex iam dictis beati Dionysij in genere perfectionis episcopi se habent vt perfectores, religiosi verò vt perfecti: quorum vnum pertinet ad actionem, alterum verò ad passionem, manifestè habemus, quòd potior, & altior sit status perfectionis in episcopis, quàm religiosis. Præterea hoc etiam ex eo patet, q religiosus potest transire ad statum episcopalem. Dicitur enim in cap. 1. 18. quæstio. 1. q sacra ordinatio de monacho episcopum facit. hoc autem nullo modo liceret, nisi status episcopalis sit perfectior statu religiosorum: quoniã nulli licet à maiori statu ad minorem transire, hoc enim esset retro aspicere.

Luc. 9.

Diony. 7. c. cæleſt. hierarch.

Diony. lib. 5. de eccleſ. hierar.

¶In quo ponuntur obiectiones contra ea quæ dicta sunt de perfectione pontificalis status & religiosorũ. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones quædam contra ea, quæ dicta sunt de prælatis, & religiosis uidelicet quòd in statu perfectionis sint. &c. referuntur.*

ADuersus ea, quæ dicta sunt in superiori. c. obijcitur multipliciter, maximè cõtra tria. Quorũ primũ est, q pręlati superiores, vt puta episcopi, sint in statu pfectionis. Secũdũ est, q soli episcopi prælati maiores sunt in perfectionis statu, nõ autẽ minores, scilicet presbyteri, curati, siue archidiaconi. Tertius est, q status prælatorũ potior sit ac sublimior statu religiosorũ. Cõtra primũ arguit primò sic. Ad statũ perfectionis videtur pertinere renũtiatio diuitiarũ: secũdùm illud. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me, sed episcopi possident, quoniã possidere possunt licitè diuitias, siue bona tẽporalia. Dicitur enim in c. episcopi. 12. q. 1. Episcopi de rebꝰ proprijs, vel acquisitis, vel quicquid de ꝓprio habẽt, hæredibus suis si voluerint relinquãt. ergo videtur q status prælatorũ maiorũ, scilicet episcoporũ, nõ sit statꝰ pfectionis dicẽdus. ¶Secũdò sic. Status prælationis nõ est appetẽdꝰ: dicẽte beato Aug. 19. de ciuł. Dei. Locus superior, sine quo populus regi nõ potest, & si administretur vt decet, tamẽ indecẽter appetitur. ergo sequitur, q status prælationis non sit status perfectionis. Consequẽtia videtur nota, eo q laudabile esse videatur appetere statum perfectionis. vnde laudabile est concupiscere statũ religionis. ¶Contra secundũ arguitur primò sic. Sicut episcopi suscipiunt curam animarum cum cõsecratione: ita etiã presbyteri curati & archidiaconi. de quibus supra illud Act. 6. Considerate fratres viros boni testimonij septem plenos spiritu sancto &c. dicit glosſ. Bedę. Hic discernebant Apostoli per ecclesiam constituti septem diaconos, qui essent sublimioris gradus, & quasi columnæ proximæ circa aram. Prętera in cõsecratione tam episcopi ꝙ sacerdotis verba sunt

Argumẽtũ primum cõtra primum principale.

Matth. 19.

1

Secundum.

Arg. primũ cõtra secundum principale.

sunt conuenientia, scilicet vt consecrentur, & sanctificentur manus istæ. &c. ergo videtur, quòd presbyteri curati sunt in statu perfectionis. ¶Secũdò sic. Sicut episcopi obligãtur ad hoc, quòd animam suam ponant pro ouibus suis: ita & presbyteri curati, & archidiaconi. sed hoc pertinet ad perfectionẽ charitatis: secundùm illud. Nemo maiorem charitatem habet, vt animam suã ponat quis pro amicis. ergo videtur quòd presbyteri curati, & archidiaconi sunt in statu perfectionis.

Secundum.

Iohan. 10.

Tertium.

¶Tertiò sic. Religiosi sunt in statu perfectionis. ergo multò plus presbyteri curati & archidiaconi. Antecedens est conclusio præcedentis capituli. Consequentia verò nota videtur ex duobus. Primò, quia nulli licet de statu maiori ad minorem transire: de statu autem monastico licet transire ad officiũ presbyteri curam habentis. vt patet in cap. vos autem. 16. quæstione. 1. Secundò patet ex eo, quòd presbyteri curati, & archidiaconi eo quod habent curam animarum similiores sunt episcopis, qui in statu perfectionis esse dicũtur, quàm religiosi. ¶Contra tertium principaliter arguitur primò sic. Perfectum principaliùs consistit in dilectione Dei, quàm proximi: sed status religionis directe ordinatur ad dilectionem Dei, vnde ex Dei seruitio & famulatu nominantur vt dicit Diony. 6. eccle. hierar. status autem episcoporum videtur ordinari ad dilectionem proximi, cuius scilicet curæ superintendũt, vnde etiam nominantur. vt patet per Aug. 19. de ciuita. Dei. ergo videtur quòd status religiosorum perfectior sit statu prælatorũ.

Argu. primum cõtra tertiũ principale.

Secundum.

¶Secundò sic. Status religiosorũ ordinatur ad vitam contemplatiuam, quæ potior est, quàm vita actiua, ad quam ordinatur status episcoporum: ergo videtur, quòd status religiosorum perfectior sit, quàm status episcoporum.

¶In quo respondetur ad rationes iam factas in præcedenti capitulo. Capit. LXXVIII.

SVMMARIVM

1 *Obiectiones positæ contra ea quæ dicta sunt de perfectione status pontificalis & religiosorũ, diluuntur.*

ADicta facilè est respondere, attẽtis his duobus, quę superiùs enucleauimus, videlicet, in quo vitæ spiritualis perfectio principaliter cõsistat, & quid in ratione status importetur. Ad rationes ergo in oppositum est dicendũ. ¶Ad primam respondetur, q abrenuntiatio propriarũ facultatum dupliciter considerari potest. Vno modo secundùm q est in actu, & sic negatur assumptum. Dicimus enim, q ad perfectionem vitæ spiritualis non pertinet essentialiter actualis abrenuntiatio diuitiarum, licèt sit quoddam perfectionis instrumentum. Vnde ad Abraham plures diuitias possidentem dominus dixisse legitur. Ambula coram me, & esto perfectus. Et ideo nihil prohibet statum perfectionis esse sine abrenuntiatione actuali propriorum. Sic etiam dicendum est de alijs exterioribus obseruantijs, de quibus Deus perfectionis documenta tradens ait. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio cõtendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. &c. quæ non semper actu perfecti complere tenẽtur: alioquin Deus ab hac perfectione defecisset, quãdo alapa in vna maxillarum suscepta, nõ prębuit alterã, sed dixit, si malè locutus sum, perhibe testimonium de malo. Sic nec Paulus, qui cùm percuteretur, maxillam non prębuit, sed ait. Percutiat te Deus paries dealbate. Non ergo de necessitate perfectionis est, vt hæc opere compleantur, sed intelligenda sunt secundùm animi præparationem. vt Augusti. dicit in lib. de sermone domini in monte. Alio ergo modo potest considerari abrenuntiatio diuitiarum secundùm præparationem animi: vt scilicet homo sit paratus, si opus fuerit, omnia dimittere, vel distribuere, vel alia facere quæ dicta sunt, quotiescunque fuerit opus, & hoc pertinet directè ad perfectionem. Vnde Augusti. dicit in lib. 83. quæstio. & habetur in cap. quod dicit. distin. 41. vbi sic dicit Augusti. quòd Deus dicit in euãgelio. Iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. ostendit dominus filios sapientiæ intelligere non in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam. Vnde & apostolus ait. Scio abundare, & penuriam pati. Ad hoc autem maximè tenentur episcopi, vt omnia sua pro amore Dei & salute sui gregis contemnant, cùm opus fuerit, vel pauperibus sui gregis largiendo,

Ad primũ primum principalis.

1

Gene. 17.

Matth. 5.

Iohn. 18.

Act. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

giendo, vel rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo. ¶ Ad secundam rationem respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia in statu episcopalis dignitatis intelligitur quædam sublimitas gradus: quia episcopus super alios constituitur, secundum illud. Fidelis seruus & prudens, quē constituit dominus super familiam suam. hanc autem celsitudinē concupiscere non est licitum, cùm videatur præsumptuosum. Vnde dominus redarguit discipulos primatum quærentes di. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. vbi Chrys. dicit. Ostendit per hoc, quòd gentile est primatus cupere: & sic gentium comparatione eorum animum æstuantem conuertit. Et ad probationem consequentiæ respondetur, negādo, quòd laudabile sit appetere omnem statum perfectionis. Ad id autem quod inducebatur de statu religionis & de statu episcopali propter duo: vt inquit sanctus Thom. secunda secundæ. quæstio. 185. Primò quidem: quia ad statum episcopalem præexigitur vitæ perfectio: vt patet per hoc, quod Deus à Petro exquisiuit si plus eum cæteris diligeret, antequam ei committeret pastorale officium. Sed ad statum religionis non præexigitur perfectio, sed via in perfectionē. Vnde & dominus nō dixit. Si es perfect⁹, vade, & vende omnia quæ habes: sed, si vis esse perfectus. Et huiusmodi differentiæ ratio est: quia secundùm Diony. perfectio pertinet actiuè ad episcopum sicut ad perfectorem: ad monachum autem passiuè sicut ad perfectum. Requiritur autem quòd sit perfectus aliquis ad hoc, quòd possit alios ad perfectionem adducere, quod non præexigitur in eo, qui debet ad perfectionem adduci. Est autem præsumptuosum, quòd aliquis perfectum se reputet, non autem quòd ad perfectionem tendat. Secundò non est eadem ratio de statu religionis & episcopalis dignitatis: quia ille, qui statum religionis assumit, subijcit se alijs ad spiritualia capienda, quod cuilibet licet: sed ille qui ad statum episcopalem transit, sublimatur ad hoc, quòd alijs prouideat, & hoc non licet appetere. Vnde Chry. super Matth. dicit. Primatum ecclesiæ concupiscere nec iustum est, nec vtile. ¶ Ad rationes verò factas contra secundum principale, in quo dictum est, quòd loquendo propriè de statu vt in præsentiarum loquimur, & suprà definitus est, presbyteri curati in eo non essent. respondetur primò ad primam, negando assumptum pro vtraque parte. Dicimus enim primò, quòd presbyteri curati non suscipiunt curam animarū sicut episcopi: quoniam episcopi principaliter habēt curam omnium suæ dioœesis, vt habetur in cap. quæcunq;. 10. quæst. 1. vbi fratres in cōcilio Antiocheno ita dicunt. Quęcunque res ecclesiasticæ sunt, conuenit cum omni diligētia & fide gubernari & dispensari cum iudicio & potestate episcopi, cui totius plebis animæ videntur esse commissæ: presbyteri autem curati, & archidiaconi habēt aliquas subministrationes sub episcopis. Vnde super illud. Alij opitulationes, alij gubernationes. dicit glos. Opitulationes, id est eos, qui maioribus ferunt opem: vt Titus Apostolo: vel archidiaconi episcopis. Gubernationes autē scilicet minorum personarum prælationes vt presbyteri sunt, qui plebi documēto sunt. & Diony. dicit. 5. capit. eccles. hierarch. Quòd sicut vniuersam hierarchiam videmus in Iesum terminatam: ita vnanquanq; in proprium diuinum summum sacerdotem, id est episcopum. Et in capit. cunctis. 16. quæstio. 1. dicit papa Clemens, omnibus presbyteris & diaconibus attendēdū est, vt nihil absque proprij episcopi licentia agant. Vnde si quis rectè consideret, inquit sanctus Thom. hoc modo in regimine ecclesiæ comparantur archidiaconi & plebani ad episcopum, sicut in regimine temporali præpositi & balliui ad regem. Secunda etiam pars antecedentis præfatæ rationis est falsa, in qua dicitur, q̄ presbyteri curam animarum suscipiant cum cōsecratione sicut episcopi, quod falsum est. Vnde sicut in mundanis potestatibus solus rex solam benedictionem accipit, alij verò per simplicem commissionem instituuntur officiales: ita etiam in ecclesia cura episcopalis cum solennitate consecrationis committitur: cura autem archidiaconatus, vel plebanatus cum simplici impositione confertur. Quod verò dicitur, q̄ in cōsecratione episcopi & presbyteri eadem verba sunt. &c. non est ad propositum: non enim nunc agimus de sacerdote inquātum sacerdos est. sic enim in statu ponitur per solennem cōsecrationē vt dicit sanctus Tho. in lib. de perfectione vitæ spiritualis. Non quidem in statu perfectionis actiuè, vel passiuè, sed in statu illuminatiuæ secundùm Diony. sed quando curam accipit, tunc ei nulla solennis benedictio exhibetur: vnde tunc nullum statum suscipit, sed fit ei quædam officij cōmissio. Et ita presbyter curatus licèt in susceptione ordinis cōsecratur.

Ad secūdū.

Matth. 25.

Matth. 20.

1. Cor. 12.

Ad primum secūdi principalis.

Matth. 19.

eratur, non tamen in susceptione curæ. Episcopus autem ad ipsam curam pastoralē consecratur propter perpetuam obligationem, qua se ad pastoralem curam obligat, sicut ex prædictis patet. ¶ Ad secundam respondetur negando antecedens. Quoniam sicut plebani, & archidiaconi non habent principaliter curam, sed administrationē quandam, secundùm quòd eis ab episcopo cōmittitur: ita etiam ad eos non pertinet principaliter pastorale officium, nec obligatio ponendi animā pro ouibus, sed inquantum participant de cura: vnde magis habēt, dicit sanctus Thom. quoddam officium ad perfectionem pertinens, quàm obtineant perfectionis statum. ¶ Ad tertiam rationem respondetur negando consequentiam. Et ad probationem primam, quæ sumitur ex transitu monachali ad officium presbyteri curam habentis, respondetur, quod nihil facit ad propositum: quoniam monachus non transit ad curam secularem statu religionis dimisso, sed retento. Dicitur enim in ca. de monachis. 16. q. 1. vbi Innocentius papa de monachis, qui diu morantur in monasterijs, inquit, quòd si postea ad clericatus ordinem peruenerint, statuim? non debere eos à priori proposito discedere: sed presbyteri curati, vel archidiaconi quando religionē ingrediuntur, curam deponunt vt adipiscantur perfectionis statum, vnde ex hoc excellētia religionis ostenditur. Ad probationem secundam cùm dicitur, quòd presbyteri curati similiores sunt. &c. Respondetur, quòd curati, & archidiaconi sunt similiores episcopis, quàm religiosi quantum ad aliquid, scilicet, quantum ad curam animarum quam secundariò habent, sed quantū ad perpetuam obligationem, quæ requiritur ad statū perfectionis, similiores sunt episcopis religiosi, vt ex dictis patet. ¶ Iam restat respondere ad rationes factas contra tertium punctum principale, in quo dictū fuit, quòd status prælatorum sublimior ac perfectior esset statu religiosorum. Ad primam rationem respondetur, q̄ ratio non procedit: quia perfectio dilectionis proximi ex perfectione dilectionis diuinæ deriuatur: quæ quidem tantùm in cordibus aliquorum prævalet, vt solùm nō Deo frui vellent, & seruire, sed etiam proximis propter Deum. Vnde hoc ipsum, quòd episcopi intendunt his, quæ pertinent ad proximorum dilectionem, prouenit ex abundantia dilectionis diuinæ. Vnde dominus primò à Petro quæsiuit, an eū diligeret, & postea gregis curā commisit. Et Grego. dicit in pastorali. Si dilectionis testimoniū est cura pastoris, quisq; virtutibus pollens gregē Dei renuit pascere, pastorem summū contemnitur nō amare: hoc autē est maioris dilectionis signum, vt homo propter amicū etiā alij seruiat, quàm si etiā soli amico vellet seruire. ¶ Ad secundam respondetur, quòd non videtur facere ad propositū: quia episcopus cùm mediator inter Deum & homines cōstituatur, & oportet ipsum & in actione præcellere inquantū minister hominū constituitur & etiā in contēplatione præcipuū esse, vt ex Deo hauriat quod hominibus tradat. Vnde Grego. dicit in pastorali. Sit præsul actione præcipuus, præ cunctis contēplatione suspēsus, rector interiorū curarum, in exteriorū prouidentia interiorum sollicitudinē non relinquēs. Sed etsi detrimentū aliquod in dulcedine contēplationis patiūtur propter exteriorem occupationē, qua proximis seruiunt hoc ipsum perfectionem dilectionis diuinæ attestatur: magis enim amare aliquē conuincitur, qui propter eius amorē iucūditate præsentiæ eius ad tēpus carere desiderat in eius seruitio occupatus, quàm si ei⁹ præsentia semper frui vellet. Vnde Apostolus ad Roma. 8 postquā dixerat, q̄ nec mors, nec vita separabit nos à charitate Christi. postmodū subiungit. Optabā ego anathema esse Deo pro fratribus meis. quod exponens Chrys. libr. de compūctione cordis, ita inquit. Ita totam eius mentē deuinxit amor Christi, vt in hoc quod ei præ cæteris omnibus amabilius erat esse cū Christo sursum, id ipsum quia placeret Christo, contemneret.

Ad secūdū.

Ad primum tertij principalis.

¶ In quo ponūtur rationes: quòd inter episcopum & presbyterū secundùm rē distinctio sit, semperque fuerit ab institutione eorum. Cap. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Episcopum à presbytero re differre, sanctorum authoritatibus ostenditur.*
2 *Item quòd talis differētia tempore Apostolorum seu primitiuæ ecclesiæ fuerit.*
3 *Item quomodo etiā non humana inuentione, sed diuina dispositione fuerit instituta.*
4 *Episcopi & presbyteri differentia quòd in antiquo testamento figurata legatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Episcopi & presbyteri quomodo olim quantum ad nomen non differrent, sed quantum ad rem. Et unde inter eos nominum distinctio ortum traxerit.*

SI quis rectè ponderet ea quæ superiùs diximus explicates qui in statu perfectionis dicè di essent,& qui non, facilè intelliget,quòd realis differentia sit inter episcopum & presbyterũ.Sane cùm ostenderimus episcopos in statu perfectionis esse,presbyteros autem etiam curatos non,consequẽter probabimꝰ differentiam secũdùm rem esse inter episcopum & presbyterum.¶ Quod autem huiusmodi differentia secundùm rem etiam semp fuerit ab institutione harum dignitatum,facilè nobis est probare.Nam quod circa tempora Hierony. & Augustini distinctio ista fuerit,patet beati Aug.testimonio,q in epistola ad Hiero.& habetur in.c.quanquam.2 q.6.sic dicit. Quanquam secundùm honoris vocabula,quæ iam ecclesiæ vsus obtinuit,episcopatus presbytero maior sit, tamen in
2 multis Aug.Hiero.minor est.¶ Secundò,q talis differẽtia fuerit tempore Apostolorum seu primitiuę ecclesię,patet ex eo,q Diony. qui illorum tempore fuit, scribens librum ec clesia.Hierar.in.5.c.eiusdem libri ponit tres ordines,scilicet,episcoporum,presbyterorũ, & diaconorum: dicens ordinem diaconorũ esse purgatiuum,ordinem sacerdotum illuminatiuum,ordinem verò episcoporum perfectiuum.Quibus tribus ordinibus,vt ipse dicit in.c.6.sequenti, tres ordines respondent. Nam ordini diaconorum subijcitur ordo immundorum,qui purgatione indigent.Ordini presbyterorum subijcitur ordo illuminãdorum,scilicet,sacer populus,qui à presbyteris illuminatur per sacramentorũ susceptionem.Ordini verò episcoporum subijcitur ordo perfectorũ, scilicet,monachorũ, qui per eorũ traditiones edocentur ad perfectissimã perfectionẽ.¶ Tertiò ista differẽtiaꝙ non hu
3 mana inuentione, sed diuina dispositione à Christo instituta fuerit,apparet ex eo, quod Matth.10.habetur,vbi dicit.Designauit dñs &c.vbi gl.dicit.Sicut in Apostolis est forma episcoporũ,sic in.72.discipulis forma est sacerdotũ secundi ordinis.Vbi expressè habetur,q differẽtia inter episcopos& secundi ordinis sacerdotes instituta fuerit à Christo.
4 ¶Quartò præfata differẽtia ostẽditur ex eo q figurata legitur in antiquo testamẽto,pro ut beatus Isido.ponit,& habetur in.c.Cleros. di.21.vbi dicitur,q summi sacerdotes,& minores sunt à Deo instituti per Moysen, qui ex præcepto dñi Aarõ in summũ sacerdotẽ pontificẽ,filios verò eius inũxit in minores sacerdotes.Et sic patet,q secũdùm rẽ ab exordio institutionis horũ ordinũ in ecclesia sem per fuerit differẽtia secũdùm rẽ inter episcopũ & presbyterũ.Hinc beatus Aug.in lib.de hæresi.inter dogmata hæretica enumerat dicere presbyteros nõ differre ab episcopis,dicens,q Arriani dicebant presbyterũ ab episcopo nulla differentia debere discerni,vt dicit S.Tho.in.2.2.q.184.ar.6.Nec obuiat prę dictis,quod Hier.ait super epistolã ad Ti.dicens. Olim idẽ presbyter, qui episcopus. Et postea subdit. Sicut ergo presbyteri sciũt se ecclesiæ cõsuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit,esse subiectos:ita episcopi nouerint se magis consuetudine,q̃ dispensationis dñicæ veritate presbyteris esse maiores.¶ Pro quo 5
notandum,q de episcopo & presbytero dupliciter loqui possumus. Vno modo quantũ ad nomen,& sic olim nõ distinguebãtur episcopi & presbyteri. Nã episcopi dicũtur esse, qui superintẽdũt, vt dicit Aug.presbyteri au tẽ Græcè dicũtur quasi seniores. Vnde & Apostolus cõtervtitur noie presbyterorũ quã tũ ad vtrosq;,cũ dicit.Qui bene præsunt pres byteri duplici honore digni habeãtur. Et si militer& nomine episcoporũ.vnde dicit.At tendite vobis & vniuerso gregi, in quos vos spiritus sanctus posuit epos regere ecclesiam Dei.Secũdò cõsideratur quantũ ad rẽ:& sic, vt suprà multis rationibus iã ostẽdimus,sem per inter eos fuit distinctio. Vnde Isid. dicit & habetur di.21.in.c.cleros, quod presbyteri minores licet sint sacerdotes, tamen põtificatus apicem non habent:quia nec chrismate frontem signant,nec spiritum paracletum dant, quod solum deberi episcopis lectio Actuum demonstrat. Vnde & apud veteres licèt fuerit conueniẽtia in nomine & vsus vocabulorum promiscuus(Alia etiã potest esse ratio:quia non solùm erant promiscua vocabula,sed etiam in vna persona erat episcopatus & presbyteratus: quia episcopi exercebãt etiam officiũ simplex presbyterale propter paucitatẽ tã pastorũ quàm gregis) differẽtia tamẽ fuit in re.Fuit autẽ postmodũ necessariũ ad vitãdũschismatis errorẽ,qui ex indifferẽtia nominũ oriebatur,vt etiã nomina distinguerentur,vt scilicet soli maiores presbyteri episcopi dicerentur,minores verò solùm presbyteri, vt inquit sanctus Thomas.

Aug.19.de ciuita. Dei

1.AdTimo the.5.

Act.20.

¶Quòd domini Cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ sint in statu perfectionis.

Cap.LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ quòd sint in statu perfectionis,ostenditur.*
2 *Cardinalium institutio & perfectio.*
3 *Apostolorum triplex consideratio. Et quomodo Cardinales Apostolorum statui succedant. Item & quid in illis eorum dignitas requirat.&c.*
4 *Cardinalium dignitas describitur. Et quare sic nominentur.*
5 *Cardinalium authoritas quanta sit ostenditur.*

SAnè si quis ea quæ suprà de statu perfectionis commemorauimus, rectè considereat, videlicet, quòd obligatio perpetua ad ea quæ perfectionis sunt cũ aliqua solennitate hominẽ in statu perfectionis cõstituat, proculdubiò manifestè videbit dños cardinales in regimine,& gubernatione vniuersalis ecclesiæ Christi vicario summo pontifici assistentes, in statu perfectionis esse censendos. Obligant enim se ex dilectione Dei perpetuò fidem catholicam ac religionem Christianam vsq; ad sanguinis effusionem inclusiuè cum eorum, & totius ecclesiæ principe Christi vicario summo pontifice totis viribus fideliter defensuros:in cuius rei euidens testimonium capello rubeo quasi professionis suæ habitu seu signaculo præstitis certis iuramentis ipso summo pontifici maximè de fideli assistentia in regimine vniuersalis ecclesię ab ipso Christi vicario publicè & solenniter infigniuntur. Dicendi ergo sunt domini cardinales in statu perfectionis esse,& tãtò sublimius præ cæteris prælatis, quantum bonum vniuersalis ecclesiæ,ad cuius regimen, & ordinationem assumuntur,& pro cuius tuitione exponere animas suas se obligant,perfectius, & per cõsequens diuiniùs est bono particularium plebium,quarum regimini intendere alij prælati obligantur. Vnde de dominis cardinalibꝰ conuenientissimè accipi potest,quod præuidit illa vetus Anna Samuelis in Cantico, qđ composuit occasione receptæ prolis.1.Regum.2.dum inquit.Domini enim sunt cardines terræ,& posuit super eos orbem.In quibus verbis status dominorum cardinalium tripliciter describitur.Primò quantum ad nobilitatem institutionis:ibi,cùm dicitur. Domini.n. sunt.Secũdò quo ad dignitatẽ officij ibi, cũ dicitur:cardines terræ appellãtur.Tertiò quo ad vniuersalitatem authoritatis: ibi, cùm dicitur,& posuit super eos orbem.¶Describitur nanque in primis institutionis status dominorum cardinalium nobilitas,cùm dicitur:Domini sunt,scilicet per institutionem.Est enim cardinalium status à Christo solo originaliter& primordialiter institutus.
¶Pro cuius declaratione est in primis repe- 2
tendum, quod superiùs annotauimus,scilicet,quòd Christus sponsam suam, videlicet ecclesiam,varijs statibus,officijs & gradibus tanquam splendentibus monilibus decorauit,& miro ordine distinxit:iuxta illud Apostoli.Vnicuique autem nostrum data est gra *Ephe.1.* tia secundùm mensuram donationis Christi: propter quod ascendens in altum, dedit dona hominibus: & ipse dedit quosdam Apostolos,alios prophetas,alios euangelistas,alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij ędificationis corporis Christi. Ex quo Apostolico documento apertè colligitur,quòd varietas hæc statuum,officiorum,& graduum, quibus hierarchicè distincta est ecclesia,non ab humana dispositione principaliter, sed ab ipso Christo ecclesiæ capite fundatore atque ordinatore ortum habet, & per consequens, quòd dominorum cardinalium status post statum papalem ad ordinem hierarchicum ecclesiæ ex institutione diuina pertineat:cùm ipsi quãtum ad hunc statum statui Apostolico immediatè succedant. ¶Pro *Apostolorũ triplex consideratio.* quo considerandum iuxta quorundam sapientum doctrinam, quòd de Apostolis triplex consideratio haberi potest.Prima quidem,vt Christo ante eius Ascensionem principaliter astiterunt, quibus ait.Vos estis qui *Lucæ. 22.* permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ,videlicet ecclesię militãtis,vt sedeatis super thronos iudicantes.12.tribus Israel. Secunda consideratio Apostolorum est, prout ante eorum diuisionem abinuicem,& separationem à Petri præsentia,Petro tanquam Christi vices gerenti in administratione papalis officij assistebant. ¶Tertia consideratio Apostolorum est, quando ad Christi præceptum, quo dictum est illis. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.

à Petro

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Petro separati, eiusq; authoritate suffulti, per mundum dispersi sunt ad prędicandum, singulas prouincias in sortem prædicationis accipientes. Quantum ad primam considerationem & secundam Apostolorum, status dominorum cardinalium representat Apostolorum statum in hoc, quòd assistunt Romano pontifici, qui Christi vicarius, & Petri successor est, tanquā principales assessores, consiliarij, atque cooperatores, & in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt, iuxta verba Bonifacij papæ octaui in cap. fundamenta. lib. 6. Quantum verò ad secundam considerationem Apostolorū, de quibus mysticè intelligi potest illud Apoca. 4. Sedes posita est, scilicet, Apostolica: in cælo, id est, in ecclesia militante: & supra sedes sedens, id est, Romanus ponti. & in circuitu sedilia. 24. & sup thronos. 24. seniores. i. cardinales: sedentes amicti stolis albis, & in capitibus eorum omnes coronæ aureæ. Vbi domini cardinales non tantùm describūtur ab officij dignitate, quia dicuntur in circuitu Apostolici throni sedere, vtpote eius consiliarij, & coadiutores supremi pontificatus: sed etiā describitur, quid in illis eorum dignitas requirat. Debēt enim cardinales habere discretionis maturitatem in hoc, quòd vocātur seniores. Secundò animi tranquillitatē in hoc, quòd describuntur sedentes. Tertiò vitæ puritatem in hoc, quòd designantur amicti stolis albis. Quartò sapientiæ claritatem, cùm dicuntur habere coronas aureas. Quantum verò ad tertiam considerationem Apostolorū episcopi succedunt Apostolis, statum ipsorū representantes: quorū quilibet præest alicui ciuitati, vel prouinciæ, vt beatus Anacletus inquit in. c. in nouo testamento. di. 21. & beatus Vrbanus papa in. c. quorum vices. di. 68. quod etiam notasse videtur Apostolus vbi suprà. vbi distinguens status ecclesiæ condistinxisse videtur statum pastoralem à statu Apostolico, cū ait. Dedit quosdam Apostolos. sequitur & quosdam pastores. Ex quibus rectè elici possunt aliqua correlaria. ¶ Primū est: quòd Apostoli priùs fuerunt cardinales, quàm episcopi: siue q priùs exercuerunt cardinalatus officium, quàm episcopale. Patet hoc: quoniam Apostoli priùs fuerūt in statu Apostolico per Christum instituti, quàm in pastorali: qa ante passionē omnes fuerunt Apostoli, sed post passionem institutus est Petrus à Christo omnium pastor, cùm dictum est sibi, Pasce oues meas. & tūc status pastoralis ordinatus est in nouo testamento, cùm Apostolicus status antè fuisset.

Correlariū primum.

Iohan. ult.

¶ Secūdum correlariū, q uòd Apostoli priùs fuerunt cardinales orbis, quàm vrbis. Nam sicut Petrus priùs fuit papa orbis, id est, vniuersalis ecclesiæ antequam episcopus ecclesiæ Romanæ per singularem administrationem: sic & Apostoli priùs fuerūt cardinales, quàm aliquis fieret cardinalis Romanę vrbis. In signum verò huius distinctionis in inuestitura papatus dicitur papæ. Inuestio te de papatu Romano, vt præsis vrbi & orbi. In vtraque verò tam vrbis quàm orbis præsidentia assistunt papæ cardinales tanquam speciales eius coadiutores: propter quod tanquam Senatores, Consules, atq; Patritij vrbis esse censentur. vt in cap. Constantinus. 96. distin.

Secundum.

¶ Tertium correlariū est, quòd papa etiam cōuenienter se inter cardinales connumerat. vt inquit Archidia. in ca. Sacrosancta. distin. 22. Et hac ratione status Apostolicus, in quo cardinales sunt, distinguitur à pastorali statu: licēt enim omnes Apostoli fuerint pastores, nihilominus tamen, vt dictum est, priùs, fuerunt in Apostolico statu. Vnde summus pōtifex non modo dicitur episcopus vniuersalis ecclesiæ, sed etiam Apostolicus nominatur. Petrus ergo, & sui successores vtrumq; retinent statum, scilicet, Apostolicum, & pastoralem, cardinales verò vt sic Apostolicum dūtaxat. Quartum correlarium est, quòd in ordine hierarchico sicut cœtui Apostolorū succedit ordo episcoporum inquantum fuerūt episcopi: ita illi succedit sacer senatus cardinalium quantū ad illum statum, quo Apostoli assistebant Petro antequam per orbem diuiderentur, vt dictum est. Et hoc dictum sit de statu dominorū cardinaliū institutione, quæ notabatur in primo verbo beatæ Annę cùm dicebātur. Domini sunt. ¶ Secundò describitur status cardinaliū quo ad dignitatē officij, cùm dicitur. Cardines terræ. Nominatur autē sic multiplici ratione. Primò quidē dicuntur cardinales, quia ecclesiæ Romanæ tantùm seruiunt, quæ vt inquit Anacletus in ca. Sacrosancta. dist. 22. caput & cardo est omnium ecclesiarum. Secundo, quia sicut cardine ostiū regitur. vnde dicitur. Ostiū vertitur in cardine. ita dominorum cardinalium cōsilio & assensu summus pontifex regit, disponit, atq; gubernat vniuersalem ecclesiā. Tertiò dicuntur cardinales, id est principales. 7. q. 1. pastorales. &. 21. quęst. 1. relatio. glo. 1. Ipsi enim sunt principales in ecclesia, quorū consilio & regimine tota ecclesia vniuersaliter disponit, & gubernatur. ¶ Tertiò describitur

Tertium.

Quartum.

Cardinalitus dignitas. 4

Cardinaliū authoritas. 5

tur status cardinalium quo ad vniuersalitatem authoritatis, cùm subditur. Et posuit super eos orbem. Authoritas nempe dominorum cardinalium non respicit tantùm diœcesim vnā, aut prouinciam, sed vniuersum orbē. iuxta verbū beati Greg. Alij autē prælati assumpti sunt in partē sollicitudinis: isti verò in adiutorium gubernationis totius orbis. Vnde de illis conuenientissimè accipiēdum venit id, quod propheta egregius Dauid ecclesiæ sanctæ loquens inquit. Pro patribus tuis, id est, Apostolis: nati sunt tibi filij, id est cardinales: constitues eos principes super omnem terrā. Tunc planè constituuntur principes super omnem terrā, cùm à summo pōtifice Christi vicario assumuntur ad assistendum sibi, & cooperandum in regimine totius reipublicę Christianæ. Quocirca deuot⁹ Bernar. de cardinalibus loquens papæ Eugenio 3. ita dicit. Hi quoq;, qui tibi continuo assistunt, seniores populi, orbis iudices. &c. Magnum certè amplitudinis dignitatis dominorum cardinalium ex huius sancti viri verbis testimonium colligitur. Ex quibus apertissimè conuincitur error detrahentium statui dominorum cardinalium, dicentium illos tā quam accidētalia membra esse in ecclesia, & quasi hospites, & aduenas nulla authoritate præstantes.

Greg. in. c. Decreto. 2. q. 6.

Psal. 44.

Bernar. lib. de conside.

¶ In quo ponūtur rationes, propter quas status dominorum cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ honore præferēdi sint cæteris ecclesiæ prælatis. Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales cur cæteris prælatis sint præferendi.*

1 IN his quæ iam exposuimus de perfectionis statu & dignitatis sublimitate dominorū cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ clara luce cognoscere poterimus ipsorum cardinalium statum meritò honore præferendum fore cunctis post papalē ecclesiasticis dignitatibus, & statibus. ¶ Primò quidem ex eo, q vt in præcedēti. c. explicauimus, dignignitas Apostolica, in qua sacer dūorum cardinalium senatus sacro Apostolorum collegio succedit, prior est cęteris ecclesiasticis dignitatibus institutione, & origine. Cuius aūt prior est institutio, alios meritò pīre debet honore. iuxta cap. 1. de ma. & obe. ¶ Præterea secūdò hoc ex illo apertissimè ostenditur, q prædicti dñi cardinales curam regiminis & gubernationis sollicitudinē prę cęteris ecclesiæ prælatis habeāt amplioré: cùm enim sint vocati in adiutoriū summi pōtificatus, ad totius ecclesię curam omniumq; ecclesiarū sollicitudinē assumpti dicuntur. iuxta. c. Bonæ. extra. de postula. prælatorū. Cæteri verò ecclesiæ prælati cuiuscunq; eminentiæ existāt cùm nō in plenitudine potestatis, sed in partē sollicitudinis sint vocati. vt in ca. Decreto. 2. q. 6. & in ca. Qui secit. ecclesiæ non vniuersali, sed particularibus, quibus deputati sunt, præesse dicuntur: clarissimum est, vt is cæteris præferendus veniat honore, qui maiorem cæteris curam atq; sollicitudinem regiminis habet. Hac ratione Synodus Antiochena, vt in ca. Per singulas prouincias. 9. q. 3. archiepiscopos episcopis honore præferendos instituit. ¶ Amplius tertiò hoc colligitur ex eo, q vt habetur in ca. Cōstantinus. di. 96. Dominis cardinalibus concessum est illud culmen singularis potentiæ & præexcellentiæ, cuius gloria amplissimus senatus videtur adornari: cùm aut senatoria, aut patritiatus dignitate nulla maior post Imperium habeatur. vt. C. de consul. mu. libr. 12. nulli mirum, aut molestum esse debet, si dñi cardinales ecclesiæ Romanæ omnibus alijs post summū pōtificē, cui iure diuino oēs caput inclināt, præferantur honore. ¶ Quartò idē colligitur ex eo, q vt diximus, dñi cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ pro earū authoritatis amplitudine iudices orbis esse dicuntur: ipsi quippe oēs fideles tā inferiores quàm superiores episcopos etiā archiepiscopos & patriarchas assistentes papæ cōiudicant. Notū autē est maioris dignitatis esse qui iudicat, quàm qui iudicātur. vt in ca. Inferior. di. 21. ¶ Quintò hoc magisteriū fit ex eo, q cardinales pars corporis papæ esse dicūtur. Vnde cùm ad prouincias regendas mittūtur, mitti de latere papæ cēsentur. vt in ca. Decreto. 2. q. 6. beatus Grego. dicit. & beatus Bernar. de eis ad Eugenium loquens libro de consideratione. illos vocat collaterales papæ, & eius coadiutores. Nulli autē dubiū est, q hi, qui vna persona cēsentur cum summo pōtifice, omnibus alijs ecclesiæ prælatis honore meritò veniāt præferendi. Hæc tantùm dixisse sufficiat, vt ostendamus quàm rationabiliter dñi cardi-

nales

Universidad de Deusto
Biblioteca

nales pòst Romanũ pontificem cunctis alijs ecclesiæ prælatis honore præferantur.

¶In quo ponuntur obiectiones contra statum dominorum cardinalium. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones octo contra statum dominorum Cardinalium ponuntur*

QVemadmodum fuêre aliqui Apostolici principatus inimici, qui illum non à Christo sed ab hominibus institutũ esse contra Christi Euangelium assererent: ita etiam nõ defuerunt, qui statum dominorum cardinalium tam quo ad eius institutionẽ, quàm ad eius dignitatem impugnare ausi sunt. Sũt enim quidam, qui illum non à Christo, sed humana inuentione asserunt introductum: negantes in ecclesia illum tantæ fore dignitatis, vt inter principalia ecclesiæ membra veniat in ecclesiastica hierarchia connumerandus. Quod sequentibus rationibus fundare nituntur. ¶ Primò sic. De statu cardinalium nulla mentio fit in scriptura sacra noui testamenti, ergo videtur quòd sit annumerandus inter alios perfectionis status in nouo testamento à Christo institutus. consequentia videtur optima. & antecedens patet discurrenti per singulos diuinos libros noui testamẽti. ¶ Secundò sic. Nihil videtur institutum à Christo, cuius nomen nec tempore Christi, nec Apostolorum legitur fuisse: sed nomen cardinalatus nec Christi tempore, nec Apostolorum legitur fuisse, vt patet, ergo status nomine cardinalatus designatus non potest dici à Christo institut⁹. ¶ Tertio sic. Omnũ ministrorum ecclesiæ institutio est in veteri testamento figurata, & inchoata, & in nouo pleniùs consummata, vt habetur in ca. decretis. di. 21. sed status cardinaliũ nec præfiguratus, nec inchoatus legitur in veteri testamẽto, ergo sequitur id quod prius. ¶ Quartò sic. Status cardinaliũ nobis videtur institutus à beato Pontiano papa, q fuit anno domini. 221. vt historiæ quædam referunt, ergo sequitur quòd non à Christo fuit constitutus. ¶ Quintò sic. Post dispersionem Apostolorum non legimus, quòd beatus Petrus habuerit aliquos cardinales assistentes sibi in regimine vniuersalis ecclesiæ, ergo videtur, quòd status cardinaliũ nec à Christo, nec à beato Petro fuerit institutus. Consequentia patet.

Argu. primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

¶ Sextò sic. Cardinalibus ex institutione eorum non videtur alia dignitas aut prærogatiua attribuenda, quàm explicatur in institutione eorum: sed de beato Marcello, qui fuit circa annos domini. 304, legitur, quòd constituit in vrbe Romana. 25. cardinalatus siue titulos cardinaliũ quasi diœceses propter baptisma & propter cœmeteria ad sepeliendũ martyres, & propter pœnitentes, & propter conuersos ex gentilibus: sed ista officia non transcendunt statum communem presbyterorum, ergo non videtur, quòd status cardinalium debeat poni ita sublimis, sicut dictũ est. ¶ Septimò sic. Dignitas episcopalis est suprema in ecclesia. Vnde beatus Dionysi⁹ ordinem episcoporum dicit supremum in ecclesia, & episcopi dicuntur summi sacerdotes & pontifices maximi. vt in ca. Cleros. di. 21. ergo etiam dato quòd sit dandus status cardinalium, non tamẽ videtur quòd debeat in honore præferri cæteris episcopis, & archiepiscopis, ac patriarchis. ¶ Octauò sic. Perfectio vitæ spiritualis requiritur ad statum episcopalem, vt suprà dictum est: quia episcopo, vt dicit beatus Diony. 5. ecclesia. hierar. attribuitur perfectio tanquàm perfectiori aliorum: hæc autem perfectio non videtur requiri in cardinalibus sicut nec in religiosis: ergo dato quòd cardinales sint in statu perfectionis, non est dicendum quòd sint in statu sublimiori, quàm episcopi.

Septimum.

Octauum.

¶In quo respondetur ad obiectiones factas contra statum, & dignitatem dominorũ cardinalium. Cap. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones cõtra statum dominorũ cardinalium factæ diluuntur.*

SAnè quemadmodum subtracta saluatoris nostri corporali præsentia ab ecclesia necessario venit pro Christianæ religionis vnitate seruanda aliquis per diuinã prouidentiã instituendus, qui eiusdem saluatoris vices gerens,

rens, ecclesiam regeret, atq; in vnitate fidei, & diuinæ legis obedientia fideles conseruaret atq; nutriret, ita post mortem Apostolorum congruum visum est tam pro bono ecclesiæ regimine, quàm pro eiusdẽ ampliori pulchritudinis & decoris claritate, vt Apostolicum collegium semper in ecclesia continuaretur. Hinc est, quòd cùm Iudas ab Apostolico collegio præuaricatus esset, beatus Petr⁹ vertex Apostolici collegij, cæteriq; Apostoli diuinitus inspirati alium loco illius illico communi electione statuere curarent. vt Actorum Apostolorum historia nos docet, 1. capit. Tenendum ergo est, quòd cardinalium status, qui Apostolico statui succedit, nõ humana, sed diuina dispositione in ecclesia perseuerat Apostolicæ dignitatis prærogatiua insignitus. Respondendum ergo restat ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando antecedens. Dicimus enim, quòd licet de cardinalibus sub nomine cardinalatus non fiat mentio in sacra scriptura sicut nec de Romano pontifice sub nomine papatus: nihilominus tamen sit sub nomine Apostolorum, quibus (vt diximus) dignitate Apostolica quantum ad assistentiã, quã Christi vicario & Petri successori assistũt, scilicet Romano pontifici, succedunt. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam: pariter enim posset argui, quòd nec status papalis esset à Deo in ecclesia, cum tale nomen nec tempore Christi, nec Apostolorum fuerit. Dicimus ergo, quòd licet nomina papatus & cardinalatus non fuerunt in vsu tempore Christi aut Apostolorum, sed postea crescente ecclesia in titulis & honoribus ex fidelium deuotione, nihilominus dignitates ipsæ, & status in Apostolis designati fuerunt, in Petro papalis, & in Apostolis cæteris status cardinalatus. Sic enim nomina patriarcharum primatum archiepiscoporũ licet primò non fuerint in vsu, postea tamen venerũt in vsum à sanctis patrib⁹ approbatũ, maximè cùm cõsonẽt officijs eorũ iuxta expositionẽ officiorũ, & graduũ ecclesiasticorũ quã ponit Isidorus in ca. Cleros. di. 21. ¶ Ad tertiã respõdetur negãdo minorẽ. Dicimus enim, q̃ figura status dominorum cardinaliũ præcelsit in antiquo testamẽto tam in senioribus illis, quos Moyses dux populi Dei elegisse legitur secum in adiutorium regiminis populi Israel, de quibus Exod. 18. & in sacerdotibus Leuitici generis, de quibus habetur Deut. 17. vbi dicitur. Si difficile, & ambiguũ apud te esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & nõ lepram, & iudicium videris inter portas tuas verba variari, surge, & ascende ad locum, quẽ elegerit dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem. &c. Quem textum Innocentius. 3. in concilio generali præsidens ad propositum sic exponit, sicut habetur extra. qui fi. sint legit. in can. Per venerabilem. ita dicens. Sanè cum Deuteronomium lex secũda interpretetur ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi discernitur, in nouo testamento debeat obseruari. Locus enim, quem elegit dominus, Apostolica sedes esse cognoscitur. Cùm enim Petrus vrbem fugiens exiuisset, volens eum dominus ad locum quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo Domine quo vadis? respondit, Venio Romam iterum crucifigi. Quodq; intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus. Sunt autẽ sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui in iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt. Hæc ibi. Ex quibus euidẽter apparet statum & dignitatem dominorum cardinalium in antiquo testamẽto fuisse euidenter representatum. ¶ Ad quartam rationem respondetur negãdo assumptum. Dicimus enim, quòd status cardinalium quãtum ad officium & dignitatem eius institutus est tempore Christi & Apostolorum, licet quo ad vocabulum Cardinalatus tunc non legatur institutus: sed (vt quidam aiunt) quòd tempore præfati papæ, scilicet Potentiani, alij tẽpore beati Marcelli papę, alij autẽ q̃ tempore beati Syluestri hoc nomen sit illi statui impositũ iuxta proprietatem officij & dignitatis eius, sicut dictum est suprà in cap. 80. Horum enim tempore Cardinalatus nomen clarũ emicuit: ante verò presbyteri, & diaconi vrbis Romanæ cardinales appellabãtur. ¶ Ad quintam rationem respõdetur negando assumptum. Dicimus enim, quòd post dispersionem Apostolorum, vt ex historijs aperte colligit, beatus Petrus aliquos coadiutores habuit lateri suo assistẽtes in iudicio maiorum causarum, & in regimine vniuersalis ecclesiæ: licet non sub nomine cardinalitũ, videlicet Linũ, Cletũ, & Clemẽtẽ, qui post eius mortẽ fuccessores in papatu successerũt, & ita credũtur alij summi põtifices aliquos sibi ad huiusmodi officium assumpsisse. Vnde Linus, qui immediatè successit Petro, legitur fecisse duas ordinationes, videlicet episcopos 11. Presbyteros 18. Cletus sequẽs dicitur instituisse 25. titulos. Anacletus etiam, qui

Ad primum

Ad secundũ

Ad tertium

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui successit beato Clementi, vt asserit Godefridus Viterbien. dicitur. 7. diacones cardinales in vrbe instituisse. & sic de alijs credendum est. ¶ Ad sextam rationem respõdetur, quòd cardinales sicut Apostolis succedunt in dignitate Apostolica, ità in authoritate assistentiæ & cooperationis summo pontifici, & Christi vicario in regimine, & gubernatione vniuersalis ecclesiæ, sicut superius dictum est. Quod verò inductum est de beato Marcello, quòd propter baptisma. &c. non obuiat dignitati dominorum cardinaliũ: quoniam ad ista peragenda non fuit principalis eorum institutio, licet occurrente multitudine tam conuersorum ad fidem, quàm martyrum morientium pro Christi nomine, deputarentur etiam ad alia pietatis officia, attento maximè, quòd sepulturæ martyrum attẽdere, qui fundatores fuerunt Christianæ religionis, & conuersioni fidelium, & dilatationi fidei, non minuit. sed potius augere videtur dignitatem status dominorum cardinaliũ: cum inter præcipuas laudes, quę beato Euthiciano attribuuntur, illa non inferior iudicata est, quod. 342. martyres propria manu sepeliuerit. Quod ergo splendidius opus, & Deo acceptius efficere poterant, quàm ad baptisma & pœnitentiam gentes vocare? an non ista etiam fuerunt Apostolorum opera? an non in huiusmodi sanctis officijs Apostoli cooperatores fuerunt Christo, & etiam discipuli, quos mittebat ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipse venturus? vt habetur Lucæ. 10. Præterea licet ad huiusmodi pietatis officia à summis pontificibus cardinales quandoq; deputati legũtur, non tamen propter hoc credẽdi sunt absoluti à proprio dignitatis suæ officio, vtrũque planè adimplebant, tam scilicet proprię dignitatis officium assistendo summo pontifici in maiorum causarum expeditione, q̃ officio pietatis, cõuersioni infidelium, sepulturæ martyrum, & huiusmodi sanctis operibus insistẽdo. ¶ Ad septimam respondetur, quòd licet totus ordo episcoporum, qui quadruplex distinguitur à beato Isidoro in cap. Cleros. di. 21. vt puta patriarchę, primates, archiepiscopi, & episcopi maiores sint presbyteris, & diaconis cardinalibus ordinis sublimitate, quoniam ordo episcopalis sublimior est, vt ait beatus Dionysius, nihilominꝰ tamen eminentia, siue sublimitate administrationis, in qua Romano pontifici assistũt in regimine vniuersalis ecclesiæ, & maiorum causarum decisione, maiores sunt & superiores cardinales episcopis nõ cardinalibus: hęc autem simul stare possunt, vt vnus alio superior sit administratione & dignitate, qui inferior sit ordine, vel æqualis. Patet in beato Petro, qui licet cæteris Apostolis par fuit ordinis potestate, eisdem tamen maior fuit administratione & dignitate. 2. q. 7. ca. Puto. Patet etiam in archipresbytero, & archidiacono. Licet enim archipresbyter maior sit ordine (qa presbyter) archidiacono, administratione tamen archidiaconus maior est archipresbytero. vt patet in ca. Perlectis. di. 25. & etiã de officio archipresbyteri. Hoc etiã modo potest intelligi quod ait Aug. in ca. Quanquam. 2. q. 7. Quanquam episcopatus sit presbyterio maior scilicet ordine, Augu. tamen Hieronymo minor est, scilicet administratione, & dignitate. Quoniam Hieronymus presbyter cardinalis fuit, & omnis presbyter cardinalis maior est quolibet episcopo non cardinali, vt quidã dicunt. vt refert Hugo in glo. & nobis idem videtur. ¶ Ad octauam respondetur negando assumptum pro minori. Dicimus enim, quòd vitæ perfectio etiã requiratur ad statum cardinalatus sicut ad statum episcopalem: Quod manifestè colligitur ex eo, quod beatus Bernar. ad Eugenium. 3. scribit, describens qualis esse debeant, qui ad cardinalatus apicẽ sunt assumendi. ait enim sic. Sapientis consilium est: omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis. Et hoc tibi persuade, eos qui admittendi sunt, difficile in curia posse probari: & ideò si fieri potest, viros probatos oporteret eligi, non probandos: & ita quærendi sunt sanè quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur, vt pote iam perfecti. hæc Bernar.

Ad sextum

Ad octauũ.

¶ De triplici ordine in statu cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ. Cap. LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium tres ordines describuntur.*

POstquam occasio nobis incidit de statu dominorum cardinalium aliquid loquendi, & iam de institutione & perfectione status eorum sermonẽ fecerimus: conueniens nobis visum est, vt dignitatis huius status notitia illustrior fiat, de illorũ triplici ordine aliquid dicatur.

Ad septimũ

dicatur. Distinguitur autem in statu dominorum cardinalium triplex ordo: videlicet episcoporum, presbyterorum, & diaconorum. Sanè quemadmodum status cardinalium, vt in superiori cap. exposuimus, quo ad officiũ figura præcesserit tam in veteri testamento q̃ in nouo: ita triplex eorum ordo iam dictus exemplatus videtur in suprema cælesti hierarchia, cui proprium est assistere circa Deũ. Ait beatus Dionysius in cap. 7. cælestis hierarchiæ. quòd prima cælestium essentiarum dispositio in circuitu Dei & circa Deum immediatè est stans, & simpliciter & incessanter circuiens æternam eius scientiam secundũ excellentissimam quantum angelis est possibile semper mobilem in Deum scilicet collationem. Distinguuntur autem huiusmodi primæ hierarchiæ tam secundùm eundem beatũ Dionysium vbi suprà, q̃ secundùm beatum Gregorium moralium. 33. tres ordines. Primus est seraphin: qui ardentes, siue incendentes, siue calefacientes interpretantur. Secundus ordo est cherubin: qui pleni scientia interpretantur. Tertius est thronus! qui, vt inquit beatus Gregor. in homilia supra dicta. illa agmina vocata sunt, quibus ad exercendum iudicium semper Deus omnipotens præsidet. secundùm illud prophetæ in psalm. Qui sedes super thronum, qui iudicas æquitatem. Planè in his tribus ordinibus tres ordines præfati, quibus dominorum cardinalium status distinguitur & ornatur, plenissimè representari videtur. In ordine primo, scilicet seraphin, ordo episcoporum cardinalium, qui præ cæteris alijs instar seraphin in amore sui creatoris intẽtissimi & ardentissimi esse debent. In ordine secũdo, scilicet cherubin, exemplatus videtur ordo dominorum presbyterorum cardinalium, qui instar cherubin sapientissimi esse debent, atq; in diuinis rebus eruditissimi. In tertio ordine, scilicet thronorum, exemplatus videtur ordo diaconorum cardinalium, qui instar thronorum debent tanta authoritatis & iustitiæ rectitudine firmari, q̃ vt dicit beatus Bernar. vbi suprà. stẽt viriliter pro afflictis, & iudicent in æquitate pro mansuetis terræ.

¶ De varietate & differentia officiorum in ecclesia Dei. Cap. LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Officia ecclesiæ uaria & differẽtia esse ostẽdũtur.*

2 *Clericorum nomina describuntur.*

POstquã de varietate & distinctione statuũ in ecclesia Dei quãtũ ad pñs nobis sufficere visum est locuti sumus: cõsequẽter ad varietate & distinctiõe officiorũ in ecclesia dei aliquid disseramus. Dicimus autem varietatẽ officiorum conuenientissimè in ecclesia esse. Tum maximè propter actionum necessitatẽ, quæ in ecclesia necessariæ sunt. Oportet autẽ ad diuersas actiones diuersos homines deputari ad hoc, quòd expedientiùs, & sine confusione omnia peragantur. vt suprà in cap. 69. plenius declarauimus. Tum secundò propter cõmendãdam Dei sapientiam, quæ in distinctione ordinata rerum maximè relucet tam in naturalibus, quàm in spiritualibus. Quod significatur in hoc, quòd regina Saba videns ordinem ministrantium Salomoni, non habebat vltrà spiritum, deficiens admiratione sapientiæ ipsius. Tum tertiò ad subueniẽdum humanæ infirmitati: quia per vnum non poterant omnia, quæ ad diuina mysteria pertinebant, expleri sine magno grauamine, & ideo deseruntur diuersi diuersis officijs. Vnde hac de causa dominus legitur dedisse moysi septuaginta senes populi in adiutorium. Tum quartò, vt via perficiẽdi hominibus amplior detur, dum plures in diuersis officijs distribuuntur, vt omnes sint Dei cooperatores, quo nihil diuinius, vt dicit Diony. Præterea considerandum, q̃ cùm in diuersis officijs esse dicantur, qui ad diuersas actiones sunt deputati, manifestum est officia distingui. Vnde Isido. dicit officium ab efficiendo dictum esse, quasi efficiũ, propter decorem sermonis, vna mutata litera. ¶ Videtur autem sub hac officiorum varietate primò comprehendi distinctio gratiarũ, q̃ ad actiones necessarias in ecclesia dãtur. de quibus Apostolus ait. Diuisiones gratiarum sunt, idem autẽ spiritus: alij quidem datur per spiritum sermo sapiẽtiæ: alij autem sermo sciẽtiæ secundùm eundem spiritum: alteri fides, ideſt constantia fidei inquit glos. in eodẽ spiritu. alij gratia sanitatũ, id est curandi infirmos dicit gloſſ. in vno spiritu. alij opera virtutum, id est miraculorum. dicit glos. alij prophetia: alij discretio spirituũ: alij gratia linguarum: alij interpretatio sermonum. Hæc autẽ omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidens singulis prout vult. ¶ Secundò verò sub diuersitate officiorum etiam comprehendi videtur distinctio, quæ attenditur secundùm diuersas vi-

1 *Isidor. libr. Etym.*

1. *Cor.* 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas, scilicet actiuæ & contemplatiuæ: quarum distinctio accipitur secundùm diuersa operationum studia. Vnde vt idem Apostolus vbi suprà ait. Diuisiones operationũ. Aliud enim est studium operationis in Martha, quæ solli cita erat, & laborabat circa frequens ministerium, quod pertinet ad vitam actiuam: aliud in Maria, quæ sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius: quod pertinet ad cõtemplatiuam. vt habetur Luc. 10. ¶ Tertiò comprehenditur sub officiorum distinctione differentia ministeriorum, de quibus ait Apostolus vbi suprà, Diuisiones ministrationũ sunt. quibus, vt inquit glos. alij alijs subseruiant. ad quod videtur pertinere varietas & distinctio tam ordinum ecclesiasticorum, quàm dignitatum. Dicit enim beatus Isidorus, quòd officiorum plurima genera sunt: sed præcipuum id quod in sacris diuinisque rebus consistit. De qua rerum distinctione beatus Isidorus in lib. 7. etymolo. capi. 12. & inducitur in capit. Cleros. distinctio. 21. ita inquit. Generaliter antẽ clerici nominantur omnes qui in ecclesia Dei

Nomina clericorum.

2 deseruiũt, quorũ gradus & nomina hæc sunt. Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyteri, Episcopus. Ordo enim episcoporũ quadripertitus est: id est in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atq; Epis. Patriarcha Græca lingua summus patrũ, interptat: qa primũ. i. Apostolicũ retinet locũ. Et ideo qa summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus Antiochenus Alexãdrinus. Archiepiscopus Græco vocabulo, qui sit summus episcoporum: tenet enim vicem Apostolicã, & præsidet tam Metropolitanis, quàm cæteris Episcopis. Metropolitani autem à mensura ciuitatum vocantur: singulis enim prouincijs præeminent: quorum authoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt: sine quibus nil reliquis Episcopis agere licet. Sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis cõmissa est. De distinctione verò cæterorũ officialium, quæ in maioribus ecclesijs esse solent, scilicet Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerij, & Thesaurarij, & eorum officijs idem beatus Isidorus describit in quadam epistola, quæ habetur in capitul. Perlectis. distincti. 25. quorum cùm nota sit distinctio, ea commemorare supersedimus.

¶De varietate & distinctiõe graduum in ecclesia Dei. Capit. LXXXVI.

Capit. LXXXVI.
SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quomodo uarios habeat gradus.*

QVEMADMODVM multitudo actionum, quæ in ecclesia necesse sunt, requirit diuersitatem officiorũ in ecclesia: ita dignitas & pulchritudo eius, quæ in quodam ordine consistit, exigit, vt in ipsa ecclesia multiplex sit graduum, ac ordinum varietas. Quorum cùm distinctio accipitur penes ordinem superioritatis & inferioritatis, hæc graduum varietas reperitur & in statibus: quoniam in illis alij alijs sunt excellentiores. Reperitur in officijs: quoniam aliqui nobilioribus officijs deputantur quàm alij. Reperitur in gratijs & virtutibus: quoniam quidam plenius & perfectiùs præ cæteris illas participant. De qbus gradibus in psalm. secundùm aliam expositionem habetur, Deus in gradibus eius cognoscetur. Quod verbum beatus Gregorius super Ezechiel. tractans ita inquit, vt deducit Gratianus de pœnitẽ. distinctione secunda. §. hęc quę de charitate. Dum sanctam ecclesiam Deus suscipit, in gradibus eius dignoscitur: qa & eius gloria per illius incremẽta declaratur. Quanto enim sancta ecclesia ascendendo proficit, tanto Deus hominibus ex eius virtute cognoscitur. De his quoq; gradibus beatus Iob loquitur dicẽs. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Omnipotentem quippe dominum per singulos gradus suos pronuntiat, qui per incrementa virtutum quæ acceperat, ei semper laudem pietatis suæ reddit. Si quidem gradus ascensionis non essent, psalm. nõ diceret. Ambulabunt de virtute in virtutem. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quãdo ipsa vnaquæque virtus quasi quibusdam gradibus augetur: & sic per incremẽta meritorum ad summa producitur: alia nanque sunt exordia virtutis: aliud virtutis profectus: aliud perfectio. hæc ibi. Hoc dixisse sufficiat de varietate & distinctione graduum, qui habentur in ipsa ecclesia Dei. 1 *Iob.* 31.

¶De duplici potestate in republica Christiana, spirituali scilicet & terrena. Caput. LXXXVII.

SANE

SVMMARIVM.

1 *Potestas duplex, scilicet spiritualis & terrena quo modo in repub. Christiana reperiatur.*
2 *Ecclesia militans quòd significetur per atrium, & ecclesia triumphans per templum, ostenditur.*

SANE præmissis attentè consideratis, manifestè cognoscere possumus vt ipsa pluralitas actionum, quæ in ecclesia necessaria sunt, penes quas officiorum distinctio (vt prædictum est) sumpta est, plures arguat necessarias in republica Christiana potestates esse. Cùm enim potestas sit agendi, necesse est vt in ecclesia, in qua plures & variæ sunt actiones, plures fateamur esse potestates. Dicit enim Aristotel. de somno & vigilia. quòd cuius est actus, eius & potentia. Planè quemadmodum

1 (vt suprà capit. 59. explanauimus) fidelium vniuersitas duos in generali complectitur ordines, laicos scilicet & clericos quasi duo latera corporis vnius: ita in generali duæ in ipsa fidelium vniuersitate sunt potestates, scilicet secularis, & spiritualis. vt magister Hugo de sancto Victore libro de sacramẽtis parte secunda. in quit. In laicis quippe, ad quorum studium & prouidentiam ea quæ terrenæ vitæ necessaria sunt, pertinent, potestas est terrena. In clericis verò, ad quorum studium spectant ea, quæ spiritualis vitæ sunt bona, potestas est diuina. illa ergo potestas secularis dicitur, ista spiritualis nominatur. Quarum potestatum figura in veteri testamento præcessisse videtur. tertio Regum. 7. vbi dicitur, quòd statuit Salomõ duas columnas æreas in porticu templi: cumq; statuisset columnam dextram, vocauit eam nomine Ioachim: similiter erexit columnam secundam, & vocauit eam nomine Booz. ¶ Ad horum autem mysticum verborum intellectum declarãdum sciendum est ecclesiam militantem significari per atrium, triumphantem verò per templũ domini. Cuius ratio est: quoniam sicut per atrium intratur ad templũ, ita de militante ecclesia transitur ad triumphãtem. Salomon autẽ noster sapientissimus Dei scilicet filius, in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ abscõditi, Duas columnas, id est duas potestates, spiritualem scilicet & temporalem, posuit in atrio siue in porticu templi, id est in ecclesia militante, quibus tãquam columnis respublica Christiana fulciretur, & firmaretur. Quoniam autem spiritualia temporalibus præferuntur, spiritualis potestas dignè per dexteram columnam accipitur: temporalis verò per columnam sinistram designatur. Rectè autem columnæ primæ, scilicet potestati spirituali impositum est nomen Ioachim, quod interpretatur præparans alijs firmitatem, per quod designatur excellentia spiritualis potestatis: quia nisi omnibus virtutibus emineret, potestatibus alijs firmitatẽ non præpararet. Vnde Petro, qui in plenitudinem spiritualis potestatis vocatus est, dictum est à Christo. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ¶ Consequenter est notandum, quòd in huiusmodi potestatibus, vt inquit ꝑfatus venerabilis Hugo de sancto Victore. diuersi sunt gradus & ordines potestatum: sub vno tamen capite vtrinque distributi, & quasi ab vno principio deducti, & ad vnum relati. Terrena enim potestas caput habet regem: spiritualis potestas caput habet summũ pontificem. De quibus potestatibus Pelagius Papa Anastasio imperatori ita scribit in capitul. Duo sunt. distinctione. 96. Duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus principaliter hic regitur mundus: authoritas sacrã põtificum, & regalis potestas. Gradus vero & ordines differentes in potestate seculari siue terrena capiuntur tam ex veteri testamento, quàm ex nouo. Ex veteri quidem primò patet Exod. 17. vbi dicitur, quòd Moyses ex electis viris strenuis de euncto Israel constituit eos principes populi tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicarent populum Dei omni tempore. Ex nouo quidem testamento accipiuntur primò, vbi Apostolus inquit. Omnis anima potestatibus sublimio- *Roman.* 13
ribus subdita sit. vbi inquit glos. vt etiam seruiat homo potestatibus secularibus bonis vel malis: scilicet regibus, principibus, tribunis, cẽturionibus, & alijs huiusmodi. Secundò accipitur ex illo, vbi beatus Petrus Apostolus ait. *1. Petr. 2.*
Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Gradus verò & ordines in spirituali potestate etiam tam ex veteri testamento, quàm ex nouo designãtur. De veteri quidem patet Numeri. 3. capit. vbi ponitur gradus summi sacerdotis Aaron, & minorum sacerdotum subministrantium Aaron, vbi dicitur. Sumptique sunt sacerdotes Eleazar & Ythamar coram Aaron. Item ponitur ibi subministratio Leuitarum secundùm gradus differentes. vnde ibi dicitur. Dabis Leuitas Aaron & filijs eius, quibus traditi sunt à filijs Israel in ministerio. In nouo qui-

Ecclesia militans est atrium: & triumphans templum. 2

Colossen. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

dē testamento etiā gradus in potestate spirituali describuntur. Primò vbi gradus summi pontificis ordinatur, cùm plenitudo potestatis clauium vni singulariter, scilicet Petro cō-
Matth. 16. mittitur, dicente domino illi. Tues Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam. &c. Item cùm eidē cura gregis dominici vni-
Iohan. vlt. uersalis iniungitur, dicente domino illi: Simō Iohannis diligis me plus his? pasce oues meas. Cui in ecclesia Romanus pontifex in primatu succedit. Secundò differentia gradus episcoporum designatur in Apostolis, quorum locum tenent episcopi: quibus à domino dici-
Matth. 18. tur. Amen dico vobis, quęcunque ligaueritis super terram, erunt ligata. &c. Gradus verò presbyterorum accipitur, cùm dominus discipulos. 72. qui minoris ordinis sacerdotum figuram gesserunt, designasse legitur, qui eum præcederent in omnem ciuitatem, & locum,
Matth. 10. quò erat ipse vēturus. Sub potestate verò presbyterorum ordo diaconorum, qui in archidiaconis habent iudiciariam potestatem, designatur. 1. Timoth. 3. ab Apostolo, vbi post descriptionem episcopi dicit. Diacones si bene administrauerint, bonum gradum sibi acquirunt.

¶In quo ponuntur obiectiones contra ea quæ dicta sunt de duplici potestate danda in vniuersitate reip. Christianæ secula ri & spirituali.

Cap. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones quatuor contra duplicem in repub. Christiana potestatem, spiritualem scilicet, & terrenam.*

COntra ea quæ iā diximus de duplici potestate ponenda in rep. Christiana, obijcitur aliquibus medijs per aliquos nitentes ostēdere, quòd necessarium nō sit prædictas duas potestates ponere, sed quòd altera earum suffi-
Arg. primū ciat ad regimen Christiani populi. ¶ Primò sic. Pluralitas principatuū nō est bona, vt habetur. 12. Metaphysicę. sed pluralitas potestatum & iurisdictionum disparatarum, quarum vna non continetur sub altera, arguit pluralitatem principatuum, quorum vnus non est sub alio, ergo talis pluralitas nō est bona, nec expediens: ergo altera tantùm danda venit in republica Christiana, & non duæ. ¶ Secundò *Secundum.* sic. Sufficit populo, quòd viuat virtuosè: sed ad hoc sufficit potestas secularis, quæ per pœnas, & præmia, & leges intendit homines facere bonos, & virtuosos, & operatores bonorū. vt habetur. 2. Ethicorum. ergo alia potestas ad regimen Christiani populi non est necessaria. ¶ Tertiò arguitur, quòd sola potestas spiri- *Tertium.* tualis sit ponenda, sic. Regalis potestas ex permissione diuina videtur esse nō præcepto vel constitutione filijs Israel concessa, sed omne tale culpabile, & illicitum esse videtur: ergo relinquitur talem potestatem siue secularē nō esse necessariam. Maior patet. nam Deuter. 17 super illud. Cùm dixeris cōstituam super me regem. dicit glo. interli. Constituunt sibi regē contra Dei voluntatem: non Deum, sed hominem. Item super illud quod sequitur ibidem. Constitues cum, quem dominus tuus elegerit. glo. inquit. permittit, non committit. ergo videtur quòd potestas secularis, puta regia, nō sit à Deo concessa: & per consequens videtur quòd talis esse non debeat in ecclesia Dei. ¶ Quartò sic super illud Matth. 17. Ergo libe- *Quartum* ri sunt filij. glo. si in quolibet regno filij illius regis, qui regno illi præfertur, sunt liberi, tunc filij regis, cui omnia regna subduntur in quolibet regno liberi esse debent: sed Christiani per fidem facti sunt filij Dei, secundùm illud. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. ergo vbi *Iohan. 1.* que sunt liberi, & ita secularibus potestatibus obedire non tenentur: & per consequens in Christiano populo nulla talis potestas videtur ponenda, sed tantùm spiritualis.

¶In quo ponūtur responsiones ad obiecta facta in præcedenti capitul. contra duplicem potestatem in vniuersitate fideliū.

Cap. LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones contra duplicem in repu. Christiana potestatē, spiritualē. s. & terrenā, cōfutātur.*

Quod

QVòd parum militēt rationes factæ contra hoc quod diximus de duplici potestate in ecclesia Dei, quæ collectio dicitur omnium fidelium, facilè est videre. Cùm enim ad diuinam prouidentiam pertineat vt ordo seruetur in rebus. Proprium enim est sapientiæ omnia ordinatè disponere. 1. Metaphysicæ. Vnde Sapientiæ. 7. de sapientia dicitur, quòd attingit à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Congruus autem ordo est, vt per superiora inferiora regantur, dispēsentur, gubernētur. Patet hoc in natura corporali in elementis, quæ regitur ex influentia corporis
Aristo. 1. Meteororū cælestis. Vnde dicit philosophus, quòd tota regio elemētalis contiguatur lationi astrorū, vt omnis eius virtus inde gubernetur. Et Dio-
Diony. 4. ca. de diui. no. nysius inquit, quòd sol ad generationem visibilium corporum confert, & ad vitā mouet, & nutrit, auget, & perficit. Hoc etiam patet in natura intellectuali: quoniam angeli inferiores illuminantur per superiores, vt docet idē
Idē libr. de cæles. hie. sanctus Dionysius. Et ita relinquitur debere esse in vniuersitate hominum, vt in eis ordo inueniatur: vt qui superiores sunt virtute, & eminentiores intellectu, regāt inferiores. Vn-
Augu. 3. de Trini. de Augustinus inquit. Quemadmodum corpora grossiora & inferiora per superiora & potentiora quodam ordine regūtur: ità omnia corpora per spiritum vitæ rationalem, & spiritus vitæ rationalis peccatoris per spiritum rationalem iusti. Præterea cùm in omni pluralitate ordinata naturale & expediēs sit, vt inquit
Arist. 1. politic. Arist. quòd aliquis principetur, & cætera sint subiecta: consequens est, vt in vniuersitate hominum hoc idem sit fatēdum, vt aliquis principetur, alij sint subiecti, in hoc autem consistit ordo & ratio potestatis, ergo necessariò est danda in republica fidelium aliqua potestas, qua vnus alios regendo & gubernando cæteris præsideat. ¶ Quòd verò præter secularem, siue laicam potestatem ponenda sit necessariò etiam in populo Christiano spiritualis potestas, manifestè ostenditur iuxta dominum Durandum in tractatu suo de origine iurisdictionum sic. Pro quo præsupponitur, q potestas aliqua in republica ad hoc ordinatur, vt homines arceantur à malis, & inducan-
1. Petr. 2. tur ad bona. Vnde dicitur de potestate, quòd est ad vindictam malorum: laudem verò bonorum. Et ad Romanos. 12. dicitur. Vis non timere potestatē? bonum fac, & habebis laudem. nam principes sunt nō timore boni operis, sed mali. Quo præsuppositō, dicendum vi-
Matth. 7. detur, quòd si bona, ad quæ facienda homines debent arceri, pertinerent solùm ad præsentem vitam ciuilem & politicam, sufficeret ad regimen Christiani populi potestas secularis, nec aliqua alia esset necessaria. Patet, quia per virtutes morales & acquisitas, & maximè per prudentiam & iustitiam, quę debēt esse in rectore, sufficit regi vita præsens moralis & politica, & ciuilis sic præcisè accepta: sed hæc possunt inesse principi seculari habēti potestatem regendi quantum ad præsentē vitam & ciuilem & politicam, ergo pręter potestatem secularem nulla alia potestas est necessaria ad regendum populum in vita ciuili, & politica sic præcisè accepta. Sed quia vita fidelium & Christianorum non solùm tendit ad bona & mala præsentis vitæ: imò principaliter tendit ad bona futurę vitæ, & ad ea quæ renda ordinat omnia bona præsentis vitæ, secundùm illud. Primùm quęrite regnū Dei, &
Matth. 4. iustitiam eius. Summè etiam horret inter omnes pœnas illam, qua post mortem corporis anima & corpus finaliter mittentur perpetuò in gehennam ignis. Vnde dicitur. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: timete illum, qui animam & corpus potest mittere in gehennā ignis. Et idē habet Lucæ. 12. Et ideo inter fideles Christianos ne exorbitent à fine quem intendunt, & si errauerint in via, reducantur ad eam, necessaria est potestas, ad quā pertineat eos ad finem prædictum dirigere, & deuiātes corrigere, & ad viam rectam reducere, non solùm exhortationibus, sed etiam pœnis congruentibus. Et quia ad hoc non sufficit potestas secularis, quæ de se nihil nouit de pœnis, & præmijs vitæ futuræ, nec de meritis seu demeritis, quæ ad eas perducunt seu adducunt: ideo præter potestatem secularem necessaria est in Christiano populo alia potestas, quæ communi nomine spiritualis dicitur. Cæterùm harum duarum potestatum necessitatem in populo Christiano Hugo de sancto *Hugo de S. Victore lib. de sacra. par. 2* Victore ostendit sic dicens. Duæ vitæ sunt, vna terrena, alia spiritualis. Ad vitam terrenā pertinent omnia quæ terrena sunt: ad vitam spiritualem omnia quę spiritualia sunt. Vt autem in vtraque vita iustitia seruetur, & vtilitas proueniat, primùm vtrinq; distributi sunt qui vtriusque bona secundùm necessitatem, vel rationem studio ac labore acquirant. Deinde alij, qui ea potestate officij commissi secundùm æquitatem dispensent, vt nemo fratrem suum in negotio supergrediatur, sed iustitia inuiolata seruetur. Si ergo non potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

humana societas sine vtraq; vita manere,necessaria est duplex potestas ad conseruationē iustitiæ:vna quæ præsit in terrenis ad ordinādam vitam terrenam: alia quæ præsit in spiritualibus ad ordinandam vitam spiritualem. hæc ille.Has autem duas potestates etiam tāgere videtur Apostolus cùm ait. Omnis anima subdita sit potestatibus sublimioribus. Rom.13. Quod exponens magister Nicolaus de Lyra ait, id est prælatis in spiritualibus,& principibus terrenis in temporalibus. ¶ His habitis,dicendum est ad rationes in oppositum. Ad.1.arg. ¶ Ad primam respondetur, quòd pluralitas principatuum,quorum vnus non subest alteri,non est bona,sed non sic est in proposito: quoniam inter omnes Christianos principatus potestas principatus secularis aliquo modo subest potestati iurisdictionis spiritualis siue ecclesiasticæ, vt in sequentibus ostendemus. Ad secūdū. ¶ Ad secūdam rationem respondetur, quòd non debet sufficere populo fideli,qualis est populus Christianus, quòd viuat virtuosè quantum ad virtutes morales & politicas, de quibus loquitur moralis philosophus: sed oportet quòd viuat secundum virtutes theologicas, quæ dirigunt actus fidelium Christianorum ad beatam vitam. De qua vita & virtutibus theologicis ad eam dirigentibus nihil nouit rō naturalis,nec potestas secularis super eam fundata. Ad tertium ¶ Ad tertiā respondetur negando consequentiam, & hoc duplici ratione. Primò, quia licèt in populo Dei, siue fidelium, potestas secularis sub nomine regalis non legatur à Deo concessa, sed permissa:tamen non sequitur, quòd potestas secularis simpliciter à Deo concessa, & præcepta non fuerit: quòd cùm antequam fuerit rex institutus in Israël, duces, & iudices fuerint in illo populo ex institutione diuina,qui populum iudicarent. dicitur enim Deuteronomi. 16. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio. Secundò cō sequentia præfata venit neganda, quoniam licet Saül constitutus fuerit rex contra voluntatem Dei hoc modo, quia scilicet non commiserit illum constituendum,non sequitur tamen propter hoc, quòd potestas regalis non fuerit à Deo: cùm dicitur Sapientiæ octauo.Per me reges regnant. &c. Et ad Romanos. 13. dicat Apostolus. Non est potestas nisi à Deo. Qua ergo constitutio Saülis non fuit secundùm voluntatem Dei, qua ill im fieri præcepisset,sed desiderantibus per misisset, ideo secundùm Augustinum in glossa dicitur non concessa, sed permissa.permissio autem dicitur de malo, & malum hoc fuit illi populo:quoniam bonum illius populi in hoc consistebat, quòd solus Deus regnaret super eum,eo quòd esset populus eius peculiaris. Vnde dicit Samuel filijs Israël petentibus regem. Vos proiecistis dominum hodie, qui solus vos saluauit. ¶ Ad quartam rationem respōdetur iuxta sanctum Thomam. Quòd seruitus, qua homo homini subditur, ad corpus pertinet: non autem ad animam, quæ libera manet.Nunc autem in statu huius vitæ per gratiam Christi liberamur à defectibus animæ,non autem à defectibus corporis: vt patet per Apostolum, qui dicit de seipso, quòd mente seruit legi Dei:carne autem legi peccati. Et ideo illi, qui filij Dei per gratiam fiunt, liberi sunt à spirituali seruitute peccati: non autem à seruitute corporali,qua temporalibus tenentur dominis astricti:vt dicit glossa super illud. Quicunque sunt sub iugo serui. &c. Vel dicendum vt suprà Thom. & dominus Bonauentura dicunt in fine secund. sententia. quòd Christus loquitur de se & eius discipulis,qui nec seruilis conditionis erant, nec res temporales habebant, de quibus dominis suis obligarentur ad tributa soluenda. Et ideo non sequitur, quòd omnis Christianus huiusmodi libertatis sit particeps:sed solùm qui sequuntur Apostolicam vitam in hoc mundo possidentes,& à conditione seruitutis immunes. Vnde in alijs Christianis, qui vel sunt seruilis conditionis,vel abundant temporalibus bonis authoritas illa non habet locum.

Ad quartū. Tho.2.2.

Rom.7.

1.ad Tim. 9

¶De multiplici eminentia, qua potestas spiritualis supereminet potestati seculari. Capit. XC.

SVMMARIVM.

1 *Potestas spiritualis, quòd terrenæ præmineat in decem, & primò temporis antiquitate.*

2 *Potestas spiritualis, quòd seculari præmineat regali originis nobilitate.*

3 *Potestas spiritualis quòd terrenæ seu seculari præmineat dignitate.*

4 *Potestas spiritualis, quòd terrenæ seu seculari præmineat authoritatis maioritate.*

5 *Potestas spiritualis quòd terrenæ potestati nobilitate finis, ad quem dirigit, præmineat.*

6 *Potestas spiritualis, quòd seculari potestati quodammodo triplici genere causalitatis, efficientis scilicet,formalis,& finalis præminere videatur.*

7 *Potestas spiritualis,quòd seculari potestati iurisdictione supereminear.*

8 *Potestas spiritualis,quòd prælationis superioritate seculari supereminear.*

9 *Potestas spiritualis, q. terrenæ siue seculari principatus amplitudine præferatur.*

10 *Potestas spiritualis, quòd seculari fortitudinis & firmitatis robore præmineat.*

OSTENSA necessitate duplicis potestatis, scilicet secularis & spiritualis ad conueniens regimen populi Christiani: reliquum est videre de comparatione harum potestatum admisce,quæ earum alteri præmineat. Cùm autem vniuersitatis regimen ex his duabus potestatibus pendeat, iuxta dictum Gelasij papæ in ca.duo quippe dist.96.Cunque quæ à Deo sunt ordinata,ordinata sunt, vt in quit Apostolus.necesse est vt altera harum potestatum alteri præmineat.non autem terrena spiritualis: quoniam hoc manifestè ratio ni repugnat: consequens est,vt spiritualis potestas terrenæ siue seculari præmineat, sitq; illa superior. Videtur autem nobis,quòd spiritualis potestas præeminеat seculari in decē. Rom.13.

Prima præeminentia potestatis spiritualis.

¶Primo quidem temporis antiquitate. patet. Nam in Abel, à quo dicitur ecclesia incepisse,vt dictum fuit super cap.22. videtur sacerdotium habuisse exordium in populo Dei: cùm ipse in scriptura sancta sacrificium 1 Deo acceptum obtulisse legatur Hebræ. 11. Vnde Augustin.libro quinto.ad Orosium dicit.Tria maximè iustitiæ præconia in Abel fuisse comprobantur, scilicet virginitas,sacerdotium,& martyrium:in quibus Christi figuram primus gessit.Patet etiam hæc antiquitas sacerdotij tempore legis naturæ. Nam à tempore Noe ante institutionem regalis siue imperialis legitimæ potestatis sacerdotium annexum fuit primogenituræ vsque ad sacerdotium legis. Vnde omnes primogeniti à Noë vsque ad Aaron sacerdotes esse dicuntur. Vnde Melchisedech, quem Doctores dicunt fuisse Sem filium Noe, sacerdos altissimi appellatur. Nec obuiat, quòd rex etiam fuisse dicatur sicut & sacerdos: quoniam sacerdotium in eo cùm annexum fuerit primogenituræ, non autem regalis dignitas,præesse videtur in eo sacerdotalem dignitatem. Cæterùm hæc prioritas temporis in sacerdotio patet tempore legis. Nam in populo Israëlitico,qui tunc populus Dei erat peculiaris. vt habetur Deuteronomij. 7. sacerdotium præcesit regalem dignitatem.sicut patet.1.Regum.10.vbi legitur, quòd Samuel sacerdos inunxit de mandato domini Saülē in regem, qui primus rex fuit in Israël. ¶ Secundo potestas spiritualis præeminet seculari potestati regali in nobilitate originis: quoniam potestas spiritualis, & maximè data in nouo testamento,est à Deo immediatè,videlicet à Christo illā certæ personæ tradente, scilicet Petro pro se & suis successoribus.Ti bi dabo claues regni cælorum. Et Iohannis vltimo. Simon Iohannis pasce oues meas. Potestas autem secularis non fuit sic à principio instituta: quod consideranti sacræ scripturæ processum manifestum est. Nam potestas secularis quantum ad quatuor imperia, scilicet Assyriorum,& Chaldæorum, Medorum, & Persarum,Græcorum, & Romanorū non fuit à principio legitimè introducta, sed per violentiam vsurpata.Quod de Assyriorū & Chaldæorum imperio patet.hoc autem ini cœpisse legitur à Nemrod, de quo dicitur, quòd ipse cœpit esse potens in terra,& erat robustus & venator hominum: id est oppressor.vt ibidem exponit magister historiarum. vnde per violentiam & oppressionem aliorum acquisiuit sibi regnum & imperium.Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arath, Archad,& Talamiæ in terra Senar: de qua terra egressus est Assur, qui ædificauit Niniuen.vt in eodem cap. dicitur. De imperio verò Medorum,& Persarum,quod etiam per violentiam & oppressionem fuerit introductum, aperte colligitur Daniel. 2.cap. vbi loquitur, quòd interfecto Balthasar rege Babylonis, translatum est regnum & imperium in Medos & Persas. De imperio verò Græcorum, quod successit post imperium Medorum & Persarum,quod etiam per violentiam introductum fuerit, patet in principio primi libri Machabæorum: vbi dicitur quòd Alexander rex Græcorum percussit

Secunda. 2

Gene.14.

Matth. 16.

Gene.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Darium regem Persarum & Medorum, & constituit prælia multa, & interfecit reges terræ, & sic obtinuit imperium. De imperio verò Romanorum quòd per violentiam, & potentiam secularem surrexerit, siue introductum etiam fuerit, historiæ apertissimè docent: Patet ergo, quòd potestas secularis quãtum ad quatuor imperia sibi succedentia non fuit à principio legitimè introducta, sed per violentiam & ambitionem vsurpata. In cuius signum hæc quatuor imperia seu regna ostensa sunt Danieli in visione in similitudine, non hominum, sed bestiarum. vt patet Danielis septimo. quia non insurrexerũt per viam rationis, sed impetu sensualitatis quantum ad suam primam originem. Vnde si temporis processu hæc regna reducta sunt ad statũ legitimum, oportuit quòd hoc authoritate Dei fieret, aut consensu populi expressio vel interpretatiuo. ¶Tertiò potestas spiritualis præeminet terrenæ siue seculari in dignitate: quoniam quantò vita spiritualis dignior est quàm terrena, & spiritus quàm corpus, tantò, vt inquit venerabilis Hugo de sancto Victore. libro de sacramentis. parte secunda. potestas spiritualis supra secularem siue terrenam honore atq; dignitate præexcellit. Et hoc modo dicit Innocentius tertius extra de maior. & obedien. in capitu. Solitæ. quòd spiritualia tantò sunt temporalibus digniora, quãtò anima præfertur corpori. Quam ob rẽ beatus Ambrosius vt habetur in .c.duo. distinctio. 96. inquit, quòd aurum non tantò pretiosius est plumbo, quantò regia potesta te sit ordo sacerdotalis altior. ¶Quartò potestas spiritualis præeminet potestati terrenæ siue seculari maioritate authoritatis. Nam vt inquit Hugo de sancto Victore vbi suprà. in ecclesia sacerdotalis dignitas regalem potestatem sacrat & sanctificat per benedictionem. Cùm ergo sicut dicitur ad Hebræ. septimo. sine contradictione maior est qui benedicit. quàm qui benedicitur, constat absque dubitatione, quòd terrena potestas, quę à spirituali benedictionem accipit, iure inferior illa æstimatur. ¶Quintò spiritualis potestas præeminet terrenæ potestati siue seculari nobilitate finis ad quem dirigit. Finis autem quem debet intendere vtraque potestas, est bonum multitudinis, quod principaliter consistit in hoc, quod est viuere secundùm virtutem. In operatione namque virtutis consistit felicitas, quæ est perfectum & finale bonum. Differenter tamen intendit bonum multitudinis potestas secularis & potestas spiritualis: quoniam secularis bonum multitudinis intendit, ad quod potest peruenire virtute naturæ: spiritualis verò ad bonum cæleste, id est supernaturale, quod exuperat omnem sensum: vt ait Apostolus ad Philipens. quarto. In cuius signum cùm saluator noster hanc spiritualem potestatem se daturum Petro promitteret, Petro ait, Tibi dabo claues regni cælorum. sed finis supernaturalis est potior quocunque alio. ergo potestas spiritualis præeminet seculari nobilitate finis. ¶Sextò potestas spiritualis præminere videtur potestati seculari quodammodo causalitate: & hoc in triplici genere (vt videtur) causalitatis efficientis, scilicet formalis, & finalis. Efficientis quidem quodammodo, & hoc dupliciter. Tum primo, quia per sacerdotium Deo ordinante & iubente ordinata est primò in populo Dei regalis potestas: vt patet. 1. Regum octauo capitulo. vbi legitur, quòd cùm filij Israel peterent à Samuele sacerdote vt regem illis constitueret, illeque consuluisset dominũ, dominus ait ad eum. Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Quòd vero Samuel fuerit sacerdos, negari non potest: cùm de ipso legatur sacrificium obtulisse, & reges vnxisse, scilicet Saũlem & Dauid. Et beatus Augusti. dicit, quòd Hely reprobato, substitutus est in Dei ministerio Samuel. & idem habetur in gloss. ad Hebræ. septimo. Tum secundò in ratione causæ efficientis potestas secularis à spirituali depẽdere quodammodo videtur. Nam potestas secularis veram & perfectam rationem potestatis sortitur ex formatione, seu ex derivatione potestatis spiritualis. Pro quo notandum, q quemadmodũ virtutes morales sine fide Christi non habent rationem completam virtutis: quia, vt inquit sanctus Thomas, non ordinãt hominem ad finem vltimũ simpliciter, quod est superna beatitudo, sed ad vltimum finem secundùm quid in aliquo genere, videlicet ad eum, qui non excedit facultatem hominis. & ideo vt habetur in ca. Omnes. 28. quæst. 1. inquit Augusti. Vbi non est agnitio incommutabilis veritatis, falsa est virtus etiam in optimis moribus. Item idem Augusti. vt habetur in capit. Vbi sana. 24. quæst. 1. inquit. Vbi sana fides non est, non potest esse iustitia. Ita videtur dicendum de potestate regitiua populi, cuius intentio est subiectos inducere ad virtutes. vt dicitur. 2. Ethicorum. quòd ipsa non habet perfectam rationem potestatis vt subiectos suos regulet aliquo modo, etiam in ordine ad finem beatitudinis supernæ. Vnde beatus Augustin. inquit. In hoc enim reges sicut eis diuinitus præcipitur Deo seruiunt inquantum reges sunt, si in regno suo bona iubeant, mala prohibeant, non solùm quæ pertineant ad humanam societatem, verùm etiã quæ ad diuinam religionem. Item libro de correctione Donatistarum ad Bonifaciũ comitem ita inquit. Et nũc reges intelligite. &c. Quo modo ergo reges seruiunt domino in timore, nisi ea, quæ contra iussa domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? aliter enim seruit, quia homo est: aliter seruit, quia rex est. Quia homo est, seruit fideliter: quia verò etiam rex est, seruit, leges iustè præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciẽdo. Sicut seruiuit Ezechias lucos & templa idolorum, & illa excelsa, quæ contra Dei præceptum fuerunt constructa, destruendo. hæc Augusti. Cùm autem potestas secularis vt sic accepta nihil nouerit de felicitate superna, nec de his quæ ad illam homines disponunt, necessariò in hac potestatis perfectione pendet ex potestate spirituali, cui per se, & directè competit homines inducere ad finem supernæ felicitatis, & nulli alij, nisi ex directione huiusmodi. Patet ergo, quòd potestas secularis in republica Christiana in sua perfectione modo iam dicto pendeat à potestate spirituali etiam in genere causæ efficientis quasi ab ea formata. Videmus enim, quòd calor naturalis informatus virtute animæ vegetatiuæ agit ad generationem carnis, & sanguinis in animali, ad quod non potest virtute propria tantùm: & ita suo modo videtur dicendum in proposito. Vnde vt in capit. Si imperator. distinct. 96. dicitur, quòd imperator filius est ecclesiæ, non præsul, & ideo quod ad religionem competit, discere ei competit, non docere. Propter quod Hugo de sancto Victore vbi suprà inquit, quòd spiritualis potestas terrenam instituere habet vt sic, & iudicare si bona non fuerit. Secundò potestas secularis dicitur dependere ex potestate spirituali in genere causæ formalis. Sicut enim charitas, vt inquit beatus Ambrosius, dicitur forma aliarum virtutum: non quidem per modum inhærentiæ, sed per modum cuiusdam directionis. ordinat enim actus aliarum virtutum ad finem vltimum: simili modo potestas spiritualis potestati seculari regulam & formam regiminis, & directionis dat. Est autem hoc commune in artibus ordinatis, vt ea, ad quam pertinet vltimi finis consideratio, leges & regulas det alijs artibus, quarum fines ordinantur ad finem eius: sicut medicinalis pigmentariæ: & militaris equestri. Hinc dicitur, quòd leges imperiales non solùm non dedignantur sacros canones imitari. vt dicitur in capitu. Clerici. extra de iudici. imòvt in capitu. Constitutiones. distinctio. 10. Felix papa dicit, constitutiones principum contra canones & decreta præsulum Romanorum vel bonos mores nullius sunt momenti. Tertiò potestas secularis pendet à spirituali in ratione causæ finalis. Quoniam sicut finis potestatis secularis, quæ est felicitas politica, ad quam ex naturalibus peruenitur, ordinatur (vt dictum est) ad finem potestatis spiritualis, quæ est superna beatitudo, totam facultatem humanæ naturæ transcendens: ita potestas ad potestatem similiter ordinari videtur: hinc potestas secularis dicitur data in obsequium spiritualis. Vnde in capitul. Principes. 23. quæstione quinta. dicit Ambrosius. Principes seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterùm intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt quod non præualent sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit: vt qui intra ecclesiã positi contra fidem & disciplinam agunt, rigore principum conterantur. Et infrà. Cognoscant principes seculi Deo se debere esse reddituros rationem propter ecclesiam, quã à Christo tuendam suscipiunt. ¶Septimò spiritualis potestas supereminet potestati seculari iurisdictione: quoniam potestas spiritualis iudicat terrenam si ea deuiare contingat, non autem econuerso. Hanc superioritatis præeminentiam tangit venerabilis Hugo vbi suprà. ita dicens. Potestas spiritualis terrenam iudicare habet, si bona nõ fuerit: ipsa verò spiritualis à Deo primùm instituta est: & cùm deuiat, à solo Deo iudicari habet & potest: sicut scriptum est. Spiritualis homo omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur. Ad hoc facit canon Gelasij papæ in capitu. Cuncta. 9. quæstione. 3. vbi sic ait. Cuncta per mundum nouit ecclesia, quòd sacro sancta Romana ecclesia fas habeat de omnibus iudicandi, nec cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Ad idem est capitu. Nemo. & capit. Aliorum. eadem causa. & quæst. Quòd verò

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Aug. li. 17. de ciui. Deĩ cap. 4.

Tho. 1. 2.

Aug. lib. 3. contra Cresconiũ grãmati.

1. Cor. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò à potestate spirituali potestas secularis cùm eam errare contigerit, veniat iudicanda, apertè colligitur ex multis. Primò quidē ex eo, quòd, vt habetur in cap. Alius. 15.q.6. Gelasius papa scribēs Anastasio Imperatori inquit. Romanus pontifex Zacharias regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quàm pro eo, quòd tantæ potestatis erat inutilis à regno deposuit, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius loco substituit. Item vt testatur Gelasius papa in ca. Duo. di. 96. Innocentius papa excommunicauit Archadium Imperatorem. Itē Stephanus papa secundus transtulit Imperiū à Græcis ad Germanos in persona Caroli Magni: vt inducit Innocētius tertius in ca. Per venerabilem. extra de iudicijs. Item Honorius tertius, vt legitur in chronicis, Fredericū imperatorē anathematizauit, & Barones ab eius fidelitate absoluit: quem postea Innocentius quartus deposuit ab imperio, & omni regno in cōcilio Lugdunensi. Beatus etiam Ambro. vt legitur in ca. Duo. dist. 96. licèt non esset vniuersalis pōtifex, Theodosium Magnum imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit. ¶ Octa

Octaua. 8 uō potestas spiritualis præeminet seculari superioritate prælationis. Patet hoc. Quia spiritualis potestas, vt sæpe commemoratum est, ad superiorem finem dirigit, ad quē finis potestatis terrenæ ordinatur. Sententia autem Aristo. est. 1. Ethicorum. vt virtus vel ars præceptiua sit omnium āliarum, ad cuius finem fines aliarum ordinantur, & reducūtur. Hinc

Greg. in ca. quis dubitet aist. 96. beatus Gregor. dicit. Quis dubitet sacerdotes Christi regum & principum omniumque fidelium patres & magistros censeri? Quocirca Gregorius Nazanzenus imperatoribus Constantinopolitanis, vt in cap. Suscipitis. distin. 10. ita scribit. Lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit. Dedit enim nobis potestatem, dedit & principatum multò perfectiorem principatibus vestris. An nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni? si à terrenis cælestia superentur? si diuinis præferantur humana? Quasi dicat non. ¶ Nonò spiritualis potestas præ-

Nona. fertur terrenæ siue seculari amplitudine prin-
9 cipatus. Amplitudo enim principatus spiri-
Psal. 71. tualis potestatis extenditur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. secundum quòd exposuimus superiùs in capit. 34. Vnde de Apostolis dicitur.
Psal. 44. Constitues eos principes super omnem terram. Et Petro dictum est à domino. Ego constitui te principem super plebem meam. Itē ei dicitur Matth. 16. Quodcunque ligaueris super terram, ligatum erit in cælo. Et Iohan. vltim. Simon Iohannis pasce oues meas. non discernēs inter has & illas: sed quascunque ei commēdat, vt ait Bernardus. Hæc autem prærogatiua potestatis spiritualis satis euidenter designata videtur. vt inquit Innocentius tertius in cap. Nouit. extra de maio. & obedien. Hieremiæ. 1. vbi dictum à domino Hieremiæ legitur, qui sacerdos erat. Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas, & dissipes, ædifices, & plantes. Quam præeminentiam potestatis spiritualis maximè in Romano pontifice beatus August. admirans in sermone quodam Apostolorum Petri & Pauli, qui incipit. Fortis & humilis. ita inquit. O mira potētia & ineffabilis gratia saluatoris. Quis plebeium piscatorē Apostolorum facilè crederet principē, & regibus obsistere, reges sanctificare, regibus omnibus imperare, mundū

Decima. 10 refrænare legibus? &c. ¶ Decimò potestas spiritualis præeminet seculari robore firmitatis & fortitudinis. Patet hoc: quoniam potestates seculares paruæ durationis, & exiguæ firmitatis sunt: sicut dicit de quatuor imperijs suprà nominatis Danie. 7. Vnde bene dicitur Ecclesiast. 10. Omnis potentatus breuis vita: potestas verò spiritualis stabilis semper perseuerat. Vnde cùm à Christo dictum fuisset Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. immediatè de firmitate eius sequitur. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Vnde signanter stabilitas potestatis spiritualis maximè in Apostolica sede figurata videtur per stabilitatē throni Dauitici, de quo dicitur. Stabiliam thronū regni eius vsque in sempiternū. Et infrà. Thronus eius erit firmus iugiter.

Matth. 16.

2. Reg. 7.

¶ In quo ponuntur aliquæ obiectiones contra ea quæ dicta sunt de præeminentia potestatis spiritualis supra secularem.

Cap. XCI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones octo contra ea, quæ dicta sunt de præeminentia potestatis spiritualis supra secularem.*

ADuersus aliqua quę dicta sunt de præeminentia potestatis spiritualis supra secularem ad uersarij plurima obijciunt.

Arg. primū ¶ Et primò, quòd non præ-
1 emineat temporis antiquitate arguitur sic. Prius tempore fuit terrena potestas siue secularis, quàm sacerdotium, ergo potestas secularis præcedit temporis antiquitate spiritualem, & non econuerso. consequētia patet. antecedens ostenditur ex tribus. Pri-

Probatio. 1. mo ex eo quod dicit beatus August. 15. de ciuitat. Dei, quòd Cain ante diluuium fuit primus dās inter homines, quo tēpore nullū videtur fuisse sacerdotium. Secundò ex eo: quia

Secunda. regnum videtur incœpisse in Nemrod. Gene. 10. tempore legis naturæ, quanquam post diluuium, sacerdotium autem incœpit in Aarō tempore legis scriptæ, vt habetur Exodi. 28

Tertia. non est autem dubium, quòd tempus legis naturæ præcesserit tempus legis scriptæ. Tertiò ex eo, quòd verum sacerdotium in Christo videtur incœpisse: verum autem regnum electione diuina longè ante incarnationem Christi, vt in Saüle incœpit, vt habetur. 1. Regū. 10. Et ita videtur quod potestas terrena siue secularis præcesserit sacerdotium, & per cōsequens potestatem spiritualem. ¶ Secundò,

Secūdū arg. quòd potestas spiritualis non præmineat seculari nobilitate originis arguitur sic. Quorum est vna & eadem origo, nullum eorum alteri præmincre videtur originis nobilitate: sed potestas spiritualis & secularis habēt vnā & eandem originem, scilicet Deum, dicente

Rom. 13. Apostolo. Non est potestas nisi à Deo. Propter quod subiūgit. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. vnde Imperium & sacerdotium ex eodē principio prodierunt, in authēticis. quo modo oporteat episcopos. in principio. column. 2. ergo sequitur quòd ex parte originis non sit aliqua præeminentia

Tertium. vnius potestatis ad aliam. ¶ Tertiò arguitur, quòd potestas spiritualis non præmineat seculari dignitate: quoniam vt dicit. 1. Petri. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præexcellenti. vbi beatus Petrus asserere videtur regalē potestatem cæteris potestatibus dignitate præcellere. ¶ Quartò arguitur quòd potestas spi-

Quartum. ritualis non præexcellit maioritate authoritatis: quoniam si eo quòd potestas secularis regalis inungitur, & benedicitur à potestate spirituali spiritualis potestas est dicenda præexcellere maioritate authoritatis, sequeretur quod episcopus Hostien. qui summum pontifice conferat, maior authoritate summo pontifice dicendus esset, quod non est verum. ergo nec in proposito nostro ratio facta militare videtur. ¶ Quintò arguitur, quòd po-

Quintum. testas spiritualis non præeminet seculari causalitate, sic. Ambæ istæ potestates sunt immediatè à Deo: ergo vna earum causalitate non dependet ab alia. consequentia patet. antecedens est notum de potestate spirituali. de seculari verò habetur in ca. Quæritum. 23. q. 4. vbi dicit Innocen. A Deo concessam esse imperialem potestatem, propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & Dei ministerio esse datū. ¶ Sextò arguitur quòd spi-

Sextum. ritualis potestas non præmineat seculari maioritate iurisdictionis: ita quòd eam errantem iudicare posset, sic. Glossa super illud Psal. 50 Tibi soli peccaui, dicit sic. Quia rex est omnibus superior, ideo tantùm à Deo, qui maior eo est, est puniendus. Si quis verò de populo errauerit, Deo peccauit & regi: rex verò non habet hominem, qui eius facta diiudicet, ergo non videtur quòd potestas spiritualis possit punire secularem potestatem, vt puta regem, aut imperatorem. ¶ Septimò arguitur quòd

Septimum. potestas spiritualis non præmineat seculari superioritate prælationis, siue dominationis sic. Non soluitur tributum per aliquem alicui nisi maiori aut superiori. vnde solutio tributi probatio esse videtur subiectionis. vt habetur tam ex ca. Magnum. 11. q. 1. quàm ex cap. 2. extra de censi. sed ecclesia soluit tributum imperatori. vt in ca. Si tributū. 11. q. 1. ergo videtur quòd spiritualis potestas non terrenæ superemineat maioritate prælationis siue dominationis, sed potiùs econuerso. ¶ Octauò

Octauum. arguitur quòd spiritualis potestas non superemineat seculari superioritate principatus, sic. Moyses, qui fuit primus ductor populi Israël & quasi imperator, fuit superior quàm Aarō, qui erat summus pontifex populi Israël, ergo superior est principatus secularis quàm spiritualis. consequentia videtur nota. antecedens verò patere videtur ex eo, quòd potestate Moysi Aaron electus est in sacerdotem. secundùm illud Exod. 24. Applica quoque tibi Aaron fratrem tuum cum filijs suis, vt sacerdotio fungantur mihi.

¶ In quo respondetur rationib⁹ supra dictis contra præeminētiam potestatis spiritualis supra secularem. Cap. XCII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Obiectionibus contra præeminentiam potestatis spiritualis supra secularem positis respondetur.*
2 *Verum quomodo duobus dicatur modis, uel quod non est fictum aut falsum, uel quod non est figuratiuum.*
3 *Tributum quomodo soluat ecclesia Regi, ostenditur.*

QVm autem ea quæ de eminẽtia potestatis spiritualis supra secularem diximus (saluo semper meliori iudicio) vera esse credamus, respondebimus ad obiectiones factas in contrarium. ¶ Ad primam respondetur negando antecedens. Et ad probationem primam, in qua dicebatur quòd Cain ante diluuiũ fuerit primus dominus inter homines, dicimus duo. Primò, quòd Cain non fuit verè dominus, vt puta ordinariam habens potestatem: sed fuit vnus tyrannus, per violentiam, & oppressionem quærens sibi principatum. Secundũ est, quòd antequam Cain dominiũ illud quod habuit, vsurparet, iã præcesserat oblatio Abel quem Christus in euangelio, iustũ vocat, quæ fuit vera res sacerdotalis. vnde subditur. Et respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. & propter hoc, vt suprà diximus, dicit beatus Aug. quòd inter cætera iustitiæ præcõia, quæ fuisse in Abel comprobãtur, est sacerdotiũ. ¶ Ad id quod inducitur in probatione secunda de Nemrod, pariter respondetur. ¶ Primò, quòd etiam post diluuium antequam mẽtio fieret aut de dominio aut de regno, priùs tempore fuit de re sacerdotali modo ad sacrificium pertinente facta memoria. Vnde cùm Noë egressus esset de Arca cum filijs suis & vxore, vt legitur Genesi. 9. ædificauit altare domino: & tollens de cũctis pecoribus, & volucribus mũdis obtulit holocausta super altare: odoratusque est dominus odorem suauitatis. Hæc autem oblatio siue actus sacerdotalis præcesserit tempore ipsum Nemrod de quo arguebatur, cùm fuerit quartus à Noë. Noë enim genuit Cham: & post diluuium Chã genuit Chus, & Chus genuit Nemrod. præcesserit ergo tempore spiritualis dignitas temporalem. Secundò respondetur, quòd dominium siue regnum ipsius Nemrod non fuit legitimum, sed vsurpatum & violentum, quemadmodum Gene. 10. designatur, cũ dicitur, quòd Nemrod erat robustus venator coram domino, id est, oppressor hominũ, & extinctor, vt exponit Alchuinus. Quod etiam ex illo colligitur, quòd principium regni eius fuit Babylon, quę interpretatur confusio. Bene autem dicitur principium regni eius confusio: quoniam nec iustum fuit, nec legitimum, sed tyrannicum & vsurpatum, magis latrociniũ dicẽdum, quàm regnum. Et ideo ex tali vsurpato, & violento dominio non bene arguitur, quòd in ecclesia Dei potestas terrena præcedat spiritualẽ, siue sacerdotium. ¶ Ad id quod tertiò inducitur, quòd verum sacerdotiũ in Christo incœperit, regnum autem in Saũle, respondetur, quòd verum capitur dupliciter: vno modo, vt distinguitur contra fictum: alio modo, vt distinguitur contra figuratũ. Dicimus ergo, quòd sacerdotium legale fuit verum sacerdotium, prout verum distinguitur contra fictum vel falsum, cùm à Deo institutum fuerit, vt habetur Exod. 28. Deus autem, cuius perfecta sunt opera, nihil facit fictum aut falsum. Nihilominus dicimus, quòd non fuit verum, prout verum distinguitur contra figuratiuum. Figurauit enim sacerdotium Christi, prout omnes hostię veteris testamenti figurabant veram hostiam, quæ Christus est. Vnde ex hac parte, qua legale sacerdotiũ fuit figuratiuum, dicitur non verum: quia non veras hostias, quę peccata delerent, sed figuratiuas veræ hostiæ offerebat: & ita imperfectum, iuxta illud, Nihil ad perfectum adduxit lex. Et ita licèt sacerdotium verum prout distinguitur contra figuratiuum incœperit in Christo, qui est sacerdos in æternum: sacerdotium tamen legale, quod fuit verum sacerdotium, prout verum distinguitur contra fictum aut falsum, præcesserit in Aaron, qui præcesserit Saũl primum regem in populo Dei: & per consequens sacerdotalis dignitas præcesserit regalem in populo Dei. ¶ Ad secundam rationem, in qua arguitur, quòd potestas spiritualis non præemineat nobilitate originis, respondetur, quòd potestas cuiuscunque dignitatis sit, quantum ad duo ad præsens considerari potest: videlicet quantum ad ipsam potestatem siue essentiã potestatis: & sic omnis potestas est à Deo, vt argutum est, & hoc modo cùm sit vna & eadem origo omnis potestatis creatæ, scilicet diuina maiestas, non distinguitur in origine potestas spiritualis, & secularis. Alio modo potest considerari potestas quãtum ad modum adipiscendi: & sic potestas est à Deo, quando scilicet aliquis ordinatè adipiscitur potestatem. secundùm illud. Nemo sibi honorem assumit, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Quandoque verò

Ad primũ argumentũ & eius primã probationem.
Luc. 11.
Gene. 4.
Ad probationem secũdam.
Ad tertiam probationẽ 2
Deute. 31.
Hebr. 7.
Ad secũdũ arguẽ.
Hebr. 5.

verò non est à Deo, sed ex peruerso hominũ appetitu, quo per ambitionem, vel alio modo quocunque inconuenienti potestatem adipiscuntur. Amos. 5. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Et hoc modo cùm, vt suprà declarauimus, dominia terrena non legitimè, sed per vsurpationem, & violentiam primò fuerint introducta, sacerdotium verò institutione diuina, dicimus potestatem spiritualem originis nobilitate præeminere potestate seculari. ¶ Ad tertiam rationem respondetur, quòd potestas regalis non nominatur sic excellẽs, quòd simpliciter præemineat omni potestati, sed bene in ordine ad seculariũ potestatem est excellens, & ideo ex hoc non sequitur, quòd præemineat potestati spirituali, quæ alterius & superioris ordinis est, vt suprà dictum est. ¶ Ad quartam rationem respondetur, quòd licèt papa ante cõsecrationẽ, vt puta si sit solùm diaconus, aut simplex presbyter sit episcopo Hostien. consecrato maior authoritate iurisdictionis, minor tamen est dignitate cõsecrationis illo, & hoc non est inconueniens: sicut de archiepiscopo dicimus respectu suorum suffraganeorum à quibus consecratur. Et sic verum est, q̃ maior est qui benedicit, quàm qui benedicitur in eo quòd benedicit: licut agens nobilius est passo. 2. de anima. ¶ Ad quintam respondetur, quòd ad præsens sufficit. Primò, quòd non intelliginus potestatem regalem causalitate in genere causæ efficientis sic pendere à spirituali potestate, quòd regalis potestas in quibuscunq; fuerit, aut sit authoritate instituta sit per spiritualem: quoniam sicut argutum est ambæ istæ potestates ab eodem principio processerunt, scilicet Deo: sed dicimus, quòd potestas regalis in primo rege, qui fuit in populo Dei, ministerialiter dependerit à potestate spirituali siue sacerdotio: quoniam sicut suprà inductum est per sacerdotiũ iubente domino & ordinante instituta est regalis potestas, sicut patet in Saũle per Samuelẽ: & quodammodo etiam in Dauid, quẽ idem Samuel præcepto domini inunxit in regem reprobato Saũle. Secundò dicimus, prout suprà diximus, quòd potestas secularis pendere causaliter à spirituali potestate potest dici quantum ad perfectionem eius, quæ attenditur penes ordinem ad vltimum finem simpliciter, qui est felicitas superna. Cùm autem potestas secularis vt sic nihil nouerit de vltimo fine, nec de medijs perducentibus ad illum, sed hoc sit proprium spiritualis potestatis, necesse est, q̃ si in ordine ad vltimum finem potestas secularis dirigere habet subiectos suos, hoc habeat ex deriuatione à spirituali potestate. vnde Augusti. dicit, quòd sine summa iustitia non potest regi respublica, vera autem iustitia non est in republica, cuius Christus nõ est rector. Vnde sanctus Tho. dicit in. 4. dist. 19. Reges inunguntur, vt excellentia potestatis ipsorũ à Christo descendere significetur, & vt ipsi sub Christo in populo Christiano regnent. Perfectio ergo potestatis secularis quodammodo dependet in populo Christiano à potestate spirituali. Præterea etiam ratio facta non procedit: quia dato quòd potestas secularis in ratione causæ efficientis non pẽderet à potestate spirituali, penderet tamen in ratione causæ formalis & finalis, vt dictum est. ¶ Ad sextã rationem respondetur, quòd cùm dicitur q̃ rex non habet superiorem, intelligendum est in suo ordine. Est enim, vt dictũ est, ordo potestatũ duplex, scilicet potestatum secularium, & potestatum spiritualiũ. In ordine potestatum secularium omnibus maior est rex, vel Imperator: quemadmodum in ordine potestatũ spiritualium superior omnibus est papa. Nihilominus collatione facta potestatis spiritualis ad potestatem secularem, potestas spiritualis est supra secularem, sicut spiritus supra corpus, vt dictum est. vnde Hieremiæ sacerdoti dicitur, Ecce constitui te super reges & regna. ¶ Ad septimam rationem respondetur, quòd ecclesia non soluit tributum Imperatori, aut principibus secularibus in recognitionem dominij, vel subiectionis, sed solùm pro pace & quiete seruanda, quã ipse Imperator & principes seculares tueri & conseruare tenentur, sicut colligitur ex eodem capi. Tributum. & ita ecclesia soluit tributum non in recognitionem dominij, sed potiùs in recognitionẽ præstati beneficij, seu in solutionem stipendij. vnde propriè nõ est tributũ. Præterea nec ecclesia de omnib⁹ tẽporalibus tributũ soluit potestati seculari: quia nõ de his quæ possidet sorte spirituali & iure diuino, vt de decimis, & oblationibus, sed de exterioribus bonis quæ possidet sorte tẽporali, vt titulo venditionis, vel concessionis. ¶ Ad octauã respondetur, q̃ Moyses nõ tãtùm fuit princeps, sed etiam sacerdos. secũdùm illud Psal. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. vbi glossa dicit. Nota q̃ Moyses sacerdos dicitur: qui & si non hostias, tamen vota obtulit Deo, & pro populo supplicauit. Secundò dicitur, quòd non est verum, q̃ Moyses simpliciter maior fuit Aarõ: qm̃ sicut Moyses in aliquo maior fuit Aarõ, ita ecõuerso Aarõ maior fuit Moyse. In cui⁹ signum

Ad tertium
Ad quartũ.
Ad quintũ.
1. Reg. 8.
1. Reg. 16.
Aug. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 21.
Ad sextum
Hiere. 1.
Ad septimũ 3
Ad octauũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

signum in sacra scriptura quando simul combinantur, aliquando præponitur Moyses.vt in psalm.127. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. aliquãdo præponitur Aarõ.vt Exo.6.vbi dicitur.Iste est Aaron & Moyses.vbi dicit Magister Nicolaus de Lyra,quòd præponitur hîc Aaron propter duo. Tum ratione primogenituræ. Tum quia dominus præuiderat eum,& elegerat in summũ sacerdotem. Moyses verò præponitur aliquãdo etiam propter duo.Primò,quia illi principaliter cõcessum erat educere filios Israel de Ægypto.Secũdò,quia verba domini immediatè recipiebat à Deo,& per Aaron tanquàm per interpretem reddebat populo.

¶In quo circa potestatem sacramentalem siue ordinis & iurisdictionalem ponuntur duodecim cõclusiones. Cap. XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Potestas spiritualis ecclesiæ quòd sit duplex, ordinis scilicet,& iurisdictionis,ostenditur.*
2 *Potestas spiritualis ordinis & iurisdictionis in ecclesia quòd originaliter sint à Deo.*
3 *Potestas ordinis quòd potestate iurisdictionis sit dignior.*
4 *Potestas ordinis, siue sacramentalis licèt per relationem ad corpus Christi uerum sit æqualiter in omnibus sacerdotibus,quòd nihilominus in relatione ad corpus Christi mysticum maior sit in episcopo,quàm in simplici sacerdote.*
5 *Corpus Christi conficere, & ad illius susceptionẽ populum aptum,dignumq; reddere,quòd ad ordinis potestatem pertineat.*
6 *Potestas ordinis quo ad primum actum, quòd est consecrare corpus Christi, & aliis ministrare. Et quo ad secũdum,qui est absolutio peccatorũ.*
7 *Potestas ordinis, qua soluuntur peccata, quòd sit idem essentialiter cũ charactere sacerdotali,ostenditur.*
8 *Clauis ecclesiæ quid significet. Et quomodo de claue diuersimodè loqui possimus,ostenditur.*
9 *Clauis definitio ponitur.*
10 *Claues ordinis duæ conuenienter assignantur.Et quæ sint.*
11 *Claues ordinis duæ,scilicet scientia discernendi, & potentia dignos recipiendi,& indignos excludendi à regno,quòd in essentia dignitatis non distinguantur.*
12 *Clauium potestas quòd ad remissionem pœnæ & culpæ quodammodo se extendat.*
13 *Sacramentum quid.Et quomodo sacramenta noui testamenti agant quod significant, ostenditur.*
14 *Clauium potestas quòd sacerdoti euangelico solùm conueniat.*

POSTQVAM ad reipublicę Christianę regimen perfectum duas in ea ostendimus necessariò dandas esse potestates, secularem scilicet & spiritualẽ:consequens est,vt quid nomine spiritualis potestatis intelligamus, de qua nunc principaliter loqui proposuimus,subiungamus. De seculari verò iterum in sequenti libro(opitulante Deo)repetemus sermonem, cùm an in summo pontifice ambæ potestates concurrant, discutiemus. Dicimus autem, quòd potestas spiritualis ec- 1
clesiæ duplex est:quędam scilicet ordinis siue sacramentalis:& quædam iurisdictionalis.Potestas autem ordinis siue sacramẽtalis dicitur, quæ per aliquam cõsecrationem confertur ad confectionem & administrationem sacramẽtorum. Potestas verò iurisdictionalis est ad regendum populum secundùm legem diuinam in ordine ad beatitudinem supernalem: quæ non per cõsecrationem,sed simplici iniunctione Dei aut hominis confertur. De quibus potestatibus vt illustriorem faciamus notitiam, describemus per cõclusiones quid nos de illis sentiamus. ¶Prima conclusio sit ista. Vtraque *Conclusio prima.*
harum potestatum spiritualium in ecclesia originaliter est à Deo. Patet conclusio ista ratio 2
ne,& authoritate. Ratione sic. Omne illud qđ est,& excedit totã facultatem naturæ,necesse est, vt ab authore naturæ originẽ duxerit: sed vtraq; potestas spiritualis excedit totam facultatem naturæ. ergo necesse est dicere,vt illa à solo Deo,qui author naturę est,originem traxerit. Consequentia est bona:& maior manifesta.minor etiã videtur nota: primò quidẽ de potestate ordinis: quoniam per istam ordinatus in sacerdotem habet potestatem conficiendi corpus Christi,& authoritatem diuina sacramenta dispensandi, per quæ celestis gratia dignè illa suscipientibus tribuit:qui profectò sunt effectus omnem facultatem naturæ transcendentes.Idem etiam patet de potestate iurisdictionis, quæ ad regendum populum Christianum secundùm legem diuinam in ordine ad beatitudinem supernaturalem est ordinata.Patet etiam conclusio authoritate.Primò Matth.16.vbi Christus clauium potestatem se daturum Petro pollicetur, dicens,

Tibi

Tibi dabo claues regni cælorum. Secundò Iohãnis vltim. vbi Christus ouium suarum Petrum pastorem; & rectorem ordinans, inquit: Simon Iohannis, pasce oues meas.

Secunda. ¶Secunda conclusio comparando istas
3 duas potestates adinuicem. Potestas prima, scilicet ordinis,dignior est potestate secunda, scilicet iurisdictionis. Patet conclusio:quoniã potestas iurisdictionis ordinatur ad potestatem ordinis: ad hoc enim est potestas iurisdictiõis,vt populus arceatur à malis, & exerceatur in bonis,vt sit aptus, dignusq; participare
Tertia. sacramentis:ergo conclusio vera. ¶Tertia cõ
4 clusio. Potestas ordinis siue sacramentalis licèt per relationem ad corpus Christi verum sit æqualiter in omnibus sacerdotibus: nihilominus in relatione ad corpus Christi mysticum maior est in episcopo, quàm in simplici sacerdote. Prima pars huius conclusionis patet:quoniam omnes sacerdotes æqualiter conficiunt sacramentum corporis & sanguinis Christi: ergo in relatione ad corpus Christi verum æqualiter hæc potestas sacramentalis est in omnibus sacerdotibus.Secunda pars etiam patet: quoniam simplex sacerdos non valet dispensare omnia sacramenta:quoniam non sacramentum confirmationis,quod solũ ab episcopis perfici potest:vt ait Eusebius Papa in capitul.manus,de consecratione.distin.quinta. Nec sacramẽtum ordinis,quod etiam à solis episcopis cõfertur: ergo in relatione ad corpus Christi mysticum potestas sacramẽtalis amplior est in episcopo, quàm in simplici sacerdote: quod manifestè ostendit Isid. in capitul.cleros.distinctione vigesimaprima. ita dicens. Presbyteri ideo sacerdotes nominantur, quia sacra dant sicut Episcopi: quia licèt Presbyteri sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem nõ habent:quia nec chrismate frontem signant, nec paracletum spiritum dant,quod solis debere episcopis Actuum lectio apostolorum demõstrat.hæc ille. Verũ q̃ hæc maioritas potestatis sacramentalis siue ordinis in episcopo q̃ in simplici sacerdote maior sit,non solum ex institutione ecclesiæ,vt quidam dicere voluerũt,sed etiam ex natura ordinis & cõsecrationis secundùm diuinam institutionem,ostenditur sic.Ea quæ sunt in noua lege,figurata fuerunt per ea quæ fuerunt in veteri lege:nũc autem ita est,quòd in veteri lege episcopꝰ siue summus sacerdos ex diuina ordinatione consecrabatur speciali cõsecratione, & ad specialem actum vltra simplices sacerdotes.Nam vt habetur Leuit.8.solus summus sacerdos,qui habebat in suis officijs alios ordinare,& cui soli licitũ erat in sancta sanctorum semel in anno ingredi, vngebatur oleo sacræ vnctionis.ergo similiter videtur,q̃ ex diuina institutione sit, vt caput episcopi,qui est summus sacerdos,cõsecretur vnctione chrismatis ad specialẽ actum qui ei cõpetit,sicut & ministros cõsecrare,& ordinare, & alia huiusmodi, quæ solis episcopis conueniunt,quæ ponũtur à beato Ilidoro in ca.Perlectis.di.25. Veritas etiam huius conclusionis satis manifestè habetur ex dictis in cap.86.vbi ostendimus ex diuina institutione differentiam esse realem inter episcopum & presbyterum. ¶Quarta conclusio. Ad vnam & eandem ordinis potestatem pertinent isti duo a- *Quarta.* 5
ctus, scilicet corpus Christi conficere,& ad illius susceptionem populum aptum dignũq; reddere. Ista conclusio ostenditur vera iuxta sanctum Tho.in.4. cõtra gentiles. capit.178. sic.Eiusdem virtutis esse videtur aliquam perfectionem tribuere, & ad susceptionem illius materiam præparare: sicut ignis virtutem habet & vt formam suam transfundat in alterum,& vt materiam disponat ad formæ susceptionem.Cùm igitur potestas ordinis ad hoc se extendat,vt sacramentum corporis Christi conficiat, & fidelibus tradat, oportet quòd eadem potestas ad hoc se extendat,quòd fideles aptos reddat & congruos ad tanti sacramenti susceptionem. Redditur autem aptus & congruus fidelis ad huius sacramenti susceptionem per hoc, quòd est à peccato immunis: quoniam non potest aliter Christo spiritualiter vniri,cui sacramentaliter cõiungitur, hoc sacramẽtum percipiendo. Oportet ergo, quòd potestas ordinis se extendat ad remissionem peccatorum per illorum sacramentorum dispẽsationem,quæ ad remissionem peccatorum ordinantur,cuiusmodi sunt baptismus,& pœnitentia.Habet ergo potestas ordinis hunc duplicem actum, quorum primus est conficere sacramentum corporis & sanguinis Christi:secundus est per absolutionem peccatorum aptum facere suscipientem ad susceptionem sacramenti. ¶Quinta conclusio. *Quinta.*
Potestas ordinis quo ad primum actum con- 6
secrare corpus Christi & aliis ministrare,data est Apostolis in cœna domini, quibus ait dominus.Accipite inter vos, & diuidite. hoc *Lucæ.22.*
est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. vbi glossꝫ interlin. habet:accipite & date. Quantum verò ad secundum actum,qui est absolutio peccatorum,data est Ioh. 20.cùm dictum est Apostolis.Accipite spiritũsanctũ:quorum

remise-

Universidad de Deusto
Biblioteca

remiseritis peccata,remittũtur eis. Super quo verbo dicit beatus Greg.in homil.Principatũ superni iudicij sortiti sunt, vt vice Dei quibusdam peccata retineant,& quibusdam relaxẽt.

Sexta. ¶Sexta conclusio. Potestas ordinis, qua soluuntur peccata,est idem essentialiter cum cha
7 ractere sacerdotali, siue cum potestate conferãdi corpus Christi, & non distinguunt,nisi quòd ad diuersos actus,siue effectus compatãtur. Illa conclusio licèt satis clarè habetur ex dictis, nihilominus ex dictis sancti Tho.in.4. distinct. 18.sic ostenditur. Ad duo, quorum vnum est causa alterius, vna potestas ordinatur,sicut in igne ad calefaciendum & dissoluẽdum: sed omnis gratia & remissio in corpore mystico ex capite Christo prouenit.ergo eadem potestas videtur esse per essentiam, quã sacerdos conficere potest corpus Christi, & qua potest soluere & ligare,si iurisdictio adsit: nec differt nisi ratione secundũ quòd ad diuersos actus effectus cõparatur: sicut etiam ignis dicitur secundũ aliam rationem calefactiuus, & secũdùm aliam liquefactiuus. Et quia nihil est aliud character ordinis sacerdotalis,quàm potestas exercẽdi illud ad quod principaliter ordo sacerdotij ordinatur,videlicet ad conferandum corpus Christi,sequitur quòd character ipse, & potestas, qua soluuntur peccata,

Septima. sint idem essentialiter. ¶Septima conclusio.
8 Potestas spiritualis conuenienter designatur nomine clauium.Patet cõclusio:quoniã Christus,qui Dei sapiẽtia est, ita potestatem illam designat di.beato petro.Matth.16.Tibi dabo claues regni cælorum. Pro quo notandum,q̃ clauis à corporalibus ad spiritualia transſumitur.clauis enim materialis est instrumentum, quo ostium clausum aperitur.& sic in spiritualibus clauis dicitur potestas, per quam ingressus regni cælorum aperitur. & quoniã regnũ cælorum non clauditur nisi per peccatum, & quantũ ad maculã & reatum pœnæ.ideo potestas,qua tale obstaculũ regni cælorũ removetur,dicitur clauis.Hęc autẽ potestas dicitur triplex à doctoribus:scilicet quædam authoritatis,quę est in solo Deo,qui solus aperit principaliter per infusionem gratię,& claudit per missiuè iusto iudicio, permittendo hominem ruere in peccatum,gratiam non infundendo. Quædam dicitur potestas excellentiæ,quę ponitur in Christo ratione humanæ naturę,qui cælum aperit per meritum passionis suę.Alia

1.Corin.4. ministerialis in ministris ecclesiæ, scilicet sacerdotibus,qui cælum aperiunt per dispensationem sacramentorum,quę operantur in virtute passionis Christi.secundùm illud.Sic vos existimet homo vt ministros Christi. ¶Octa *Octaua.*
9 ua conclusio. Conuenienter clauis definitur, cum dicitur.Clauis est potestas ligandi & soluẽdi,qua ecclesiasticus iudex dignos recipere, & indignos excludere debet à regno.Patet cõclusio tum authoritate Hiero.qui illã ponit in glos.Matth.16.super illo.Tibi dabo claues regni cælorum. Tum authoritate magistri sententiarum.4.distinctio.18.Conuenientia præfatæ definitionis ratione declaratur sic. iuxta sanctum Tho. in.4.eadem di. secundùm Philosophum.2.de anima.potentiæ per actus distinguuntur.vnde cùm clauis sit potestas quędam,vt dictum est,oportet quòd per actũ,siue vsum suum definatur, & quòd in actu obiectum,exprimatur,à quo speciem recipit actus & modus agendi,ex quo apparet potentia ordinata. actus autem potestatis spiritualis non est vt cælum aperiat absolutè, quia iam apertum est:sed vt quantum ad hũc aperiat: quod quidem ordinatè fieri non potest, nisi idoneitate eius,cui aperiẽdum est, pensata. Et ideo in prædicta definitione clauis ponitur genus,scilicet potestas:& subiectũ potestatis, scilicet iudex ecclesiasticus: & actꝰ, scilicet excludere & recipere secundum duos actus materialis clauis aperire & claudere: eius obiectum tangit in hoc,quòd dicit à regno: modus autem ex eo,quòd dignitas, vel indignitas in illis, in

Nona. quos actus exercetur,pensatur. ¶Nona con- 10
clusio. Conuenienter describuntur claues ordinis duæ.s.scientia discernendi,& potentia dignos recipiendi,vel indignos excludendi à regno.Patet conclusio authoritate ex glo.Hier. Matth.18.Ratione verò ista conclusio præfata.iuxta sanctum Thom.in.4.dist.18.ostendi tur vera.In omni actu,qui requirit idoneitatẽ ex parte recipientis,duo sunt necessaria ei,qui dicit actum illum exercere, scilicet iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus. Et ideo etiam in actu iustitiæ,per quem reddi tur alicui hoc,quo dignus est,oportet esse iudicium,quo discernatur, an ipse sit dignus,& ipsa redditio: & ad vtrumque horum authoritas quædam siue potestas exigitur. non enim dare possumus, nisi quod in potestate habemus:nec iudicium dici potest, nisi vim coacti uam habeat, eo quod iudicium iam ad vnum determinatur, quæ quidem determinatio in speculatiuis fit per virtutem primorum principiorum,quibus resisti nõ potest:& in rebus practicis per vim imperatiuam in iudicante existentem. & quia actus clauis requirit idoneitatẽ in eo, in quem exercetur: quia recipit per clauẽ iudex ecclesiasticus dignos & exclu

dit

dit in lignos,vt ex definitione posita in superiori conclusione patet, imò indiget iudicio discretionis,quo idoneitatem iudicat,&ipso expletionis siue redditionis actu,& ad vtrũque horum potestas quædam siue authoritas requiritur, & secundùm hoc duæ claues

Decima. distinguũtur.¶Decima conclusio. Istæ duæ claues ordinis, scilicet, scientia discernendi, & potentia dignos recipiendi & indignos excludendi à regno,non distinguuntur in essentia authoritatis,sed sunt vna & eadem per essentiam potestas siue authoritas,solũque distinguuntur per comparationem ad actus, quorum vnus præsupponit alium.Quæ conclusio est sancti Thom.cuius conclusionisveritas ex eiusdem doctoris dictis sic declaratur.Ad eandem authoritatem per essentiam cuiuscunque debentis ex officio aliquem actum exercere, qui requirat idoneitatem ex parte recipientis, pertinet iudiciũ de idoneitate, & expletio actus: sicut apparet in actu virtutis iustitię,per quam redditur alicui hoc quo dignus est, quòd ad eundem,ad quẽ pertinet alicui digno reddere aliquid, pertinet iudicium,an talis sit dignus vel non. Cùm ergo,vt dictum est in præcedenti conclusione per clauẽ ordinis iudex ecclesiasticus dignos recipiat & indignos excludat, fit necessariò, q̃ ad eandẽ authoritatem pertineat vterque actus,scilicet iudicium de idoneitate eius qui absoluendus est,& actus absolutionis:sõlum ergo differunt hæ claues per comparationẽ ad diuersos actus,quorum vnus præsupponit alium.Clauis enim,quæ dicitur potestas ligandi & soluendi, est quæ immediatè serã peccati remouendo cælum aperit.Sed clauis quæ dicitur scientia,seram ostendit,cui aperiendum sit: potestas ergo vna & eadem est, quæ ratione horum diuersorum actuum sub ordinatorum variè nominatur: quoniam ratione primi actus,qui est iudicare,dicitur clauis scientiæ,ratione verò secundi, qui est in-

Vndecima. dignos excludere, vel dignos admittere ad regnum,vocatur clauis potestatis. ¶Vndecima conclusio est, quòd potestas clauium aliquo modo se extendit ad remissionem culpæ & pœnæ.Ista conclusio probatur authoritate & ratione.Authoritate per illud Iohan.20.vbi dominus inquit Apostolis.Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis. Sed hoc non potest intelligi quantum ad manifestationem tantùm, vt aliqui dicunt,vt Magister Sententiarum in. 4. distinct. 18. quoniam sic sacerdos noui testamenti non haberet maiorem potestatem,quàm sacerdos veteris testamenti,qui solùm ostendebat in ali quo leprã esse mundatam, quã tamen nullo modo mundabat,quod nõ est dicendũ,ergo sacerdotis noui testamenti potestas se extendit vsque ad remissionem culpæ, & per consequens pœnæ. Quod ratione sic probatur. Sacramenta nouæ legis agunt quod significant.Quod patet ex definitione sacramenti. Sacramentum enim est iuxta Augustinum inuisibilis gratiæ visibilis forma,ita vt imaginem gerat,&causa extet.Sed absolutio sacramentalis signat remissionem culpæ:patet ex forma eius. Ait enim sacerdos. Ego te absoluo.ergo dicendum est, quòd potestas sacerdotalis aliquo modo se extendat ad culpę & pœnæ remissionem. Ad videndum autẽ quo modo hoc sit,est notandum secundùm sanctum Thom.in.4.distin.18.quòd eodemmodo se habet potestas clauium in sacerdote ad effectum sacramenti pœnitentiæ, sicut se habet virtus in aqua baptismi ad effectum baptismi. Baptismus autem & sacramentum pœnitentiæ conueniunt quodammodo in effectu:quia vtrumque contra culpam ordinatur directè,quod non est de alijs sacramentis.Sed in hoc differunt: quia sacramentum pœnitentiæ eo quòd habet actus suscipientis quasi materiales non potest dari nisi adultis,in quibus requiritur præparatio ad suscipiendum effectum sacramentorum: sed baptismus quandoque adultis, & quandoque pueris & alijs carentibus vsũ rationis.Et imò per baptismum datur gratia & remissio peccatorum pueris sine aliqua sui præparatione præcedente:non autẽ adultis, in quibus præexigitur præparatio remouens fictionẽque quidem præparatio quandoq; præcedit sufficiens ad gratiæ susceptionem antequambaptismus actu percipiatur,sed non ante votũ baptismi post tempus propalatæ veritatis: & tunc baptismus actu susceptusnon dicitur culpam auferre,quia iã erat remissa:nec gratiam conferre,quia iam collata erat, sed augere gratiam priùs collatam. Quandoq; autem talis præparatio tempore non præcedit, sed est simile cũ baptismi susceptione, & tũc per baptismi susceptionem gratia remissionis culpæ confertur. Sed per pœnitentiæ sacramentum nunquam datur gratia nisi præparatio adsit,vel priùs fuerit. Vnde si in pœnitente antequam sacramentũ suscipiat pœnitentiæ præcedit sufficiens dispositio delẽs culpam,&conferens gratiam,tunc sacramẽtum pœnitentiæ superueniens culpam non auferti:quia non inuenit,nec gratiam cõfert,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed priùs collatam auget. Siverò nõ præcedit sufficiens contritio, quæ culpã deleat, sed attritio, quæ superueniente sacramento virtute clauiũ efficitur sufficiens, sic per sacramentũ actu susceptum deletur culpa, & cõfertur gratia: & ita virtus clauium se extendit ad remissionem culpæ sicut & aqua baptismi vel in voto exilẽs, vel in actu se exercens: sed sicut baptismus nõ agit vt principale agẽs, sed vt instrumentũ, non quidem pertingens ad ipsam gratiæ susceptionem causandam etiã instrumentaliter, sed disponens ad gratiam, per quam fit remissio culpæ: ita est de potestate clauiũ. Vnde solus Deus remittit per se culpam, & in virtute eius agit instrumentaliter, & baptismus vt instrumentũ inanimatũ & sacerdos vt instrumentũ animatũ. Et ideo sacerdos agit vt minister. Et sic patet, q̃ potestas clauium ordinatur aliquo modo ad remissionẽ culpæ, nõ sicut causans, sed sicut disponens ad eam. Vnde si ante absolutionem non fuisset aliquis perfectè dispositus ad gratiã suscipiendã, in ipsa confessione & absolutione sacramentali gratiam consequeretur si obicẽ nõ poneret. Ex quo manifestè cõcluditur, vt inquit idem sanctus Doctor. in. 3. par. q̃ expositio illa, quam quidam dant, dicẽtes Ego te absoluo, id est, absolutum ostendo: licet quantum ad aliquid sit vera, non tamẽ est perfecta expositio: quoniã sacramenta nouę legis non solùm significant, sed etiã efficiunt quod significant. Vnde sicut sacerdos baptizando aliquem ostendit hominem interiùs illuminatũ p verba & facta non solùm significatiuè, sed etiã effectiuè: ita etiam cùm sacerdos dicit: Ego te absoluo, ostẽdit hominẽ esse absolutũ non solùm significatiuè, sed etiã effectiuè. Nec tamẽ sacerdos loquitur præsumptuosè quasi de re incerta: quia sicut alia sacramenta nouæ legis habent certum effectũ ex virtute Christi, qui est institutor sacramẽtorum, licèt posit impediri effectus sacramẽti ex parte recipiẽtis, ita etiã in hoc sacramẽto. Vnde Aug. in lib. de adulterinis cõiugijs. Non erit turpis, nec difficilis post patrata & purgata adulteria reconciliatio cõiugii, vbi per claues cælorũ nõ dubitatur fieri remissio peccatorum. ¶ Duodicima conclusio, q̃ huiusmodi potestas clauiũ solùm conuenit sacerdoti euanglico. Ista conclusio habet duas partes. In prima dicit, q̃ solus sacerdos habet potestatẽ clauiũ. Secũda q̃ solus sacerdos euãgelicus. Prima pars probatur sic. Id quod datur per consecrationẽ, non habetur nisi à cõsecratis: sed potestas clauiũ datur per consecrationẽ sacerdotalem, vt patet ex verbis episcopi, qui dicit in impositione manũ: Accipite spiritũ sanctũ: quorũ remiseritis peccata &c. quę verba directè importãt vsum clauiũ: ergo potestas illa non est nisi in habentibus consecrationem sacerdotalẽ. Patet etiã pars hæc ex sexta conclusione superiùs posita, in qua dictum est, q̃ potestas clauiũ ordinis esset idẽ essentialiter cũ charactere sacerdotali. Patet etiã hæc pars authoritate beati Ambr. dicẽtis lib. suo de paradiso. & habetur de pœni. di. 1. §. ècontra. q̃ hoc ius ligandi & soluẽdi solis sacerdotibus est concessum. Secunda pars præfatæ conclusionis, dicentis, q̃ sacerdos legalis claues nõ habuerit, sed solus euãgelicus habeat: per consequens nec ergo sacerdos legalis, qui erat dispensator illorũ sacramentorũ, habebat. Probatur sic: quia claues ordinant ad aperiẽdũ regnũ cælorũ, sed regnũ cælorũ aperiri non poterat ante Christi passionẽ, ergo sacerdos legalis nõ habuit claues regni cælorũ. Secũdò sic. Sacramẽta veteris legis gratiã nõ cõferebãt, sed aditus regni cælestis aperiri non potest nisi per gratiam, ergo per illa sacramenta nõ poterat aperiri: per consequẽs nec ergo sacerdos legalis, qui erat dispensator illorũ sacramentorũ, habebat claues regni cælorũ. Vnde sicut illorum sacramẽta erãt figura cælestiũ, ita illorum sacerdotum potestas figura fuit potestatis clauiũ. Ex hac conclusione, maximè ex prima parte eiusdẽ, correlariè sumitur clarissimè, q̃ nulla cõmunitas in ecclesia siue vniuersitas permodum vniuersitatis habere potest claues has ordinis, de quibus loquimur, sicut Albertus Magn⁹. S. Tho. & dñs Bonauẽ. dicũt & probant in. 4. di. 19. Quod & nos multiplici ratione ostendimus. Primò sic. Tota vniuersitas ecclesiæ nõ insignitur charactere sacerdotali, ergo tota vniuersitas ecclesię vt sic nec habet, nec habere põt potestatẽ clauiũ. Antecedẽs est manifestũ, & cõsequentia patet. Tum, quia cùm potestas clauium detur per cõsecrationẽ, non potest haberi nisi à cõsecratis. Tũ secundò, quia cùm potestas clauium sit idẽ essentialiter cũ charactere sacerdotali, nõ est capax clauium qui non est capax sacerdotij. Cùm ergo vniuersitas vt sic non sit capax sacerdotij, patet correlarium. Secundò sic. Vniuersitas, vt vniuersitas non habet animam rationalem, vt dicunt domini Iuristæ, & est verum, ergo ipsa vt sic non potest subiectum esse potestatis clauiũ. Cõsequentia est nota: quia sola anima rationalis potest esse subiectum capax entis spiritualis

Duodecima 13

tualis absoluti cũiusmodi est potestas ordinis, siue clauium, quæ essentialiter est idem characteri sacerdotali, ergo correlarium verũ. Tertiò sic. Omnis habens potestatem clauium mediator est inter Deũ & populum, & omnis talis constituitur in his quæ sunt ad Deũ, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, ergo ad illum pertinet tantum hæc potestas, ad quẽ pertinet offerre sacrificium, sed hoc nõ potest pertinere vniuersitati ecclesię sed solùm conuenit sacerdotibus eius, ergo idem quòd priùs. Quartò sic. Illi datur potestas clauium, qui minister constituitur sacramenti pœnitẽtiæ: sed vniuersitas ecclesiæ nõ potest esse minister sacramenti pœnitentiæ, vt ei fiat sacramentalis confessio, vt manifestum est, ergo correlarium verum.

¶ In quo ponuntur aliquæ obiectiones contra aliquas conclusiones positas in præcedenti. c. Cap. XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones sex contra id quod dictum est, quòd scilicet claues ordinis, & character sacerdotalis non distinguũtur essentialiter, sed solum per diuersos actus.*

2 *Obiectiones duæ aduersus id quod dicitur, quòd claues ordinis non distinguuntur ab inuicem realiter.*

3 *Obiectiones duæ aduersus dictum illud, videlicet, quòd claues ordinis, siue potestas ligandi & soluendi tradita solis sacerdotibus in ecclesia conueniãt, quòd non uniuersitati ecclesiæ.*

Contra sex eam conclusionem.

Arg. primũ 1

VT autem veritas eorum, quæ circa claues ecclesiæ dixim⁹ illustrior fiat, inducimus obiectiones quorundam cõtra quasdã conclusiones positas in præcedẽti. c. videlicet sextam, decimam, & duodecimã. ¶ Contra sextam, in qua ponit, quòd claues ordinis, & character sacerdotalis non distinguuntur essentialiter, sed solùm per relationem ad diuersos actus, arguitur. ¶ Primò sic. Illa distinguũtur essentialiter ab inuicem, quorum vnum potest esse sine alio, sed sacerdotalis character potest esse sine potestate clauium: sicut patet in Apostolis, quibus in cœna domini per verba illa: Hoc facite in meã commemorationem. data est potestas conficiendi corpus Christi, sed potestas clauiũ data est post resurrectionem, cùm dictum est illis: Quorũ remiseritis peccata remittuntur eis. ergo necessarium est dicere, quòd potestas clauium distinguitur essentialiter à charactere sacerdotali. ¶ Secundò sic. Illa quæ diuersis tẽpore infunduntur aut generantur, distinguũtur necessariò: sed character sacerdotalis & potestas clauium infunduntur diuersis temporibus: ergo necessariò distinguũtur. Maior est Aristo. in Topi. Minor patet ex argumento præcedẽti, vbi inductum est, quòd character sacerdotalis datus est in cœna Apostolis: potestas verò clauium post resurrectionẽ Christi. ¶ Tertiò sic. Ista separãtur in quolibet sacerdote: ergo distinguuntur. cõsequentia patet, & antecedens probatur. Nam sacerdote nunc ordinato, priùs episcopus dicit: Accipite potestatem celebrandi missam tam pro viuis quàm pro defunctis: dans ei calicẽ. Et quibusdam interpositis ponens manus super caput eius dicit: Accipite spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata remittuntur eis, vel remissa erunt. &c. ¶ Quartò sic. Christus habuit clauẽ ligandi & soluendi (secundum illud Apocal. 3. Hæc dicit qui habet clauem Dauid) & non habuit characterem sacerdotalem, cùm nihil susceperit à sacramentis: ergo necessariò distinguuntur claues à charactere. ¶ Quintò sic. Si claues essent idẽ quod character sacerdotalis, sequeretur quòd sicut omnes sacerdotes æqualiter habẽt characterẽ sacerdotij, omnes æqualiter haberent claues: quod non videtur verũ, cùm de beato Petro dicatur in glo. Matth. 16. q̃ præ cæteris dotatus fuerit clauib⁹ regni cælestis. ¶ Sextò sic. Schismatici, hæretici, & excommunicati possunt conficere, & conficiunt, non autem possunt absoluere vel ligare: vt in. ca. audiuimus. & in. c. miramur. 24. q. 1. ergo hæc duo, scilicet character sacerdotalis, & potestas clauium essentialiter destinguuntur. ¶ Secũdò principaliter arguitur contra conclusionem decimam, in qua dicitur, quòd claues ordinis non distinguantur ab inuicem realiter. ¶ Arguitur primò sic. Omnia illa, quæ contingit separari subiecto, non sunt vnum & idem essentia: sed sic est, q̃ istas claues contingit separari subiecto: ergo necessariò realiter siue essentialiter distinguũtur. Maior est nota. Minor probatur: quoniam contingit q̃ papa cõmittat aliquibus, q̃ causam aliquam discernant absq; hoc, q̃ super ea ferant sentẽtiam, imò mandauit q̃ ad eum referant siue remittant.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Contra conclusionẽ decimam.

Arg. primũ 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

tant. Ecce q tales habebunt potestatē discernendi, non autē diffiniendi, & ita hæ duæ potestates possunt separari subiecto. ¶ Secūdò sic. Matth. 16. Christus Petro de clauibus loquens ait. Tibi dabo claues regni cælorum. vbi glo. dicit. Claues sunt scientia discernendi, & potētia, qua iudex ecclesiasticus dignos debet recipere, & indignos excludere à regno. illa autem quæ absolutè pluraliter dicūtur, non videntur in vna essentia conuenire, ergo. &c. ¶ Tertiò sic. Omnia illa, quorū vnū augetur, & minuitur altero permanente immobili, necessariò realiter distinguuntur, sed sic est q scientia discernendi est in aliquibus maior & in aliquibus minor manente æquali potestate ligandi & soluēdi: ergo istæ duæ claues realiter distinguuntur. ¶ Tertiò principaliter arguitur contra conclusionem duodecimam & eius correlarium, in quibus ponitur: quòd claues ordinis, siue potestas ligādi & soluendi ita solis sacerdotibus in ecclesia conueniant, quòd non vniuersitati ecclesiæ. ¶ Primò sic. Claues regni cælorum sunt datæ vniuersali ecclesiæ: ergo non solis sacerdotibus. Cōsequentia videtur nota: quoniā vniuersalis ecclesia cùm sit collectio omniū fidelium. vt in. c. ecclesia dicitur. de consecra. 1. non est solum sacerdos. Antecedēs est Augustin. lib. de doctri. Christiana. c. 14. dicentis, q̄ has claues dedit Christus ecclesiæ, vt quæ solueret in terra, soluta essent in cælis, & quę ligaret, ligata essent. & similis sententia habetur ab eodem Augusti. in multis alijs locis tā supra Iohan. quām in lib. de agone Christiano. Et non potest dici, quòd nō loquatur de clauibus ordinis, cum istæ directè & immediatè respiciunt regnum cælorum vt dictum est. ¶ Secundò contra id quod dicitur, quòd solus sacerdos euangelicus claues habeat, arguitur sic. Claues, sicut dictum est, sunt duæ, scilicet scientia discernendi, & potestas iudicandi: sed vtrumq; sacerdos legalis habebat, vt patet: ergo etiam sacerdos legalis habebat claues. Et confirmatur. Sacerdos legalis habebat aliquam potestatem super reliquum populū, non temporalē, quia sic potestas regia nō fuisset distincta à sacerdotali, ergo spirituale, sed hæc est clauis, vt dictū est: ergo nō solus euangelicus sacerdos, sed etiam legalis claues habuit.

Secundū.

Tertium.

Cōtra cōclusionē duodecimam.

Arg. primū

¶ In quo respōdetur ad obiectiones factas in præcedenti capit. Cap. XCV.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones factæ in cap. præcedenti contra claues ordinis. &c. diluuntur.*

HIs facilè est respondere, attentis quæ supetius diximus iuxta gloriosi doctoris S. Tho. doctrinam, de cuius fonte præfatas sumpsimus conclusiones. ¶ Ad primam ergo rationem factā contra conclusionem sextam respōdetur negando minorē. Dicimus enim, q̄ potestas sacerdotalis vna est per essentiā, sed habet diuersos actus subordinatos, quorum primus & principalis est, consecrare corpus Christi: & quo ad hunc data est ante passionem in cœna. Secundus actus est absoluere à peccatis: & quo ad hunc data est post resurrectionem, vt suprà diximus. Vnde ista varietas temporum, quibus dicitur data potestas conficiendi & potestas absoluēdi accipitur in respectu, & ordine ad diuersos actus inter se ordinatos, & non ad diuersitatem potestatis in essentia, quæ vna & eadem est. De quo exemplum satis apertè dare possumus in sole: qui licet quo ad substantiam factus dicatur prima die, cùm facta est lux: nihilominus dicitur factus quarta die Genesi. 1. quia data est ei specialis virtus quo ad aliquos particulares effectus, vt tangit S. Tho. in. 1. par. q. 67. ar. vlti. ¶ Ad secundam rationem eadē est responsio, quoniam minor assumpta est falsa. Non est enim verum, quòd potestas sacerdotalis & potestas clauium diuersis temporibus infundātur, si intelligatur quo ad substātiā earū: quoniā, vt iā diximus, variet as istorū tēporū, quibus dicūtur infundi, nō ad substātiā potestatis refertur, quæ vno tēpore infusa est. s. in cœna dñi, sed refertur ad diuersos actus eiusdē potestatis subordinatos, penes quos varijs tēporibus dicitur esse data, vt prę diximus. ¶ Ad tertiā patet respōsio ex dictis. Hæ enim potestates nō separātur quo ad essentiā, sed quo ad actus, quorum vnus alterū præsupponit. ¶ Ad quartā rationē respondetur, q̄ nō est ad propositū: quoniā in præsentiarū de claue sacramētali loquimur, qualis nō est clauis, quā Christus habere dicitur, sed potius est sacramētalis clauis principiū, vtpote potestas authoritatis inquantū est Deus, & potestas excellētię inquantū homo. ¶ Ad quintā rationē respondetur, q̄ claues ordinis absolutè loquendo, sunt æquales in omnib⁹ sacerdotib⁹ ritè ordinatis, sicut & character sacerdo

Ad primū contra sextā conclusionem.

Ad secūdū.

Ad tertium

Ad quartū.

Ad quintū.

sacerdotalis, vsus tamē earū nō est æqualis in omnibus, sed magis vel minùs extēditur, vel restringitur secūdùm q̄ iurisdictionis potestas, sine qua potestas clauium in actū exire non potest, in vnoquoq; magis vel min⁹ extenditur, vel restringitur. Beatus autē Petrus dicitur præ cæteris potestate clauiū esse dotatus: quia ipse præ cæteris vocāt⁹ est in plenitudinem potestatis: cùm nō vnius prouinciæ, sed totius orbis constitutus est magister & rector. De quo plenius in sequenti libro dicetur. ¶ Ad sextā rationē respondetur negando cōsequentiam. Et cùm dicitur, q̄ schismatici, & hæretici, & excōmunicati nō possunt absoluere vel ligare, dicimus, q̄ hoc nō est, quia in talibus non sit potestas clauiū ordinis, de quibus loquimur, sed quia carēt iurisdictione, siue materia, in quam exerceatur vsus potestatis illius. Cùm enim vsus clauiū prælationem in vtente requirat respectu ei⁹ in quē vtitur, propria materia, in quā exercetur vsus clauium, est homo subditus. Et quia per ordinationē ecclesiæ subditur vnus homo alteri, ideo etiā per ecclesiæ prælatos potest subtrahi alicui ille qui erat ei subdit⁹. Vnde cùm ecclesia hæreticos, & schismaticos, & alios huiusmodi priuat subtrahendo subditos, vel simpliciter vel quo ad aliquid, quantum ad hoc, quo priuati sunt, non possunt habere vsum clauium. ¶ Ad rationem primam factā contra conclusionē decimam respondetur negando minorē, videlicet, q̄ claues ordinis separentur subiecto. Et ad probationē respondetur, q̄ in iudicio, siue foro conscientiæ, quē principaliter respiciunt claues ordinis, de quibus est præsens sermo, nunquā cōmittitur per papā vna clauis vni & altera alteri, vt puta vni clauis discretionis peccatorum de quibus quis absoluēdus venit, & alteri potestas absoluendi, sed vnus & idē, scilicet cōfessor, qui vtrumq; exercet. ¶ Ad secundā respondetur, q̄ claues Petro commissæ; Matt. 16. non nominātur tantū claues ordinis, sed claues ordinis, & iurisdictionis simul. sicut dicit sanctus Tho. in. 4. di. 18. bene autem concedimus, q̄ illę claues, scilicet iurisdictionis, & ordinis distinguantur realiter, sicut in sequenti cap. ostensuri sumus. Secundò potest dici, quòd si per claues Matt. 16. tantùm claues ordinis designentur, tunc pluralitas illa clauium non est accipienda penes pluralitatem essentiarum, sed penes diuersitatē actuū, quorū vnus alium præsupponit, sicut suprà commemoratum est: nec oportet quòd oia, quæ absolutè pluraliter nominantur in scriptura sancta etiā plura sint quo ad essentiam. ¶ Ad tertiam rationem respondetur, q̄ ratio illa procederet, si scientia, quæ dicitur habitus siue infusus, siue acquisitus diceretur hic clauis: hoc non est verū, sed scientia, quæ hic dicitur clauis, est authoritas exercendi actū scientiæ, quæ authoritas quandoq; sine scientia est, quandoq; scientia sine ipsa, sicut patet etiam in iudicibus seculāribus. Aliquis enim est iudex habens authoritatē iudicandi, qui non habet iuris scientiā: & aliquis e conuerso habet iuris scientiam, qui non habet authoritatē, & ita ratio non procedit. ¶ Consequēter respondendum est ad rationes factas cōtra duodecimam conclusionem. Ad primā respondetur, q̄ cùm dicitur, quòd claues datæ sint ecclesiæ, non est intelligendum, q̄ datæ sint singulis de ecclesia: quia sic omnes fideles tam laici, quàm clerici dicēdi essent habere claues ordinis, quod est absurdum. Nec etiam sic est intelligendum, quòd claues præfatæ datæ sint communitati ecclesiæ, vt vniuersitati, ita quòd vniuersitas ipsa vt sic habeat in se subiectiuè & formaliter ista claues quia hoc, vt ostendimus, esse non potest. Dicendū est ergo, q̄ omnes authoritates dicentes claues datas esse ecclesiæ intelligendæ veniunt hoc modo, quo sancti doctores dicūt: quòd datæ sunt ei in principalioribus membris eius, videlicet in sacerdotibus, & episcopis. Est enim ecclesia vnū corpus diuersa habens membra, in quibus diuersas gratias recipit. iuxta Apostolum. 1. ad Cor. 12. Vnde beatus Hiero. super illud Matth. 16. Tibi dabo claues regni cælorum. dicit sic. Habēt iudiciariam potestatem omnes Apostoli, habet etiā omnis ecclesia in episcopis & presbyteris. Dicitur autē oīs ecclesia habere in episcopis & presbyteris hanc potestatē. Tū, quia vbiq; terrarū, quā per omnē decursum tēporum vsq; in finē seculi habet, & habitura est. Et ista est vna intelligentia omniū similiū authoritatum. vnde patet, q̄ similes authoritates non militant cōtra conclusionē nostram & eius correlarium. Est tamē hīc notādum, q̄ licèt soli sacerdotes in ecclesia vtpote qui soli habent claues ligandi, & soluendi absoluant à peccatis: nihilominus hoc dicitur facere ecclesia, secundùm illud Aug. lib. de agone Christiano. qui ait. Nec eos audiam⁹, qui negant ecclesiā Dei oia peccata posse dimittere, & hoc propter tria. Primò, quia hoc potiores in ecclesia, scilicet presbyteri & episcopi faciunt. Cùm autē, vt dicit Arist. 9. ethi. ciuitas dicitur esse id quod principalissimum

Ad primū contra decimam conclusionē

Ad secūdū.

Ad tertium

Ad primum contra duodecimam cōclusionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in ea, solitum est attribui ciuitati siue cõmunitati id, quod faciunt in ea principales: vnde tota ciuitas dicitur facere quod in ea rectores illius faciunt. Et eadem est ratio de omni alia re ex pluribus cõstituta, vt dicit sanctus Tho. in expositione libr. ethi. Secundò, quia nullus habet vsum clauium extra vnitatem ecclesiæ cõstitutus, vt in c. Nouatianus. 7. q. 1. Propter quod beatus Augu. inquit, q̃ claues ecclesiæ datę sunt non vni, sed vnitati. Hac ergo ratione doctores sancti vsi videntur hoc modo loquendi, dicentes: Ecclesia dimittit peccata: ecclesia excommunicat: ecclesia absoluit, & huiusmodi. vt in cap. quodcũque. 24. q. 1. quia nullus extra vnitatem ecclesiæ cõstitutus ista agere valet. vt inquit Aug. in cap. multi. & in cap. remissionẽ. 7. q. 1. Tertiò, quia quẽadmodum in alijs sacramentis fides Christi & charitas ecclesiæ operatur: ita etiam in clauibus ecclesiæ. Vnde August. dicit: vt in cap. ecclesiæ charitas. de cons. distin. 4. q̃ ecclesiæ charitas dimittit peccata. Hinc est, q̃ quandoque ecclesiæ attribuitur actus ipse clauium: quia fides & charitas ecclesiæ meritorie interuenit: licèt ministeriali autho-

Ad secundũ ritate solis sacerdotibus attribuẽdus sit. ¶ Ad secundam respondetur: quòd non quæcunque scientia discernendi & peccata iudicandi dicuntur claues regni cælorum, sed tantùm illæ quæ ad hoc se extendunt, vt per eas iudicandus admittatur ad cælestia. huiusmodi autem non fuit potestas sacerdotum legalium, cùm eorum sacerdotium non se extenderet ad cælestia, sed ad figuras cælestium. Cùm autem sacerdotium Christi huius fuerit prærogatiuæ, vt eo homo introducatur in cælestia, profectò potestas, quæ Christi sacerdotium, siue euangelicum consequitur, conuenienter clauis regni cælorum dicitur: non autem potestas sacerdotij leuitici, quæ cum effectu nõ aperiebat.

¶ In quo posita distinctione potestatis iurisdictionis ponuntur conclusiones duodecim. Ca. XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionis potestas quid sit, ostenditur.*
2 *Iurisdictionis potestas quòd sit duplex secundùm quòd duplex distinguitur forum, scilicet conscientiæ, & forum causarum.*
3 *Iurisdictionis potestas in foro conscientiæ, & potestas iurisdictionis in foro causarum, quòd distinguantur ab inuicem, & separentur.*
4 *Potestas iurisdictionis in foro conscientiæ, & potestas iurisdictionis in foro causarum, quòd utraque harum à potestate ordinis distinguatur.*
5 *Potestas iurisdictionis licèt ab ordinis potestate realiter distinguatur, quòd tamen necessaria sit ad hoc, quòd potestas ordinis in suũ exeat actũ, qui est absolutio à peccatis.*
6 *Potestas iurisdictionis etiam in foro conscientiæ, quòd omnibus sacerdotibus æqualiter non conueniat.*
7 *Potestas spiritualis iurisdictionis in foro causarũ siue exterioris iudicij licèt dicatur clauis, quòd tamen non ita propriè & immediatè sicut potestas ordinis, ostenditur.*
8 *Potestati spiritualis iurisdictionis quòd duæ assignentur claues, scientiæ scilicet, & potestatis, sicut in potestate ordinis.*
9 *Claues in potestate iurisdictionis ordinariæ quòd sint una & eadem essentialiter. Et quomodo per relationem ad actus subordinatos distinguãtur.*
10 *Potestates iudicum secularium, quòd claues regni cælorum nominari non possint, ostenditur.*
11 *Clauium aliquis usus licèt mulieribus ut Abbatissis & Priorissis aliquãdo committatur, quòd tamen eas potestatem clauium habere non conueniat, ostenditur.*
12 *Potestas spiritualis iurisdictionis quòd puris laicis, aut etiam religiosis coronã clericali non insignitis conuenire non possit.*
13 *Potestas sacramentalis, siue ordinis licèt immobiliter adhæreat, quòd tamen potestas iurisdictionis separabilis sit, ostenditur.*

DECLARATA mente nostra circa potestatem sacramẽtalem siue ordinis, consequẽs est, vt de potestate iurisdictionali quid nos iuxta doctrinam saniorem doctorum & maximè sancti Thomę sentiamus, enucleemus. Est autem in primis sciendum, quòd potestas iurisdictionis propriè dicitur potestas dicẽdi ius per modum imperij ad obseruandum id quod præcipitur obligã-

Cõclusio pri-ma. 1 do. ¶ Circa quam sit ista prima conclusio: 2 quòd

q̃ potestas iurisdictionis est duplex secundũ quòd duplex distinguitur forũ, scilicet cõscientię, & forũ causarũ. Patet, quoniã quędam est potestas iurisdictionis in foro conscientiæ, quam habet quicũq; habet curam animarũ, secundũ quam potest absoluendos per imperium ad aliquid faciendum ligare. Alia est potestas iurisdictionis in foro causarũ, per quã aliquis in negotijs & causis diffiniendis, quæ vertuntur inter hominẽ & hominem, habet facultatem diffiniendi, & ius etiam in inuitũ dicẽdi, de qua habetur. di. 20. c. 1. vbi dicitur. Aliud est terminũ causis imponere: aliud est scripturas sacras diligẽter exponere. Per hãc potestatẽ põt quis ad correctionem aliquam ab ecclesia per excõmunicationẽ separari. de qua habetur Matth. 18. vbi dicitur. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis super terrã, erunt ligata & in cælis. vbi dicit glos. Potestatẽ tribuit Apostolis, vt sciãt qui à talibus damnãtur, humanã sententiam diuina sentẽtia roborari. Harum autẽ duarũ potestatũ distinctio à quibusdã doctoribus designatur sic. Quia potestas iurisdictionis in foro causarũ dicitur potestas coerciuæ iurisdictionis, quia fieri potest in inuitũ: potestas verò iurisdictionis in foro conscientiæ dicitur potestas iurisdictionis nõ coerciuę: quoniã in hoc foro nullus inuitus absoluitur vel

Secunda. ligatur. ¶ Secunda cõclusio. Hæ duæ potesta-
3 tes iurisdictionis distinguũtur ab inuicem, & separantur. Patet cõclusio. Quoniam simplices sacerdotes curam animarum habẽtes habent primã, & non secundam: vnde excõmunicare non possunt, nisi ex cõmissione eis facta, siue in certis casibus à iure cõcessis: & ecõuerso multi iudices nõ sacerdotes in foro causarum habent secundã, qui nõ habent primã, cùm sacerdotes non sint: vnde in foro cõscientiæ non obedietur eis, licèt bene in causis sui

Tertia. per quibus iudices sunt cõstituti. ¶ Tertia cõ-
4 clusio. Vtraq; harũ potestatum iurisdictionis distinguitur à potestate ordinis. Conclusio patet. Tum primò: quia cũ potestas ordinis, vt suprà dictũ est in c. 92. circa conclusionẽ. 6. idẽ sit essentialiter quod character sacerdotalis, sed character sacerdotalis est aliquid reale & indelebile in anima impressum, & potestas iurisdictiõis nõ sit huiusmodi, manifestũ est, q̃ huiusmodi potestates realiter ab inuicẽ distinguantur. Tum secundò probatur sic. Illa distinguũtur realiter, quæ sic se habẽt, q̃ vnũ potest stare sine alio: sed sic est de istis clauibus. Nã multi potestatẽ ordinis habẽt, qui nullã habent iurisdictionẽ, sicut simplices sacerdotes nullã curam regiminis animarũ habentes. Et ecõuersò multi habẽt potestatẽ iurisdictionis, qui nõ habent potestatẽ ordinis, sicut habentes curã animarũ, qui nondũ sunt sacerdotes. Item archidiaconi, & electi, & plures alij officiales non sacerdotes, qui tamẽ excõmunicare possunt. ergo &c. ¶ Quarta con- *Quarta.*
clusio. Licèt potestas iurisdictionis realiter di- 5
stinguatur à potestate ordinis, nihilominus necessaria est ad hoc, q̃ potestas ordinis in actũ suum exeat, qui est absolutio à peccatis. Probatur conclusio: quia necesse est, vt dispẽsator sacramenti pœnitentiæ talis sit, qui possit imperare aliquid agendũ: imperiũ autem non competit alicui, nisi ei, qui habet superius iurisdictione. Vnde non sufficit q̃ voluntarie se subijciat, qui vult absolui, sed requiritur, q̃ authoritate superioris sit subiectus cõfessori. ergo de necessitate huius sacramenti est non solũ q̃ minister habeat ordinis potestatem, sed etiam quòd habeat potestatẽ iurisdictionis. Secundò patet sic iuxta sanctum Thom. in. 4. cõtra gentiles. Minister ecclesiæ in vsu clauium iudiciũ quoddã exercet: nulli autẽ iudiciũ cõmittitur, nisi in sibi subiectos, quod fit per iurisdictionem. Tertiò confirmatur sic. Iudicium ecclesiæ in foro pœnitentię nõ debet esse minùs ordinatũ, quàm iudiciũ seculare: sed in iudicio seculari non quilibet iudex potest iudicare quemlibet hominem, sed solũ sibi subditum: ergo similiter in foro pœnitentiæ non quilibet sacerdos potest iudicare peccatorem, sed illũ, qui est sibi subditus. vnde cano. 16. q. 5. qđ nulli. &c. ¶ Quinta *Quinta.*
conclusio. Potestas iurisdictionis etiam in fo- 6
ro conscientiæ non cõuenit æqualiter omnibus sacerdotibus. Patet cõclusio: quoniã aliqbus sacerdotibus, vt putà epiſcopis, amplior data est iurisdictio tam quo ad populũ subiectũ, quàm quo ad casus reseruatos: & hoc rationabiliter. Vnde in veteri lege per cuius sacerdotij iudicium sacerdotij euangelici iudicium & potestas figurata sunt, minoribus iudicibus non omnia cõpetebat discutere, sed ad superiores recurrebãt. vnde dicitur Exod. 24. Si quid ortum fuerit quæstionis, referetis ad eos; scilicet ad Aarõ & Hur, qui amplioris & superioris erant potestatis. ergo ita in sacerdotio euangelico conuenienter obseruandũ venit, quòd alij alijs potestate iurisdictionis superiores sint & maiores. ¶ Sexta cõclusio. *Sexta.*
Potestas spiritualis iurisdictionis in foro cau- 7
sarum siue exterioris iudicij licèt dicatur clauis, non tamen ita propriè & immediatè si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cut potestas ordinis. Patet conclusio: cùm potestas ordinis se extendat ad ipsum cœlum immediate removendo impedimenta introitus in cælum per dimissionem peccati: potestas autem iurisdictionis directè se extendit ad ipsum cælum, sed mediante ecclesia, extra quam non est salus, sicut nec extra arcam Noe. extra. de sum. trinit. & fide cath. §. vna. Per excommunicationem autem fit homo extra ecclesiam militantem, & per absolutionem intra. Clauis ergo potestatis iurisdictionis, à qua hæc procedunt, non est clauis regni cælorum immediatè, sed mediatè.

Septima. 8 ¶Septima conclusio. Sicut in potestate ordinis duæ assignantur claues, scilicet clauis scientiæ, & clauis potestatis: ita in potestate spiritualis iurisdictionis. Patet ista cõclusio ex probatione nonæ conclusionis positæ cap. 92. vbi in summa dictum est, quod in omni actu, qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo necessaria exigebãtur, videlicet potestas discernẽdi de idoneitate eius, in quẽ iudicium est ferendum: & potestas ipsa diffiniendi siue iudicandi in causa. & per hæc distinguũtur duæ claues in foro conscientiæ. Cùm ergo hęc duo ita necessariò requirãtur in foro causarum siue exterioris iudicij, sicut in iudicio conscientiæ, sequitur, quòd simili necessitate scientia discernendi, & potestas iudicandi, siue diffiniendi ponerentur claues potestatis

Octaua. iurisdictionis, sicut & potestas ordinis. ¶Octaua conclusio. Sicut claues quæ assignãtur in potestate ordinis non distinguũtur essentialiter inter se, sed per relationem ad diuersos actus, sicut dictũ est in cap. 92. circa conclusionẽ. 10. ita claues in potestate iurisdictionis ordinariæ non distinguũtur in essentia authoritatis, sed sunt vna & eadem essentialiter: distinguuntur autem per relationem ad actus subordinatos. Patet cõclusio: quoniam ad eandem authoritatem, ad quam pertinet exercitio officio diffinire aliquam causam, ad eandem pertinet discretio iusti & iniusti circa illam. Vnde sicut potestas ordinis dicitur vna clauis, scilicet ordinis propter vnitatem essentiæ authoritatis, duæ verò propter dualitatem actuum: ita potestas iurisdictionis in foro exterioris iudicij propter vnitatem essentiæ authoritatis dicitur vna clauis, scilicet iurisdictionis: propter tamen dualitatem actuũ subordinatorum, qui sunt discernere quid sit iustum, & quid nõ, & condemnare vel absoluere, dicuntur duæ claues eisdem nominibus designatæ, quibus claues ordinis nominantur, scilicet clauis scientiæ, & clauis potestatis.

Nona. ¶Nona conclusio. Licèt apud iudices seculares in causis secularibus terminãdis ad plenũ 10 iudicandũ requiratur tã potestas discernendi de meritis causarũ, q̃ potestas diffiniendi in causis absoluẽdo vel condẽnando: potestates tamen prædictę claues regni cælorum nominari non possunt. Patet conclusio: quoniam præfatæ potestates cùm seculares sint, & per consequens non se extendant ad spiritualia, nec mediatè nec immediatè possunt dici aperire regnum cælorum. ergo non possunt habere rationem clauium respectu regni cælestis. Consequentia est manifesta. ¶Decima *Decima* conclusio. Licèt conuenienter mulieribus, vt 11 puta abbatissis, & prioris sis quãdoque committatur aliquis vlus clauium, scilicet correctio subditarum mulierum, nullo tamen modo conuenit eas habere potestatem clauium. Conuenientia verò primæ partis huius conclusionis patet. Quia cùm necesse sit in omni multitudine ordinata vnum præesse, & alia subijci. primo Politic. & periculosum sit viris regere mulieres, conuenienter vni feminæ committitur potestas alias regendi & gubernandi. Conuenientia verò secundæ partis conclusionis ostenditur ex eo: quòd mulier nõ est idoneum subiectum principatus, cùm secundùm Apostolum sit in statu subiectionis. Dicit enim Apostolus. Mulieres in ecclesia taceant: non enim permittitur. glos. ab aliqua authoritate eas loqui, sed subditas esse. &. 1. ad Timoht. secundo. Mulierem docere in ecclesiã non permitto, nec dominari. glos. aliqua prælatione spirituali. Vnde etiam Philosophus dicit in politica sua: quòd corruptio vrbanitatis est, cùm regimen, siue dominium ad mulierem peruenerit. Quod si ã regimine, siue potestate terrena verum est, multò magis de spirituali censendum est. Cæterùm hæc conclusio ex eo manifesta nobis sit: quòd beatissimæ virgini Mariæ licèt excellentior sit Apostolis, nõ tamen illi, sed ipsis Christus claues tradidit regni cælorum. vt in capitul. noua. extra de pœnitent. & remiss. dicitur. ¶Vndecima cõclusio. Potestas spiri- *Vndecima.*
tualis iurisdictionis licèt alijs quàm sacerdoti 12 bus conuenire possit, non tamen puris laicis, aut etiam religiosis corona clericali non insignitis. Prima huius conclusionis pars patet ex. 3. conclusione posita in hoc capitulo. Secunda pars patet primò ratione, secundò authoritate. Ratione sic. Spiritualis potestas non conuenit nisi huiusmodi assumpto ad statum vitæ spiritualis, & deputato singulariter cultui diuino: sed corona clericalis

clericalis est, per quam primò inter fideles de statu laicorum quis transit ad statum clericorum, & ad mancipandum diuinis officijs. vnde vt notãt doctm. 1. sententiarum distinctio. 25. tonsura est signum distinctiuum, præparatiuum, & susceptiuum. Distinctiuum quidẽ status clericalis à statu laicali. Præparatiuum verò seu dispositiuum vt transeat ad susceptionem ordinum, quibus spiritualis potestas datur. Est autem susceptiuum honoris regalis: quia per ipsam deputatur quis ad diuinum cultum, seu seruitium. Seruire autem Deo, regnare est: vt dicit Gregorius. ergo non nisi insignito corona clericali potestas iurisdictionis spiritualis committenda est, etiam si habeat monachalem coronam. Authoritate patet præfata conclusio. Primò ex. capit. 1. distinctio. 96. vbi dicitur, quòd non solùm de ordinibus, sed etiam nec de rebus ecclesiasticis laicis legitur aliqua tributa disponendi facultas. Secundo ex capit. decernimus. extra de iudi. vbi ex synodo Eugenij Papę sic dicitur. Decernimus vt laici ecclesiastica negotia tractare non præsumant: & episcopi, & abbates, archiepiscopi, & alij ecclesiarum prælati de negotijs ecclesiasticis maximè de illis, quæ spiritualia esse noscuntur, laicorum iudicio non disponãt: nec propter eorum prohibitionẽ ecclesiasticam dimittãt

Duodecima iustitiam exercere. ¶Duodecima conclusio
13 est, quòd licet potestas sacramentalis, siue ordinis immobiliter adhæreat, potestas tamen iurisdictiõis separabilis est. Patet prima pars conclusionis huius: quoniam potestas ordinis datur per consecrationem aliquã, omnes autem consecrationes ecclesiæ sunt immobiles manente re quæ consecratur, sicut patet in rebus etiam inanimatis. Nam altare semel consecratum, non consecratur iterum, nisi fuerit dissipatum: ergo talis potestas secundùm suam essentiam manet in homine, qui per consecrationem eam est adeptus quã diu viuit, siue in schisma siue in hęresim labatur. Quod patet ex hoc, quòd rediens ad ecclesiam, non iterum consecratur. sicut dicit beatus Augusti. contra Donatistas. Secunda pars conclusionis etiam patet: quia cùm potestas iurisdictionis non per consecrationem detur, sed ex simplici iniunctione hominis conferatur, non immobiliter hęret his quibus cõfertur, vnde in schismaticis & hæreticis non manet. patet sicut dicit Augusti. contra Donatistas. Non enim possunt absoluere, aut excommunicare, aut indulgentias facere. sicut ex cap. Nouatianus. colligitur. 7. quæstio. 1. vbi beatus Cyprianus inquit. Qui nec vnitatem spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab ecclesiæ vinculo, atque à sacerdotum collegio separat episcopi, nec potestatem potest habere, nec honorem. Idem etiam potest colligi ex eo quod Alexander. 2. dicit in capit. audiuimus. vigesimaquarta quæstione prima. & quod Nicolaus Papa dicit in capit. miramur. ibidem.

¶In quo ponuntur aliquæ obiectiones contra aliquas conclusiones positas in præcedenti capitulo. Cap. XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersus id quod dictum est supra, quòd habentes ordinis potestatem, in actum clauium absoluendo aliquem à peccatis exire non possunt, nisi authoritatem iurisdictionis habeant.*

Cõtra quartam conclu. ADuersus maximè duas conclusiones positas in præcedenti capitulo obijcitur ab aduersarijs. Et primò contra conclusionem quartam: in qua habetur in sententia, quòd habentes potestatem ordinis, in actum clauium absoluendo aliquem à peccatis exire non possunt, nisi habeant authoritatem iurisdictionis. Arguitur sic rationibus domini Durandi in. 4. distinctio. 18. vbi multis rationibus probare nititur, quòd circumscripta omni ordinatione ecclesiæ quilibet sacerdos potest quemlibet absoluere. ¶Pri- *Arg. primũ*
mò sic. Cõcurrẽtibus omnib⁹ ad sacramentũ 1
quæ sunt de necessitate sacramenti & debitã dispositione susципientis est verum sacramentum, & susципiens recipit omnem effectum sacramenti: sed circumscribendo à sacramento pœnitentiæ omnẽ ordinationẽ ecclesię quilibet sacerdos est debit⁹ minister, & cõfessio oim peccatorũ est debita materia, forma autem debita est. Ego te absoluo. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consitens autem si sic pœnitens est sufficiẽter dispositus ad suscipiendum tã sacramentum, quàm effectũ sacramenti: ergo eis concurrentibus non solùm est verũ sacramentũ, sed etiã suscipiens verè suscipit omnẽ effectũ sacrameti. Maior patet. Minor est clara quãtũ ad materiã & formã sacramenti, sed dubia quãtũ ad ministrũ & dispositionẽ sacrameti: & quãtũ ad hoc probat trib⁹ medijs. ¶ Primò sic: quia q̃ quilibet sacerdos nõ sit debit⁹ minister, nec quilibet peccator pœnitens sit sufficienter dispositus ad recipiẽdum sacramẽtum pœnitentiæ & eius effectũ à quolibet sacerdote, nõ potest dici nisi quia pœnitentia est sacramẽtũ iudiciale, & ideo requirit q̃ minister eius sit sacerdos iurisdictionem habẽs, & q̃ iudicãdus sit eius subditus: quod nõ inuenitur in quolibet sacerdote respectu cuiuslibet peccatoris: sed istud nõ cogit: quia si pœnitẽtia sit sacramẽtũ iudiciale, est volũtariũ. Vnde sacerdos qui est iudex in sacramẽto pœnitẽtię magis est arbitrarius de volũtate partiũ assumpt⁹, q̃ habẽs de se iurisdictionẽ super partibus eis inuitis, vel altera inuita. Cùm enim sacramẽtũ pœnitẽtię agatur inter Deũ & hominẽ, cõstat q̃ sacerdos ex parte Dei est iudex volũtariè assumptus, qui fecit sacerdotes mediatores & arbitros inter se & homines. Et ita est ex parte hominũ: quia quãtũcunq; sacerdos sciret peccatũ pœnitẽtis nisi ipse pœnitens volũtariè exprimeret & exponeret se iudicio sacerdotis, nõ posset sacerdos iudicialiter agere cũ eo quo ad forũ sacerdos iudicialiter agere cũ eo quo ad forũ pœnitẽtiæ. ergo peccator volũtariè se subdẽs iurisdictioni sacerdotis, assumit ipsum quasi arbitrũ, quẽ Deus ad hoc assumpsit prius: videtur q̃ iste sit verus iudex, & ille verus subditus, dũ tamẽ sit pœnitẽs. ¶ Secundò cõfirmat sic. Papa nulli potest esse subditus nisi quãtũ volũtariè alteri se subijcit. ex iure enim diuino nulli subijcitur, sed omnibus præest. ex iure etiã humano nulli potest subijci: quia statuta canonũ Papã nõ obligãt sicut nec leges imperatorẽ, vt notatur extra de cõsti. c. 1. in glo. ergo cũ subijciat se alteri in foro pœnitẽtiæ, necesse est q̃ sufficiat subiectio q̃ sit ex mera volũtate. ¶ Quod etiã patet tertiò ex alio: quia Papa non potest se subijcere iurisdictioni alterius quo ad forũ cõtentiosum. vnde nõ potest cõmunicare alicui q̃ excõmunicet eũ, nisi sentẽtiæ eius paruerit: quia talis iurisdictio inuoluntaria est quo ad subditum, & ex alterius voluntate dependet, & similiter esset in iurisdictione fori pœnitentiæ nisi esset merè voluntarium. ¶ Secundò sic princi-

Probatio. *Confirmatio prima.* *Cõfirmatio secunda.* *Secundum.*

paliter. Si ex ordinatione diuina minister sacramenti esset habens iurisdictionem in casu extremæ necessitatis, non posset quilibet sacerdos quemlibet peccatorẽ absoluere: quia nulla necessitas mutat ministrũ à Deo institutũ. Vnde sicut in extrema necessitate nullus potest absolui sacramẽtaliter nisi à sacerdote, eo q̃ sacerdos est institutus minister sacramẽti pœnitentiæ: sic nullus potest absolui nisi à sacerdote habente iurisdictionem, si iurisdictio requireret ad ministrũ ex institutione Christi. Tenet aũt ecclesia, q̃ in casu necessitatis quilibet sacerdos potest quemlibet peccatorẽ absoluere ã quolibet peccato, nec ecclesia fortè posset ordinare cõtrariũ. ergo. &c. *Tertium.* ¶ Tertiò idem patet sic: quia dato q̃ minister sacramenti sit sacerdos habens iurisdictionẽ, idem sequitur: quia consuetudo dat iurisdictionem: sed tunc fuisset consuetudo, q̃ quilibet absolueretur à quolibet. ergo. &c.

¶ In quo respondetur ad obiectiones factas in præcedenti capitulo. Capit. XCVIII.

SVMMARIVM

1 *Obiectiones factæ aduersus id quod dictum est in præcedenti cap. diluuntur.*

SAnè absq; omni dubitatione tenẽdũ videt, q̃ nullus sacerdos potest vsum clauiũ habere absoluẽdo aliquẽ à peccatis, nisi adiunctã haberet potestati ordinis potestatẽ iurisdictionis. Vñ satẽdũ est, q̃ sacerdos carẽs iurisdictione nõ est debit⁹ minister sacramẽti pœnitẽtiæ nõ solùm ex ordinatione ecclesię, sed ex ordinatiõe diuina. quod sic ostẽditur. Cõcurrẽtibus omnibus, quę ex ordinatione diuina requirunt ad sacramẽtũ, ecclesia, vel Papa nõ potest impedire effectũ sacramẽti: quia sicut ecclesia vel Papa nõ potest immutare sacramẽtũ, ita nõ potest eius effectũ impedire, cõcurrẽtibus illis, quę ex ordinatione diuina requirũtur. Cùm ergo peccator cõfitendo & pœnitẽs sit sufficiẽter dispositus ad recipiẽdũ tã sacramẽtũ q̃ rẽ sacramẽti, & integra cõfessio peccatorũ sit materia debitã ex ordinatione diuina, vt tenet ecclesia, si sacerdos carens iurisdictione

iurisdictione ex ordinatione diuina sit debit⁹ minister, ecclesia non potest impedire, quin peccator cõfitens & pœnitẽs à sacerdote tali nõ habẽti iurisdictionẽ sit verè absolut⁹. Sed cõstat de facto, q̃ ecclesia impedit: quia tenet q̃ talis nõ sit absolutus, sed tenetur iterũ eadẽ peccata cõfiteri. Si fortè dicatur, q̃ talis non est absolutus: nõ quidẽ propter defectũ ministri, sed q̃ cõfitendo sacerdoti alteri q̃ habẽti iurisdictionẽ super ipsum peccauit faciendo cõtra ordinationẽ ecclesiæ, vnde cõfitẽdo alteri q̃ debet secũdùm ordinationem ecclesię mortaliter peccãs absolutiõis beneficiũ recipere nõ poterat. Sed hoc nõ valet: quia nõ cõstat q̃ mortaliter peccet cõfitẽdo alteri q̃ proprio sacerdoti: cùm ecclesia sub prœceptione nõ prohibuerit, licèt ordinauerit, q̃ quilibet semel in anno suo proprio sacerdoti cõfiteatur: peccatũ autẽ veniale nõ impedit fructũ absolutionis. & præcipuè hoc cõstat, si ex deuotione & nõ ex cõtẽptu cõfiteatur ignorãs ordinationẽ ecclesiæ. Præterea ecclesia nõ tenet, q̃ talis nõ sit absolut⁹, quia subijciẽdo se alteri quàm deberet, peccauit: quoniã hoc sine omni peccato potest fieri, si sacerdos dicat se habere authoritatẽ. Sed pro tãto tenet ecclesia, q̃ iste nõ sit absolutus: quia cõfessus est nõ habẽti authoritatẽ super ipsum. Si aũt dicatur, q̃ est verè absolutus, sed ecclesia nõ tenet eũ absolutũ propter pericula quæ inde possent sequi. Hoc autẽ esse nõ potest: quoniã incõuenientissimum est dicere, q̃ ecclesia dogmatizaret falsitatẽ: qd̃ faceret, si eũ, qui vere & realiter sacramẽtaliter esset absolut⁹, teneret, ac doceret nõ esse absolutũ. Patet ergo, q̃ simplex sacerdos carẽs iurisdictione nõ est debitus minister sacramẽti pœnitẽtiæ. Et hinc est, q̃ in definitione clauiũ aliud ponitur pertinẽs ad ordinẽ, & aliud pertinẽs ad iurisdictionẽ: cùm dicitur, q̃ est potestas ligãdi atq; soluẽdi, qua ecclesiasticus iudex dignos recipere debet & indignos excludere habet à regno. ¶ His habitis dicẽdũ est ad rationes in contrariũ. *Ad primũ.* Ad primã cùm dicit q̃ sacerdos carẽs iurisdictione est debit⁹ minister. respõdetur q̃ hoc nõ sit verũ. Et quod ad probationẽ huius inducitur, q̃ minister hui⁹ sacramẽti est arbitrarius de volũtate partium assumptus, nõ valet: quia licèt de volũtate Dei voluntarie sit assumptus in sacerdotẽ, nõ sequit tamẽ ex hoc, q̃ ex volũtate Dei sit q̃ vtatur claue in quẽlibet, nisi alio modo probet. Sicut licet ex volũtate regis sit, q̃ aliquis efficiatur balliuus, vel præpositus: ex hoc tamẽ nõ habet, q̃ possint suo officio vti in quemlibet

Ad probationem.

Ad cõfirmationẽ primã

sui regni. Et quod dicitur, q̃ ex parte subditi sit etiã voluntarius: dicimus q̃ requiritur ex parte cõfitentis, q̃ voluntarie sua peccata cõfiteatur: nõ quòd ista voluntaria cõfessio præbeat authoritatẽ absoluendi sacerdoti, sed q̃ est dispositio necessaria ad hoc, q̃ cõfitens beneficiũ recipiat absolutionis. Potest enim aliquis peccator alicui volũtariè cõfiteri, cui authoritatẽ absoluendi nõ dedit, vt de se patet. Ad illud quod secundò inducebatur in cõfirmatione superioris rationis respondetur, q̃ Papa potest se subijcere cui voluerit, cùm cura illius nulli sit determinatè cõmissa, ad cuius arbitrium satisfacere habet. Nõ sic autem est de alijs, quorũ cura cõmissa est alteri, vt puta Petro, qui pastor cõstitutus est omnium fidelium, secundùm illud. Pasce oues meas. Vnde si Petrus mortaliter peccasset, tenebatur cõfiteri: & quia nulli erat spiritualiter obligatus, poterat cuiq; sacerdoti se subijcere, & subijciendo iurisdictionem dare in seipsum in foro conscientię, licèt ipse in seipsum vti clauiũ potestate non posset. & ita de successoribus. Et si dicatur, quòd nõ potest dare quod non habet in se. Respõdetur, quòd licèt nullus det quod nõ habet, dat tã aliquis aliquid quod nõ eo modo, sed alio modo habebat. Vñ prælatus dat prębendã, quã nõ habet ad possidẽdum, sed ad dãdum. Sic in hoc loco Papa dat alijs iurisdictionẽ quã habet, sed nõ in seipsũ per seipsum exercendã, sed per aliũ. Quarevt dominus Bonauen. dicit in. 4. di. 19. licèt quia iurisdictio & subiectio est ad alterũ nõ possit quis sibi esse subiectus, nihil tamen prohibet ipsum subijci posse alij, maximè si est liberæ potestatis. Quod pro tanto dicimus: quia & si alij quorũ cura commissa est aliquibus, determinatè hoc facere non possunt: is tã, qui nulli determinatè subiectus est, sed est liber, potest hoc facere. Sicut & si. a. seru⁹ Petri nõ potest se facere seruũ Martini: tũ. b. q̃ liber est potest se alteri tanq̃ seruũ aut simpliciter aut quo ad aliquid submittere. ¶ Ad secundam confirmationem respõdetur, quòd ratio facta vt dicit dominus Bonauen. dupliciter deficit. Primò, quia excommunicatio est contra hominem, sed absolutio pro homine: & homo non potest authoritate vti pro se, quãquis posset cõtra se. Secundò vt dicit sanctus Tho. & dominus Bonauen. quia exterius iudicium est secundùm homines, siue inter homines: iudicium verò confessionis est quo ad Deum, apud quem aliquis redditur minor ex hoc quòd peccat, non autem apud hominum prælationes. Et ideo in exteriori iudicio

Ad cõfirmationẽ secũdã

sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut nullus in seipsum sententiam dare potest excommunicationis, ita nec alteri committere vt seipsum excommunicet: sed in foro conscientiæ potest alteri committere absolutionem sui, licet ea ipse vti non posset sicut superiùs dictũ est. ¶ Ad secundã rationẽ principalẽ respondemus negando consequẽtiã. Quoniã vt inquit sanct⁹ Tho. in.4.di.20. potest vti iurisdictione alterius ex eius volũtate: quia ea quæ iurisdictionis sunt, possunt cõmitti. Ex voluntate autẽ ecclesiæ est, quòd vnusquisq; sacerdos nõ habens iurisdictionẽ habeat vsum iurisdictionis in articulo necessitatis, & hoc maximè apparet quantũ ad sententias excõmunicationis, à quibus cõstat, q̃ sacerdos inquantũ sacerdos est, absoluere nõ potest: & tamẽ in articulo necessitatis potest quidẽ: quod nõ potest esse, nisi ex iurisdictione cõmissa in illo casu. ¶ Ad tertiã principalẽ respõdetur, q̃ cùm dicitur q̃ cõsuetudo dat iurisdictionẽ. dicimus q̃ hoc verũ sit, si cõsuetudo iusta sit, & nõ præiudicãs iuri diuino, siue intentioni legislatoris, secùs iurisdictionẽ non daret. Cùm autẽ iure diuino omnis christianus dẽpto Petro vel eius successore satisfacere debet, cõtraria cõsuetudo si fuit, nõ valuit. Et si aliqui in principio ecclesiæ legãtur, vtputa Apostoli, vel alij sancti apud eos, apud quos declinabãt, clauiũ potestate indifferenter vsi fuisse, hoc nõ tamen sufficit, nisi volũtate expressa Christi aut Petri: & ita per consequens authoritate fulti hoc egerant.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium

¶Ostendens, quòd potestas spiritualis clauium tam bonis sacerdotibus quàm malis communis est. Cap. XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Potestas spiritualis clauiũ q̃, sit eõis sacerdotibus tã bonis quàm malis ostenditur.*

QVòd autem spiritualis potestas clauiũ non tantùm bonis sacerdotibus sed etiã malis & dyscolis cõmunis sit, ita vt per malos sicut per bonos sacramẽta dispẽsari possent, facilè est ostendere multis rationibus.

1 ¶Pro quo in primis considerandũ iuxta sanctũ Tho. in.4. di. 19. q̃ agens per se, & agens instrumentale in hoc differunt, quòd agens instrumentale non inducit in effectum similitudinem suam, sed similitudinem principalis agentis. Principale autem agens inducit similitudinem suam. Et ideo ex hoc aliquid cõstituitur principale agens, quòd habet aliquã formam, quam in alterum transfundere potest. Non autẽ ex hoc constituitur agens instrumentale, sed ex hoc, q̃ est applicatum à principali agente ad effectum aliquem inducendum. Cùm ergo in actu clauium principale agens sit ipse Christus vt Deus per authoritatem, vt homo per meritũ, ex ipsa plenitudine diuinæ potestatis & bonitatis in eo & ex perfectione gratiæ consequitur, q̃ possit in actum clauium. Sed homo alius nõ potest in actũ clauiũ sicut per se agens: quia nec ipse alteri gratiã, qua remittũtur peccata, dare potest, nec sufficienter mereri: & ideo non est nisi sicut agẽs instrumẽtale: vnde & ille q̃ effectum clauium consequitur, non assimilatur vtenti clauibus, sed Christo. Et propter hoc quantũcũq; aliquis habeat de gratia, nõ potest pertingere ad effectũ clauium, nisi applicetur ad hoc quasi minister per ordinis susceptionem. Patet ergo, q̃ potestas spiritualis in ministris ecclesiæ sicut per bonitatẽ vitæ non acquiritur, sic nec per malitiam amittitur. ¶ Secundò hoc idem ostenditur sic iuxta sanctũ Tho. in.4. cõtra gentiles. Nihil potest in id, quod eius facultatẽ excedit, nisi accepta aliunde potestate: quod tã in naturalibus quàm in ciuilibus patet. Nõ enim aqua calefacere potest, nisi accipiat virtutẽ calefaciẽdi ab igne. Nec balliuus ciues coërcere potest, nisi accepta potestate à rege. Ea autẽ quę in sacramentis aguntur, facultatẽ humanam excedũt: ergo nullus potest sacramẽta dispẽsare quãtũcũq; sit bonus, nisi potestatem accipiat dispensandi. Bonitati autẽ malitia opponitur & peccatum: ergo nec per peccatũ ille qui potestatẽ accipit impeditur quo minus sacramenta dispẽsare possit. ¶ Tertiò sic. Homo dicitur bonus vel malus secũdum virtutẽ vel vitiũ, qui sunt habitus quidã: habit⁹ autẽ à potentia in hoc differt, q̃ per potẽtiã sumus potentes aliquid facere: per habitũ autem non reddimur potentes vel impotentes ad aliquid faciendum, sed habiles vel inhabiles ad id quod possumus bene vel malè agendũ: per habitũ ergo nec datur nec tollitur nobis aliquid posse, sed hoc per habitum accipimus, vnde bene vel malè aliquid agamus. Nõ ergo ex hoc quod aliquis est bon⁹ vel malus, est aliquis potens vel impotens ad dispensandum

sandum sacramenta, sed idoneus vel minùs idoneus ad huiusmodi dispensandũ. ¶ Quartò sic. De bonitate & malitia alteri⁹ hominis homo iudicare non potest. hoc enim solius Dei est, qui occulta cordis rimatur. Si enim malitia hominis impedire posset actum clauium siue effectum sacramenti, nõ posset homo habere fiduciam certam de sua salute, vt conscientia sua libera maneret à peccato: dato enim illo, nemo sciret, vtrùm absolueret vel ligaret, & vtrùm absolutus sit vel ligatus, & ita dubitatio maxima & perplexitas in ecclesia Dei relinqueretur: quod nullo modo conuenit constitutioni ecclesiæ, quæ fundata est in fundamento veritatis æternæ. ergo. &c. ¶ Quinto sic. Si potestas clauium sequeretur sanctitatẽ vitæ, cùm tota die fiat transmutatio in sanctitate, quia qui modò minùs sanctus est, fit magis sanctus & econuerso: sequitur quod modo subditus fieret prælatus, & modo prælatus subditus, & ita nulla stabilitas esset in ecclesia, quod exhorret fides recta. ergo idem quod prius. ¶ Sexto idẽ ostenditur ex eo quod dominus ait. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi: quæ autem dicunt vobis seruate, & facite: secundùm autem opera eorum nolite facere. Ecce quod malis prælatis Christus iubet obediendum: quod non faceret, nisi in eis etiam malis existentibus spiritualis potestas maneret. Non ergo propter peccata ministrorũ potestas spiritualis eis collata amittitur, aut minuitur in eis. Ex quibus manifesta luce excluditur primò error dicẽtium, quòd omnes boni fideles habent potestatem sacramenta dispensandi. Secundò error dicentium, quòd nulli mali sacerdotes habent potestatem dispensandi sacramenta. Tertio error dicentiũ, quòd omnis potestas spiritualis à Christo ecclesiæ ministris data, sit iã euacuata propter malitiam eorum.

Matth. 23.

¶In quo ponuntur obiectiones aliquæ aduersariorum contra ea quæ dicta sunt in capitulo præcedenti. Capit. C.

SVMMARIVM.

1 *Valdensium, seu pauperum de Lugduno error circa potestatem clauium, recitatur.*

VErunt autem quidam perditi homines nomine Valdẽses, qui dogmatizare præsumpserunt solis sacerdotibus, qui vita & doctrina pollerent, sicut apostoli, concessum esse potestatem ligandi & soluẽdi. Quem errorem auctoritatibus & rationib⁹ fulcire conati sunt. *Error Val.*

¶ Primò sic. In donatione, siue promissione clauium, quæ facta est Petro, primò commẽ datus est Petrus. vnde dictum est sibi. Beatus es Simon bariona. & postea sequitur. Et ego tibi dabo claues regni cælorum. ergo videtur q̃ si claues regni cælorum datæ sint Petro ratione bonæ & fidelis confessionis, & in Petro datæ sunt omnibus sacerdotibus, vt Ambro. Hiero. & Augu. testantur, quòd ad illos tantùm clauium potestas deriuata sit, qui Petri in vita & doctrina imitatores sunt. Vnde Augu. dicit super Ioh. q̃ quando dictũ est Petro. Tibi dabo claues regni cælorum. Petrus typum gerebat bonorum. ergo videtur q̃ soli boni sacerdotes habeant vsum clauium. *Argu. primum. 1*

¶ Secundò sic. Iohan. 20. cùm datæ sunt claues Apostolis, dictũ est. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata. &c. Si ergo ante donationem siue vsum potestatis dedit illis Christus spiritum sanctũ, videtur q̃ qui non habeant spiritũ sanctũ, nõ habeant potestatẽ siue vsum clauiũ: sed mali nõ habent spiritũ sanctũ, quia vt habetur Sapientiæ. 1. Spiritus disciplinę fugiet fictũ. ergo. &c. *Secundum.*

¶ Tertiò ex eo quod ait beatus Aug. in lib. de baptismo. & recitatur de cõ. di. 4. in c. quomodo. Sacramẽtũ gratiæ dat Deus etiã per malos, ipsam verò gratiã non nisi per seipsum, vel per sanctos suos: & ideo remissionẽ peccatorũ per seipsum facit, vel per ipsius cõlũbæ mẽbra. Sed remissio peccatorum est vsus clauiũ, ergo peccatores, qui nõ sunt cõlũbę mẽbra, vsum clauiũ nõ habẽt. *Tertium.*

¶ Quartò ostẽditur idẽ ex illo Aug. quod habetur in. c. remissionẽ. q. prima. Remissionẽ peccatorũ à-uari nõ dãt, quę per orationẽ. i. per cõlũbę gemitũ datur. & sequitur. Nõ enim raptoribus & fœneratoribus dominus dicit: si cui remiseritis peccata, remittẽtur eis: cui nõ remiseritis, tenebũtur. ergo id quod pri⁹. *Quartum.*

¶ Quintò arguitur ex illo Gre. Illi soli habent in hac vita positi ligandi & soluendi potestatẽ, sicut sancti Apostoli, qui illorũ exempla simili eũ vita tenent. *Quintum.*

¶ Sextò idẽ arguitur ex dicto Origenis dicentis, vt deducit magister sententiarum in. 4. distin. 28. Hæc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribus eius. Nã quicũq; vestigia *Sextum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vestigia Petri imitantur, habent rectè ligandi & soluendi potestatem. ¶Septimò ratione sic. Nullus sapiens rex dispēsationem thesauri sui committit suo inimico: sed vsus cluium consistit in dispensatione thesauri cælestis regis, ergo mali sacerdotes, qui cùm per peccatum mortale sint inimici Dei, non videntur habere vsum clauiū. ¶Octauò sic. Nullus sapiens distributor dat potentiam distribuendi illi, quem scit omnino indignum: sed peccator in peccato existens est omnino indignus tali potestate absoluendi scilicet & ligandi, & dominus hoc nouit, qui talem tribuit potestatem: ergo vel Deus insipienter largitur dona sua, quod non est dicendum: vel nulli tali indigno tribuit talē potestatē.

Septimum.

Octauum.

¶In quo dātur responsa ad obiectiones factas. Cap. CI.

SVMMARIVM

1 *Obiectiones factæ contra id quod dicitur, quòd sacerdos tam bonus quàm malus habet potestatem spiritualem clauium, diluuntur.*

PRæmissis non obstantibus, dicendum est vt prius, videlicet q̄ potestas dispensandi sacramenta siue clauium vsus communis sit tam sacerdotibus bonis quàm malis. Quod etiam conuenientissimè, atque sapientissimè ordinatū esse sic ostēdit sanctus Thom. in. 4. cōtra gentiles. Inconueniens videtur, vt spē salutis in bonitate puri hominis quis ponat. Dicitur enim. Maledictus homo qui cōfidit in homine, si autem homo consequi salutem per sacramenta non speraret nisi à bono mihistro dispensata, videretur spem suæ salutis aliqualiter in homine ponere. Vt ergo spem nostræ salutis in solo Christo ponamus, qui Deus & homo est, confitendum est, quòd sacramenta sunt salutaria ex virtute Christi, siue per bonos, siue per malos ministros dispensentur. Dicendum est ergo ad rationes factas in oppositum. Pro quarum solutione notandum iuxta dominum Bonauen. in. 3. sententiarum. di. 10. quòd dupliciter loqui possumus de clauium collatione alicui. Aut quantū ad ea quę sunt de necessitate, aut quantū ad ea quę sunt de ideoneitate. Si loquamur primo modo quantum ad ea quę sunt de necessitate siue ad esse clauis, sufficit donum spiritus sancti secundùm gratiā gratis datam. Hoc enim infallibiliter secundùm diuinam institutionem datur omni suscipiēti ordinis sacramentum, siue sit bonus siue sit malus. Ratio autem huius est: quia donum gratiæ gratis datæ non repugnat iniquitati, quia insimul esse potest cum ea: sicut patet in scientia & in alijs donis. Et rursus peruersitas non repugnat vtilitati illius doni: sicut enim prædicator malæ vitæ sæpe bene prædicat, & frequēter fructificat: propter quod dominus noluit prohibere eum, qui in nomine eius eijciebat dæmonia, quanuis eum non sequeretur. vt habetur Matth. 9. quia hoc erat ad vtilitatem aliorum: sic quia bonum illud gratiæ gratis datæ ordinatum est ad vtilitatem communem, quanuis non valet accipienti, tamen valet alijs. Et ideo dominus, qui in distributione sacramentorum vtilitatem communem considerat, & suam institutionem non retractat, malis etiam cōfert istam potentiam, qui ordinati sunt secūdùm ecclesiæ catholicæ formā. Si ergo quantum ad id quod de necessitate clauiū loquamur, siue quantum ad esse, siue quantum ad executionem, cùm nihil exigatur ad hoc nisi ordo & iurisdictio præfata, potestas clauium tam in bonis quàm in malis est. Si autem loquamur quantum ad ea quæ spectant ad idoneitatem, cùm ad debitum vsum officij concurrat meritum & authoritas prælationis, conuenit vt talis habeat charitatem, siue vitæ sanctimoniam: quia cùm illud sit officiū mediatoris & recōciliatoris, & authoritas ista sit iudiciariæ potestatis, & nullus sit bonus mediator qui est inimic⁹, nulluſq; sit bonus iudex in ea causa, in qua est reus, conueniētissimū est, vt minister hui⁹ potestatis sit mūdus, & sanctus. Vnde Isa. 52. Mūdamini qui fertis vasa domini. aliàs & si minister sit, nō tamē idoneus siue dignus est. ¶His notatis, facilè est respōdere obiectis. Ad omnes nā q; authoritates inductas in oppositū vnica respōsio dari potest, videlicet, q̄ loquātur de clauibus, siue de vsu earū quātū ad idoneitatē, nō autē quātū ad necessitatē: quoniā licèt omnes sacerdotes habeāt potestatē soluēdi & ligandi, non tamen rectè ac dignè habēt, nisi qui vitam & doctrinam apostolicam seruant. Vnde præmissæ authoritates non dicunt malos sacerdotes potestatem prefatam non habere, sed illos solos dignè ac rectè hac potestate vti significant, qui prædicti sunt vita & doctrina Apostolica. vt exponit

Hiere. 17.

Responsio cōis ad obiecta.

Ad primū. nit magister sententiarum in. 4. dist. 20. ¶Ad primum igitur respondetur, q̄ licet vitæ sanctimonia requiratur in ministro vtente claue de congruitate, non tamen de necessitate, vt superius ostēsum est. Vnde cùm soli Apostolorum imitatores dignè rectèque possint ligare & soluere, ratio illa bene probat, q̄ nemo dignè habeat vsum clauium, qui non fuerit sanctimoniæ Petri imitator. Ad quem sensum dicit Augusti. q̄ beatus Petrus, qui cum potestate habuit idoneitatem in receptione

Ad secundū clauium figuram gesserit bonorum. ¶Ad secundam, & est eadem responsio. Dicimus enim, q̄ ad vsum clauium requiritur de necessitate donum spiritus sancti: intelligēdo per donum spiritus sancti donum gratiæ gratis datæ, quod est ipsa potestas clauium. Sed intelligendo per donum spiritus sancti donum gratiæ gratum facientis, non requiritur de necessitate, ita vt sine eo fieri non possit, bene de congruitate. Siue quia sine eo incongruè, vel non rectè fit ex parte vtentis, quanuis subijciens se clauibus, clauium consequa-

Ad tertium tur effectum, & ideo ratio nō procedit. ¶Ad tertiam respondetur, q̄ beatus Augusti. vt dicit sanctus Tho. loquitur de remissione peccatorum secundùm q̄ sancti homines cooperātur ad ipsam non ex vi clauium, sed ex merito congrui. Et ideo dicit, quòd etiam per malos sacramenta ministrat, inter quæ absolutio sacramentalis computanda venit, sed per membra columbæ, id est per sanctos viros facit remissionem peccatorum inquantum eorum intercessionibus peccata remittit. Vel potest dici, quòd membra columbæ nominat omnes ab ecclesia non præscisos. qui enim ab eis sacramenta recipiunt, gratiā consequuntur: non autem qui recipiunt ab illis, qui sunt ab ecclesia præscisi, quia hoc ipso peccant, excepto baptismo, quem in casu necessitatis licet etiam ab excommunicato recipere. ¶Ad quartam respondetur eo-

Ad quartū. dem modo, quòd Augusti. loquitur de remissione peccatorum, quæ fit non vi clauium, sed merito congrui, siue suffragio orationis ecclesiæ. vnde ait: quæ per orationem, id est columbæ gemitū datur. Vel loquitur quantum ad idoneitatem, nō quantum ad necessitatem. Vnde gloss. decreti dicit sic. Auari remissionem peccatorum non dant, id est non sunt digni dare. Vel etiam per auaros raptores & fœneratores intelligit præscisos,

Ad quintū. vt eadem gloss. etiam exponit. ¶Ad quintā respondetur, quòd dictum beati Grego. accipiendum est quemadmodum dictum beati Augu. scilicet quantum ad idoneitatē vsus clauium seu dispensationis sacramentorum: quoniam verissimum est, quòd nullus dignè rectèque hoc exequi potest sicut Apostoli, nisi qui eorum doctrinam & vitam imitatus fuerit. ¶Ad sextam, quæ est authoritas Origenis, eodem modo est respondēdum. ¶Ad septimam rationem respondetur iuxta sanctum Tho. in. 4. q̄ cùm dicitur, quòd nullus sapiens. &c. hoc verum sit de rege, qui defraudari, aut decipi possit, quales sunt reges terreni. Talis autem non est rex cæleſtis, qui defraudari non potest. Quicquid enim facit, totum ad eius honorem cedit, etiam quòd aliqui malè clauibus vtantur: quia nouit ex malis bona elicere, & etiam per malos multa bona facere. & ideo non est simile. ¶Ad octauam iuxta dominum Bonauentu. in. 4. respondetur dupliciter. Primò, quòd Deus nō dat indigno propter se, sed propter communem vtilitatem. & ideo malus quanuis non sit dignus habendi, potest tamen esse vtilis, & ideo ei confert. Secundò dicitur, quòd hoc facit Deus ad ostendendum abundantiam largitatis suæ, qua solem suorum oriri facit super bonos & malos. Et hæc pro primo huius summæ libro.

Ad sextum.

Ad septimū

Ad octauū.

Matth. 5.

¶Libri primi summæ de Ecclesia, qui de vniuersali Ecclesia tractauit, finis.

¶LIBER SECVNDVS, qui de Romana ecclesia, & de eius Pontificis primatu tractaturus est, incipit.

¶Ostendens quòd in ecclesia sit ordo. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Ordo secundum gradus superioritatis & inferioritatis quòd in ecclesia sit ponendus, probatur.*

2 *Hierarchia unde dicatur. Et qualiter à beato Dionysio definiatur.*

EXPLE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLETO sermone de vniuersali ecclia in superiori libro, reliquũ est, vt secũdum librum, in quo de ecclesia Romana, & pontificis eius primatu nos loqui polliciti sumus, attingamus. Ostẽdem⁹ aũt in primis tã quàm omniũ dicendorum in hoc libro potissimum fundamentum, q̃ in ecclesia (quã in superiori libro multiplicium ordinum, ltatuum, ac officiorum varietate distinctam ornatamq; ostendimus) esse debeat, & sit ordo, siue gradus superioritatis, quo quidam in ea potestate, ac dignitate, siue officio alijs superiores sint ac potiores. Quod nobis ostende
1 re ex multis facile est. ¶Primò sic iuxta sanctum Tho. in. 4. Deus enim ita opera sua in sui similitudinem producere voluit, vt perfecta essent, & per ea cognosci posset, & ideo in suis operibus repræsentaretur non solùm secundùm q̃ in se est, sed etiam secundùm q̃ alijs influit. Hanc legem naturalem posuit omnibus, vt vltima per media perficerentur, & media per prima, vt dicit beat⁹ Diony. Decentissimè ergo ne huiusmodi pulchritudo deesset ecclesiæ, posuit ordinem in ea, vt quidam alijs influerent sacramenta, alijs dispensando suo modo in hoc Deo assimilati quasi Deo cooperatores: ergo in ecclesia est ordo & graduũ differẽtia potestatis. ¶Secũdò sic. Æquè vel magis debet esse regulatus processus ecclesiæ ordinatus ad esse gratiæ, quàm processus naturę ordinat⁹ ad esse naturę: sed in processu naturæ est ordo, quo quidam alijs sunt superiores officio, & habent alijs influere: ergo & in ecclesia debet esse ordo, quo quidã alijs sunt superiores potestate & officio, & habent alijs influere, doctrina scilicet, & sacramentorum dispensatione. ¶Tertiò sic. Ecclesia militans exẽplata est à triũphante, siue cælesti. secundùm illud. Inspice, & fac secundùm exemplar tibi monstratum in monte. Exod. 25.
Vnde beat⁹ Dionysius dicit ita. Nostra enim hierarchia à Deo traditis ordinibus sanctè dispositа sanctis & cælestibus hierarchijs conformis est. De qua etiam cõformitate ipse cælorum conditor & amator inquit. Nunquid nosti ordinem cæli, & rationem eius pones in terra? subaudi vt ego: inquit beatus Gregorius in glo. Ordo quidem cæli in terra ponitur, hoc est in militante ecclesia, cùm à triumphantis ecclesiæ exemplari militans disponitur & formatur: sed in ecclesia triumphãti est ordo, quo quidam angeli sunt alijs potestate superiores & dignitate, & habent eis influere diuinas illuminationes: ergo similiter in ecclesia militante talis ordo siue gradus superioritatis ponendus est, quo quidam alijs habeant diuina ministrare. Et hæc est ratio beati Grego. ita loquentis. Quia verò quæcũque creatura in vna eademq; qualitate gubernari vel viuere non potest, cęlestium militiarum exemplar nos instituit: quia dum sunt angeli & archangeli, liquet quia non æquales sunt, sed in potestate & ordine, sicut nostis differunt alter ab altero. ¶Quartò confirmatur ista ratio sic. Ecclesia militans est instituta ad formam hierarchię. Vnde de ecclesiastica hierarchia beatus Diony. librũ illustrem fecit, qui ita de ecclesiastica hierarchia intitulatur. Sed ratio hierarchiæ in ordine potestatis cõsistit. Dicitur enim hierarchia à hie 2
ros, quod est sacrum, & archos, quod est princeps: quasi sacer principatus. Et Diony. definiens hierarchiam lib. cæle. hierar. cap. 3. dicit, q̃ est ordo, sciẽtia, & actio. &c. ergo sequitur q̃ præfatus ordo hierarchicus sit in ecclesia ponendus. ¶Quintò sic. Ecclesia cõstituitur ex duplici pariete siue latere, scilicet laicali & clericali: sed in pariete laicali est ordo, vt pote Imperator, Rex, Dux, Comes, Tribun⁹, Balliuus, Centurio, Decurio, omnia hęc ordinem dicunt: ergo videtur, q̃ in pariete clericali, qui spirituali militia Deo militat, débeat esse huiusmodi ordo. Ratio est manifesta. ¶Sextò sic. Omnis multitudo aut cõfusa est, aut ordinata: sed vniuersitas ecclesiæ cùm sit à sapientissimo Christo instituta, & Apostolus dicat. Quę à Deo sunt, ordinata sunt. confusa Roma. 13
esse non potest. Vnde de ipsa dicitur, q̃ sit vt Canti. 6.
castrorum acies ordinata. ergo necesse consistendum est, q̃ in ea ordo sit & esse debeat unanimè cùm ordo faciat ad concordiam, & decorem, & ad firmam existentiam vniuersitatis, secundùm illud beati Gre. ita dicentis. Ad Grego. in
hoc dispensationis prouisio gradus diuersos Ad hoc. 89
& ordines constituit esse distinctos, vt dum distin.
reuerentiã minores exhiberẽt potioribus, & potiores minoribꝰ dilectionẽ impẽderent, vera cõcordia fieret, & ex diuersitate cõtextio, & rectè officiorũ gereret administratio singulorũ. Nec enim vniuersitas alia poterit ratione cõsistere, nisi huiusmodi cã magnꝰ differẽtiæ ordo seruaret. hęc ille. Ratiõe aũt pulchritudinis, quæ in ecclesia ex huiusmodi ordinis differentia consurgit, dicitur, q̃ regina Saba videns omnem sapientiam Salomonis, & 3. Reg. 10.
habitacula seruorum, & ordines ministrantium, non habebat vltrà spiritum. Quod verbum

Orige. lib. 2 super. cant. bum pertractans Origenes dicit. Per hoc puto ecclesiasticum ordinem dici, qui in episcopatus, vel presbyterij sedibꝰ habetur. Ex quibus apertissimè comincitur error & stultitia negantium ordinem in ecclesia, asserentes omnes ecclesiæ ministros æqualis esse potestatis.

¶Ostenditur quòd talis ordo sit & debeat esse in ecclesia, vt vnꝰ in ea superior sit princeps, ac rector existat. Capit. II.

SVMMARIVM

1 *Ordo quòd sit & debeat esse talis in ecclesia, vt unus in ea credatur superior, princeps, rector, ac gubernator, multis authoritatibus ostẽditur*

Rdo autẽ qui in ecclesia est & esse debuit, ita accipiendus est, vt vnus in tota vniuersitate reipub. christianæ sũmus princeps, rector, ac gubernator esse credatur. Quod
1 multiplici ratione colligitur. ¶Primò sic. Ex dictis ordo potestatis est in ecclesia, vt in præcedẽti. c. est ostensum, sed ordo iste intelligitur secũdùm prælationẽ & subiectionẽ: prælatio autẽ attenditur secũdùm assensum & desẽsum, nõ secũdùm æqualitatẽ: & ascẽdendo superiùs, necesse est stat⁹ & reductio ad vnũ, cùm nõ sit processus in infinitũ, & ecõuerso descẽdendo multiplicatio: ergo secũdùm rectũ ecclesiæ ordinẽ oportuit aliquẽ vnũ esse prælatũ, & supremũ, in quo totius potestatis ecclesiasticæ esset status, qui omniũ aliorum esset rector, & pastor. Vnde dominus de hac ecclesiæ suæ regiminis dispositione futura loEzech. 34. quens per prophetã ait. Suscitabo super eos
Idem. c. 37. pastorẽ vnũ. Et pastor vnus erit omnium vester. ¶Secundò sic iuxta sanctum Tho. in 4. cõtra gentiles. Nulli dubiũ esse debet, quin ecclesiæ regimen sit optimè ordinatũ: vtpote per eum dispositum, per quẽ reges regnãt, & legum conditores iusta decernunt. Optimum autẽ regimen multitudinis est, q̃ regatur per vnũ. Quod patet, tũ authoritate Aristo. 9. Metaphysicæ. &. 3. politicorum. tum ex fine regiminis. Pax autem & vnitas subditorum est finis regentis, vt inquit Augusti-
nus. Vnitatis autem causa congruentior est vnus, quàm multi. ergo regimen ecclesiæ sic à Deo esse dispositum creditur, vt vnus in eo toti ecclesię præsit. ¶Tertiò sic. Ad vnitatem ecclesiæ requiritur, q̃ omnes fideles in fide cõueniant. Vnde inquit Apostolus. Idipsum 1. Cor. 1.
dicatis omnes, & nõ sint in vobis schismata. Est autem fides religionis christianæ fundamentum. secundùm illud. Sine fide impossi- Heb. 11.
bile est placere Deo. Circa ea verò quæ sunt fidei, contingit quæstiones moueri: per diuersitatem autem sententiarum diuideretur ecclesia, nisi in vnitate per vnius sententiam cõseruaretur. Exigitur ergo ad vnitatem fidei in ecclesia conseruandam, vt sit vnus, qui totiecclesiæ præsit vt doctor, & rector: manifestum est autem, q̃ Christus ecclesiæ non deficit in necessarijs, quã dilexit, & pro qua sanguinem suum fudit: cùm & de synagoga dicatur per dominum: Quid vltrà debui facere Isa. 5.
vineæ meæ & non feci? Non est ergo dubitãdum, quin ex ordinatione Christi vnus toti ecclesiæ præsit. ¶Quartò sic. Ecclesia militãs, sicut in præcedẽti cap. argutum est, ab ecclesia triumphante deriuatur. vnde Ioh. ait. Vi- Apoca. 21.
di ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo à Deo paratã sicut sponsam ornatam viro suo. sed in triumpante ecclesia vnus præsidet, qui etiam præsidet toti vniuerso, scilicet Deus: ergo in militante ecclesia etiam debet esse vnus præsidens etiam vniuersis. Hac ratione beatus Bernar. vtitur ita dicens. Non vilem reputes formam hanc, Bernar. lib.
quæ in terris formam habet in cælo. Vidit de consi. ad
hoc qui dicebat, Vidi ciuitatẽ sanctam Hie- Eugeniũ.
rusalem nouam descendentem de cælo. &c. Sicut enim seraphin, & cherubin, & cæteri ordines sunt sub vno capite Deo: ita & hic patriarchæ, archiepiscopi, & reliqui sub vno pontifice summo. Quod non est paruipendẽdum, quòd deum habeat authorem, & quòd de cælo ducit origenem. Hæc ille. ¶Quintò sic. In ecclesia Dei non debet esse minor vnitas, quàm in synagoga, imò tantò maior, quãtò sacerdotium cuãgelicum excellentius est leuitico: sed in synagoga erat vnus summus pontifex, qui præerat omnibus sacerdotibus, scilicet Aaron, & postea Eleazar, & sic de alijs successoribus: cùm is qui summo sacerdoti non obediebat, reus erat mortis, vt habetur Deuterono. 17. ergo multò magis in ecclesia debet esse vnus summus pontifex, cui omnes tanquam superiori obedire teneantur. ¶Sextò sic. In vno speciali populo vnius ecclesiæ requiritur vnus episco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus,qui sit totius populi caput, cùm summa regiminis fidelis populi ad episcopalem pertineat dignitatem: ergo etiam in toto populo christiano requiritur quòd sit vnus totius ecclesiæ caput. consequentia patet. ¶Septimò sic,iuxta sanctum Tho.in.4. Vbicunque sunt multa ordinata in vnum,oportet esse aliquod vniuersale regitiuum super particularia regitiua:quia in omnibus virtutibus & actibus, vt dicitur. 1. Ethicorum. est ordo secundùm ordinem finis.bonum autem commune dicitur diuinius, quàm bonum speciale:& ideo supra potestatem regitiuam, quæ communicat bonũ speciale,oportet esse potestatem regitiuam respectu boni communis,aliàs non potest esse colligatio ad vnum: ergo cùm tota ecclesia sit vnum corpus, oportet si ista vnitas debeat conseruari; quòd sit aliqua potestas regitiua respectu totius ecclesiæ supra potestatem episcopalem, qua vnaquæque specialis ecclesia regitur & gubernatur,& hæc est potestas Papæ. Vnde ex hoc concludit sanctus Tho. q̃ quilibet potestatem Iupremam negans,schismatici dicuntur, quasi diuisores ecclesiasticæ vnitatis.
¶Octauò sic. Regimen ecclesiæ nõ creditur minùs ordinatum esse quàm regimen naturæ,imò ordinatius dispositum,cùm gratia supergrediatur naturam: sed in his quæ videmus in natura vbicunque est regimen naturale, semper illud totum regimen reducitur ad vnum principale regitiuum omnium: vt in corpore animalis,in quo sunt diuersa membra diuersis officijs & actibus diuersis deputata,oportet dare vnum membrum,videlicet cor,vel caput, vnde omnium aliorum membrorum motus sensus & gubernationis regimen deriuetur. Item tota machina vniuersi est vnum cœleste corpus,videlicet primum mobile, per cuius motum mouentur & reguntur motus corporum inferiorum, vt habetur per Aristotelem. 8. physicorum. In toto etiam mundo est vnus supremus, scilicet Deus vnus rex vniuersæ terræ: ergo paritur in regimine ecclesiæ oportet quòd sit vnus, qui toti Christianæ vniuersitati præsideat caput,& rector illius. ¶Nonò sic. Tota ecclesia Dei est vna. Cãticorum. 6. Vna est columba mea. Est vnum corpus. 1. Corinth. 12. Multi vnum corpus sumus. Est vna ciuitas: secundùm illud psalm. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. Vna hierarchia, vt patet per sanctum Dionysium libro. eccle. hierar. Vnum ouile. Ioha. 10. ergo necessario in tota ecclesia est dandus vnus supremus præsidens & rector, vnum caput totius corporis, vnus princeps totius ciuitatis, vnus hierarcha totius hierarchiæ, vnus pastor totius ouilis siue gregis dominici. & ita idem quod prius. Hinc dicitur. Congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum. Et dominus ait. Erit vnum ouile & vnus pastor. ¶Decimò sic. Ecclesia est regnum: sine ecclesiæ principatus est monarchicus,siue regalis. Hoc patet tum ex multis sacrę scripturæ locis,vbi ecclesia regnum cælorum nominatur. Vnde & Isa. nono dicitur. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et sequitur. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit.glo. id est ecclesiam.& Lucæ primo dicitur. Regni eius non erit finis. Tum etiam, quia optimum genus politiæ est monarchicum,siue regale:cum iuxta sententiam Aristote. 3. politi. omnium vrbanitatum perfectissima sit regnum,quod consistit ex omni ordine ad vnum secundum perfectissimam gubernationem. propter quod Diony. dicit. Quòd regnum est omnis finis legis & ordinis distributio.sed regnum est in quo potestas regiminis residet apud vnum toti multitudini præsidentem: vt tam ex. 8. ethico. quàm. ex. 3. polyti. aperte colligitur. ergo talis à Deo ecclesiæ principatus constitutus est, vt vnus in eo superior potestate præsideat,& principet. Hoc enim est de ratione legalis siue monarchici principatus, vt dictum est. Dicitur enim monarchicus à monos, quod est vnum, & archos, quod est princeps: quasi vnus princeps toti multitudini præsidens. Et confirmatur per illud, quodidem diuus Diony. in principio tam cælestis, quàm ecclesiasticæ hierarchiæ dicit. Quod ratio ornatus & decentissimæ dispositionis attenditur in ordinatorum consonantia & connexione adinuicẽ, & ad vnũ simpliciter primum monarcham. ¶Vndecimò sic. Principatus ille videtur omnibus alijs præstantior & nobilior, quo inter subditos charitas, & pax, ac concordia maximè nutritur, fouetur, & conseruatur: & quo seditio & discordia, quæ est cuiuslibet communionis corruptio, præcipuè deuitatur. Hoc patet: quoniã sunt quæ maximè princeps cuiuscũque principatus tenetur nutrire & fouere in subditis. Nam vt Cassio. in epistolis suis dicit. Decet regalis apicis curam, gentem sibi commissam custodire concordem: quoniam ad laudem regnantis trahitur, si à sibi subditis pax habetur. Nihil quoque est, quod sic principem prædicet, sicut quietus populus, &

Diony. lib. de diuin. nom. cap. 3.

concors

Isa.9. concors senatus totáque resp. morum honestate vestita. Vnde princeps pacis Christus, super cuius humerum factus est principatus, corporaliter à fidelibus discessurus, pacem & *Iohan. 13.* dilectionem præcipuè illis commendat, di. Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et iterum. Hoc est præceptum meũ vt diligatis inuicem. &c. sed hoc magis & cõgruẽtius fit, si principatus fuerit apud vnum, sicut est in regno, quàm si fuerit apud plures sicut in aristocratia siue in politia: vnitatis enim & pacis congruentior causa est vnus quàm plures. ergo sequitur, quòd talis ecclesiæ principatus, scilicet monarchicus, siue regalis, in quo omnium ordinatorũ reductio ac adunatio est, redigatur ad vnum principẽ, potestate, & authoritate omnibus præsidentem. Hinc ecclesia per arcam Noë designatur, quæ in vno cubito consummata fuit.

Gene. 6.

¶Duodecimò præfatus ordo scilicet omniũ ad vnum adunatio in ecclesia clarissimè probatur ex eo, quòd commendabilior est, atq; præstantior. Vnde de eius commendatione loquitur dominus Albertus magnus in lib. suo de missa dicens. Hæc adunatio, scilicet multorum per omnem ordinem graduum ecclesiæ ad vnum caput, in cælo refulget, in naturis ostenditur, in operibus exemplificatur, in diuinis legibus præcipitur, & in toto corpore mystico obseruatur. In cælis enim angeli ad archangelos, archangeli ad principatus, & principatus ad potestates, potestates ad virtutes, virtutes ad dominationes, dominationes ad thronos, & throni ad cherubin, & cherubin ad seraphin secundùm obedientiæ & illuminationis ordinem ordinati ordinantur: & ipsa multitudo angelorum, quæ in quolibet est agmine, ad vnam personam, quæ in quolibet ordine præeminet, adunatur. Et ideo ordo cæli vocatur: quia omnis ordo est multorum in gradibus differẽtium ad vnum. Nunquid nosti ordinem cæli & rationem eius pones in terra? Hoc etiam in naturis ostenditur, vbi multi ramusculi ad virgas, vbi multæ virgæ ad ramum, vbi multi rami ad stipitem vnũ, vbi multi stipites in vna radice infigũtur, vt omnia socia fiant & participia succi, qui est in radice. Socius radicis oliuæ & pinguedinis factus es. Sic multę grues vnã sequuntur ordine literato: sic multa membra in corpore vnius capitis percipiunt beneficia. Sicut enim multa membra in vno corpore habemus, omnia autem mẽbra non eandẽ actum habent: ita multi vnũ corpus sumus in Christo. In Christi operibus hæc adunatio etiam exẽplificatur: quia Christi opus semper est in vnum colligere dispersa. Diaboli autem opus est adunata dividere, & dispergere. Hinc est quod Ioh. 10. dicitur. Fiat vnũ ouile & vnus pastor. Et Matt. 12. Qui non colligit mecum, dispergit. Hæc adunatio præcipitur in legibus diuinis: quia sicut dicit beatus Diony. Lex diuinitatis est per prima media, & per media vltima reducere. Talis autem reductio vltimorum ad media, & mediorum ad prima non potest esse, nisi in ordine ad primum: sic ergo lex diuinitatis est: sicut defensus est illuminationum & charismatum ab vno, sic reductio ad primum. Hæc enim lex sicut superiora mouet & ligat ad inferiorum prouidentiam & curam: ita inferiora ligat ad superiorum obedientiã, vt omnia hoc modo sint connexa. psal. 47. Distribuite gradus ei⁹, vt enarretis in progenie altera. & Dan. 10. Sta in gradu tuo. Sic enim octo gradibus ascenditur ad deitatis tẽplum & culturam, vt dicitur Ezechiel. 40. Papatu seu patriarchatu, primatu, archiepiscopatu, episcopatu, abbatũ reuerentia, præpositura, decanatu, cura parochiali. Curam enim archidiaconorum sub præpositura cõprehẽdimus. Hoc etiam in toto corpore mystico, quod est ecclesia, obseruatur, in quo omnia ad vnum diriguntur, quæ Petri clauibus committuntur Math. 16. Tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque solueris super terram. &c. Hæc clauis vni committitur, vt plenitudo potestatis in vno ostendatur, & in alios ab illo secundùm partem sollicitudinis, ad quam vocantur, cõmittatur. hęc Albertus magnus. Ex quibus manifestè conuincitur error dicentium principatum ecclesiæ non esse monarchicum.

Aliter domos eius.

Iob. 38.

Roma. 11.

1. Cor. 12.

¶In quo ponuntur obiectiones quędam aduersariorũ contra prædicta de vnitate vnius præsidentis & capitis in ecclesia. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones contra ea, quæ dicta sunt de unitate unius præsidentis, rectoris, gubernatoris, ac capitis in ecclesia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVnt quidam aduersariorum prædictæ veritatis hostes, qui rationes inductas in præcedenti capit. ad ostendendum, quòd in ecclesia dãdus sit vnus princeps rector & gubernator cuctoru fideliũ euacuare moliẽtes, respõdent ad rationes præfatas, dicentes, q̃ ille vnus rector & pastor, quem rationes præfatæ in ecclesia esse necessariò concludunt, sit Christus, qui caput est omnis principatus, vt inquit Apostolus ad Colo. 1. & quòd nullus alius purus homo princeps in vniuersali ecclesia vnus dandus sit. Quam responsionem
Arg. primũ tribus rationibus fulcire nituntur. ¶Primò. 1 quia (vt dicunt) vnitas vniuersalis ecclesiæ ex ordine populi Christiani ad vnum caput, quod est Christus saluator & redemptor ipsius, & cui fide & spe & charitate coniungitur, & non respectu alicuius alterius su-
Secundũ. menda est. ¶Secundò: quia dicunt, quòd & si principatus ecclesiæ sit monarchicus siue regalis, hoc est respectu Christi, & non respectu alicuius alterius, qui vnus principetur, &
Tertium. præsideat toti ecclesiæ, cuiusmodi sit Papa: quoniam si respectu alterius principatus ecclesiæ esset regalis, iam alius quàm Christus rex vniuersalis ecclesiæ veniret dicendus, qđ non videtur conueniens. ¶Tertiò dicunt: quòd sicut in potestate & principatu seculari non obstantibus præfatis rationibus non videtur necessarium, nec fortè expediens, quòd vnus sit princeps super omnes alios laicos principes & reges: ita non videtur in principatu ecclesiastico necessariũ, q̃ detur vnus, qui omnibus præsideat.

¶In quo confutatur prædicta aduersariorum responsio: & respondetur rationibus eorũ. Cap. IIII.

SVMMARIVM

1 *Obiectiones, & responsiones aduersariorum dicentium non requiri unicum caput solum in ecclesia confutantur, atque diluuntur.*

QVòd responsio præfata aduersariorum ad rationes inductas in præcedenti. c. pro vnitate vni⁹ rectoris & principis, qui toti ecclesiæ præsideat, nulla sit: nec rationes inductæ in fauore eorum alicuius sint roboris, faciliter ostẽdemus. ¶Et primò q̃ responsio 1
data nulla sit, sic. Oportet omnem cõmunitatem habere vnũ caput, siue rectorem, qui visibiliter cum illa cõuersetur circa personas illi⁹ regiminis sui ministeriũ, p̃ varietate tẽporũ, locorum ac personarum exercendo, sententiãdo de illa vel de illa, corrigendo hanc vel illam personam secũdùm cõmunem cursum: Christus autẽ nõ conuersatur nunc cum fidelibus suis modo prædicto: Necessarium ergo videtur secũdùm rationes priùs factas ad bonum regimen ecclesiæ, q̃ aliquis alius à Christo, vices tamen eius gerens, sit ipsius ecclesiæ rector, & pastor, qui cum ipsa ecclesia visibiliter cõuersetur. Vnde beatus Tho. in. 4. cõtra gentiles. c. 76. respõsionẽ prẽfatã aduersariorũ tanquã minùs sufficiẽtẽ euacuãs, ita inquit. Si autẽ quis dicat, q̃ vnũ caput, & vnus pastor est Christus, qui est vnus vnius ecclesiæ sponsus, nõ sufficienter respõdet. Manifestum est enim, q̃ omnia sacramenta Christus ipse perficit: ipse enim est qui baptizat Iohannis. 1. & ipse est qui peccata dimittit Ioh. 1. ipse est verus sacerdos, qui se obtulit in ara crucis, in cuius virtute corpus eius continuò in altari conficeratur. vt etiã habetur extra. de sum. tri. & fi. catho. ca. 1. §. vna. de cõse. di. 2. ca. quia corpus. Et tamẽ quia corporaliter nõ erat cũ fidelibus omnibus permansurus, elegit ministros, per quos prædicta fidelibus dispẽsaret: eadẽ ratione, qua prẽsentiam corporalẽ erat ecclesiæ subtract⁹, oportuit, q̃ alicui cõmitteret, q̃ loco sui vniuersalis ecclesiæ curã gereret. Hinc est, q̃ Petro inquit ante ascẽsionem suã. Pasce oues meas. Et ante passionem. Tu autem aliquando conuersus confirma fratres tuos. hæc sanctus Tho. *Iohãn. vltim. Luc. 22. Ad primũ.*
¶Quòd verò rationes, quas aduersarij in suorum errorum fauorem inducunt, nullius roboris sint, ostendimus. De prima quidem patet. Licèt enim vnitas corporis Christi, quod est ecclesia, principaliter sumenda sit ex ordine ad Christũ, q̃ principale caput ei⁹ est, cui omnes fideles, q̃ eius vera mẽbra sunt, fide spe & charitate cõnectũtur, nihilomin⁹ ecclesiæ vnitas quãtũ ad gubernationẽ exteriorẽ, secũdùm quã ex diuina institutione est ordo iter ipsos eccliæ p̃latos & rectores, etiã assumend

menda est, & assumitur ex ordine ad vnum principalem Christi vicarium totius vniuersalis ecclesiæ principem & pastorem. Est autem huiusmodi vnitas ostensiua, & cõseruatiua vnitatis interioris ecclesiæ ad Christum. Ostẽsiua quidẽ. Dicit enim Cyprianus in epistola ad Magnũ. Dñs insinuans nobis vnitatẽ de diuina authoritate venientẽ ponit, & dicit. Ego & pater vnũ sumus. ad quã vnitatem redigẽs ecclesiã suam ait. Et erit vnus grex & vnus pastor. Item in. c. loquitur. 24. q. 1. Cyprianus ita inquit. Loquitur dominus ad Petrũ. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. super vnũ ædificat ecclesiã. Et infrà. Exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Christi vna mõstretur. Cæterùm vnitas hęc in ecclesia penes ordinẽ ad vnũ generalẽ gubernatorẽ & rectorẽ ecclesię est cõseruatiua vnitatis interioris fidelũ ad Christũ. Dicit enim gl. super illud Matt. 16. Tibi dabo claues. &c. Specialiter potestatẽ clauiũ Christus Petro concessit, vt ad vnitatem nos inuitaret. Ideo enim cũ principẽ Apostolorũ cõstituit, vt ecclesia vnum principalẽ Christi haberet vicariũ, ad quẽ diuersa mẽbra recurrerẽt, si fortè inter se dissentirẽt: q̃ si diuersa capita essent in ecclesia, vnitatis vincula rumperentur. hæc ibi. Et Hiero. ait. Ex. 12. vnus eligitur, vt capite con-
Ad secundũ stituto, schismatis tolleretur occasio. ¶Secũda ratio aduersariorum etiam nullius est roboris: quoniã falsum est quod aiunt, videlicet, quòd principatus ecclesiæ respectu Papę non sit monarchicus, siue regalis. Hoc enim videtur contrariari & sacræ scripturæ, & rationi. Sacræ quidẽ scripturæ contradicit, quę habetur Iohan. 10. Erit vnum ouile, & vnus pãstor. Item scripturæ sanctæ illi, vbi beatus
Apoc. 21. Iohan. ait. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo. &c. vbi ecclesia militans dicitur imitatione descendere à cælo: quia formã ordinis cælestis habet, sicut beatus Bernar. ait. 3. de consideratione ad Eugeniũ Papam ita dicens. sicut fuit suprà in. 2. cap. inductum. Non vilem reputes formam hanc, quæ in terris est: formam habet in cælo. vidit enim hoc qui dicebat: Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem. &c. Sicut enim ibi seraphin, & cheru bin, & cæteri ordines sunt sub vno capite Deo: ita & hîc patriarchæ, archiepiscopi, & reliqui sub vno pontifice summo, quod non est paruipendendum, quòd Deum habet authorem, & quòd de Cælo sumpsit originem. hæc ille. Ex quibus patet, q̃ aduersariorum phantasia sacræ scripturæ aduersatur. Quòd aduersetur etiam rationi patet. Tum, quia ea dẽ specieș politię manet in principatu respectu principalis & respectu vicarij instituti à principali cum plenitudine potestatis. vnde idem consistorium reputatur episcopi & sui vicarij. vt in. c. Romana. extra. de appel. lib. 6. Tum, quia ecclesię regimẽ nõ solùm in præsentia corporali Christi debuit optimè disponi, quod est disponi & ordinari sub suprema & nobilissima specie regiminis siue politiæ, cuiusmodi est regalis, sed etiam in eius absentia corporali. Sunt etiam ad hoc rationes factę supràin. 2. c. Facit etiã ad hoc. Primò: quia naturalior est principatus vnius in multos, quàm possit esse multorũ in vnum. Natura enim principiorum amat singularitatem: vt ait beatus Aug. primo de nuptijs & concupiscẽtia. Hinc Aristoteles probans vnitatẽ primi principij. 12. metaphysi. ait. Entia nolunt malè disponi, neq; bona pluralitas principatuum: vnus ergo princeps: in apibus etiam vnus est princeps: & grues vnam sequuntur ordine literato ait beatus Hiero. in. c. in apibus. 7. q. 1. Secundò: quia inter spẽs regiminis humanarũ ciuilitatũ nobilior & præstantior est species regalis regiminis, in quo summa potestatis & principatus authoritas est apud
. vnũ. vt. 3. polit. Arist. docet. Tertiò: quia huiusmodi regiminis dispositio magis assimilatur diuino regimini, in quo Deus præsidet toti mundo vnus Deus omnium gubernator & rector. Ecclesiast. 1. Vnus est altissimus creator omniũ. Quartò: quia in triũphante ecclesia, à qua ecclesia militãs exemplariter descẽdit Apocaly. vlt. hierarcha vnus supremus est cunctis ordinibus præsidens, in quem omnis hierarchia cõsummatur, vt ostẽdit diu⁹ Dio. 5. eccle. hierarch. Quintò: quia in lege veteri, quæ figura nouæ legis fuit, vnus summus sacerdos diuina dispositione fuit institutus, cui cæteri omnes parere deberent. Sextò: quia vno toti ecclesię præsidente, nulli dubium, q̃ vnitas fidei, per quam ecclesia maximè vna dicitur, melius conseruatur. de qua Apostolus. 1. Corin. 1. Idipsum dicatis omnes, & nõ sint in vobis schismata. ¶Quòd verò aduer- *Replicatio.*
sarij arguunt: quòd si principatus ecclesiæ esset regalis respectu alterius quàm Christi, alius quàm Christus rex ecclesiæ dicẽdus veniret, quod inconueniens esse putant. Hoc parum valet. Tum primò: quia non est in- *Rsponsio.*
conueniens reputandum Papã dici regem ecclesię: sub Christo tamen sicut eius vicarium, licèt hoc vsus non habeat: quoniam cùm Pa

Universidad de Deusto
Biblioteca

pa rector ecclesię sit quantū ad interpretatio nem vocabuli,nō dubiū,quin rex rectè & ve raciter dici possit.Dicit enim rex, vt ait Isid. à regendo. Pręterea nō videtur magis incon uenięs,q Papa rex nominetur,q̄ q princeps. Legitur autē à Christo nominatus princeps, secūdùm illud,quod ecclesia dictū esse à Chri sto Petro cōmemorat,cū ait.Simō Petre antequā de naui vocarē te,noui te,& super plebē meā principē te cōstitui.Cęterùm hoc no mine etiā omnes Apostoli à spiritu ,sancto p os prophetę appellati legūtur.psal.44.Cōsti tues eos principes super omnē terrā.vnde etiā episcopi loca Apostolorū tenētes, princi pes nominātur in.c.ecclesię principes.di.35. Quocirca nō mirū,si etiā reges nominātur,at tēto maximè,q Apostoli ipsi, eorūq; successores sub regis nomine à spiritu sancto deseri būtur.psal.44.vbi dicitur , Delectauerūt te fi liæ regū.Quod verbū Aug. exponens ita in- *Aug. super Psal.44.*
quit.Et enim omnes ecclesię,quę illis euāgeli zātibus & prædicātibus natæ sunt, filię regū sunt:& ecclesię filię Apostolorū filiæ regum sunt.ille enim rex regū,illi autē reges, de qui pus dictū est.Sedebitis super duodecim sedes iudicātes duodecim tribus israēl.hęc Aug.Ni hilominus tū licēt Papa,& prelati ecclesiæ re ges nūcupari veraciter possent, hoc tū nō sit duplici de causa , vt tāgit dns Aluarus in lib. suo de potestate ecclesiastī. Prima est ,ppter superbiā vitādā,quæ noīe regis importari vi
1.Pet.2. detur,secūdū illud apostoli Petri. Regi quasi pręexcellenti.Christus enim humilitatis ma
Matth.11. gister.iuxta illud. Discite à me q̄a mitis sum, & humilis corde. suos discipulos ac vicarios voluit per oīa humilitatē seruare. Vnde Lucę 22.dicebat.Qui maior est vestrū,fiat sicut mi nor:& qui præcessor,sicut ministrator. Propter quod illos nō solū superbiā,verūetiā superbiæ vocabula voluit declinare: maximè, cum nihil in episcopali ceruice splēdidius ful geat,quàm humilitas.vt in ca.comemorem. dic.Secūda causa est,vt quēadmodū inter spi rituales,& temporales principes est discretio potestatis,ita etiam sit in noibus differentia. Assumpserunt ergo sibi seculares principes nomē mundanæ gloriæ expressiuū.s. nomē regis.Spirituales verò aljs humilioribus pro priū officiū designantibus & vltimū finē demonstrantibus nominibus nūcupantur.Dicunt enim pastores,rectores, iudices,sacerdo tes,præpositi,pontifices &c. Vnde in.c. duo tes,præpositi,pontifices &c. Vnde in.c. duo sunt.di.96.dicitur.Duo sunt,quibus principa liter hic mūdus regitur: authoritas sacra pon tificum, & regalis potestas.Patet ergo,quòd licèt Papa ratione humilitatis rex non nomi netur ecclesię,ex hoc tñ non sequitur,q̄ prin cipatus ecclesiæ nō sit monarchicus, siue regalis,& q̄ regimen ecclesię nō sit monarchicū,siue regale: quia ,ppria ratio regni in hoc cōsistit,q̄ regimen , & principatus eius sit apud vnū qualicūq; nomine noīetur illevnus, siue regis noīe, siue ducis,aut pontificis,siue pastoris,siue imperatoris. Tum secundò, ratio aduersariorum vacua est viribus : quoniā vt patet ex dictis nō est incōueniens, vt alius in persona à Christo dicatur rex , aut rector, aut pastor,aut princeps ecclesiæ, dum tñ nō sit alius authoritate. Papa eñ cùm vicari⁹ sit Christi,vices eius gerēs in ecclesia, non est alius rex ecclesię alietate authoritatis, q̄ Christus. ¶Cæterū tertia ratio etiam non militat *Ad tertiū.* duplici de causa. Prima, quia præsupponere videtur,q̄ in vniuersitate christiana nō sit vnus,qui tam in spiritualibus,quàm in tēporalibus præsideat vniuersis:quod simpliciter & absolutè negare nōvidēt nobis cōuenienter di ci.Quoniā,vt nos infrà auxiliante Deo ostendemus,papa,q̄ est ille vnus, qui vice Christi omnibus præsidet,nō solū in spiritualib⁹, sed etiā aliquo modo inferiùs exponendo,in tēporalib⁹ principatū siue potestatē habet in tota repu.christiana, disponente eo,cuius vicarius est.In cuius fœmore scriptū est rex re- *Apoc.19.*
gum, & dns dominantiū. Secūda causa,propter quam ratio aduersariorum nō valet:dato q̄ ille vnus non præsideat in tēporalibus est, quia non est eadem ratio de præsidendo vnū in temporalibus,& in spiritualibus. Prima,quia scissura vnitatis,scilicet,fidei in ecclesia,ad quam conseruandam maximè institutum est,vt in.2.c.ostēdimus, quòd vnus præsideat toti ecclesiæ,est maximè periculosa fidelibus,cùm extra illam non sit salus , iuxta illud.Qui verò non crediderit,condemnabitur. Et illud Apostoli . Sine fide impossibile *Marc. vlt. Heb.11.*
est placere Deo. Non sic autem est de aliqua alia vnitate in quacunque politia inter fideles obseruanda : cùm non sit necesse omnes eos conuenire in politia communi, sed possunt secundùm diuersitatem climatum,& linguarum, & conditionum hominum esse diuersi modi viuendi, & diuersæ politiæ sicut sunt, propter quod non est ita necesse mundum regi per vnū in temporalibus plenam in omnibus potestatem habentem, sicut in spiritualibus.Secundò, quia non est necessarium leges ciuiles,quibus regna & prouincię reguntur,esse conformes, siue easdem apud omnes nationes,propter veritatem morum, & con-

& conditionē hominū in diuersis prouincijs, imò secundùm varietatem nationum varian tur:quia non omnibus eædem leges conueni re possunt,nec etiam omnes omnibus secun dùm naturam & consuetudinem possibiles esse possunt,quod tamen est de ratione legis secūdùm illud Isido.lib.ethy.& habet distin. 4.cap.erit autem.vbi dicitur. Erit autem lex honesta possibilis secundùm naturam & secundùm consuetudinem patriæ loco tempo riq̄ue conueniens.Est autem necessarium, vt
Matth. 19. obseruantia diuinæ legis, per quam est ingressus ad vitam , secundùm illud:Si vis ad vi tam ingredi,serua mādata. vniformiter in to ta repub.christiana ab omnibus obseruetur. Et quia ad hoc multùm operatur, vt suprà probauimus, quòd vnus in tota politia Christiana rector & magister præsideat,ideo magis est necessarium,vt in spiritualibus præsideat vnus in rep. christiana, quàm in temporalibus.Tertiò, quia faciliùs vnus potest præesse toti populo christiano in spiritualibus, quàm in corporalibus. Tum propter diuersitatem & variam multiplicitatem , quæ in temporalibus negotijs maior quàm in spiritualibus inuenitur. Tum , quia mucro , quo princeps ecclesię contra rebelles & errantes vtitur,quæ est excommunicatio,faciliùs extenditur in quantumlibet longinquas na
Rom.14. tiones , quàm facit gladius materialis ;quo principes seculares vtuntur. De quo Apostolus,inquit , quòd nō sine causa gladium portat.Quartò, quia quòd vnus præsideat in to
Iohan. ult. ta ecclesia in spiritualibus,est iure diuino , & diuina institutione. iuxta illud :Simon pasce oues meas. Quòd verò vnus plenè in temporalibus in toto populo christiano præsideat,nec naturali iure, nec diuino videtur haberi expressum.Quoniam licèt philosophus in politi. dicat dominationem esse in singulis ciuitatibus vel religionibus, non autem di
Augu.4.de ciui.Dei. cit imperij vel monarchiæ. Vnde Augusti. dicit,quòd melius,id est magis pacificè regebatur respub. quando vniuscuiusq; regnum suæ patriæ terminis finiebatur. Ex dictis in hoc capitulo clarissimè coniuncitur error dicentium , quòd non est scintilla apparentiæ, quòd oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam,quod semper conuersetur cum ea : qui error inter errores Iohan. Hus condemnatus est in concilio Constantiensi.vt patet in bulla domini Papæ Martini.5.

¶ In quo ostenditur multiplici sacræ scripturæ argumento, quòd beatus Petrus primatum inter Apostolos habuerit. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Apostolus q̄ fuerit primus post Christū, qui in ecclesia super omnes primatū habuerit, sacræ scripturæ authoritatibus, & quàm apertis rationibus facilè ostenditur.*

OStenso quàm conuenientissimè in ecclesia Dei dandus sit omnium pastor & rector, qui Christi vice vniuersitati præsideat fidelium,consequens est videre , quis in ecclesia ille sit.Pro quo probabimus in primis, q̄ beatus Petrus primus post Christū fuerit huiusmodi , qui in ecclesia super omnes primatū habuerit:qd tā sacræ scripturę authoritatib⁹, q̄ apertis rationib⁹ facilè est ostēdere. ¶Primò quidē primat⁹ beati Petri inter Apo *Ratio pri.*
stolos & primat⁹ eius in ecclesia Dei ostēdit 1
ex illo Mat.10.vbi beatus Matthęus euāgelista nomina Apostolorū describēs ait.Duodecim nomina Apl̄orū sunt hęc.Prim⁹ Simō,q̄ dicit Petr⁹,& Andręas frater eius. &c. In hoc aūt q̄ primū Apl̄orū Petrū nominat,& eū in capite apl̄orū ponit,manifestè ipsum habuisse primatū apostolicę dignitatis ostēdit,cum de prioritate dignitatis videat loqui , nō aūt vocationis:quoniā ordine tēporis nō Petrus, sed frater eius Andręas priùs fuit secut⁹ Christū:& per cōsequēs ordine tēporis prior fuit in discipulatu Christi,sicut habet Ioh. 1. Vñ dns Albertus magn⁹ super Matth.exponens illud.Primus Simō,&c.ita dicit.Prim⁹ dignitate,nō vocatione , ppter quod vertex dicitur Apostolorū.Andręas verò secūdus,& sic deinceps:quia omnes subditi Petro sunt ęquales.Et attēde,q̄ licèt Petrus vertex dicatur prim⁹,nō tamē dicit Andręas secūdus , nec Philippus tertiꝰ,& sic deinceps . Quia omnes secūdi sunt Petro quo ad iurisdictionē:quia nō vn⁹ sub alio,sed omnes sub Petro.Hęc Albertus.Glo.etiā ordinaria super illud Matth.10. Primus Simō,qui dicitur Petr⁹. satis explicat Petri primatū , ita di. Voluit dns Apostolorū principē priùs alio nomine vocari,vt ex ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmutatione nominis sacramenti viuacitas commendaretur. ¶Secundò primatus beati Petri ostẽditur ex illo Matt. 16. vbi dominus singulariter loquens Petro, inquit. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. Et tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. &c. Sup quo verbo glo. ordi. inquit. Specialiter Petro claues concesit, vt ad vnitatem nos inuitaret. Ideo enim ipsum principem Apostolorum cõstituit, vt ecclesia vnum principalem haberet Christi vicarium, ad quem diuersa ecclesiæ mẽbra recurrerent, si fortè inter se dissentirent: quòd si diuersa forent in ecclesia capita, vnitatis vincula rũperentur. Item ad idem Rabanus in glo. & etiam Beda in homilia sic dicit. Qui enim regem cælorum maiori dilectione prę cæteris cõfessus est, meritò prę cæteris ipse collatis clauib⁹ regni cælestis donatus est. ¶Tertiò primatus Petri ostenditur ex illo Matt. 17. vbi dominus postulatus solutionem tributi, ad Petrum inquit. Vade ad mare, & mitte hamum, & eũ piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illũ sumens, da pro me & pro te. Vbi manifestè designatur prærogatiua primatus Petri ex eo, quòd in solutione tributi Christus solum Petrum sibi sociauit. Pensa enim didrachmæ, vt inquit Ambros. solutio erat capitis. Vnde iã dabatur intelligi, quòd Petrus post Christum super alios Apostolos caput & primus constituendus veniret. Vnde beatus Augusti. lib. de quæstionibus noui & veteris testamenti. quæst. 79. mouens hãc quæstionem, cur Christus tantùm pro se & Petro soluit didrachma, ita respondendo dicit. Saluator noster cùm pro se & Petro dari iubet didrachma, pro omnibus soluisse videtur: quia sicut in saluatore erant omnes causæ magisterij, ita & post saluatorem in Petro omnes continentur. ipsum enim cõstituit esse caput eorum, vt pastor esset gregis dominici. hæc Augusti. ¶Quartò Petri primatus ostenditur ex illo, quod Matth. 19. sequitur: vbi Apostoli interrogant dominum dicẽtes. Quisputas maior est in regno cælorũ? Quod ideo quærunt, vt Chryso. & gl. interli. dicũt, Quia discipuli videntes in tributi redditione, quòd Petrus domino fuerat comparatus, arbitrati sunt Petrum Apostolis prælatum. ¶Quintò Petri primatus ostenditur ex illo Luc. 22. vbi dicit, q̃ facta est contentio inter eos, scilicet inter discipulos Christi, quis eorũ videretur esse maior. Quod verbum Greg. ita commentatus est. Videturhęc contentio habuisse motiuum: quia cùm dominus ab hominibus transmigraret, oportebat aliquẽ eorum fieri principem aliorum quasi dominiv cem gerẽtem. Et rursus Chryso. in eodem loco. Credenda erat Petro summa Apostolorũ. Dixit autem eis. Reges gentium dominãtur. &c. Ecce hîc apparet, q̃ vnus inter eos, scilicet Apostolos maior cæteris, & pręcessor, & princeps erat ordinandus. Vnde ait: Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui prę cessor est, sicut ministrator. Quis autem esset huiusmodi præcessor siue maior, nõ aperuit Christus, quousq; loquens ad Simonem Petrum ait. Simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos. Vbi ex hoc q̃ præcepit Petro corã alijs Apostolis vt deficiente vel titubante fide in eis ipse eos cõfirmare debeat, manifestè dat illis intelligere Petrum esse præcessorem, rectorem, ac principẽ illis ordinatum. Vnde beatissimus Leo Papa in sermone quodam ita inquit. Cõmune erat omnibus Apostolis periculum de tentatione formidinis, & diuinę protectionis auxilio pariter indigebant: quoniã diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis cura à domino Petri susc ipitur, & pro fide Petri propriè supplicatur, tanquã aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinę gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Christũ Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. hæc ille. ¶Sextò primatus Petri ostenditur apertissimè ex illo Ioh. 13. vbi Christus pedes discipulorum loturus venit ad Petrũ, & dixit ei petr⁹: Tu mihi lauas pedes? Super quo dicit glo. interli. Venit ad Petrum, non post alios, sed priùs ad primum Apostolorũ. Et Augusti. in glo. Quis nesciat primum Apostolorum esse beatissimum Petrum? Primus autem, vt in superioribus circa primam rationem diximus, intelligendum est dignitate, non vocatione, quia vocatione primus non fuit. ¶Septimò primatus Petri ostenditur ex illo Iohannis vltim. vbi Christus ascensurus in cęlum, præsentibus alijs Apostolis soli Petro ouium suarum curam vniuersaliter committit, dicens: Simon diligis me? pasce agnos meos: pasce oues meas. Super quo verbo inquit beatus Chrys. i. loco mei præpositus esto, & caput fratrum tuorũ. Ex quibus manifestè cõstat, q̃ Christus beatũ Petrũ loco

Secunda ratio. *Tertia ratio.* *Quarta.* *Quinta.* *Sexta.* *Septima.*

loco sui in ecclesia primatũ singulariter habere voluit. ¶Octauo Petri primatus ostenditur ex eo, q̃ Christus doctrinã, quam oibus Apostolis & discipulis tradebat, per Petrum voluit in alios deriuari. Vnde Matth. 18. scribitur. Aspiciẽs Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro. Si peccauerit in te frater tu⁹, vade, & corripe eũ inter te & ipsum. ¶Nonò primatus Petri ostẽditur ex eo, q̃ ipse Petrus quasi semper aut respõdere Christo, aut interrogare Christũ pro oibus discipulis solitus est. Vnde interroganti Christo discipulos: Vos autem, quem me esse dicitis? respondit Simon Petrus dicens. Tu es filius Dei viui. Super quo verbo beatus Chryso. ita loquitur. De plebis opinione interrogat omnes: sed omnibus discipulis interrogatis, Petrus tanquam os Apostolorum & caput pro omnibus respondet. Vnde sequitur. Respondens Simon Petrus, &c. Item interroganti Christo, an Apostoli cum alijs discipulis, qui retro abierant, abire vellent, respondit Simon Petrus. glo. vnus pro omnibus. Domine ad quẽ ibimus? verba Dei habes. Præterea dicẽti Christo: Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Solus pro omnibus interrogat, an Christus doctrinam suam ad solos ipsos referebat discipulos, an ad omnes, dicens. Domine an ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Super quo inquit glosſ. Theophili. Petrus, cui committenda erat ecclesia, quasi omnium curam gerens, inquit. Vtrùm ad omnes hanc parabolam protulisset. Item Christo dicente difficilẽ fore diuitem intrare regnum cælorum, solus Petrus pro omnibus interrogat, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, q̃d ergo erit nobis? &c. Super quo verbo beatus Chryso. inquit. Qui claues regni cælorum acceperat, de his quæ ibi sunt, iam confidit, & pro orbe terrarum interrogat vniuersa. Et sic ꝺ multis alijs. Quis ergo iam dubitabit, attenta hac continuò interrogandi respondendiq; pro omnibus licentia, quam sibi Petrus vendicabat, ipsum Petrũ Apostolorum fuisse dignitate primum, & præstantiorem authoritate. Ait enim glo. in c. placuit. di. 16. illi in conuentu deberi priùs loqui, cuius potior extat authoritas. ¶Decimo primatus Petri ostenditur ex his, quæ Petrus post domini ascẽsionem præsentibus alijs Apostolis ac consentientibus publicè gessit. In primis quidem sicut habetur Actuum. 1. Exurgens Petrus in medio fratrum. ostendens ex veteris testamenti sciptu ra alium loco Iudæ proditoris fore subrogandum in apostolatu, inquit: Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati, testem resurrectiõis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Planè hoc verbum principis esse videtur: quod beatus Chryso. testatur super illud. Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit. Petrus vt inflammatus, & sicut ille, cui à domino commissum erat ouile, & vt princeps semper incœpit sermonem. Item. 120. erãt, & vnum quærit ex omni multitudine. Opportunè verò primò Petrus huiusmodi rei dominatur: quia ipse omnes in potestate acceperat. Ad eum enim dixerat Christus. Et tu aliquãdo conuersus confirma fratres tuos. Cæterùm cùm effuso Spiritu sancto super discipulos in die Pentecostes, & illis varijs linguis loquentibus multi irriderent illos, dicentes eos musto repletos, Petrus præsentibus alijs vndecim discipulis eleuans vocem suam locutus est: ostendens eis Ioelis prophetæ testimonio eos non esse ebrios, sed Spiritusancto repletos, vt habetur Actuum. 2. Quòd autem hoc etiam in Petro primatum designat, ostendit glo. interli. dicens. Loquitur pastor pro ouibus. Præterea Petrus Ananiã & Sapphiram Spiritu sancto mentientes, & Apostolis, sententiam mortis protulisse solus legitur, dicens sic ad Ananiam. Cur tentauit sathanas cor tuum mentiri Spiritui sancto, & fraudari de pretio agri? In qua re maximè primatus Petri ostẽditur. Vnde glo. Quãuis ante pedes Apostolorũ Ananias & Sapphira, scilicet, partem pretij agri posuissent, tamen Petrus quasi princeps Apostolorum loquitur. Pari etiam modo in Simonem magum offerentem pecuniam Apostolis vt potestatem haberet dandi Spiritum sanctum, Petrus in illum condemnationis sententiam protulit, dicens. Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia donum Dei existimasti pecunia possideri. Actuum. 8. vbi glo. interli. super illud. Petrus autem dixit, inquit, &c. Petrus quasi princeps loquitur primus. Amplius sicut legitur Actuum decimoquinto. cùm fieret magna inquisitio inter conuersos ad fidem, vtrùm conuersi ex gentibus circuncidi deberent, & alia legalia seruare, conuenerunt Apostoli & seniores videre de hoc verbo. Surgens autem Petrus dixit ad illos. Viri fratres, vos scitis, &c. vbi Petrus protulit in concilio generali sententiam, quòd non tenerentur conuersi ex gentibus circuncidi, aut legis ceremonias seruare. Quod etiam hoc fuerit signum

Octaua. *Nona.* *Matth. 16.* *Iohan. 6.* *Luc. 12.* *Matth. 19.* *Decima.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

primatus Petri, ostẽdit glo. super verbo. Surgens Petrus. dic. sic. Prę omnibus quasi princeps loquitur. Ex his ergo gestis per beatum Petrum post ascensionem Christi, quæ clarissima principatus Petri testimonia sunt, manifestè apparet, ꝙ Petrus maior, ac princeps Apostolorum fuerit: cũ non sit verisimile, ꝙ beatus Petrus Spiritu sancto repletus, præcipuus humilitatis commẽtator talia præ alijs attentasset, nisi ex officio sibi incumbere cognouisset, & cæteris prælatum se fore nõ dubitasset. Ex quibus apertissimè conuincitur error dicentium, ꝙ beatus Petrus Apostolus non ratione alicuius maioritatis potestatis siue authoritatis, sed ratione tantùm alicuius virtutis in eo præstantioris cæteris præferebatur Apostolis.

¶ In quo inducuntur aliquæ rationes ad idẽ, videlicet ad probandum, ꝙ Petrus Apostolus primatũ habuerit super Apostolos. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Apostolus quòd super Apostolos primatum habuerit, quibusdam rationibus probatur.*

Licèt ad probandum beati Petri primatum & superioritatem authoritatis super Apostolos cæteros, & per consequẽs omnes alios fideles, sufficere debeant sacræ scripturæ inducta testimonia: nihilominus ad ampliorem veritatis illustrationem principatus beatissimi Petri Apostoli illum apertis rationibus demonstrare curabimus. ¶ Primò sic. 3 Ratione naturali dictante, & experientia docente videmus, ꝙ quisq; sapiens paterfamiliàs habẽs plures filios, ne familiam relinquat cõfusam, & sine ordine, vnum aliquem quasi primogenitũ cæteris præponit, quem facit hæredem vniuersalẽ, alios verò hæredes particulares sub eo: sicut Geñ. 27. inquit Isaac filio suo Iacob, cui primogenita dederat. Esto dominus fratrum tuorum. ergo videtur, ꝙ similiter paterfamiliàs sapientissimus Christus, cuius omnes credẽtes in eum filij sunt, se cundùm illud: Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. qui etiam dicit ad Apostolos oẽs. Vos fratres estis. ita credẽdum est fecisse, ne familiam suam cõfusam sine rectore relinqueret, vt aliquẽ vnum alijs Apostolis pręficeret prælatum ac pastorem. Huiusmodi aũt Petrus fuit, vt sacræ scripturæ testimonia, quæ in. c. præcedenti induximus, apertissimè designant. Vnde Cyrillus vir ac doctor clarissimus super illud Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. ita inquit. Christus omissis cæteris venit ad Petrum cæteris prælatum. ¶ Secundò sic. Ille, cui commissum est à Christo cæteros fratres suos deficientes & titubantes in fide confirmare siue roborare, videtur primatum, & magisterij authoritatem super alios à domino susc episse: sed beato Petro Apostolo commissum est à Christo, vt cæteros fratres Apostolos ac Christi discipulos, si fortè eos fluctuare aut deficere à fide contingeret, in fide firmaret ac roboraret, iuxta illud: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ergo beatus Petrus primatũ habuit super Apostolos. Vnde beatus Cyril. tractãs præfatum verbum. Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. q. d. postquàm me negato plora ueris, & si pœnitueris, corrobora cæteros fratres tuos, cùm te principem Apostolorũ deputauerim: hoc enim decet, qui mecũ robur es, & petra ecclesiæ. ¶ Tertiò sic. Ille, cuius curæ & regimini tẽpore Apostolorum fuit totus grex dominicus cõmissus à Christo, super oẽs, qui tunc erãt, & futuri erant de grege dominico primatũ habuit, siue obtinuit. Sed curæ & regimini beati Petri totus grex dominicus commissus est à Christo, dicente Petro: Simon pasce oues meas. inter has & illas non distinguens, & Apostoli ipsi nequaquã extra gregem dominicum censendi sunt sed intra computãdi. ergo beatus Petrus primatũ & principatum habuit super Apostolos. consequentia patet. ¶ Quartò sic. Caput super omnia membra primatum habere dignoscitur: sed beatus Petrus caput fuit Apostolorum. vnde Iohan. 1. inquit Christus Petro. Tu vocaberis cephas, quod scilicet, secundùm Græcam linguam caput sonat. Dicit enim beatus Anacletus, vt habetur in. c. sacrosancta. dist. 22. inter beatos Apostolos quædam fuit discretio potestatis: & licèt sint oẽs Apostoli, Petro tn concessum est vt reliquis oĩbus præesset Apostolis, & cephas. 1. caput & principatũ teneret Apostolatus. Et eadem sententia colligitur ex illo. c. beati Leonis papæ. ita dominus. di. 19. Ergo sequitur, ꝙ beatus Petrus primatum habuit super omnes alios Apostolos. ¶ Quintò sic. Beatus Petrus

Luc. 22.

Iohan. 1.

Matth. 23.

Iohan. vlt.

potestatem

potestatem acceperat à Christo regẽdi & gubernandi omnes Apostolos & cæteros fideles. teste beato Greg. & habetur in. c. Petrus. 2. q. 7. qui ait. Petrus potestatem regendi acceperat, & tñ idem Apostolorũ primus querimoniæ cõtra eum à fidelibus factæ, &c. ergo sequitur ꝙ beatus Petrus Apostolus super omnes alios Apostolos & reliquos fideles habuit principatũ. ¶ Sextò hoc idem apertissimè habetur totius ecclesiæ testimonio, quæ illi vniuersaliter decantat. Tu es pastor ouiũ, princeps Apostolorũ, tibi tradidit Deus claues regni cælorum.

¶ In quo ponuntur improbationes quædã aduersariorum cõtra fundamenta quæ inducta sunt cap. 5. pro primatu beati Petri. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Improbantur ab aduersarijs quædam fundamenta in cap. superiori pro primatu Petri adducta.*

Aduersarij veritatis ex opposito multipliciter insurgũt. Primò quidem fundamentales rationes inductas ex authoritatibus sacræ scripturæ pro primatu beati Petri suprà in. 5. c. insufficientes esse ostendere nituntur. ¶ Et in primis dicunt, ꝙ ratio sumpta ex eo, ꝙ Matthæus Apostolorum nomina describens. Matth. 10. inter Apostolos Petrum primũ nominat, nõ sufficiẽter probetur beatum Petrũ habuisse primatum: quia pari ratione beatus Iacobus dicendus esset maior B. Petro, eo ꝙ Paulus ad Gal. 2. describẽs Apostolos, cũ quibus fuerat Hierosolymis, Iacobũ præferat beato Petro, sic dicẽs. Et cùm cognouissent gratiam quæ data est mihi Iacobus & Cephas & Iohannes, qui videbãtur columnæ ecclesiæ, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, &c. vbi Petrum cepham vocat Apostolus iuxta illud Iohan. 1. Tu vocaberis cephas. Ergo videtur, ꝙ ratio illa non faciat fidem sufficientem, quòd Petrus primatũ habuerit. ¶ Secũda etiã ratio illa non videtur sufficiẽter probare primatum Petri, quæ inducta est ex illo, quòd beatus Petrus dictus est fundamentum ecclesiæ, cùm ei dictum est. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. quia pariter idem de duodecim Apostolis arguendũ esset, cùm ipsi etiam fundamenta ecclesiæ dicantur. Vnde Apoc. 21. dicitur, ꝙ murus ciuitatis. s. ecclesiæ habebat duodecim fundamenta, & in ipsis erãt nomina duodecim Apostolorũ. & ita videtur, quòd ratio illa non sufficienter probet primatum beati Petri. ¶ Tertiò etiam ratio illa non videtur sufficienter probare primatum Petri, ꝙ ex illo sumebatur, quod consequenter dictum Petro legitur. Tibi dabo claues regni cælorum. quoniam hoc idem dictum est omnibus Apostolis, sicut legitur Matth. 18. Amen dico vobis, quæcũq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunq; solueritis super terram, erũt soluta & in cælis. Claues enim regni cælorũ nihil aliud videntur, quàm potestas ligandi atq; soluendi. ¶ Quartò nec illa ratio videtur sufficienter probare primatum Petri, quæ ex illo sumebatur Iohann. vlt. Pasce oues meas. quia pascere oues spiritualiter non contingit nisi tripliciter. s. doctrina salutari, vita exemplari, & disciplina seu correctione: sed quilibet istorum modorum pascendi oues Christi communis fuit omnibus Apostolis: vniuersi enim Apostoli omnes oues Christi doctrina pascere debuerunt, ipsa veritate testante, quæ oĩbus præcipit Apostolis Matt. vlt. dic. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Omnes etiam debebant pascere vita exemplari, Christo dicente illis Matth. 5. Vos estis lux mundi. Et sequitur. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. De modo pascendi correctione & disciplina habetur Iohann. vlt. vbi Christus dixit omnibus Apostolis. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. ergo videtur quòd Christus omnibus Apostolis potestatem corrigendi alios commisit, & per consequens ratio illa non videtur sufficiens ad probãdum primatum beati Petri.

Improbatio primæ rationis quæ cum sequentibus annichilabitur. cap. 11.

1

Improbatio secũdæ pro prima parte.

Improbatio secũdæ pro secũda parte.

Improbatio septimæ rationis.

¶ In quo ponuntur aliæ rationes aduersariorum contra beati Petri primatum ex euangelijs sumptæ. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Rationes aduersariorum contra beati Petri primatum ex euangelijs sumptæ referuntur.*

Amplius

Universidad de Deusto
Biblioteca

AMplius contra ipsam principalē conclusionē, quam nos de primatu beati Petri super Apostolos cæteros firmauimus, aduersarij multa obijciūt & ex euāgelijs. ¶Primò sic. Omnes Apostoli videtur recepisse æqualem potestatem à Christo: ergo nullus eorū Christi institutione principatū habuit super alios. Consequētia patet: quia par super parem nullum noscitur principatum habere. Antecedens autem deducunt ex multis euangeliorum locis. Primò ex illo Matth. 18. cap.

1 Amen dico vobis quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis. Secundò ex illo Iohan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Ex quibus verbis dicunt aduersarij manifestè patere, quòd potestas ligandi & soluendi æqualiter data sit à Christo Petro, & alijs Apostolis. Quod etiam confirmari credūt aliquorum sanctorum patrū testimonijs. Primò authoritate beati Anacleti papæ, q vt habetur in. c. in nouo. dist. 22. inquit, q cæteri Apostoli cum beato Petro pari consortio prædiți & honorem & potestatem acceperunt. Secundò authoritate beati Cypriani, qui vt habetur in ca. loquitur dominus. 24. q. 1. dicit, q hoc cæteri Apostoli erant quod Petrus fuit pari consortio prædi-
ti & honoris & potestatis. ¶Secundò sic principaliter. Christus interdicit Apostolis dominatum & principatum potestatis, ergo sequitur, q nullus inter eos habuit primatum super alios. Cōsequētia patet: quia recipere potestatem super alios, quam non debet in eos recipiēs exercere, superfluum, & vacuum est, ac inutile: quod in operibus Christi, qui summa sapientia est, esse non potest. Antecedēs patet ex illo Matt. 20. vbi Christus inquit ita Apostolis. Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatē exercent in eos: non ita erit inter vos. &
Marc. 10. idem habetur. ¶Tertiò sic. Lucæ. 22. dicitur de Apostolis: q facta est contentio inter eos, quis eorū videretur esse maior. Dicit autē eis saluator. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocātur: vos autem non sic: sed si qs maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. &c. Ex ista authoritate aduersarij arguūt dupliciter. ¶Primò sic. Si Apostoli de maioritate, scilicet honoris, siue primatus contendebant, ergo sequitur q nullus inter eos primatum habebat. Pater consequentia: quia si habuisset, cùm eis fuisset notum, non contendissent super hoc. ¶Secundò ex eo q dominus cōtentionem resoluens dicit eis, vt singuli se minores singulis reputarent: sed hoc Apostoli facere nō potuissent, si aliquis inter eos habuisset principatum, cùm ipse seipsum alijs minorem æstimare non posset cum veritate: ergo videtur q nullus inter Apostolos habuit principatum. ¶Quartò sic. Si quis maior fuit inter Apostolos & principes, ille potiùs dici deberet, qui immediatè Christo successit in ecclesia militante, in qua Christus pōtificatum tenuit, & quam sui passione glorificauit: & ita ergo Iacobus Alphæi potius Christi vicarius & eius successor ac ecclesiæ princeps dici deberet, quàm Petrus: sed hoc non, ergo videtur quòd nec Petrus principatum habuisse dicendus sit.

Argu. primum cuius ex sequentium solutiones ponuntur. ca. 12.

Cōfirmatio

Secundum.

Tertium.

Secunda pr.

Quartum.

¶ In quo ponuntur aliquæ aduersariorum rationes ex epistolis beati Pauli collectæ. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Rationes aduersariorum ex epistolis beati Pauli contra beati Petri primatū collectæ recensentur.*

ARguunt consequenter aduersarij ex. c. 2. epistolę beati Pauli ad Gal. & maximè ex eo primò, qđ beatus Paulus de Christi Apostolis principalibus loquēs ita dicit. Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil cōtulerunt, inter quos erat Petrus: sed etiā cùm cognouissent q creditum est mihi euangelium præputij, id est, prædicandum gentibus, sicut & Petro circūcisionis, id est, Iudæis. Qui enim operatus est Petro in Apostolatu circumcisionis, operatus est mihi inter gentes. dexteras dederūt mihi & Barnabę societatis, vt nos in gētes & ipsi in circūcisionem. Ex quo loco contra Petri primatū arguūt aduersarij ex quatuor capitibus. Primò ex illo quod ait Paulus. Nihil mihi contulerunt. Ex quo patet, inquit glo. q non illis inferior fui, qui à Domino Deo adeò pfectus sum, q nihil esset, quod in collatione perfectionis meæ addiderint: q enim illis imperitis tribuit sensum, dedit & mihi. hæc glo. Ex hoc sic arguunt. Si Petrus princeps fuisset primatum habens inter Apostolos, profectò Paulus, & cæteri in ecclesia potestatē habentes, eam à Petro suscepissent, cū capitis sit influere sensum & motū regiminis cæteris mēbris omnibus. ¶Secūdo arguūt ex illo, vbi inquit Apostolus. Cùm cognouissent, q creditū est mihi euangeliū præputij sicut & Petro circūcisionis. quia in hoc videtur Paulus æquiparare se Petro, cùm innuat se potestatē recepisse inter gentes æqualem potestati Petri inter Iudæos: maximè cùm dicat glo. in hoc loco. Creditū est euangelium mihi fideli ita principaliter, sicut & Petro. Non est aūt dubiū, quin ista repugnēt principatui Petri. ¶Tertiò arguūt ex illo, qđ ait apostolus: q sibi & Barnabæ dextras societatis dederunt. Cum enim societas videatur importare paritatem quandam, non videtur princeps nominandus socius subditi siue subiecti. ¶Quartò ex illo quod sequitur. Vt nos in gentes, & ipsi in circūcisionem. vbi videtur Paulus restringere apostolatum Petri ad circūcisionem tantùm. Ex quibus dicunt manifestè videri, q ex institutiōe Christi Petrus nō fuerit Paulo nec alijs Apostolis superior. ¶Consequēter arguitur per aduersarios ex illo, quod in præfato. c. ad Gal. 2. dicit Apostolus sic. Cum autem venisset Petrus in Antiochiam, in faciē ei restiti, quia reprehensibilis erat. Ex hoc arguūt, q Paulus nequaq̄ ita publicè ausus fuisset Petrum Apostolum reprehendere, si Petrus princeps eius fuisset, aut superior: cùm præceptum legis sit Deute ro. 21. Dijs non detrahes, & principi populi non maledices. Vnde beatus Hieronymus in hoc loco inquit, & habetur. 2. q. 7. c. Paulus. q Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet, nisi se non imparem sciret. ergo videtur q Petrus non fuit Paulo maior, & per consequens nec princeps Apostolorum.

Ratio primus quæ cū sequentibus soluitur ca. 13.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

¶ In quo fiunt aduersariorum rationes cōtra Petri primatum sumptæ ex actibus Apostolorum. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Rationes aduersariorum contra beati Petri primatum ex actis Apostolorum desumptæ adducuntur.*

AMplius errorem suum aduersarij firmare nituntur ex actibus Apostolorum. ¶Et primò ex illo. Actuum. 1. vbi de electione Apostoli Mathiæ agitur: quia si Petrus habuisset pri-
matū inter Apostolos, nō concurrisset cū eis ad electionē cuiuscūq; inferioris, sed potiùs 1 sua authoritate instituisset: sed Petrus concurrit cū alijs Apostolis ad electionē Mathiæ, vt habet Act. 1. vbidicitur, q vndecim statuerūt duos. s. Ioseph, q vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Mathiā. & orantes dixerūt, &c. Et sequitur. Dederūt eis sortes, & cecidit sors super Mathiā, & annumeratꝰ est 11. Apostolis. Et sic patet, q Mathias simul electus est à Petro & abalijs. ergo sequitur q Petrus nō habuit aliquē primatū super Apostolos. ¶Secundò idē arguitur ex illo Act. 6. vbi de electiōe. 7. diaconorū ita scribitur. Cōuocātes aūt duodecim multitudinē discipulorū, dixerūt: Non est æquū, &c. Et infrà. Elegerūt Stephanū & alios sex, & statuerūt eos ante cōspectum Apostolorū, & orātes imposuerūt eis manus. Ex hoc arguūt sic. Si Petrus princeps Apostolorū fuisset, sibi præsentari debebāt electi, & non omnibus Apostolis, & ad ipsum, & nō ad oēs Apostolos confirmatio, siue manus impositio debuit ptinere: sed videmus q hoc nō est factū, sed æqualiter omnibus: ergo videtur q Petrus primatū inter Apostolos nō habuit. ¶Tertiò sic. Cōtra rationem esse videtur, q inferiores mittāt superiores. missio enim superioritatē importare videtur in mittēte respectu pſonę missæ. Nō est aūt credēdum, q Apostoli aliqd egerint contra rationem. sed Actuū. 8. habetur, q cū audissent Apostoli q recepit Samaria verbū Dei, miserunt ad illos Petrū & Iohannem. ergo videtur q Petrus non fuit superior cęteris Apostolis eum mittentibus.

Corrobora tio primæ quæ impro babitur cū

Tertia.

¶ In quo respondetur ad improbationes factas contra fundamenta quæ inducta fuerūt. c. 7. pro primatu B. Petri. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Improbationes factæ contra fundamenta, quæ pro primatu Petri suprà cap. 7. inducta fuerunt, diluuntur.*

FAcilè patebit aduersariorum improbationes superiùs inductas contra ea, ex quibus pricipaliter Petri principatū probauimus, nullius fore vigoris,

sequentibus cap. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

goris,cùm ostenderimus aliũde rationes nostras recepisse fundamẽtum,q̃ vnde aduersarij arbitrati sunt. ¶In primis quidem prima improbatio nulla est.Non enim argumẽtati sumus Petrũ apostolorum primatũ habuisse, quia inter Apostolos primò fuerit nominatus, sed qa Apostolorũ primus fuerit nuncupatus. Ait enim sic euãgelista. Duodecim nomina apostolorũ sunt hæc. primus Simõ, qui dicitur Petrus. Dictus est aũt primus,vt suprà in. c.5. diximus,prioritate apostolicæ dignitatis,nõ prioritate temporis vocationis ad Apostolatũ.Vnde gl.super hũc locũ,quæ est Rabani,dicit sic. Simõ,id est,obediẽs,qui propter primatũ apostolici ordinis vocatur Petrus,id est,firmus.Præterea q̃ B.Paulus ad Gal.2.priùs nominauit Iacobum q̃ Petrum, hoc nõ ideo fecit,q̃ Iacobus maior,aut æqualis Petro fuerit authoritate,sed vt dicit S.Th. super epistolas ad Gal. qa episcopus erat Hierosolymitanorũ,vbi hoc fiebant. Et ita dicit dñs Petrus de Tarãtasia super epistolas Pauli.¶Cæterũ secũda improbatio nulla fuit: qa non argumẽtati sumus Petrũ primatum habuisse,quia dictus fuit fundamẽtum siue petra Ecclesiæ:sed ideo,quia singulariter Petrũ alijs præsentibus Apostolis Christus petram nominauit ecclesiæ. Ex quo videtur, q̃ licẽt alijs Apostolis cõmune fuerit cũ Petro fundamentum esse ecclesiæ,vt aperte ad Eph.3. habetur.& Apoc.11.sicut infrà plenius habebitur,nihilominus Petrus post Christũ principale fundamentũ fuerit,& totius fundamẽtum ecclesiæ.Vnde beato Dio. teste, Paulus fertur Petro versus mortẽ dixisse.Pax inquit tecũ fundamẽtum ecclesiarũ, & pastor ouiũ Christi.Vnde Leo papa in sermone.3. consecrationis suæ dicit, q̃ in Petro omnium fortitudo innuitur,& diuinæ gratię ita ordinatur auxiliũ,vt firmitas,quæ per Christũ Petro attribuitur, per Petrũ apostolis cõferatur. hæc ille.¶Tertiò improbatio tertia nulla fuit:qm̃ non probauimus Petrum primatũ habuisse nec ex eo q̃ claues à Christo acceperit, nec ex eo q̃ dictũ fuerit illi: Quodcũq; ligaueris, &c.sed ex eo,q̃ ipsi singulariter alijs præsentibus Apostolis Christus claues regni cælorum promittit, & priùs tẽpore ipsi soli dicit: Quodcũq; ligaueris super terrã.&c. q̃ ipsi & alijs discipulis cõmuniter dixerit: Quæcũq; ligaueritis,&c.Vnde dicit S.Tho.in.4.di.24. Quanuis omnibus Apostolis data sit cõmuniter potestas ligandi & solvẽdi, tñ vt in hac potestate aliquis ordo significaretur, primò soli Petro data est,vt ostendatur, q̃ ab eo in alios debeat deriuari.Hoc planè manifestum signum est primatus Petri. Cæterũ ex differentia etiam verborũ, quibus Christus vsus est cùm Petro soli potestatem clauium dat,et quibus vsus est cũ illi & alijs communiter tribuit, etiã ipse Petri primatus arguitur. Nam ad Petrum vsus est his verbis:Quodcũq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cælis,&c. Ad Apostolos verò sic. Quæcũq; ligaueritis super terrã,erũt ligata & in cælo. Super quo dicit Origenes.Apostolis inquit in cęlo,non in cælis sicut Petro:quia non erãt tantæ perfectionis sicut Petrus. Et sit patet, q̃ improbatio illa aduersariorum nulla sit. ¶Quartò hoc idem facile ostenditur de improbatione quarto loco facta,& hoc propter tria.Primò, quia non sumus argumẽtati primatum beati petri ex sola pastoralis curæ cõmissione, sed ex eo,quòd præsentibus alijs Apostolis nulla de illis mentione facta, soli Petro Christus indefinitè curam gregis sui committit, dicẽs.Simon Iohannis diligis mẽ? pasce agnos meos,pasce oues meas.Vnde Theophilus in glo.ait.Præteriens autem dominus alios, Petro de talibus loquitur. eximius enim erat Apostolorum,&vertex collegij.Item beatus Grego.super Iohan.& Sãct. Tho. adducit in glo.super illud Iohan.21.Accesit Simon,& traxit rete.Petro autẽ sancta ecclesia est commissa: ipsi spũaliter dicitur Pasce oues meas. Nec obuiat huic, q̃ August. dicit, q̃ etiam hoc ad omnes dictum est:quia etsi ad omnes Apostolos dictum esse intelligatur, hoc tamen in Petri persona,tãquam à quo in alios deriuanda erat potestas, dictum est illis: per quod singularis prærogatiua primatus Petri demõstratur in hoc,q̃ figurã gessit omnium aliorũ.Vnde beatus.Aug.super Iohan. dicit, q̃ totius ecclesiæ Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personã.Secũdò nulla est aduersariorum improbatio:quoniam licẽt modus ille pascendi cõis fuisset omnibus Apostolis,non tamen æqualiter:cùm discretio potestatis fuerit inter eos,vt dicit beatus Anacletus in cap.sacrosancta.distin.22. Solus enim Petrus habuit in vniuerso orbe pascendi authoritatem, vtpote totius gregis dominici pastor.Alij verò non vniuersaliter, sed secundũ mensurã taxandã & limitandam per Petrum.Vnde glo. super illud Pascite eum qui in vobis est gregem.dicit sic.Sicut Dominus Petrum curam totius gregis habere iusserit,ita Petrus sequẽtibus iure mandat, vt eum quisque,qui secum est,gregẽ Dei sollicita gubernatione

Contra primæ rationis improbationem.

Contra improbationẽ secundæ.

Contra improbationẽ septimæ rationis.

Contra tertiæ partis improbationem.

1. Pet. 5.

natione tueatur.hæc ibi. Hãc singularitatem præeminentiæ Petri beatus Ambro. tangit super Lu. cap. vlti.exponens præfatum verbum Iohan.vlt.Petre amas me,&c. vbi sic dicit,Bene conscius sui non ad tempus assumptum,sed iam dudum Deo cognitum Petrus testificatur affectum. Quis est alius qui de se hoc facilè profiteri possit ? & ideo quia solus profitetur ex omnibus,omnibus antefertur. Hæc Ambro.Tertiò potest dici,quòd falsum aduersarij assumunt, cùm arguendo dicunt, quòd pascere oues non contingit nisi tripliciter.quod patet ex glo.Iohan.vlti. quæ Alchuini est, sic dicentis.Pascere oues, est credentes in Christo,ne à fide deficiant, confortare:terrena subsidia si necesse fuerit subditis prouidere : & exempla virtutum cum verbo prædicationis impendere:aduersarijs resistere:errantes subditos corrigere.hæc glo.Patet ergo,quòd cura pastoralis beato Petro commissa plus continet authoritatis, quàm illa contineant, quæ Petro & alijs Apostolis simul dicta fuerũt. Sed de hoc plenius inferiùs habebitur.

¶ In quo respondetur rationibus suprà cap. viij. factis contra beati Petri primatum, quæ ex Euangelio sumi videbantur. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Rationes factæ contra beati Petri primatum, quæ ex euangelio adducebantur suprà cap. viij. soluuntur.*

DAtis responsionibus ad improbationes aduersariorum inductas contra principalia fundamenta,ex quibus beatũ Petrum primatum habuisse inter Apostolos ostendimus,iam reliquũ est respõdere rationi Petri impugnant. Et primò ad eas,quæ ex euãgelio videbãtur sumi. ¶Et ad primã cum dicitur,q̃ Apostoli æqualẽ potestatẽ recepe-
1 rũt,&c. Respondetur hoc assumptũ esse falsum.Et ad probationẽ,quæ inducitur ex authoritate Matt.18.& Iohã.vlt.respõdetur,q̃ ex illis authoritatibus nihil probatur: qũ licẽt ex illis authoritatibus habeatur, q̃ potestas clauiũ sit data omnibus Apostolis,nõ tamen habetur,q̃ æqualiter data sit omnibus: sicut licet,vt inquit Apostolus,Non sit potestas nisi à Deo. non tñ sequitur,q̃ oibus rebꝰ potestatem habẽtibus potestas æqualis data sit.Et ita est in proposito, licet enim omnibꝰ Apostolis potestas clauiũ data sit, nihilominus tñ Petro, qui caput & princeps aliorum ordinabaꝫ,plenius data est:sicut ex gl.Matt. 16.superiùs inducta in.c.5.patet. Vnde inqt S.Tho.Quanuis omnibus Apostolis cõmuniter data sit potestas ligãdi & soluẽdi:tñ vt in hac potestate aliquis ordo significaretur, primò soli Petro data est,vt ostẽdatur, q̃ ab eo in alios debeat ista potestas descẽdere.propter quod ei dicit singulariter: Confirma fratres tuos. &, pasce oues meas.1.loco mei.vt Chryso. dicit. Præpositus & caput esto fratrum, vt ipsi te in loco mei assumẽtes, vbiq; terrarũ te in throno tuo sedẽtẽ prædicent, & confirmẽt.¶Ad duas aũt authoritates conseqũenter inductas. s. sanctorũ Anacleti & Cypriani,in quibus dicitur,q̃ Apostoli pari cõsortio honoris:&c.respõdetur dupliciter.Primò,q̃ cũ dicitur,Pari consortio,&c.dicimus, q̃ ly pari,nõ dicit æqualitatẽ potestatis, aut honoris,sed similitudinẽ.vñ exponẽdum est pari,i.communi,siue simili potestate.Paritas enim non tãtum æqualitatem,sed etiam similitudinẽ in sacris literis legitur designare. Vt de Leuit.18. dicitur. Cauete ne vos similiter euomat,cũ paria feceritis.glo.i. similia. Et q̃ in hac significatione nomẽ paritatis accipiẽdum sit in proposito ex sentẽtia beati Leonis papę,qui scribẽs ad Anastasiũ Thessalon. episcopũ ita dicit.Quoniã inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædã discretio potestatis : & cũ omniũ par esset electio,vni tãtum datũ est,vt cæteris præemineret.Ecce q̃ ibi Anacletus & Cyprianus dicunt: pari consortio honoris,&c. Leo papa quasi exponẽs dicit:in similitudine honoris. Secũdò respõdetur,q̃ vt suprà dictũ est in.1. lib.& in gl.c.sacrosancta.dist.22.tangitur.duplex dicitur potestas.Quædã. f. ordinis siue cõsecrationis,& quædã regiminis siue administrationis.Dicimus ergo, q̃ paritas illa, de qua loquitur Anacletus & etiam Cyprianus, accipienda est quantum ad dignitatem ordinis siue consecrationis , illa enim æqualis fuit omnibus Apostolis: non autem intelligenda est quantum ad potestatem regiminis

Ad primũ argu.c.8.

Ad confirmationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis siue administratiõis,quin in hac potestate Petrus superior & maior fuerit.Et quòd talis fuerit intentio præfatorum sanctorum,patet ex eorum dictis.Nam Anacletus in.c.prę allegato, scilicet sacrosancta.distinct.22.ita inquit. Inter beatos Apostolos quædam discretio fuit potestatis:& licèt omnes essent Apostoli,Petro tamen concessum est à domino:& ipsi inter se voluerunt idipsum,vt reliquis omnibus præesset Apostolis,& cephas, id est, caput & principatum tenere Apostolatus.Item hoc idem beatus Cyprianus designat in capit.loquitur dominus.24.q. 1.vbi post verba inducta ita subiungit. Sed ab vnitate exordium proficiscitur, vt ecclesia Christi vna monstretur. Præterea patet ex eo,q̃ infra huius ecclesiæ caput & potestatis originem dicit esse Apostolicam sedē. Ex quibus clarissimè ostenditur,quòd sententia horum sanctorum est Petrum primatum habuisse inter Apostolos, ac principatum habere in vniuersali ecclesia. ¶Ad secundam rationem respondetur negando antecedens. Et ad probationem ex cap.Matth. 20. respondetur,q̃ Christus nõ interdicit omnem dominatum ab Apostolis, siue principatum, sed tantùm dominatum, quo gentiles & homines mũdani vtuntur in subditos. Pro quo notandum iuxta sanctũ Tho.in postilla sua super Matthæ.exponendo prædictam authoritatem, q̃ dominari dupliciter accipitur. Vno modo accipitur pro præesse, & hoc modo non loquitur Christus in præfato loco Matthæi. 20.nec talis dominatus interdicitur Apostolis. Vnde Christus legit̃ dixisse Petro. Super plebem meam principem te constitui. Et de Apostolis dicitur. Constitues eos principes super omnem terram. Et de exercitio pastoralis præsidentiæ commissæ beato Petro dicitur.Simon Iohannis pasce oues meas.Alio modo dominari dicitur prout relatiuè dicitur ad seruũ. vnde sic dominari est idé quod seruiliter sibi subijcere seruum. & hoc modo sumitur in loco prælegato cũ ait dominus. Principes gentium dominantur eorum,&c. Principes enim constituti sunt ad hoc,vt bonum procurent subditis.Si verò illos volunt in seruitutem redigere,tunc abutuntur principatu, qui vtuntur liberis vt seruis. Et quia hoc consuetum erat apud gentiles, & adhuc est apud aliquos, dicit: Principes gentiũ dominãtur eorum, id est in seruitutem redigũt sibi subditos.secundùm illud.Principes tui in medio eius quasi lupi rapaces.& talis primatus siue dominatus interdicitur à Christo Apostolis, cùm ait dominus.Non erit ita inter vos. Vnde beatus Chryso. super Matth. pertractãs hoc verbum,ita inquit.Principes mũdi ideo fiunt vt dominentur minoribus suis, & abutantur vita eorum ad suas vtilitates & glorias:Principes autem ecclesiæ, vt seruiant minoribus suis,& ministrent eis quæcunque acceperunt à Christo, vt suas vtilitates negligant,& illorum procurẽt.hæc Chryso. ¶Ad tertiam rationem,quæ sumitur ex illo Lucæ. 22.Facta est contentio, &c. Respondetur ad primam partem negando consequentiam. Dicimus enim, quòd licèt Apostoli tunc nõ dum plenè cognouerint quis inter eos post Christi corporalem abscessum cæteris præsidere deberet,& ideo de hoc contenderent,nõ sequitur propter hoc, quòd Christi dispositione nullus inter eos maior esset præordinatus: imò hoc expressè innuit dominus, cùm ait:Qui maior est inter vos.&c. ¶Ad secundã partem eiusdem rationis respondetur, quòd Christus in verbis illis non docuit Apostolos, vt singuli reputarent se singulis minores inferioritate officij, seu authoritatis: nec hoc Christus suo exemplo docuit, qui dicit: Vos vocatis me magister & domine,& bene ditis.sed hoc docuit,vt quantò inter Apostolos quis esset maior, tãtò esset humilior.secũdùm illud. Quãtò maior es,tantò te humilia in omnibus. ¶Ad quartam rationem respõdetur,cùm dicitur,quòd ille debuit principatum habere inter Apostolos,qui immediatè Christo successit in ecclesia, &c. Respondemus, quòd verum est, intelligendo de successione tanquam generalis vicarius. Vnde iste solus fuit beatus Petrus, qui tanquam generalis vicarius in toto orbe Christo successit, & non Iacobus Alphęi,q̃ ab ipso Petro post Hierosolymis Episcopus est ordinatus. Vnde sanctus Thom.exponens illud Iohan.vlt. Sequere me.dicit iuxta Chrysostomũ, quòd Iacobus licèt post ascensionem Christi specialem curam illius loci habuerit, Petrus tamen vniuersalem totius ecclesiæ curam obtinuit. Quòd autem Petrus Christo immediatè etiam Hierosolymis successerit, patet ex hoc:quòd ibi officia summi põtificis quo ad prædicationem,quo ad Mathiæ electionem, & quo ad alia superiùs expressa primò inter omnes exercuit:sicut suprà in cap.quinto,copiosè monstratum est. Verùm locus Hierusalem licèt consecratione sanguinis Christi fuerit glorioſior, nihilominus tamen Roma pro successione summi põtificis fuit aptior, sicut inferiùs ostendetur.Hinc Petrus sedem specialẽ

Ad secundũ

Ad tertium.

Ad secundã partem.

Iohan. 13.

Ecclesia.

Ad quartã.

Psalm. 44.

Iohan. ulti.

Ezech. 20.

specialem suam tandem Romæ elegit,constituto Hierosolymis episcopo beato Iacobo: & hoc pulchrè, siue conuenienter,vt dicit beatus Bernardus.2.lib.de consideratione ad Eugenium.vt ibi positus suscitaret semen defuncti fratris, vbi occisus est ille. nam dictus est frater domini.

¶ In quo respondetur rationibus sumptis ex epistolis Pauli. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Rationes contra beati Petri primatum ex epistolis Pauli desumptæ diluuntur.*

Ad primã rõnem.c.9. 1

AD primam rationem sumptam ex prima parte authoritatis inductæ ex Apostolo ad Gal.2.respõdetur negando consequentiã: quantum Apostolus Paulus in prædictis verbis non negat se aliquid authoritatis à Petro suscepisse:sed tantùm ostendit veritatem euangelij sui ex collatione cũ alijs Apostolis,& eorum approbatiõe. Ascẽdit enim, vt dicit in principio eiusdem.c. post. 14. annos à passione Christi Hierosolymam,& cõtulit cum Petro & alijs secum stantibus euangelium quod prædicabat in gentibus, & ostendit tria.Primò, quòd alij Apostoli, cum quibus contulit, nihil in sua prædicatione correxerunt quasi falsum. Secundò,quòd nihil suppleuerunt,vel addiderunt quasi diminutum. Tertiò quòd eũ in societatem suam receperunt tanquam verũ Apostolum: propter quod ex parte perfectionis doctrinæ,vt dicit glo.nõ fuit inferior alijs Apostolis, qui ita à Deo perfectus fuit,vt nihil esset quod in collatione perfectionis suæ adderent. Dei enim perfecta sunt opera. Deutero. 32. Et ita patet,quomodo, siue in quo Paulus non dicebatur inferior Petro,scilicet in duobus.Primo in hoc,q̃ à Christo immediatè erat institutus Apostolus vt Petrus.& alij.Secundò in hoc, quod adeo perfectè instructus in euangelio erat sicut & ipse Petrus.Non autem dictus est par Petro in potestate iurisdictionis:quoniam non latebat ipsum Paulum Petrum caput esse ecclesiæ. vnde eum vocat cephas, quod caput secundùm linguam Græcam sonat.vt dicit beatus Isido. Cæterùm licèt Paulus non immediatè à Petro Apostolatus officium susceperit, sicut nec alij Apostoli,sed à Christo immediatè,non sequitur, q̃ beatus Petrus non fuerit Pauli sicut & aliorum Apostolorum princeps & prælatus.Sicut enim superiùs in ca.præcedenti diximus, licèt potestatem Christi reliquis Apostolis contulerit, in ordine tamen ad Petrum contulit eis,cui primò singulariter ait:Tibi dabo claues regni cælorum,&c. In cuius signũ beatus Paulus licèt à Deo esset immediatè gentium prædicator constitutus, nihilominus ad Petrum venit cum eo de euãgelio suo collaturus.de quo Hiero.in epistola ad Aug.22. Denique tantæ authoritatis Petrus fuit, vt Paulus in epistola sua scribat: Deinde post tres annos veni Hierosolymam videre Petrum:& mansi apud eum diebus quindecim. Rursumq; in sequentibus post annos quatuordecim ascendi iterum Hierosolymam cum Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem secundùm reuelationem, & exposui eis euangelium, quod prædicaui inter gentes. Ostendens non habuisse securitatem euangelij prædicandi,nisi Petri, & eorũ, qui cum eo erant,fuisset sentẽtia roboratum.hæc Hiero. ¶Ad secundam rationem, quæ ex secunda parte inductæ authoritatis ad Gal.2.assumebatur,respondetur negãdo,q̃ per illa verba Paulus æquiparare se vellet Petro in potestate regiminis,quẽ sciebat rectorem constitutum & caput totius vniuersitatis ecclesiæ:nec Paulus credidit Petri potestatem restrictam esse solùm ad circumcisos, licèt appropriatè pro illo tempore ad illos specialiter verbum prædicationis extenderet:quoniam Petrus in Antiochia sedit, & in Hierusalem, & multos conuertit ibidem & alibi ex gentibus,sicut patet Actuum.10.de Cornelio.&.11.vbi reprehensus legitur à circumcisis fratribus,q̃ ad gentes ingressus fuisset,et cum conuersis ex gentibus manducasset. Ad id autem quod glo. dicit, q̃ ita principaliter sicut Petro erat sibi creditum euãgelium,Respondetur,q̃ly principaliter, vt exponit magister Nicolaus gorrã in postilla sua super epistolas Pauli.dicit esse intelligẽdum quo ad ad officium prædicationis, non quo ad officium prælationis:quod ex ipsis verbis Pauli manifestè colligitur. Paritas autem hæc potestatem ordinis, quæ par fuit in Apostolis, vt suprà declarauimus,respicit,non autẽ potestatem iurisdictionis. ¶Ad tertiam rationem,quæ ex tertia parte authoritatis præfatæ assumebatur, respondetur negando consequentiam.

Ad secũdã.

Ad tertiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequentiam. Sicut enim ex hoc quòd Christus Iohann. 20. ca. vocat Apostolos fratres, non sequitur, quòd non fuerit eis superior. Similiter sicut nec ex hoc, quòd papa episcopos vocat fratres, in aliquo primatui apostolico derogatur. Ita nec ex hoc, quòd Petrus frater & socius dictus sit Pauli modo prædicto, sequitur quòd non fuerit princeps eius ac superior. Præterea falsum est quod assumitur, videlicet q̃ princeps ac superior nunquã dicatur subditos habere socios. nam. 1. Reg. 23. cap. dicitur: Iuit rex Saul & socij eius ad

Ad quartã. quærendum Dauid. ¶ Ad quartam rationem sumptam ex quarta parte supradictæ authoritatis respondetur falsum esse, q̃ Paulus crediderit Petri potestatem restrictam esse solùm ad circuncisos: imò eius authoritas & potestas etiam ad gentes se extendit: sicut in responsione ad secundam rationem diximus. Quod etiam manifestè colligitur Actuũ. 10. vbi ostenso sibi linteo pleno animalibus, dictum est ei: Surge Petre, occide, & manduca. vbi glo. interli. ita dicit. 1. recipe ad vnitatem corporis ecclesiæ, cuius Petrus princeps: &

Ad quintã. occide in gentibus quod fuerant, & fac quod es. ¶ Ad vltimam rationem, quæ sumpta est ex illo loco in eadem epistola, vbi Apostolus Paulus dicitur Petro in faciem restitisse. respondetur negando consequentiam. Quoniam ex hoc q̃ Paulus restitit in illo casu Petro in faciem publicè, non sequitur, q̃ maior, aut par in authoritate Petro fuerit: quoniam vbi imminet periculũ fidei siue animarum, subditi etiam publicè possunt in faciem resistere prælatis suis, vt beatus Gregor. inquit & habetur in cap. Paulus. 2. quæst. 7. vbi ita dicit. Paulus dicit: seniorem ne increpaueris, sed hæc eius regula in eo reseruanda est, cùm culpa senioris suo exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum. Ex hac inquit beatus Thom. in. 2. 2. Paulus licet esset subditus Petri, propter imminens scandali periculum circa fidem Petrum publicè arguit. Et sicut glossa dicit ad Galat. 2. cap. Petrus exemplum maioribus tribuit, vt siquibi fortè rectum reliquissent, non dedignarentur etiam à posterioribus corrigi. Id autem quod inducebatur Deutero. 21. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. non facit ad propositum: quoniam talis reprehensio nec est detractio, nec est maledictio. Ad glo. autem Hiero. dicentem, quòd Paulus Petrum reprehendisse non auderet, nisi se illi non imparem sciret. dicit Gratianus in cap. Paulus. 2. quæst. 7. ita. Hoc non de officio ecclesiastì cæ dignitatis, sed de paritate vitæ & sanctitate conuersationis intelligitur. Solus enim Petrus inquit inter Apostolos primatum gerebat. Sed melius videtur dicendum iuxta Sanctum Thom. in. 2. 2. quæst. 34. articul. 4. quòd Paulus erat par Petro quo ad fidei desensionem, non quo ad dignitatem prælationis: quoniam de paritate vitæ aut conuersationis sanctitate non bene videtur intelligendum, cùm Paulus dicat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. vbi glos. magistri, ita ait, id est non ideo me iustum puto, quia potest esse quod nescio. Delicta enim quis intelligit? & quis gloriatur se mundum habere cor, &c. humiliat se Apostolus hoc dicens, vt homo loquitur, qui potest habere culpam nescius. hæc glo.

¶ In quo respondetur rationibus aduersariorum, quæ sumuntur ca. 10. ex actibus Apostolorum. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Rationes ex Actis Apostolorum contrà beati Petri primatum decerpt e soluuntur.*

Ad corrobo rationẽ pri mam. c. 10. 1

A D rationẽ primam sumptam ex cap. 1. Actuum Apostolorum respondetur negãdo consequẽtiam. Et ratio est: quoniam licèt Petrus non solus, sed simul cum alijs elegerit Mathiam: non est factum ex defectu potestatis, quæ fuerit in Petro ad electionem illam faciendam, cùm princeps Apostolorum foret. Vnde super illud. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. dicit glo. interli. Pastor pro ouibus loquitur: sed factum est religiosa intentione pacis, & vnitatis causa. Quod manifestè beatus Chrysost. exponens hunc locum supra actus Apostolorum, profitetur, ita dicit. Petrus vt inflammatus, & sicut ille, cui à Christo commissum erat ouile, & vt princeps Apostolorum semper primus incœpit sermonem. Vide autẽ quia Petrus omnia facit communi omnium voluntate, nihil agit principaliter, aut dominatiuè. Et infrà. Oportet ergo ex his, qui nobiscum sunt

sunt viris in omni tempore. Quare ita palàm omnibus loquitur? ne contentiosè res fierẽt, & ad litem deuenirent, & ideo scandala vitabat. Quapropter incipiens dicit. Viri fratres, oportet eligi ex vobis. Multitudini populi electionẽ concedit, vt et ipse à contentione liberaretur, & alijs honor exhiberetur. Et infrà. Quid ergo, &c. Eum eligere non poterat? vtique poterat: sed ne videretur ipse gratiam dare, ideo nõ fecit. Et infrà. Centum & viginti erant, & vnũ quærit ex omni multitudine. Opportunè verò primus Petrus huiusmodi rei dñatur, quia ipse oẽs in potestate acceperat: ad eum enim dixit Christus: Et tu aliquãdo cõuersus confirma fratres tuos. hæc Chryso. Ex qua expositione beati Chryso. multa aduersariorum deliramenta confunduntur, quæ ex falsa intelligentia libri Actuum Apo

Ad secundã stolorum conflata sunt. ¶ Ad secundam rationem, quæ sumitur ex. c. 6. de electione. 7. diaconorum, patet responsio ex responsione data ad rationem superiorẽ, negando consequentiam. Cuius ratio est: quoniã non obstat primatui siue principatui beati Petri, q̃ ad id, quod solus agere poterat, alij Apostoli secum ad agendum cõuenirent: cùm hoc nõ ex eo factum sit, q̃ alij Apostoli maioris potestatis essent quàm solus Petrus: aut quòd Petrus eguerit illorum adiutorio potestatis, sed factum est ita rationibus iam dictis iuxta beatum Chryso. videlicet vt contentio vitaretur: vt honor etiam alijs exhiberetur Apostolis: & vt in Petri obseruantia doctrina magistri sui resulgeret. Qui maior est in vobis,

Ad tertiam fiat sicut minister. ¶ Ad tertiam rationem sumptam ex cap. 8. de missione Petri respondetur, quòd assumptum est falsum, videlicet quòd omnis missio importet superioritatem in mittente respectu missi. Hoc enim fuit vnum de fundamẽtis Arrij ad ponendum inæqualitatem substantiæ & potestatis in diuinis personis: quia in scriptura sancta legitur & pater mittere, & filius & Spiritus sanctus leguntur mitti. vt ex. 4. de tri. beati Augusti. apertè colligitur. Præfatum etiam fundamentum aduersariorum fuit vnum de fundamentis Armenorum contra primatum Romani pont. vt deducit dominus Richardus in libr. de quæstionibus Armenorum. libr 7. cap. 3. Item quòd sit falsum præsuppositum illud, patet ex illo Matth. 2. vbi dicitur: Herodes mittẽs tres reges magos, qui venerãt adorare Dominum in Bethleem, dixit eis: Ite, & interrogate diligenter de puero, &c. & tamen clarum est, quòd Herodes nullam authoritatis superioritatem habebat supra reges prædictos. Cæterùm Genes. 41. dicit Ioseph fratribus suis. Mittite ex vobis vnum, vt adducat fratrem vestrum minimũ. Planum est, quòd huiusmodi missio non importabat superioritatem authoritatis in mittentibus respectu missi. Dicitur ergo, quòd est missio videlicet secundùm authoritatis imperiũ, vt seruus mittitur à Domino: quemadmodum rex mittit Senescalcum, aut papa legatum. Alia est secundùm consilium: vt consiliarij, siue Senatus dicitur mittere regem ad bellandum. Illos duos modos missionis tangit Sanctus Tho. in. 1. parte. quæst. 43. articul. 1. Tertius modus est secundùm authoritatem amoris: sicut quandoque socij, aut etiam inferiores mittunt nuntium, siue ambasiatorem ad regem siue papã aliquem maiorem inter eos, respectu cuius nullam habent authoritatem prælationis, sed tantùm amoris. Qua distinctione habita, potest dupliciter dici. Primò, quòd Apostoli non miserunt authoritatis imperio, sed miserũt eum prouidentiæ consilio, suggerentes ei, vt ipse iret, vtpote magis accommodus. Tum ratione authoritatis. Tum quia præ cæteris maiori splendebat miraculorum gratia. Talis autem missio non dicit superioritatem authoritatis in mittente. Et q̃ talis fuerit illa missio, videtur apertè colligi ex glo. ordi. eiusdẽ textus, quæ dicit sic. Petrus Iohannem associat sibi: quia virginitas ecclesiæ grata est, & placet. Planè si ista missio facta fuisset ab alio quo superiori, non diceretur, q̃ Petrus associat sibi Iohannem: sed diceretur magis, q̃ Iohannes associatus sibi esset ab alijs. Secundò potest dici, q̃ ista missio, qua Petrus dicitur missus ab Apostolis, fuit vt dicit dominus Vlricus in summa sua theologiæ. authoritate amoris, qui gradum nescit: non authoritate prælationis, cùm Petrus vertex fuerit Apostolorum. hæc ille.

¶ Quòd beatus Petrus non solùm inter Apostolos, sed super omnes fideles in toto orbe terrarum habuit principatum. Cap. XV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Petrus Apostolus quòd non solùm inter Apostolos, sed etiam supra omnes fideles in toto orbe terrarum principatum habuerit, tam sacrarum scripturarum testimonijs, quàm rationibus efficacibus facilè ostenditur.*

1 QVòd verò beatus Petrus nõ solùm aliorũ Apostolorum princeps fuerit, sed in totum Christianum orbem principatum & prælationis habuerit authoritatem, tam sacrarum scripturarum testimonijs, quàm rationibus efficacibus facilè ostendemus. ¶ Imprimis ex eo, q; Matth. 16. inquit dominus. Tu es Petrus, & super hãc Petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum. Quod verbum beatus Chrysostо. super Matth. pertractans, ita inquit, prout inducit Sanctus Tho. Filius quod patris est & ipsius filij potestatẽ Petro vniuersaliter concessit vbique terrarum: & homini mortali omnium, quæ in cælo sunt, dedit authoritatẽ, dando ei claues ad hoc, vt ecclesiam vbique amplificet. Item super Actis Apostolorum idem beatus Chryso. ita propositum optimè confirmat. Petrus Apostolus à filio super omnes, qui filij sunt, potestatem accepit: non vt Moyses in gẽte vna, sed in vniuerso orbe. ¶ Secundò idem trahitur ex illo Iohan. vlti. vbi Christus Petro ait. Simon Iohannis pasce oues meas. inter has & illas nõ distinguẽs, sed vniuersas eius curæ commendat. Vnde beatus Chryso. exponens hoc verbum, sic ait. Pasce oues meas. i. loco mei præpositus & caput esto fratrũ: vt ipsi te in loco meo assumentes, vbiq; terrarum te in throno tuo sedentem prædicent, & confirment. ¶ Tertiò idem ostenditur ex illo Iohan. etiam vlt. cap. vbi Christus ait Petro: Sequere me. Quod verbũ non tam intelligi debet de genere martyrij, quàm de ordine magisterij. Nam & Andræas & quidam alij præter Petrum in crucifixione secuti sunt Christum, sed solum sibi Petrum substituit dominus & in officio vicarium, & in martyrio successorem. Vnde Sanctus Thom. exponens hunc locum de vtroq; dicit sic: vel secundum Chryso. Sequere me in prælationis officio. quasi dicat. sicut ego habeo à Deo patre curam ecclesiæ: Postula à me, & dabo tibi gentes, &c. ita tu loco mei sis supra totam ecclesiam. Vnde Theophilus super eodem verbo inquit. Per hoc, q; dominus ait Petro: sequere me. cunctorum fidelium prælatum eum instituit. Et beatus Bernar. ad Eugenium lib. 2. de consideratione. cap. 6. ex hoc loco euangelij amplitudinem principatus Apostolici probans ita illi inquit. Tu es, cui traditæ sunt claues regni cælorum: cui oues traditæ sunt. Sũt quidẽ & alij cęli ianitores, & gregum pastores: sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrunq; præ cæteris hæreditasti. Habent alij assignatos greges singuli singulos, tibi vniuersi crediti sunt: vnus vni nec modò ouium, sed & pastorum: tu vnus omnium pastor. Vnde illud probetur quæris: ex verbo domini, cui non dico episcoporum, sed Apostolorum etiam sic absolutè & indistincte totæ cõmissæ sunt oues. Si me inquit amas, pasce oues: quas? illius vel illius populi, ciuitatis, aut regionis, aut certè regni? Oues inquit meas, cui nõ planum non designasse aliquis, sed assignasse omnes? Nihil excipitur, vbi dicitur nihil: & fortè præsentes cæteri discipuli erant, cùm committẽs ecclesiam vni, vnitatem omnibus commendaret in vno grege, in vno pastore, secũdum illud: Vna est columba mea, formosa mea, perfecta mea. Vbi vnitas, ibi perfectio: reliqui numeri perfectionem non habent, sed distinctionem, recedẽtes ab vnitate. Inde est, quòd alij singulas sortiti sunt plebes scientes sacramẽtum. Deniq; Iacobus, qui vocatur columna ecclesiæ, vna contentus Hierosolymitana Petro vniuersitatem cedens. Pulchrè verò ibi positus est suscitare semen defuncti fratris, vbi occisus est ille. nam dictus est frater domini. Porrò sedẽte domini fratre, quis se ingerat alter prærogatiuæ Petri? ergo iuxta canones tuos alij in partem sollicitudinis, tu in plenitudinẽ potestatis vocatus es. &c. ¶ Quartò eadem sententia colligitur ex illo Iohann. in eodem cap. vbi solus Petrus super mare venire iussus est: per quod dabatur intelligi, q; totum mundum per mare designatum sub vna ditione obtineret. Vnde beatus Bernar. vbi suprà ita prefato põtifici subinfert. Accipe illud, quod nihilominus prærogatiuam tuam confirmat. Discipuli nauigabãt, & dominus apparebat in littore: sciẽs Petrus quia dominus est, in mare se misit, & sic venit ad ipsum, alijs in nauigijs venientibus. Quid istud est? nempè signum singularis pontificij Petri: per hoc nõ nauim vnam, vt cæteri quisq; suam, sed seculum ipsum susceperit gubernandum. Mare enim seculum: naues ecclesiæ. Hinc est etiam, quod altera vice instar domini gradiẽs supra aquas, vnicum

Psal. 2.

cum se Christi vicarium designauit: qui non vni populo, sed cunctis præesse deberet. siquidem aquæ multæ populi. itaq; cum quibusque cæterorum sua tibi vna commissa est naui[b9] facta ex omnibus ipsa vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Hæc Bernar. ¶ Quintò pontificatus Apostolici vniuersitas ostenditur ex eo, quod consequẽter in eodem euangelio Iohannis sequitur: vbi legitur Petrus solus ascendisse, & traxisse rete in terram plenũ magnis piscibus. Super quo beatus Gregor. rationem assignans huiusmodi inquit. Ipsi enim sancta ecclesia est commissa. ipsi dicitur specialiter: pasce oues meas. hoc autem ipse nunc præfigurat in opere: nam pisces ad soliditatem littoris pertrahit: quia stabilitatem æternæ patriæ fidelibus ostendit. ¶ Sextò idem ostenditur ex illo Actuum. 10. vbi soli Petro ostensum est linteum submissum de cælo, & super eum solũ submissum, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ & volatilia: & sibi soli dictum est de omnibus illis animalibus: Surge Petre, occide, & manduca. Quod linteum nemo ambigit vniuersum mundum cum cunctis hominibus diuersorum rituum designare. Nec dubium, quin occidere & manducare non aliud erat, quàm peruersos mores in ipsis præscindere, & eos in sua persona toti incorporare ecclesiæ, vt satis colligitur ex gloss. interli. Vnde & beatus August. tractans hoc verbum super illud Psalm. 30. Potabunt omnes bestiæ agri. ad propositum nostrum de extensione principatus Petri in omnes homines fideles quarumcunque nationum ita loquitur. Quatuor enim lineis vas submissum est de cælo Petro, vbi erant omnis generis animalia, & sonuit ei vox. Surge Petre, macta, & manduca. omnes enim mactat Petrus in eo, quòd mali sunt, & manducat in corpus ecclesiæ traijciendo. Et infrà. Omnes enim erant in arca: omnes in disco: omnes mactat Petrus, & manducat omnes. Hæc August. ¶ Septimò hoc idem ostenditur ex illo, quod ecclesia per totum orbem in festo beati Petri Apostoli dicit ad Petrum: Tu es pastor ouium, princeps Apostolorum: tibi tradidit Deus omnia regna mundi. ¶ Octauò ex illo, quod in eadem historia fertur Dominus dixisse Petro. Simon Petre antequam de naui vocarem te, noui te, & super plebem meam principem te constitui. plebs autem Christi tota vniuersalis ecclesia dicitur. Relinquitur ergo ex inductis sacræ scripturæ testimonijs clarissimum, quòd beatus Petrus fuit, & nunc eius successor habet authoritatem prælationis super totam ecclesiam Christi, vt veraciter sit seruus ille, de quo dicit Christus. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. glõ. dicit, id est, ecclesiam. ¶ Nonò hoc idem ostenditur ex concilio Chalcedonẽsi. quod Sanctus Thomas in tractatu contra errores Græcorum in cap. 67. inducit ad hoc probandum, scilicet, quòd prædictus Christi vicarius in totam ecclesiam vniuersalẽ prælationem obtineat. Legitur enim in Chalcedonẽsi concilio, quòd tota synodus Leoni papæ acclamauit: Leo sanctissimus Apostolicus & œcumenicus, id est, vniuersalis Patriarcha, per multos annos viuat. Item inducit Chrysost. super Iohann. dicens. Iacobum localiter in loco terminat: Petrum autem totius orbis ordinat magistrum & doctorem. ¶ Hoc etiã ratione sic ostenditur. Princeps, lex, & finis videntur sic commensurata, vt sibiinuicem paris sint vniuersalitatis & extensionis: principium, scilicet, regulatiuum: medium quo: & finis ad quem: sed sic est quòd lex euangelica, secundùm quam pontifex ecclesiasticus regit ecclesiam, & finis quem intendit in regimine ecclesiæ ipse princeps ecclesiasticus, scilicet, suprema beatitudo, se extendit ad omnem hominem fidelem, ad omnem sexum, & ad omnem statum: ergo ad omnes fideles cuiuscunq; conditionis & status existant congregatos simul localiter siue dispersos per orbem extenditur authoritas regiminis & administrationis summi pontificis. Ex quibus apertissimè conuincitur error dicentiũ beatum Petrum, siue Romanum pontificem non habere primatum siue principatum super totam ecclesiam. De cuius erroris grauitate beatus Thomas contra errorem Græcorum in cap. 66. ita loquitur. Similis aũt error est dicentium Christi vicarium Romanæ ecclesiæ pontificem non habere vniuersalis ecclesiæ primatum, errori dicentium Spiritumsanctum à filio non procedere. Ipse enim Christus Dei filius suam ecclesiam consecrat, & sibi consignat Spiritusancto quasi suo charactere & sigillo, vt ex suprapositis authoritatibus manifestè habetur: & similiter Christi vicarius suo primatu & prouidentia vniuersalem ecclesiam tanquã fidelis minister Christo subiectam conseruat. hæc Sanctus Thom.

Luc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In quo ponuntur aduersariorũ obiectiones contra id quod dictum est, ꝙ Romanus Pontifex habeat vniuersalis ecclesiæ primatum: & responsio ad illas. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones tres cum responsionibus ad illas aduersus id quod dicitur, quod Romanus pontifex sit ecclesiæ primas.*

Argumentum primum. 1

AVersus prædicta arguunt aduersarij ex aliquibus authoritatibus sanctorum. ¶ Primò ex cap. Primæ sedis. 99. dist. vbi ex concilio Africano habetur, quòd primus omnis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantùm primæ sedis episcopus. *Secundum.* ¶ Secundò arguunt ex cap. Nullus. eod. distinct. in quo habetur, quod Romanus pontifex non appelletur vniuersalis. *Tertium.* ¶ Tertio ad idem arguunt ex cap. sequenti. ecce. in quo beatus Grego. vniuersalẽ se vocari prohibet. Sed istis non est difficile respondere.

Ad primũ. ¶ Ad primam enim dicimus, quòd non sit ad propositum: quoniam cap. illud non loquitur de episcopo primæ sedis simpliciter, quæ est Romana, sed de primæ sedis, scilicet Patriarchalis Pontifice. Vnde gloss. supra illud cap. ita habet. Primæ, id est Patriarchalis: aliàs papa bene. Eodem modo exponit dominus Archidiaconus dic. Primæ sedis, id est Patriarchalis. *Ad secundum et tertium.* ¶ Ad alia duo sequentia, quæ loquuntur de Romano Pontifice dicimus, quod non ideo prohibitum est Romanum pontifi. vocari vniuersalem, quia non sit vniuersalis pastor totius ecclesiæ & caput vniuersalis ecclesiæ: cum in concilio Chalcedonen. acclamatũ legatur beatissimo Leoni papæ, Viuat Leo sanctissimus œcumenicus, id est, vniuersalis Patriarcha. Præterea multi sancti pontifices ita se nominasse in suis epistolis leguntur. Vnde beatus Sixtus scribens omnibus episcopis ita in. 2. epistola, vt recitat beatus Isido. in li. pontificum loquitur. Sixtus vniuersalis Apostolicæ ecclesiæ episcopus omnibus episcopis, &c. Item Sanctus Victor papa in epistola, de pascha & baptismo Theophilo Alexand. directa sic scribit. Victor Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ episcopus. Item Sanctus Eleutherius in epistola, quam vniuersis episcopis per Galliæ prouincias scribit, dicit sic in fine. Huius rei gratia vniuersalis nobis à Christo Iesu cõmissa est ecclesia. Sed ideo prohibetur vocari vniuersalis. ¶ Tum propter humilitatem. Tum quia non præficitur cuilibet particulari ecclesiæ vt proprius & specialis illius ecclesiæ rector & immediatus administrator. Vnde Sanctus Thom. in li. contra impugnantes religionem ad hoc cap. respondens dicit sic. Quod autem papa vniuersalem pontificem se prohibet nominari, nõ ideo hoc est, quòd ipse non habeat authoritatem immediatam & plenam in qualibet ecclesia: sed quia non præficitur cuilibet particulari ecclesiæ vt proprius & specialis illius ecclesiæ rector: sic enim cessarent omnium aliorum pontificum potestates. & hoc cap. inductum nullus pro ratione induxit. hæc Sanctus Thom.

¶ Quibus rationibus beatus Petrus fundamentum ecclesiæ dictus est. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Apostolus quòd Ecclesiæ fundamentum dictus fuerit, quibus de causis ostendatur.*

POstquam probatissimis testimonijs ostendimus beatum Petrum Apostolum inter Apostolos habuisse primatum, & ecclesiæ principem ac rectorem à Christo institutum esse: persecutabimur consequenter, quibus de causis fundamentum ecclesiæ dictus sit. ¶ Dicimus autem, ꝙ etsi omnibus 1
Apostolis fundamenti vocabulum attributum legamus, iuxta illud. Fundamenta eius *psalm. 86.*
in montibus sanctis. glo. id est, in Apostolis. Et Apoc. 21. dicat. Murus ciuitatis. i. ecclesiæ habens fundamenta. 12. & in ipsis. 12. nomina. 12. Apostolorũ. Et hoc quia oẽs Apostoli fundauerunt ecclesiam in fide & doctrina Christi. Sicut fundauerat Apostolus Paulus, qui dicebat, Vt sapiens architectus fun- *1. Corin. 3.*
damentum posui. gloss. fidem Christi non aliam.

aliam. Nihilominus singulari quadam prærogatiua beatus Petrus post Christum fuit, & dictus est ecclesiæ fundamentum. Vnde Matthæi. 16. ita Christus singulariter Petro loquitur. Ego dico tibi Petre quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Quod verbum pertractans beatus Hiero. in commentario ita inquit. Tu mihi dixisti: tu es Christus filius Dei viui: & ego dico tibi sermone non cassò, & nullum opus habente, sed dico tibi quia meum dixisse fecisse est: quia tu es Petrus. Sicut enim lumen Apostolis, donauit vt lumen mundi appellarentur, & cætera, quæ à domino dicta sunt vocabula: ita & Simoni, qui credebat in petram Christum, petræ largitus est nomen: ac secundùm metaphoram petræ rectè dicitur ei ædificabo ecclesiam meam super te. & hoc est quod sequitur. & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam. hæc Hiero. Percurrẽtes autem nos plures sanctorum patrum expositiones & commentaria, inuenimus multis rationibus siue considerationibus nomen fundamẽti siue petræ Petro conuenientissimè apertissimeque attributum.

¶ Primò quidem ratione illius glorioſissimę confessionis, qua Christum præ cæteris omnibus Apostolis Christum confessus est, *Matth. 16.* dicens. Tu es Christus filius Dei viui. Confessio certè omni laude digna, in qua totius ecclesiæ fides offertur, vt inquit Augu. Christum enim & Deum verum ac hominem verum confitetur, vt inquit glo. Confessio certè salutifera ac necessaria, absque qua nullus cælorum regnum ingreditur, vt inquit gloss. Hanc rationem tangit beatus Maximus in sermone Apostolorum Petri & Pauli, qui incipit. Glorioſissimos Christianæ fidei principes. ita dicens. Hic est Petrus, cui Christus dominus communionem libenter indulsit. Vt enim, sicut Apostolus Paulus edocuit, petra autem erat Christus: ita per Christum Petrus factus est petra. dicente enim domino: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Nam sicut in deserto iussu dominico sitienti populo aqua effluxit è petra: ita vniuerso mundo perfidiæ ariditate lassanti de ore Petri fons salutiferæ confessionis emersit. hæc ille. Et Leo sanctissimus in sermone. ij. ordinationis de hac Petri confessione ita loquitur. Tu es Christus filius Dei viui. Quotidie Petrus dicit, & omnis lingua, quæ dominum confitetur, magisterio huiusmodi vocis imbuitur. Hæc fides diabolum vincit, & captiuorum eius vincula dissolvit. Hæc exutos mũdo inserit cælo: & portæ inferi aduersus eam prævalere non possunt. Tanta enim diuinitus soliditate munita est, vt eam nec hæretica vnquam corrumpere prauitas, nec pagana potuerit superare perfidia. ¶ Secundò beatus Petrus dictus est conuenientissimè ecclesiæ fundamentum, quia primus in nationibus fidei iecit fundamenta, vt inquit Ambro. in cap. Fidelior. 50. distin. Siue vt inquit beatus Anacletus in cap. In nouo. dist. 21. Primus ad fidem virtute suę prædicationis adduxit, verboque instituit. Ipse enim Apostolus Petrus primos Iudæos primos Gentiles post Christi Ascensionem ad Christi fidem conuertit. Vnde die Pentecostes ob eius exhortatiõis verbum circiter Iudæorum tria milia conuersa baptismi Sacramentum suscepisse leguntur, ac deinde *Act. 2.* Cornelium Centurionem gentilem, & suos quasi gentium primitias baptizasse actuum historia testatur. ¶ Tertiò Petrus dictus est ecclesię fundamentum propter constantiam singularem, ac insuperabilem fidei firmitatem. de quo beatus Leo papa tractans in sermone. 1. consecrationis suæ illud Lucæ. 22. Ecce Simon Sathanas expetiuit vos. ita loquitur. Commune erat omnibus Apostolis periculum de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant: quoniam diabolus omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à domino Petri cura susciptur, & pro fide Petri propriè supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit in Petro. Ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Christum Petro attribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. ¶ Quartò beatus Petrus conuenientissimè ecclesię dicitur fundamentum: quoniam aliorum omnium factus est fundamentũ & firmamẽtum. Vnde dominus ait Lucæ. 22. Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quod verbum pertractans beatus Ambro. lib. 1. homiliarũ. & habetur in cap. Fidelior. dist. 50. ita inquit. Fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam repperit, quàm amisit. Tanquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit: vt qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui se interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret. Hæc ille. Item Theophilus tractãs præfatum verbum, Confirma fratres tuos. ita inquit. Hoc enim decet te, qui mecum ro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bur es,& petra ecclesiæ. Item Chryso. super illo verbo Matthæi. 16. Tu es Petrus,&c. ita proposito nostro alludit, sic dicens. Vide qualiter Christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligentiam: hæc enim promittit, quæ sunt propria Dei solius, scilicet, soluere peccata, & ecclesiã immutabilẽ siue non conuertibilem inter tot persecutionum & tempestatum procellas facere. Ad idem beatus Hilarius super eodem verbo ita loquitur. Est autem in nuncupatione noui nominis felix ecclesiæ fundamentum digna ædificatione illius petra, quæ inferi leges, & tartari portas, & omnia claustra mortis dissolueret. hæc ille. Item Damasus papa scribẽs Stephano archiepiscopo sic inquit ad propositum. Sitis fratres charissimi firmamentum à Deo fixum, & immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est omnium episcoporum apostolicã sedem esse constitutam, & verticem ecclesiarum: Tu es enim, sicut diuinum pronuntiat veraciter verbum, Petrus: & super firmamentum tuum ecclesiæ columnæ, quæ episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt. & tibi claues regni cælorum commisi, atque ligare & soluere potestatem & quæ in cælis sunt, & quæ in terris promulgaui. hæc ille. Item Leo papa in sermone. 3. ordinationis suæ. pertractans illud Matthæi. 16. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, &c. ita pulchrè ad propositum loquitur. Ego dico tibi. hoc est: sicut tibi pater meus manifestauit diuinitatem meam, ita & ego notam facio tibi excellẽtiam tuam: quia tu es Petrus, id est, cùm ego sim inuiolabilis petra: ego lapis angularis, qui facio vtraq; vnum: ego fundamentum, præter quod nemo potest ponere aliud: tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris: vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam: super hanc inquit fortitudinem æternum extruam templum, & ecclesiæ meæ cælo inferenda sublimitas in huius fidei firmitate consurget. hæc ille. Ad idem est beatus Grego. papa in epistola ad Syracusanum episcopum. Quis nesciat sanctã ecclesiam in apostolorum principis soliditate firmatam: qui firmitatẽ mentis traxit in nomine, vt Petrus à petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo claues regni cælorum. Item, Pasce oues meas. Itaq; cum multi sint Apostoli, pro ipsorum principatu sola Apostolorum principis sedes in auctoritate conualuit. ¶ Quintò ecclesiæ fundamentum Petrus dictus est propter eius cathedræ insuperabile magisterium, in qua, vt in cap. In sede. & in cap. Hæc est fides. 24. quæst. 1. habetur. extra maculam semper est catholica seruata religio. Quocirca beatus Hiero. in ca. Quoniam vetus. Ibidem clamat cathedræ Petri communione consocior: super illam Petram ecclesiam fundatam scio: quicũq; extra hanc domum agnũ comederit, prophanus est: qui in arca non fuerit, peribit regnante diluuio. Et Cyprianus. Qui cathedram Petri, supra quam fundata est ecclesia, deserit, in ecclesia esse non confidat. ¶ Sextò Petrus ecclesiæ fundamentum dictus est ratione sui primatus: cuius sedis authoritas quoddam fundamentum est ecclesiæ, vt dicit Sanctus Tho. in fine. 2. libr. sententiarum. Sedes enim Petri prima est à Christo, & super Christum fundata. vt in ca. Omnes. dist. 22. à qua ipsa vniuersi ordinis ecclesiastici dispositio pendet, ac totius ecclesiastici ædificij altitudo post Christum consurgit. Ipsa enim est, quæ, vt ait Nicolaus papa in ca. Omnes. dist. 22. Omnes siue patriarchæ in cuiuslibet apicem, siue metropoleon primatus aut archiepiscopatuum cathedras, vel ecclesiarum cuiuscunq; ordinis dignitatem instituit ac fundauit. Illã verò solus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro æternæ vitę clauigero terreni simul & cælestis imperij iura cõmisit. Et hoc modo videtur intelligendum illud, quod Damasus in sermone de transfiguratione. respondens Petro dicenti, Bonum est nos hic esse, faci unus hic tria tabernacula. dicit. Non te dominus tabernaculorũ, sed vniuersalis ecclesię constructorem constituit. Quocirca, vt beatus Augustin. in sermone quodã, qui legitur in festo cathedrę Sancti Petri. inquit. Rectè ecclesiæ natale sedis Petri colunt, quam Apostolus pro ecclesiarum salute suscepit, dicente domino: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. Petrum itaq; fundamentum ecclesiæ nominauit: & ideo dignè hoc fundamentum ecclesia colit, supra quod ædificij altitudo consurgit. hæc Aug. Item idẽ B. Aug. in sermone quodã Apostolorũ Petri & Pauli, qui de B. Petro loquens ita inquit. Petrus audire meruit: Amẽ dico tibi, qa tu es Petrus, & super hãc petrã ædificabo ecclesiã meam. Dignus certe, qui ædificandis in domo Dei populis lapis esset ad fundamenta, columna ad sustẽtaculum, clauis ad regnũ. Item idem Aug.

Aug. & habetur in. c. pudẽda. inquit. 24. q. 1. quod ecclesia est fundata in radice Apostolicæ sedis. ¶ Septimò beatus Petrus dictus est fundamentum ecclesię ratione irrefragabilis firmitatis iudiciorum suæ Apostolicæ sedis. De quo Origenes in glos. super illud Matt. 16. Quodcunque ligaueris. &c. dicit sic. Vide quantam potestatem habet petra, supra quam ædificatur ecclesia, vt etiã iudicia eius maneãt firma quasi Deo iudicãte per ipsam. Item Maximus in sermone Apostolorum Petri & Pauli, qui incipit. Beatissimorum Apostolorum. &c. de hoc ita inquit. Quid etiam de Petro referam, cuius est à Deo tanta approbata iustitia, tantaque ei attributa est potestas iudicandi, vt in arbitrio eius poneretur cæleste iudicium? Perspicite ergo, & æstimate quanto sit nobis Petrus Apostolus honore reuerendus, cuius sententiam in terris prolatam sempiterni iudicis æquitas non repellit. Et beatus Bernar. in sermone quodã Apostolorum Petri & Pauli, qui incipit. Petrus Apostolorum princeps vnus est, quẽ prænobilitant singularis primatus insignia: clauicularius regni: cælorũ lingua: fidei fundamentum: consummatus honor: & dignatio gloriosa. Hominem in terris positum in cælis imperare, & inter angelorum choros iudiciariæ potestatis exercere virtutem, & in terra ligandi & soluendi, nullus angelorum posidet. Adest Petrus, & ad eius arbitrium vniuersitas orbis ligatur & soluitur: & præcedit Petri sententia sententiam redemptoris. Quia non quod Christus, hoc ligat Petrus: sed quod Petrus, hoc ligat Christus: ipso ad ipsum attestante. Quodcunque ligaueris. &c. O quàm potens dignitas! quàm digna potentia! iudicabit Petrus, & omnipotens Petri iudicia confirmat, & est in manu Petri manus altissimi: solusque ille efficitur familiaris Christi, qui Petri familiaritatem habuerit. hæc ille.

¶ In quo aduersariorũ obiectiones quædam ponuntur contra hoc quod dictum est, quòd Petrus Apostolus ecclesiæ catholicæ fundamẽtum verè dictus sit. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones sex aduersus id quod dictum est, videlicet, quòd Petrus Apostolus ecclesiæ catholicæ fundamentum sit dicendus.*

ADuersarij primatus Apostolici hostes sanctorũ patrũ doctrinis nõ consentiẽtes, alium q̃ Christũ dici ecclesię fundamẽtũ nõ ferẽtes, ausique dicere, q̃ beatus Petr⁹ vere nõ fuerit dicẽdus fundamẽtũ ecclesię, talibus nituntur probare rationibus. ¶ Primò sic. 1. Cor. 3. Paulus Apostolus inquit. vnusquisq; videat quomodo ędificet. fundamẽtũ enim aliud nemo ponere potest præter illud quod positũ est Christus Iesus. ergo manifeste apparet, q̃ null⁹ alius potest veraciter poni fundamẽtũ ecclesię. ¶ Secũdo in gl. interl. sup illud Mat. 16. Tu es Petrus. habet sic. A me petra, ita tũ, vt mihi retineã fundamẽti dignitatẽ: & tu super me ordinabis lapides mũdos, & abijcies leprosos. Ecce q̃ Christ⁹ retinet sibi dignitatẽ fundamẽti. ergo sequitur, q̃ nec Petrus, nec alius Apostol⁹ fundamẽtũ ecclesię dicẽdus sit. ¶ Tertiò idẽ arguit ex expositione, quã beatus Aug. ponit in de verbis dñi homil. 13. vbi tractãs illud Mat. 16. ita inquit. Tu es ergo (inquit) Petrus, & super hãc petrã, quã cõfessus es, ædificabo ecclesiã meã: super me ędificabo te, nõ me super te. Et super Ioh. Dicit. Nõ super petrã Petrũ, sed super petrã Christũ ędificasse ecclesiã. ergo idẽ quod priùs. ¶ Quartò sic. Vnius ędificij nõ est nisi vnũ fundamẽtũ: sed ecclesię ędificiũ vnũ est, cũ ecclesia vna sit: ergo sequitur, quòd illi⁹ vnũ tãtùm sit fundamẽtũ dãdũ. s. Christ⁹, & nõ plura. ¶ Quintò sic. Fũdamẽti nõ est aliud fundamentũ: quia sic esset processus in infinitũ: sed Petr⁹ habet fundamẽtũ sui. s. Christũ. patet ex dictis beati Aug. ergo ipse nõ potest dici alter⁹. s. ecclesię fundamẽtũ. ¶ Sextò sic. Fundamẽtum est prius eo, cui⁹ est fundamẽtũ: sed Petr⁹ nõ potest dici prior ecclesia, quę ab ipso Abel iusto dicitur incepisse: ergo sequitur, q̃ Petr⁹ nullo modo potest dici verè fundamẽtũ ecclesiæ. *Arg. primũ* 1 *Secundum.* *Tertium.* *Quartum.* *Quintum.* *Sextum.*

¶ In quo respondetur ad superiores obiectiones aduersariorũ. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorũ negantiũ Petrũ apostolũ ecclesiæ catholicæ esse fundamẽtũ diluũtur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOn parum certè admirandũ est, q̃ aduersarij inter tot sanctorum patrum luminaria. ſ. ſplendidiſsima teſtimonia tã ta cæcitate laborãt, vt Petrũ Apoſtolum præſumant fundamentum eccleſiæ negare: nihilominus tamẽ reſpõdeamus ad rationes eorũ. ¶ Ad primã, quæ ſumitur ex Apoſtolo. 1. Corin. 3. reſpõdetur, q̃ Chriſtus eſt primũ & præcipuũ fundamentũ eccleſiæ, vtpote à quo eccleſia principaliter depẽdet & ſuſtẽtatur: & præter hoc fundamentũ nemo poteſt aliud ponere tanquã primũ & principale: nihilominꝰ Apoſtoli ſecundariò dicit ſunt fundamẽta: & inter eos principaliter & maximè beatus Petrus, vt viſum eſt ſuprà. Vnde Apoſtolus Paulus, vt beatus Diony. teſtaꝫ, fertur dixiſſe beato Petro verſus mortẽ. Pax tecũ fundamẽtũ eccleſiarũ, paſtor ouiũ Chriſti. Vnde ly præter, in authoritate Apoſtoli magis videt nota antonomaſię, quàm ſit nota excluſionis: ſicut ibi. Tu ſolꝰ ſanctus. Huius ſentẽtię eſt doctor egregius Aug. ſuper pſal. 86. ita di. Vt noueritis q̃ fundamẽtũ Chriſtꝰ ſit primũ & maximũ. Fundamẽtũ, inquit Apoſtolꝰ, nemo poteſt ponere aliud præter id, quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Quomodo ergo fundamẽta prophetę & Apoſtoli? & quomodo fundamẽtũ Chriſtus Ieſus, quo vlterius nihil eſt? quomodo putamꝰ, & niſi quẽadmodũ aptè dicitur ſanctꝰ ſanctorum ſic figuratè fundamentum fundamentorum? Si ergo ſacramenta cogites, Chriſtus ſanctus ſanctorum: ſi gregem ſubditum cogites, Chriſtus paſtor paſtorum: ſi fabricam cogites, Chriſtus fundamentum fundamentorum. hæc Auguſti.

Ad primũ. 1

Ad ſecũdũ. Et idem ponitur in glo. ad Ephe. 3. ¶ Ad ſecũdã rationẽ, quę ſumit ex gl. interl. Mat. 16. licèt pateat reſpõſio ex dictis: dicimus, q̃ verũ eſt, q̃ Chriſtꝰ reſeruauit ſibi dignitatẽ principalis fundamẽti: ſed hoc nõ obuiat, quin Petrus ſecũdariò fuerit fundamentũ. Verùm ꝑ ampliori intelligẽtia huiuſmodi materiæ eſt ſciẽdũ, q̃ fundamẽtũ dicitur dupliciter. Vno modo, id cui adhæret prima pars ędificij, qđ tamẽ nõ includitur in ędificio: ſicut terra ſolida, vel petra, ſiue rupis. Alio modo poteſt dici fundamẽtũ prima pars ipſi⁹ ędificij, ſupra quã reſiduũ ædificij fundatur. Primo modo fundamẽtũ, quod ſcilicet ſuſtẽtat totũ ædificiũ, eſt Chriſtꝰ: & hoc modo dicti fundamẽti dignitatẽ retinuit ſibi Chriſtꝰ. Sed fundamentũ ſecũdo modo dictũ bene cõuenit alijs ſcilicet Apoſtolis. Vnde de vtroque horum dicitur. Fundamenta æterna ſupra petram ſõlidam. & inter Apoſtolos maximè hoc modo cõpetit beato Petro & ſedi eius. & ita gl. illa non obſtat. *Eccleſ. 26.*

Ad tertium. ¶ Ad tertiam rationem, quæ ſumitur ex dictis Aug. reſpõdetur: q̃ etiã beatus Aug. vt ſuperiùs patuit, fuit alterius ſentẽtię: videlicet, q̃ Petrus fundamẽtũ fuerit eccleſię, ſuper quod ipſa eccleſia fundata ſit. Quod ipſe teſtatur, q̃ in illo tanquã in petra fundata ſit eccleſia in lib. retractationũ. c. 2. vbi ita dicit. Dixi quodam loco de Apoſtolo Petro, q̃ in illo tanquam in petra fundata ſit eccleſia. Qui ſenſus etiã cãtatur ore multorum in verſibꝰ beatiſsimi Ambroſij, vbi de gallo gallinaceo ait. Hoc ipſa petra eccleſia canẽte culpam diluit: ſed ſcio me poſtea ſæpiſsimè ſic expoſuiſſe, quod à domino dictum eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meam. vt ſuper hunc intelligeretur quem confeſſus eſt Petrus, dicens. Tu es Chriſtus filius Dei viui. ac ſi Petrus ab hac petra appellatus perſonam eccleſiæ figuraret, quæ ſuper hanc petram ædificatur. Nec dictum eſt illi: Tu es petra: ſed, Tu es Petrus. petra autẽ erat Chriſtus. Harũ autẽ ſententiarũ quæ ſit probabilior, eligat lector. hęc ille. Verùm vtraq; ſentẽtia ſiue expoſitio poteſt habere locum, & ſimul ſtare, vt dicamus, q̃ ſupra Chriſtum petram primò & principaliter ædificatur eccleſia. Secundariò verò ſupra Petrũ, vt ſuprà expoſuimus. Vnde ipſe Auguſt. in ſermone de trãsfiguratione domini ita loquitur. Quia conuenienter petra Petro reſpondit: Et ego dico tibi Petre, quia tu es Petrus. &c. q. d. ſuper me ædificabo te, qui figurã eius geris eccleſiæ, quæ in te ædificatur ſuper me. Hæc Augu. Verùm ſi quis conſideret bene ſeriem literæ illius Mat. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui: & ego dico tibi quia tu es. &c. iuxta ſententias Chryſoſtomi, Hilarij, Hieronymi, Theophili, Origenis, Ambroſij, & Leonis Papæ, quæ ſuperiùs inductæ ſunt, videtur, quòd ad literam authoritas illa Matthæi. 16. de beato Petro accipienda ſit. Quoniam vt arguit Richardus in quæſtionibus Armenorum lib. 7. capit. 11. & bene iuxta ſeriem literæ Petro primo & ſingulariter conſitenti: tu es Chriſtus fili Dei viui. volens Chriſtus pro tanta confeſſione aliquid notabile recompenſare, reſpondit. Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cęlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrꝰ, & ſuper hãc petrã ędificabo eccleſiam meam. &c. Vnde videtur prædicare Petrũ debere ſore fundamentũ ſuę eccleſię: quia aliàs

aliàs eſſent impertinentia ſequẽtia ipſis præcedẽtibus. Non enim videtur ſibi pertinere: ego dico tibi quia tu es Petrus. & quod ſequitur: ſuper hãc petrã, ſcilicet ſuper Chriſtũ, ędificabo eccleſia meã. Vnde q̃ hoc quod dictũ eſt: & ſuper hanc petram ædificabò eccleſiã meã. de Petro intelligẽdum ſit, hoc manifeſtè oſtendunt authoritates ſanctorũ inductæ in c. 17. maximè illa Chryſo. & illa beati Leonis

Ad quartũ. Papæ. ¶ Ad quartam rationẽ, cùm dicitur, q̃ vnius ędificij. &c. reſpõdetur, q̃ verum eſt de principali fundamẽto: ſecũdaria verò poſſũt

Ad quintũ. eſſe plura: & ita eſt in propoſito. ¶ Ad quintã cum dicitur, q̃ fundamenti nõ eſt fundamentum, reſpõdetur: q̃ licet nõ cuiuſlibet fundamẽti ſit aliud fundamẽtũ, quia primi & principalis fundamẽti nõ eſt aliquod aliud fundamẽtũ, nihilominus ſecũdariorũ fundamẽtorũ bene eſt aliud fundamentũ, ſcilicet primũ & principale: Petrus aũt Apoſtolus nõ ponitur primũ & principale fundamẽtũ eccleſiæ, ſed Chriſtus, qui, vt patet ex Aug. in reſpõſione ad primã rationẽ. nõ modo dicitur fundamentũ, ſed fundamẽtorũ fundamẽtũ. *Ad ſextum.* ¶ Ad ſextã rationẽ, cùm dicitur, q̃ fundamẽtum eſt prius eo cuius. &c. dicẽdum prout etiã ex ſuprà poſitis ſanctorũ patrũ ſentẽtijs dicẽtium beatũ Petrũ fundamẽtũ eccleſię colligere poſſumus, dupliciter loqui poſſumus de fundatione eccleſię. Vno modo quãtũ ad fidem & profectũ virtutũ. de qua dicitur ad Ephe. 3. in quo glo. in Chriſto omnis ędificatio. gl. tam de gentibus quàm de Iudęis. conſtructa. glo. in fide. creſcit. gloſſ. per augmentũ virtutum in templum ſanctum in domino. Alio modo poſſumus loqui de fundatione eccleſiæ quantum ad poteſtatem iuriſdictionis eccleſiaſticę, prout ſtructura eccleſiæ conſurgit ſecundùm diuerſos ipſius poteſtatis gradus, ſecundùm quos quidam quãtum ad ipſam poteſtatẽ ſunt infimi, vt curati: quidã medij, vt epiſcopi: quidã vnus ſolus ſummꝰ eſt, ſicut Papa. Et de vtroq; modo fundationis poteſt intelligi illud verbũ Mat. 16. Secũdũ enim primũ dicitur Petrꝰ fundamẽtũ eccleſię inter alias rationes: quia in eius fide & confeſsione, vt inquit Hiero. & gl. Mat. 16. ędificata eſt eccleſia. Secũdùm ſecũdum verò modũ intelligẽdi Petrus dicitur eccleſię fundamẽtũ, in quã tũ ipſe primus in eccleſia principatũ eccleſiaſticę poteſtatis obtinuit, dicẽte ſibi dño. Et tibo dabo claues regni cęlorũ. Vnde beatꝰ Cyprianus, & habetur in cap. Loquitur dominꝰ. 24. quæſtio. 1. Loquitur dominꝰ ad Petrũ dicens. Ego tibi dico quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam. ſuper vnum ędificat eccleſiã. His præſuppoſitis, reſpondetur ad rationem ſic: q̃ ſi loquimur de fundatione eccleſiæ in fide Chriſti, licèt eccleſia priùs abſolutè fuiſſet, quàm Petrus cõſeſſus fuiſſet Chriſtũ, di. Tu es Chriſtus. &c. cum multi forẽt ante credẽtes, ſcilicet ipſe Petrus, & alij Apoſtoli: nihilominꝰ tamẽ ipſe Petrus quãtũ ad eos, qui crediturí erãt per verbũ prędicationis illius in Chriſtũ, prior erat ipſa eccleſia. Vnde ſic priùs dictũ eſt in c. 17. ex dicto beati Ambro. ipſe Petrus primꝰ in nationibus fidei fundamẽta poſuit. & vt dicit Anacletus primus ad fidẽ populũ virtute ſuæ prędicationis adduxit. Si verò loquamur de fundatione eccleſię quantum ad poteſtatem eccleſiaſticã eo modo, quo ſuperiùs diximus, eccleſia non videtur prior fuiſſe Petro: cùm fundatio huiuſmodi eccleſiæ facta fuerit in Petro. Quoniam vt ait ſanctus Anacletus in cap. In nouo. diſtin. 21. In nouo teſtamento poſt Chriſtũ dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia primò pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt, dicẽte domino ad eũ. Tu es inquit Petrus, & ſuper hanc petrã ędificabo eccleſiam meam. Ex his manifeſtè confunditur error dicentium, q̃ nõ magis Petrus quàm cæteri Apoſtoli dicendus fuerit fundamentum eccleſiæ Chriſti.

¶ Quòd beatus Petrus caput fuerit ſanctæ & vniuerſalis eccleſiæ. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Petrus quomodo fuerit caput vniuerſalis eccleſiæ, oſtenditur.*

QVm autem fundamentum in ſpiritualibus nõ ſit in imo vt in corporali ædificio, ſed in ſummo exiſtat, oſtenſo quòd beatus Petrus eccleſię Dei fundamentum fuerit, clariſsimè arguitur, quòd etiam caput fuerit eccleſiæ. Vnde beatus Hierony. in libr. de obitu ſiue ortu ſanctorum noui teſtamenti. ſic ait. Petrus in Chriſto eccleſiæ firmamentum cephas corporis Chriſti princeps & caput eſt. ¶ Prætorea quòd beatus Petrus caput eccleſię

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiæ à Christo institutus fuerit, ex illo iam primis apertissimè colligitur saluatoris verbo, quo inquit. Tu vocaberis cephas. Iohan. 1. Cephas enim licèt secundum vnam linguã interpretetur Petrus mihi dominus secundum aliam, vt sanctus Anacletus in ca. In nouo. di. 21. Et beatus Isido. 7. etymolo. ca. 3. volunt, caput sonat. Cephali enim Græce, caput latine dicitur. ¶Secundò hoc idẽ habetur testimonio beati Chrysostomi, qui tractans illud Ioh. 21. Simon Iohãnis pasce oues meas. dicit sic. Præteriens autem alios, Petro loquitur. Eximius enim Apostolorum erat Petrus, os discipulorum, & vertex collegij. ¶Tertio ad idẽ quod beatus Aug. in lib. q. nouꝰ & veteris testamenti. vbi respondens illi quæstioni. Cur saluator tantùm pro se & Petro solui didrachma iusit, ita dicit. Saluator cùm pro se & Petro dari iubet didrachma, pro omnibus solui esse videtur. Quia sicut in saluatore erant omnes causę magisterij: ita & post saluatorem in Petro omnes continentur: ipsum enim cõstituit caput eorum, vt pastor esset gregis dominici. hæc Augustꝰ. ¶Quartò idem tellatur idem beatus Augu. in sermone quodam passionis domini. vbi assignans rationem quare Deus permiserat Petrum eum negare, ita dicit. Ideo diuinæ prouidentiæ secretum ità tẽperauit atque permisit, vt primus ipse labere tur, atque rueret in peccatum, quo erga peccantes duriorem sententiam proprij calus in tuitu temperaret. Quantum igitur diuini muneris erga salutem hominum, quantum curę, quãtum sollicitudinis impendatur, aduertite: totius corporis morbum in ipso capite curat, & in ipso vertice componit mẽbrorum omnium sanitatem: & in ipsa confessionis Christi crepidine, in ipso immobilis fidei fundamento, in Petro dico scilicet illo, qui dixerat: etiam si me oporteat mori, non te negabo. Hic est Petrus, qui diuina reuelatione prior omnium veritatem meruit confiteri di. Tu es Christus filius Dei viui. hæc Augu. Ecce quòd beatus Augu. Petrum vocat & caput & verticem ecclesiæ, necnon immobilis fidei fundamentum. ¶Quintò ad idem est testis illustris Calixtus Papa in cap. Non decet. distinctio. 12. vbi dicit vniuersalis ecclesię caput esse Romanam ecclesiam. Idem etiã Instinianꝰ ponit in. l. inter claras. C. de sum. trinita. vbi Papam caput vocat omnium ecclesiarum. ¶Sextò hoc idem ratione probari potest sic. Quilibet rector cuiuscunque communitatis dicitur caput illius. Vnde reges, siue præsidentes in communitatibus seculari-

bus propter excellentiam authoritatis dicuntur capita populorum suorum. secundùm illud. Optimates capita populorum. Vnde etiam dominus per Samuelem ait ad Saülem. Cùm esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es. Cùm ergo Petrus cõstitutus fuerit rector & pastor vniuersalis ecclesiæ, vt superiùs amplissimè ostensum est, patet manifestè, quòd beatus Petrus veraciter caput fuerit ecclesiæ vniuersalis. &c. *Amos. 6.*

¶In quo aduersariorum ponuntur obiectiones contra hoc qđ dictum est, quòd beatus Petrus caput fuerit vniuersalis ecclesiæ. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones nouẽ aduersariorum contra id quod dicitur, quòd Petrus sit vniuersalis ecclesiæ caput, recensentur.*

EX aduerso veritatis & apostolici principatus aduersarij negant beatũ Petrum Apostolum & eius successorẽ caput fuisse sanctæ ecclesię catholicæ, aut esse. Inducũt autẽ in suorum errorum fauorem rationes sequentes. ¶Primò sic. Capitis non est caput: sed Petri & successorũ eius Christus est caput: cùm sit caput super omnem ecclesiam. ad Ephe. 1. ergo sequitur, ꝙ nec Petrus nec successor illius potest dici caput ecclesię. ¶Secundo sic. Vnius corporis vnũ est caput: sed corpus ecclesiæ est vnum, dicente Apostolo ad Rom. 12. Multi vnum corpus sumus. & huius corporis Christus est caput, vt testatur Apostolus ad Colo. 1. ergo nec Petro, nec successori suo conuenit esse caput corporis ecclesiæ. ¶Tertiò sic. Christus est caput ecclesię & sufficientissimum: ergo videtur, ꝙ otiosum & frustra sit aliud, quodcunque detur: & ita nõ videtur dicendũ, ꝙ beatus Petrus, aut successor eius sit caput ecclesiæ. ¶Quartò sic. Sicut in capite corporis animalis est plenitudo sensuum. vigent enim in eo omnes sensus interiores & exteriores, cùm in cæteris membris solus sensus tactus sit. ita in capite ecclesiæ esse debet. Vnde de Christo ecclesiæ capite dicitur Iohannis. 1. Vidimus eum plenum

Arg. primũ quod cũ sequẽtibus soluitur infrà c. 23.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

plenum gratia & veritate. sed in beato Petro, nec in successoribus est plenitudo sensuum spiritualium, ergo non potest dici caput ecclesiæ. ¶Quinto sic. Capitis est influere sensum & motum: sed nec à beato Petro, nec eiꝰ successore influitur membris ecclesiæ sensus fidei, & motus charitatis, cùm ab ipso nõ redũdet gratia in corpus ecclesię: ergo ei nõ est attribuendum nomen capitis. ¶Sextò sic. Si Petrus fuisset caput ecclesię, ab ipso inter cæteros derivata esset potestas spiritualis: sed hoc non est. Tum, quia non ipse solus recepit claues: sed tota ecclesia in ipso, qui significabat ecclesiam, vt habetur in cap. Quodcunque. 24. quæstio. 1. Tum, quia omnes Apostoli cum eo æquè principaliter potestatem à Christo susceperint. Matth. 18. Amen dico vobis quæcũque alligaueritis. ergo. &c. ¶Septimò sic. Si Petrus fuisset caput ecclesiæ, videtur quòd ab ipso venissent denominandi fideles, vt videtur: sed à Petro non denominãtur fideles petrini, sed à Christo christiani. vt dicit Augustꝰ. de verbis domini homil. 13. ergo. &c. ¶Octauò arguitur sic. Corporis ad caput est necessaria cõnexio: sed ad Petrum & ad eius successores ecclesię corpus nõ habet necessariam connexionem. patet, quia ecclesia quandoq; stetit sine Petro, & stat sine eius successore, scilicet quando decedit, aut quando Papa efficitur hæreticus. ergo. &c. ¶Nonò confirmando rationem factam sic. Capite separato à corpore expirat corpus, & priuatur vita & motu: sed Petro, aut eius successore sublatis per mortem à corpore militantis ecclesiæ, corpus ecclesiæ non expirat, & nõ priuatur vita: ergo nec Petro nec eius successori competit esse caput ecclesiæ.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

¶In quo improbatur aduersariorum præfata sententia: & ostenditur qualiter ratio capitis respectu ecclesiæ Petro conuenerit, ac eius successori. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum, dicentium, quòd Petrus non fuerit caput vniuersalis ecclesiæ, diluuntur.*

QVòd præfata aduersariorum sententia negantiũ beatum Petrum vniuersalis ecclesiæ caput fuisse erronea sit, non solum ex his, quæ suprà induximus. in. 20. cap. verùm etiam ex multis alijs sanctorum Patrum testimonijs exploratissimum est. Ait enim beatus Anacletus Papa & martyr, vt habetur in capit. Sacrosancta. distinctio. 22. inter beatos Apostolos quædam fuit discretio potestatis. Licèt enim omnes essent Apostoli, Petro tamen concessum est à domino, & ipsi interse voluerunt idipsum, vt reliquis omnibus illis præesset Apostolis, & cephas, id est caput & principiũ teneret Apostolatus: qui etiam eãdem formã suis successoribus, & reliquis episcopis tenẽdã tradiderũt. hęc ille. Itẽ. Marcellꝰ Papa & martyr, vt habetur in. c. Rogamus. 24. quæstio. 1. scribens vniuersis episcopis per Antiochiam cõstitutis ita inquit. Rogamus fratres dilectissimi, vt nõ aliud doceatis, nec sentiatis, quàm quod à beato Petro, & reliquis Apostolis, & patribus accepistis: ipse est enim caput totius ecclesiæ, cui ait dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. hæc ille. Ex quibus omnibus nunc & superiùs inductis apertissimum est aduersarios grauiter errare, negantes beatum Petrum fuisse caput ecclesiæ sanctæ catholicæ. Quocirca rationabiliter Papa Iohan. 22. in extrauaganti, quæ incipit. Licèt secundùm Apostolum. Marsilium de Padua & Iohannem de Ianduno tanquã hæreticos condemnauit: qui inter cæteros errores, quos contra sedem Apostolicam dogmatizare præsumpserunt, dicunt, ꝙ Petrus Apostolꝰ nõ plus authoritatis habuit, quàm alij Apostoli habuerunt: & quòd aliorum nõ fuerit caput. Item Papa Martinus quintus in concilio Constantiensi. condemnauit errores Iohannis Hus: quorum inter alios iste est vnus, scilicet septimus in ordine, quòd Petrꝰ nec est, nec fuit caput ecclesiæ sanctæ catholicę. ¶Viso ergo, ꝙ iuxta catholicæ doctrinę normam necesse sit concedere beatum Petrũ Apostolum pro primatus sui excellentia caput fuisse sanctæ ecclesiæ catholicæ, & per consequens eius successor, sub Christo tamẽ, qui principale caput est ecclesię: ostendendũ est qualiter nomen capitis Petro Apostolo cõuenerit, ac eius successori conueniat: quia qualiter Christo conueniat, suprà in libro primo huius nostræ summæ in capitulo. 46. expli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

46.explicauimus.¶Pro quo est notandũ iuxta sanctum Thomam in tertia parte.q.8.ar. 1.q sicut tota ecclesia dicitur vnum corpus mysticum per similitudinem ad corpus naturale hominis, secundùm quòd diuersa membra habent diuersos actus, vt Apostolus docet ad Rom.12.Et. 1. Corin.12.ita Christus siue etiam Papa dicitur caput ecclesiæ secundùm similitudinem capitis humani. Inuenimus autem in capite hominis quatuor. Primò conformitatem naturæ cum alijs membris.Secundò ordinem:quia caput est prima pars corporis,incipiendo à superiori:& ita situm est superius alijs membris.Tertiò perfectionem: quia in capite viget plenitudo sensuum. Quartò virtutem influentem cæteris: quia ab ipso motus est cæterorum membrorum, & gubernatio in suis actibus propter vim sensitiuam & motiuam ibi dominantẽ. Qualiter ista quatuor competant Christo,supra libro primo expossuimus, vbi eum caput ecclesiæ esse ostendimus. Iam ostendamus qualiter Petro Apostolo & nunc eius successori conueniant.¶Primò quidem Petrus fuit conformis naturæ alijs fidelibus: cùm homo fuerit eiusdem speciei cum eis. Secundo ipse in ordine Apostolorũ fuit primus: vnde primus annumeratus legitur Matthæ.10. Et de episcopo Romano successore suo dicit canõ concilij Cõstantini. vt deducit sanctus Tho. in.4.distin. 24. Veneramur secundùm scripturas,&canonum diffinitiones sanctissimũ antiquæ Romæ episcopum primum esse & maximum episcoporũ.Et Iustinianus in authẽticis de ecclesiasticis ti.coll.9.inquit. Nemo est qui dubitat sanctissimum senioris Romæ Papam primum esse omnium sacerdotum.Tertiò in ipso solo inter alios fuit plenitudo potestatis: vtpote in quo posuit dominus totius ecclesiæ principatum, vt in capit. nolite.di.11.dicit Iuli⁹ Papa.&cui soli inquit beatus Chrys. Christus dedit quod suum est plenum, & qui solus vocatus est in plenitudinem potestatis, alijs vocatis in partem. vt in cap.decreto.& in ca.qui se scit.2.q.6. Quartò ab ipso est deriuata potestas iurisdictionis in alios,dicente Leone Papa in capit.ita dominus.distin. 19. Huius muneris sacramentum ita dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit,vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.hæc ille.

¶In quo respõdetur ad obiecta aduersariorum contra illud,q beatus Petrus fuerit caput ecclesiæ sanctæ catholicæ. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectionibus aduersariorum, qui dicunt beatum Petrum non fuisse caput ecclesiæ sanctæ catholicæ,respondetur.*

SVperioribus bene notatis respondendũ est iã ad obiecta aduersariorũ. ¶Ad primũ cũ dicitur,q capitis nõ est caput. &c. respõdet hoc esse verũ de eo,qđ est caput naturale alicuius corporis naturalis,nõ aũt de capite mystico, siue p similitudinẽ dicto. Sicut enim Christus Tho. in tertia parte respõdens huic obiectioni ait. In metaphoricis locutionibus nõ oportet attẽdi ad similitudinẽ quantũ ad omnia: sic enim nõ esset similitudo,sed rei veritas. Capitis ergo naturalis nõ est aliud caput:quia corpus humanũ nõ est pars alteri⁹ corporis, sed corpus similitudinarie dictũ, vt pote aliqua multitudo ordinata est pars alterius multitudinis:sicut multitudo domestica est pars multitudinis ciuilis.Et ideo paterfamiliàs,qui est caput multitudinis domesticæ, habet supra se caput rectorẽ ciuitatis. p hũc modũ dicit Apostolus.Omnis viri caput Christus est: caput aũt mulieris vir: caput verò Christi De⁹. Et idẽ ad Ephe.5.Et ita dicẽdũ est in proposito, q̃ illa stãt bene simul, q̃ Papa sit caput ecclesiæ,& ipsius Papę Christ⁹ sit caput.¶Ad secũdã rationẽ,cũ dicitur vnius corporis.&c. respõdetur sicut ad primã, q̃ assumptũ illud verũ sit de corpore naturali, nõ aũt de corpore mystico,siue p similitudinẽ dicto: quoniã vni⁹ & eiusdẽ corporis mystici,id est alicuius vnius multitudinis possunt esse plura capita, subordinata tñ: sicut multitudinis ciuilis est caput rector ciuitatis,& etiã rex, qui toti⁹ regni est caput supremũ. Item licèt mulieris caput sit vir,vt inquit Aplꝰ,nihilominus etiam Christ⁹ est caput mulieris fidelis, q caput est toti⁹ ecclesiæ. Ita in ꝓposito vnius & eiusdẽ corporis Christ⁹ est caput principale,& Papa etiã est caput,subordinatũ tñ sub Christo,ei⁹ vices gerẽs.Differẽter tñ multũ dicit caput ecclesię Christ⁹,& ꝓlati dicũtur capita eius,vt dicit sanctus Tho.in.3. parte. vbi suprà. Primò quidẽ quãtum ad hoc, q̃ Christus est caput omniũ

Ad pri. argumẽtũ.

2o. adductum.

1

Ad secundũ

omniũ eorũ,q ad ecclesiã ꝓtinẽt, secũdùm omnẽ locũ,& tẽpus,& statũ. Alij aũt hoies dicũtur capita secũdùm quędã specialia loca:sicut epi sq̃rũ ecclesiarũ. Vel etiã secũdùm determinatũ tẽpus:sicut Papa est caput toti⁹ ecclesię.i.tẽpore sui põtificatus.Et secũdùm determinatũ statũ, ꝓput.s.sunt in statu viatoris. Alio modo secũdum q̃ Chrs est caput ecclię ꝓpria virtute,& authoritate. Alij verò dicũtur capita inquãtũ vicẽ gerũt Chri.secũdùm
2. Cor. 2. illud.Nã & ego quod donaui,si quid donani, ꝓpter vos in persona Christi.Et.2.Cor.5.Pro Christo legatiõe fungimur tãquã Deo exhortãte p nos.Secũdùm dñm Aluarũ in lib. suo de potestate ecclesię.potest aliter respõderi ad rationẽ factã,q̃ Chrs & ei⁹ vicari⁹ nõ sunt duo capita, sed vnũ:qa Papa nõ dicit caput, nisi inquãtũ gerit vicẽ Christi, & eius pſonã
Ad tertiã. repsentat.Itẽ ita etiã dicit Papa Bonifaci⁹.8.in extrauagãti sua.Vnã sanctã.¶Ad tertiã cum dicit,Christ⁹ est caput ecclesię sufficiẽtissimũ &c.respõdet negãdo cõsequẽtiã.Dicimus enim,q̃ licèt Christus caput ecclesię sit, qa tñ est inuisibile,oportuit ponere aliquod caput visibile specie & mortalitate,cõforme,& cõsimile statu, & conditione corpori & mẽbris ipsius ecclesię,qđ visibiliter regat,& prælit toti ecclesię:& tale caput fuit beatus Petrus, & est nũc successor eius. Cuius cõueniẽtia licèt superiùs satis ostensa sit,pro pleniori tñ notitia potest sic ostẽdi. Vnitas corporis mystici siue ecclesiastici principatus nõ dicitur habere minorẽ vnitatẽ, q̃ habẽt seculares politiæ, siue principatus inuẽtę industria humana siue naturali ratione, cũ vinculũ mẽbra ecclesiæ colligãs adinuicẽ sit quolibet alio vinculo maius & vniti⁹:lex q̃ ipsa diuina,secũdùm quã principaliter regit & gubernat ecclesia, præstãtior sit omni alia lege humana.Sed sic est,q̃ humanę politię ad sui vnitatem absque hoc q̃ vniãtur in vno Deo,à quo sicut principio vniuersali effectiuo formali exẽplari ac
Sapien.8. finali omnis potestas & dignitas deriuat secũdùm illud:Per me reges regnãt. &c. requirũt vnũ caput homogeneũ seu cõforme in natura & statu,vt vnũ regnũ,vnũ regem:vna prouincia,vnũ principẽ:vna ciuitas,vnã potestatẽ:vna domus,vnum patrẽfamilias:ergo vnitas ecclesiæ omniũ fideliũ,quæ est multò maior & perfectior quàm vnitas politiæ humanæ,debet habere vnũ caput sibi cõforme & sibi simile in natura mortali & statu.Conuenièns ergo fuit,& hoc ipsa vnitas corporis ecclesiæ requirit,vt ecclesia vnũ habeat hominẽ mortalẽ secũ visibilem conuersantem cor

pori ipsius ecclesiæ, & eius membris conformem,qui sit caput,& rector, & sit viator, sicut tota ecclesia & eius membra sunt viatores.¶Ad quartã cùm dicitur, q̃ in capite cor *Ad quartũ.*
poris animalis est plenitudo sensuũ, & q̃ in Petro siue in Papa non est plenitudo. &c. dicendum est iuxta sanctum Thomam in tertia parte vbi suprà. q̃ caput in alia membra dupliciter influit. Vno modo quodã intrinseco influxu, prout virtus motiua & sensitiua à capite deriuatur ad cætera membra. Alio modo secũdùm exteriorem quandã gubernationem,prout scilicet secũdùm visum, & alios sensus, qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus: interior autem influxus non est ab aliquo, nisi à solo Christo,cuius humanitas ex hoc, q̃ est diuinitati cõiuncta, habet virtutẽ iustificandi: sed influxus in membra ecclesiæ quãtum ad exteriorem gubernationem potest alijs conuenire,& secũdùm hoc alij possunt dici capita ecclesiæ.secundùm illud.Optimates capi- *Amos.6.*
ta populorum. Hoc notato, patet respõsio ad præfatas rationes. Dicimus enim, q̃ primus modus influendi, scilicet influxu intrinseco,qui est influxus sensus & spiritualis motus, requirit in capite influente plenitudinẽ sensuũ spiritualiũ: & hinc est,q̃ Christus,qui influit hoc modo, dicitur plenus gratia & ve- *Iohan.1.*
ritate.Secundus verò modus influendi influxu scilicet extrinseco quantum ad gubernationẽ nõ requirit plenitudinẽ sensuum spiritualium,sed q̃ habeat plenitudinẽ potestatis sufficientis ad regimen populi sibi cõmissi. Et quoniã beatus Petr⁹, aut eius successor nõ est constitutus vt influat in corpus ecclesiæ primo modo,scilicet influxu intrinsecos,sed extrinsecos; ideo nõ requiritur ad rationẽ capitis in eo,q̃ habeat plenitudinẽ sensuũ spiritualiũ,sed q̃ habeat plenitudinem potestatis sufficientis ad regnum vniuersalis ecclesię: & hãc habuit,quãdo pastor,& rector christiani
Iohan. vlti. populi factus est,dicente sibi dño.Pasce oues meas. ¶Patet etiã ex hoc respõsio ad quin- *Ad quintũ.*
tã,cũ dicebatur,q̃ capitis est.&c.quia nõ tantùm capitis est influere vno modo, sed dupliciter vt dictũ est.Beato verò Petro & ei⁹ successori licèt nõ cõueniat influere primo mõ, influit tñ secũdo mõ, & hoc sufficit ad rõnẽ capitis p similitudinẽ dicti,siue mystici.vl dicẽdũ,q̃ licèt beat⁹ Petr⁹ nõ influxerit, nec successor ei⁹ influat motũ & sensũ spũalẽ in mẽbra ecclesiæ nec p modũ efficiẽtis sicut Chrus inquãtũ De⁹,nec p modũ meriti siue redũdãtię sicut Chrus inquãtũ hõ: tñ p modũ ministri

Universidad de Deusto
Biblioteca

stri potestatem clauium secundùm plenitudinem habentis & thesaurum ecclesiæ dispẽsantis influit ministerialiter sensum & motũ omnibus debitè præparatis, ac ecclesiæ sacramenta dignè suscipientibus. Vnde dominus Albertus magnus in tractatu de missa dicit, q̃ presbyterorum ecclesiç officio toti corpori mystico gratia influitur ad sensum spiritualem, & motum meritorum, & augmentum spirituale, quod officium est in verbo doctrinæ, & eucharistia, & huiusmodi aljjs sacramẽtis. Et q̃ hoc sufficiat ad rationem capitis ministerialis, patet: quoniam vt inquit sanctus Tho. Minister ecclesiæ non agit in sacramentis quasi ex propria virtute, sed alterius, scilicet Christi: & ideo in eo non requiritur gratia personalis, sed sola authoritas ordinis, per quã quasi Christi vicarius constituitur. Christus autem operatus est nostrã salutem quasi ex propria virtute, & ideo oportuit, q̃ in eo esset gratiæ plenitudo. hæc sanctus Tho.

Tho. in q. de ueritate. q. 29. ar. 5.

Ad sextum. ¶Ad sextam rationem, quando dicitur, q̃ à Petro non est deriuata potestas: respõdetur, q̃ loquendo de potestate iurisdictionis, falsum est. vt patet ex ca. ita dominus. di. 19. suprà inducto. Confirmatur etiam hoc eiusdẽ beati Leonis sentẽtia dicentis sic in tertio sermone ordinationis suæ. De toto mũdo vnus eligit, qui & vniuersarũ gẽtiũ vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque ecclesiæ patribus præponatur. Vt quanuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores: omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Magnum & mirabile dilectissimi huic viro consortium potentiæ suæ tribuit diuina dignatio: & si quid cum eo cõmune cæteris voluit esse principibus, nũquã nisi per ipsum dedit quicquid alijs non negauit. hæc Leo Papa sanctissimus. Et cùm dicitur, q̃ Petrus non solus claues accipit: respõdetur, q̃ licèt Petrus non solus receperit, sed tota ecclesia i episcopis & presbyteris in eo, ipse tamen eas solus principaliter & in plenitudine recepit. vt habet glo. Matth. 16 superiùs inducta. Cùm verò dicitur, q̃ alij Apostoli æquè principaliter. &c. dicendũ, q̃ falsum est. Vnde licèt Mat. 18. Christus omnibus cõmuniter potestatem dederit ligandi & soluẽdi nihilominus, vt inquit sanctus Tho. vt in hac potestate ordo aliquis significaretur, primò soli Petro data est, vt ostendatur, q̃ ab eo in alios debeat ista potestas descendere. propter quod dixit ei singulariter, Confirma fratres tuos. &, Pasce oues meas, id est loco mei, vt inquit Chryso. præpositus & caput

Tho. in. 4.

Ad septimũ esto fratrum tuorum. ¶Ad septimã, cùm dicitur, q̃ si Petrus Apostolus fuisset caput. &c. dicimus, q̃ hoc non sequitur, cùm non ponatur caput fuisse principale ecclesiæ, à quo sensus spiritualis gratiæ & motus charitatis deriuentur in corpus ecclesiæ, sed sic caput est Christus: & ideo meritò ab eo tanquã à principali, & sicut à quo in membra ecclesiæ vnctio diuinæ gratiæ influitur, denominamur christiani, & non à Petro petrini. ¶Ad octauam, cùm dicitur, q̃ corporis ad caput est necessaria connexio, & talis non est connexio ecclesiæ ad Petrum: respondetur, q̃ licèt corporis ecclesiæ non sit habitudo siue connexio necessaria ad Papam vt singularis homo est: tamen necessaria est ad ipsum inquantũ est Papa, siue rector, & pastor eius à Christo constitutus, stante hac diuina ordinatione. Vnde de necessitate salutis est subesse Romano pontifici. vt in extrauaganti Bonifacij est declaratum. vt sanctus Tho. inquit. in expositione super Iohan. vbi super illo verbo: Simon Iohannis diligis me? pasce oues meas. dicit. Non potest se dicere christianũ, qui dicit se non subesse sub cura huiusmodi pastoris. Et beatus Greg. inquit, Peccatum paganitatis incurrit, quisquis dum Christianũ se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit. Prętea ita necessaria est ista connexio stante diuina ordinatione, vt extra ecclesiæ corpus sit qui cum episcopo eius nõ est, dicẽte Cypriano. & habetur in cap. Qui cathedram. di. 93. Qui cathedram Petri, super quam fundata est ecclesia, deserit, in ecclesia se esse non confidat. De ista materia vide superiùs lib. 1. huius operis. in c. 8. & in cap. 2. huius secundi libri.

Ad octauũ.

Greg. in. 1. Si qui. dist. 81.

Ad nonum. ¶Ad aliam rationem, cùm dicitur de capite separato. &c. respondetur, q̃ hoc est verũ de capite, à quo influitur sensus & motus in mẽbra corporis: sed hoc modo Petrus non fuit caput, sed Christus. Nõ est aũt verum de capite, à quo solus est influxus extrinsecus secũdùm exteriorem gubernationem, cuiusmodi fuit Petrus, & est eius successor: tali enim capite amoto ad tempus à corpore, non propterea perit corpus multitudinis gubernatę: licèt ex diuturnitate vacationis posset aliqua incommoda & dispendia pati. iuxta. c. Vbi periculum maius. de elec. lib. 6. Hæc pro nũc sufficiant, licèt posset dici, q̃ licèt persona Papæ deficiat, non tamen Apostolica sedes, quę nunquam moritur. extra de rescrip. in ca. Si gratiosè. in. 6. vbi dicit glo. & concordat Archi. Licèt enim habens Papatum vel dignitatem sit corruptibilis, Papa tamen, & imperiũ, & dignitas

& dignitas semper sunt. vt in authen. quomodo oportet episcopos. §. licẽtiam. & ideo corrupto subiecto, hæc non dicunt non existere, sed vacare. hoc est, administratore iuris vel facti carere. vt de concess. præben. cum nostris. De quo plenius infrà dicendum est.

¶De quorundam errore dicentium Petrum non fuisse caput vniuersalis ecclesiæ, licèt bene singularum ecclesiarum particularium. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Error quorundam, dicentium Petrum non fuisse caput uniuersalis ecclesiæ, licèt bene singularũ ecclesiarum particularium recensentur.*

1 SVrrexit diebus nostris nouellus quidam error apud quosdã nouellos magistros, qui in Basilien. concilio in defensionem, & colorem inobedientiæ ac rebellionis eorum aduersus Romanorum pontificem dogmatizare non sunt veriti: quod nec beatus Petrus fuerit nec successor eius, scilicet papa, caput vniuersalis ecclesiæ, & per consequens (vt aiunt) nec concilij vniuersalis illam representantis: licèt bene concedant, quòd sit caput particularium ecclesiarum, & singulorum fidelium: & iuxta hunc sensum omnes authoritates sanctorum Patrum dicentium Petrum fuisse caput vniuersalis siue totius ecclesiæ exponunt dic. i. particularium, siue singularum ecclesiarum. In fauorem aũt huius erroris eorum faciunt sequentes rationes. ¶Primò arguũt ex ca. Quanuis. distin. 21. vbi Gelasius papa dicit sic. Quòd quanuis vniuersæ per orbem catholicæ ecclesiæ vnus thalamus Christi sint: tamen Romana ecclesia catholica, & Apostolica cæteris ecclesijs prælata est. Ecce inquiunt quòd dicit cæteris, & non vniuersali ecclesiæ prælata est. ¶Secundò sic. Vniuersalis ecclesiæ caput est Christus, ergo nec beatus Petrus nec successor eius papa. Consequẽtiam dicũt notam: quia monstruosa res est, vt vnius corporis assignentur duo capita. ¶Tertiò sic. Caput dicitur vno modo ratione perfectionis, sicut primũ in quolibet genere dicitur caput, sicut leo in genere animalium. Secundò ratione ordinis, quia est prima pars corporis inci

Probatio prima quæ improbat, cum sequentibus. c. 26.

Secunda.

Tertia.

piẽdo à superiori, & inde omne quod est principium, consueuit vocari caput, secundùm illud. Ad omne caput viæ posuisti lupanar tibi. & principium libri consueuit dici caput libri. Tertiò ratione directionis: & sic rector dicitur caput populi. secundùm illud. Optimates capita populorum. sed licèt papa ista habeat respectu singulorum, & ita meritò dicatur caput singulorũ, non tamen respectu vniuersalis ecclesiæ: quoniam non est perfectior ecclesia vniuersali, nec prior siue dignior illa, sed director illius: sed ipsa congregata magis est directrix illius in his quæ sunt fidei, & salutis, ergo illius non debet dici caput. ¶Quartò sic. Papa non est caput totius ecclesiæ distributiuæ, quia nõ est caput suiipsius. Item nec totius ecclesiæ collectiuæ: qa nec sensum per fidem, nec per sacramenta gratiam influit collectæ toti ecclesiæ: quia sicut non habet animam, ita non capit baptismum, nec indiget sacramentis, licèt membra indigeant, & suscipiãt: ergo. &c. ¶Quintò sic. Vniuersalis ecclesia non potest errare siue deficere: ergo respectu illius non potest aliquis homo, qui peccare potest, & deficere, dici caput. Consequentia videtur manifesta: ergo non videtur dicendum, quòd beatus Petrus fuerit, aut nunc sue cessor eius sit caput vniuersalis ecclesiæ.

Hiere. 2.

Amos. 6.

Quarta.

Quinta.

¶In quo improbatur error præfatus aduersariorum. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Error eorum, qui dicebant Petrum non fuisse caput uniuersalis ecclesiæ, licèt bene singularum ecclesiarum particularium, confutatur.*

COntra præfatum aduersariorum errorem negantium beatum Petrum caput fuisse sanctæ ecclesiæ catholicæ vniuersalis, procedemus hoc ordine. In primis cõfutabimus illum aliquibus rationibus. Secundò commemorabimus aliqua sanctorum patrum testimonia. Tertiò ostendemus responsa, quæ dantur per aduersarios ad dicta prefata sanctorum patrum nulla esse. Quarto in cap. sequenti respondebitur rationibus dictorum aduersariorum. In primis præfati erroris stultitia in hoc quod dicit, quòd beatus Petrus fuit caput singularum ecclesiarũ, & omnium fidelium, sed

Quatuor faciẽ principaliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō vniuersalis ecclesiæ ostenditur ex multis.

Primū principale. ¶Primò quidem:quia aduersarij dicendo Petrum esse caput vnum, & non assignando illi vnum corpus cuius sit caput,sed plura corpora:quia singulos fideles siue singulas particulares ecclesias,videntur facere ecclesiam monstruosam, quod est inconuenientissimum.

¶Secundò,quia dicendo, quòd Petrus fuerit caput singularum ecclesiarum particularium & non vniuersalis ecclesiæ,videntur implicare contradictionem: cùm ecclesia vniuersalis non sit aliud,quàm vniuersæ ecclesiæ catholicæ in vna fide Christi vnitæ. Vnde in.c.quanuis.di.21.Papa Pelagius dicit,quòd vniuersæ per orbem catholicæ ecclesiæ vnus thalamus Christi sunt.¶Tertiò,quia cùm vniuersalis ecclesia sit vnum corpus, vt inquit Apostolus, & corpus vnum habere debeat immediatum caput homogeneum,id est eiusdē naturæ, & eiusdem status & conditionis,vt scilicet sit visibile, & conuersabile cum corpore cuius sit caput:aduersarij negando beatū Petrum post Christi corporalem absentiam ab ecclesia fuisse caput vniuersalis ecclesiæ,necessariò videntur confiteri corpus vniuersalis ecclesiæ esse acephalum:quia sine capite visibili & conuersante cum ea,quod est hæreticum. Vnde Marsilius de Padua dicens Christum nullum caput dimisisse ecclesiæ,condemnatus est per sedem apostolicam. vt patet in extrauaganti Iohan.22.quæ incipit.Licèt iuxta doctrinam Apostoli.Item in concilio cōstantien.per papam Martinum condemnatus est Iohannes Hus,asserens quòd non erat scintilla apparētiæ,quòd oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper conuersetur cum ea.¶Quartò sic. Vnitas ecclesię prout lib.1.c.8.& in hoc.2.lib.c.2.ostendim⁹ nō modò accipiēda est stāte ordinatione euāgelij in ordine ad Chrūm,quēadmodū Græci, Armeni,& plures alij hæretici & schismatici volūt: sed etiā in ordine ad vnū Chri vicariū, scilicet summum pontificem,ad quem vniuersum corpus ligari ac vniri necesse est.vnde gl. Matthæ.16.ita dicit. Ideo specialiter potestatem ligandi soluendiq; Petro Christus concessit,vt ad vnitatem nos inuitaret:ideo enim eum principem Apostolorum constituit, vt ecclesia vnum haberet principalem vicarium, ad quem diuersa mēbra ecclesię recurrerent, si fortè inter se dissentirent:quòd si diuersa capita essent in ecclesia, vnitatis vincula rumperentur.hæc glo. Et beatus Aug.super Psal.49. exponens illud. Deus deorum locutus est & vocauit terram. de Christo loquens dicit sic. Deinde quadragesimo,scilicet Ascēsionis die commendans sancto Petro ecclesiā,id est vocatam terram à solis ortu vsq; ad occasum:ne haberent excusationem, qui volunt in schismate deperire. ¶Quintò contra hunc errorē est verbum manifestè Christi dicentis, Petre tu vocaberis cephas. Cephas enim,vt parum antè dictum est, Græcè caput sonat.Quòd autem hoc loco totius ecclesiæ caput Petrus describeretur futurus,testatur venerabilis Beda in glo.ita dicēs.Intuitus autem Petrum Christus,vidit cordis simplicitatē, animi sublimitatem:cuius merito cunctæ essēt præferendus ecclesiæ.hæc Beda. ¶Sextò contra hunc errorem est illud quod à domino Petro dictum legitur.Super plebem meam principem te cōstitui.Non dicit plebes particulares,sed plebē ipsam,scilicet vniuersalem ecclesiam,quæ est plebs Dei.¶Septimò contra hunc errorem esse videtur: quòd beatus Petrus constitutus sit pastor vniuersalis ecclesiæ Iohan.vlti. Pasce oues meas.si ergo pastor totius ecclesiæ,ergo & caput. Quod autem quidam aduersarij veritatis dicebant Basilęæ nobis audientibus,& in scriptis suis damnatissimis reliquerunt,q̄ beatus Petrus non fuerit constitutus pastor ecclesiæ, quia Christus non dixit pasce ecclesiam meam, sed pasce oues meas,est stultè dictum. Tum primò:quoniam cùm ecclesia vniuersalis nihil aliud sit nisi ipse grex dominicus siue ouile Christi:sicut beatus Petr⁹ dictus est pastor gregis dominici,ita & vniuersalis ecclesiæ. Tum secundò: quia oratio ipsa ecclesiæ, quæ per totum orbē terrarum in ecclesia pronuntiatur,est in contrarium.vnde in ea sic dicitur. Deus omnium fideliū pastor & rector, famulum tuum. N.quem pastorem tuum ecclesiæ præesse voluisti.&c. Tum tertiò: quia in contrarium est beatus Greg.in homilia dominicæ resurrectionis. & habetur in.c.considerandum.di.50. qui ita dicit. Considerandū nobis est,cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat, ad ancillę vocē pertimescere,& seipsum negare permisit.Quod nimirum magnæ actum pietatis dispensatione cognoscimus:vt is, qui futurus erat pastor ecclesiæ,in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset.hæc ille. Ad idem sunt verba beati Aug. inducta suprà in ca.20. Patet ergo manifestè, quòd grauiter errāt,qui beatum Petrum fuisse & eius successorem Roma.ponti.negant esse caput vniuersalis ecclesiæ. ¶Secundò vbi ad reprobationē præfati erroris commemoranda erant sanctorum Patrum testimonia, sufficiat, quòd in capitulis proximè superioribus habentur ad hoc testimonia Chrysostomi,Hieronymi,Augustini, Anacleti,Marcelli,& Gregorij:quorum patrū sanctorum sententijs synodus Constantiensis illustrata condemnauit prefatum errorem inter errores Iohannis Hus,dicentis quòd Petrus non fuerit caput ecclesiæ sanctæ catholicæ:& ratio.catholicum idem est quod vniuersale.

Secundum principale.

Tertiū principale. ¶Tertiò videndum est quomodo respōsio aduersariorum, quam sanctorum dicta dant, nullius sit roboris ac virtutis. Pro quo sciendum,quòd ad omnes authoritates dicentes Petrum fuisse,vel Romanorum pōtificem esse caput vniuersalis ecclesiæ, respondent sub hac distinctione: dicunt signum illud vniuersale accipiendum esse distributiuè,vt scilicet distribuat pro singulis ecclesiæ membris, non autem collectiuè pro ipsa vniuersali ecclesia.Sed quòd ista responsio sit vana,& quo dammodò stulta,& errorem sapiat,licèt ex supradictis quisq; sapiens manifestè intelligat, nihilominus sic ostendimus. Vana quidē præfata responsio est:quia licèt signum vniuersale cùm cadit supra nomen commune non collectiuum possit fieri ista distinctio. verbi gratia,distinguitur apud logicos ista.Omnes Apostoli Chri sunt duodecim:quia collectiuè est vera,distributiuè sumpto signo vniuersali est falsa:& ecōuerso illa:Sortes est fortior omnibus hominibus:quia distributiuè potest esse vera, collectiuè est falsa. Tamen quando signum vniuersale cadit super nomen collectiuum,cuiusmodi est ecclesia,plebs,populus familia,grex,collegium, concilium,synodus, & huiusmodi, non videtur habere locum ista distinctio:quia contra naturam nominis collectiui est quòd teneatur distributiuè,& non collectiuè. Prēterea falsitas præfatæ distinctionis ostenditur ex professione patrū Chalcedonen.concilij:qui,vt in gestis eiusdem cōcilij colligitur,scribentes Leoni papę profitētur in concilio per suos missos,quòd eis vt caput præerat. Vbi bene patet,quòd isti patres sancti Chalcedonen. concilij sublimiùs sentiebant de authoritate Romani pōtificis,quàm nouelli magistri Basilien.sentiant:qui in tantam stultitiam deuenerunt, vt Romanorum pontificem nō caput concilij cognoscerent, sed tantùm membrum partiale, licèt principale. Secundò quòd papa dicatur caput singulorum membrorum corporis ecclesiæ, & non ipsius corporis,quod ex ipsorum membrorum resultat multitudine, videtur nobis stultum:sicut quòd episcopus sit caput fidelium diœcesis suæ, & non ipsius diœcesis:rex sit caput omnium regnicolarum, & non regni. Tertiò videtur erronea, quoniam contra euangelium & sanctorum patrum doctrinam est:& quia expressè damnata est, vt diximus in concilio Constantien. inter articulos Iohānis Hus.

¶In quo respōdetur rationibus inductis in fauorē erroris præfati. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones, & rationes factæ in fauorem erroris quorundam dicentium Petrū non fuisse caput uniuersalis ecclesiæ,licèt bene singularum ecclesiarum,soluuntur.*

Quartum principale cōtinens solutionē pro bationū in 24. cap. sequentium.

AMprobato errore tam authoritatib⁹ q̄ rationibus,iā aduersariorum rationibus restat respondendum: quod erat quartum faciendum. Pro quarum solutione, & multarum aliarū similium est notandum: quòd sicut de corpore naturali animalis contingit loqui dupliciter,quia vel corpus nominat membra cū capite simul, aut tantùm residuam partē à capite:ita de ecclesiæ corpore contingit loqui dupliciter. Nam vt sanctus Thom.dicit in.4.49 distin. nomen ecclesiæ dupliciter accipitur. Quandoque enim nominat tantūmodo corpus, quod Christo conjungitur sicut capiti. Quandoq; nominat caput, & membra simul coniuncta. Et ita similiter possumus loqui dupliciter de vniuersali siue de tota ecclesia in proposito nostro, videlicet. Vno modo,vt dicit collectionem, siue vniuersitatem absolutè omnium fidelium, nullo dempto siue non intellecto: & hoc modo nominat membra omnium cum capite suo. Et sic est sermo de vniuersali ecclesia, cùm de ea absolutè loquimur non distinguendo, aut referendo eam contra aliquem fidelem:sicut cùm dicimus,quòd vniuersalis ecclesia est sponsa Christi,quòd errare non potest,& huiusmodi. Alio modo contingit loqui de corpore vniuersalis ecclesiæ prout nominat membra tantùm, siue fideles commissos curæ beati Petri siue eius successoris, & sibi tanquam capiti vnitos. Et hoc modo de ecclesia vniuersali fit sermo, cùm de ea loquimur sicut de corpore in comparatione ad caput eius. Cùm enim nihil referat realiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter ad seipsum,nec aliquis sibijpsi subiectus esse possit,necesse est vt ista adinuicem vt di stincta accipiantur. vt cùm dicimus,quòd pa pæ est cõmissa cura totius ecclesiæ. vt inquit beatus Grego.& quòd beatus Petrus fuit ca put totius vniuersalis ecclesiæ. vt inquit beatus Marcellus papa in cap.Rogamus.24.q.1. & q est cephas corporis Christi.vt ait beatus Hierony. Et similis fit distinctio de regno, & de omni principatu:quandoque enim nomi nat simul principem, & subditos, aliquando regnicolas tantùm subditos alicui principi. si cut dicimus,istud regnum est illius:alle dominatur huic regno.¶His autem notatis dicen- *Ad primã.*
dum est ad rationem primã, quæ sumitur ex 1
ca.Quanuis.Respondetur primò negando cõ sequentiam:quia arguit ab authoritate negatiue,& talis argumentatio nulla est. Præterea si ibi non habetur,habetur tamen in multis alijs locis,sicut patet suprà ca.20. Secundò respõdetur,quòd papa Pelagius rectè loquitur, sed nihil in fauorem aduersariorum.Quod patet.Quia cùm nihil sit maius aut superius seipso,oportet quòd inter prælatum & subditos sit distinctio:cùm ergo Romanam ecclesiam ponimus prælatam,necesse est vt intelligamus,quòd respectu cæterarum omnium ecclesiarũ quæ distinguũtur ab ea. Non debuit autẽ dicere,quòd vniuersalis ecclesia est præ lata prout vniuersalis ecclesia includit etiam Romanam, quia tunc fuiipsius esset prælata: nihilominus beatus Petrus, qui prælatus est etiam ecclesiæ Romanæ, dicitur prælatus vniuersalis ecclesiæ,quæ ex omnibus particulari *Ad secũdã.*
bus ecclesijs consurgit.¶Ad secundam rationem,in qua dicitur. Christus est caput ecclesiæ.&c. respondetur negando consequentiã. Et ad probationem suprà est responsum dupliciter in cap.23.ad secundam rationem.Primò,quòd licet hoc verum sit de corpore naturali hominis, quia tale non est pars alterius: non tamen de corpore per similitudinem dicto,siue mystico: quia vnius & eiusdem possunt plura capita subordinata esse,licet vnũ principale,& aliud secundariũ principali subordinatum.Sicut in vno corpore ciuitatis est caput rector eiusdem, & cum hoc rex,qui totius regni caput est.Secundò dicebatur,quòd proprie loquendo non ponuntur duo capita distincta: quoniam papa non est omnino aliud caput distinctum à capite,quòd est Christus,sed est eius vicarius,& vicem eius,& personam,potestatem,& authoritatem representãs in terris:& ei⁹ iudiciũ,iudiciũ Dei reputat: & sentẽtia ei⁹ & cõsistoriũ ei⁹ cõsistoriũ Dei, & ideo non sunt propriè duo capita,sed vnũ: vt declarat Bonifacius .8.in extrauagãti.Vnã sanctam.quoniam vbi vnum propter alterũ vtrobiq; tantùm vnum.¶Ad tertiam rationẽ *Ad tertiam.*
cùm dicitur,quòd papa nõ est perfectior vniuersali ecclesia,respondetur negando totam illam minorẽ.Dicimus enim,quòd cùm papa sit constitutus princeps super totam ecclesiã, secundùm illud quod dictum est à domino ipsi Petro:Super plebem meam principem te constitui,perfectior perfectione potestatis & superior ac dignior superioritate authoritatis est toto residuo corpore ecclesiæ:licèt in comparatione ad alia bona spiritualia,quorũ cùm maior copia inueniatur in vniuersitate ecclesiæ quàm in vno solo prælato,non est dubiũ, quin ecclesia perfectior ac dignior sit plenitudine copiæ bonorum spiritualium papa quã tuncunq; sancto.Potest etiã quantum ad perfectionem interiorem,quæ attenditur penes charitatem,quæ ab Apostolo dicitur vinculum perfectionis,isto modo vetula dici perfectior esse quàm papa.Est etiam director ecclesiæ,cùm princeps & pastor illius sit:& hoc siue sit dispersa,siue collecta.Collectio enim ouium ad vnum locum nihil authoritatis minuit in pastore.Vnde canon in ca.vbi periculum maius.extra de electio.in.6. & qui factus est in concilio Lugdunen.nominat papam vicarium Iesu Christi,successorem Petri,rectorem vniuersalis ecclesiæ, gregis dominici directorem.Item Leo papa in quadam epistola ad Palestinos in princ.sic dicit. Sollicitudini meæ, quam vniuersali ecclesiæ omnibusque eius filijs debeo.&c. Ecce quòd non solùm filiorum,sed vniuersalis ecclesiæ dicit se curam geriminis habere.¶Ad quartam,cùm dicitur *Ad quartũ.*
papa non est caput.&c. respondetur negãdo assumptum. Dicimus enim, quòd est caput vniuersalis ecclesiæ distributiuè: quia omniũ aliorum fidelium à se:sicut rex dicitur caput totius regni,licèt non sit caput suijpsius.Item dicimus,quòd sit etiã caput vniuersalis ecclesiæ collectiuè,cùm sit director illius sicut princeps populi sui.Et ad probationem, cùm aduersarij dicunt,quòd papa non est caput vniuersalis ecclesiæ collectiuè: quia per sacramẽta non influit toti ecclesiæ collectiuè,quia sic non habet animam, nec indiget sacramentis, licèt membra indigeant,videtur nobis, quòd hæc probatio implicet tria, quæ nobis videntur erronea,saluo semper meliori iudicio. Primum est, quòd dicunt, quòd ecclesia vniuersalis collectiuè sumpta,cuius caput esse Christum dicunt,& non papam,sit res non habẽs animã

animam, siue sit animata. Secundum est, q ipsa ecclesia verisimile non indiget sacramẽtis,licèt membra eius indigeant. Tertium est, quòd ipsa vniuersalis ecclesia sit aliud, quàm ipsa eius membra indigentia sacramentis.Cõtra primum est,quòd corpus Christi mysticum,quod est ipsa vniuersalis ecclesia,nõ potest esse nisi vnũ.Quomodo enim caput Christus influere potest sensum & motum spiritualem in corpus non habens animã,nec spiritum,cùm solus spiritus susceptiuus sit huiusmodi influxus?Quomodo ecclesia vniuersalis creditur sancta, si non habet animã? Quomodo vniuersalis ecclesia collectiuè sumpta potest dici sponsa Christi, si non habet animam?Quomodo inter Christum, & ecclesiã vniuersalem potest esse matrimonium, si vniuersalis ecclesia animam non habet?& per cõsequens nec fidem,nec charitatem, quibus vniatur sponso suo? Quomodo habet claues, & potestatem directiuam omnium, vt aduersarij dicunt,si non habet animam?Quomodo Christus mortuus est pro ecclesia vniuersali, si illa caret anima & sensu?Quomodo vniuersalis ecclesia militans cõiungẽda est in gloria triumphanti,si animã nõ habet?& per consequens nec capacitatẽ gloriæ? Videtur nobis, quòd aduersarij delirent in cognitione ecclesiæ vniuersalis, & ideo non mirum, si multis prouoluantur erroribus.Contra secũdum er- *Ephe.5.*
rorem est Apostolus dicens. Christus dilexit ecclesiam,& tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret,mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ. glossa. id est, quo datur vita: quo accedente ad elementum fit sacramentum. sequitur: vt exhiberet ipse sibi.glossa in futuro gloriosam ecclesiam non habentem maculam,neq; rugam,aut aliquid huiusmodi.Quod verbum beatus Augustinus tractans in lib.retracta. de li. de moribus ecclesiæ,dicit sic.Sic accipiendũ est quod ait Apostolus, Christus dilexit ecclesiam suam. &c. Hoc est enim lauacrum aquæ in verbo, quo mundatur ecclesia: sed cùm tota dicat quandiu hìc est, dimitte nobis debita nostra: non vtique hic est sine macula, & ruga,aut aliquo huiusmodi.hæc Augu.Sanè manifestum est, quòd authoritas ista Pauli apertissimè ostendit opinionem aduersariorum esse erroneam, quam habent de ecclesia vniuersali. Contra tertium errorem videtur esse illud quod glos. habet super illud Psal. 127.Vxor tua sicut vitis abundans.&c.vbi glo. exponens illud, vt sit sermo ad Christum caput, dicit sic. Vxor Christi est ecclesia.&c. & exponens sequentem versum,Filij tui.&c.dicit sic.Idem sunt filij Christi,qui &vxor,id est ecclesia.ipsa enim est cõiunx Chri,ipsa filij. hæc ibi. Itẽ idẽ notatur Luc.10.vbi dicitur, Fidelis seruus & prudens,quem constituit dominus super familiã. id est ecclesiam:vt det illis triticum. &c. Ecce idem dicit ecclesiam & illos, quibus ministrãdum erat triticum.Item beatus Bernar.in sermone de nuptijs,vbi aqua in vinum est mutata, ita ait.Sponsa Christi nosipsi sumus, & omnes simul vna spõsa,& animę singulorũqua si singulæ sponsæ. hęc ille.Est ergo corpus ecclesiæ ipsi fideles,ipsa mẽbra eius. Sed de hoc suprà lib.1.vbi de ecclesia vniuersali quid sit, plenius explicauimus.¶Ad quintam respon- *Ad quintã.*
detur negando consequentiam, quæ tanquã erronea condemnata legitur in concilio Constantiensi inter errores Iohannis Hus, qui dicebat,q si papa est malus,non est caput ecclesiæ militantis.Nam concilium dicit, q error est. Consequentia ergo talis nulla est: Vniuersalis ecclesia militans tota deficere nõ potest in fide aut in moribus,ergo homo, qui deficere potest, non potest illius esse caput ministeriale.

¶Quòd papa aliquo modo dicẽdus sit sponsus ecclesiæ vniuersalis. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quomodo est sponsus ecclesiæ, ostenditur.*

QVemadmodũ Romanus põtifex caput ecclesiæ vniuersalis est,ita etiam sponsus illius dici potest. Sunt enim prælati sponsi ecclesiarum suarũ vt in.c.Sicut alteri⁹ vxor.7.q.1 vbi dicit beatus Calixtus papa.Sponsa vxorque episcopi dicitur eius ecclesia. Vnde in ei⁹ signum episcopus portat annulũ. Sicut enim in electione alterius prælati fit matrimonium inter vnam ecclesiam particularem & episcopum:ita in electione summi pontificis per cardinales vice totius ecclesiæ fit matrimonium spirituale inter papam & vniuersalem ecclesiam:sicut aperte colligit in ca.Ecclesiæ meæ. dist.97.hinc extra de immu.eccle.in ca.Quoniam.lib.6.dicit papa.Nos iustitiam nostram & ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere &c.Quòd autem Christus communicet alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam nomen sponsi,habet expresse glo.Isa. 61.super illud.Dedit me quasi sponsum decoratum corona,& sponsam ornatam monilibus,quæ dicit sic. Christus ecclesiæ sponsus, sed tamen perfectos in ecclesia eodem nomine dignatur.secundùm illud Apostoli. Tanquam paruulis in Christo lacvobis potum dedi,non escam. Ipse ergo sponsus Christus spõsos suos facit & sponsas:tamen vna est in capite & in membris ecclesia.hæc gloss. Præterea cùm inter episcopum & ecclesiam suam fœdus coniugij sit.quod vt ait Innocen.in ca. Licèt.extra de transla.episcopi.in electione initiatur:ratificatur in confirmatione:&in consecratione intelligitur consummatum. Nulli debet in dubium verti,quin episcopus sponsus dici posset ecclesiæ:& per consequens papa sponsus vniuersalis ecclesiæ,cui præest tanquam rector & pastor. 1.Cor.3.

¶ In quo obijcitur, quòd papa non possit dici sponsus vniuersalis ecclesiæ: & respõdetur ad obiecta. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd non possit dici sponsus uniuersalis ecclesiæ,obiectiones quinq;& ad eas responsio.*
2 *Paranymphus unde dicatur.*

NOminis sponsi dignitatẽ aduersarij non patientes Romano pontific. respectu vniuersalis ecclesiæ attribui,arguũt multipliciter contra dicta in præcedenti cap. ¶ Primò sic. *Arg.primũ* Solus Christus videtur esse sponsus ecclesiæ, secundùm illud Iohan.3. Qui habet sponsam sponsus est:illi ecclesia per fidem cõiungitur secundùm illud Osee.2. Sponsabo te mihi in fide.ergo sequitur, quòd papa non sit dicen- *Secundum.* dus sponsus ecclesiæ. ¶ Secũdò sic.Beatus Bernardus scribens Eugenio li.de consideratione. paranymphum papam dicit,& amicum spõsi,non autem sponsum.ergo.&c. ¶ Tertiò sic. *Tertium.* Sponsus est,qui de sponsa sua suo nomine filios generat:sed papa non generat de ecclesia filios suo nomine:vnde non dicuntur à Petro Petrini,sed à Christo Christiani.ergo papa nõ potest dici sponsus ecclesiæ. ¶ Quartò sic. V- *Quartum.* nius sponsæ vnus debet esse sponsus. Gene.2. Erunt duo in carne vna. ergo respectu ecclesiæ sanctæ Dei vnus sponsus debet dari, non duo. Vt enim ait beatus Calixtus,& habetur in capitu.sicut in vnaquaque ecclesia.21.quæstione.2.Ecclesia Christi vxor & sponsa debet esse,non scortum.ergo.&c. Nec valet,in- *Replica.* quit aduersarius,quòd dicatur,quòd papa sit sponsus ministerialis:quia licèt ex commissa plenitudine potestatis aliquis sit supremus vicarius,aut minister alicuius regis, non audet tamen vsurpare quomodolibet regium nomen,nec se nominare sponsum vxoris domini sui. ¶ Quintò arguitur sic. Sponsa siue *Quintum.* vxor est subiecta sponso siue viro, sicut habetur ad Ephesi.5. vbi inquit Apostolus. Sicut ecclesia subiecta est Christo,ita & mulieres viris suis in omnibus:sed ecclesia vniuersalis nõ est papæ subiecta,cùm sit minister eius.ergo. &c. Ad ista respondẽtes pro intelligentia eius quod dictum est,quòd papa sit sponsus vniuersalis ecclesiæ: inducemus in primis quod sanctus Thom.in tractatu suo contra impugnantes religionem in hac materia dicit.ait enim sic.Sponsus ecclesiæ propriè loquendo Christus est.de quo dicitur. Qui habet sponsam,sponsus est:ipse enim de ecclesia nomini suo filios generat. Alij autem dicuntur sponsi sicut ministri sponsi exteriùs cooperantes ad generationem spiritualium filiorum, quos quidẽ non sibi,sed Christo generant: qui quidem ministri intantum sponsi dicuntur, inquantum vicem veri sponsi obtinent. & imò papa qui obtinet vicem veri sponsi in tota ecclesia,vniuersalis ecclesiæ sponsus dicitur.hęc sanctus Thom. Quo habito, dicendum est ad *Ad primũ* rationes aduersariorum. ¶ Ad primam cùm dicit,quòd solus Christus.&c. respondetur,q 1 verum est,quòd solus Christus propriè loquẽdo sit sponsus ecclesiæ,sicut is,quo sponsa fœcundatur,& cuius nomini ecclesia filios generat:nihilominus tamen prælati inquantumvt ministri Christo exterius cooperantur per dispensationem sacramentorum,siue diuini verbi ad generationem spiritualium filiorũ Dei sponsi dici possunt:sicut parum antè diximus in ca.23.de capite loquendo: quòd quo ad influxum interiorem gratiæ ratio capitis soli Christo attribuenda erat, quo verò ad influxum exteriorem,scilicet per modum dispensationis sacramentorum, aut directionis in agendis, ratio capitis etiam alijs conuenire poterat,scilicet prælatis ecclesiæ. ¶ Ad secundã *Ad secũdũ.* rationem respondetur vno modo negando consequentiam istam. Bernardus non nominat eum sponsum, ergo non est aliquo modo sponsus: quia ab authoritate negatiuè cõ

sequentia non valet. Secundò respondetur,q dato,quòd beatus Bernar.diceret, quòd non esset sponsus,verum diceret, quòd papa non est propriè,vt dictum est,sponsus ecclesiæ,sicut scilicet cuius virtute fœcundetur ecclesia, siue ecclesiæ sacramenta ad generationem spiritualium filiorum,& cuius nomini ecclesia filios generet:licèt bene dicatur paranymphus & custos ecclesię,ac amicus sponsi.vt de Iohãne Baptista dicitur.Iohan. 3. Paranymphus enim dicit à para,quod est iuxta,& nympha, quod est sponsa,quasi sponsam coniungens, siue desponsans viro. Et hoc modo dicit sanctus Thom.quòd episcopus, cui cura ecclesię committitur,virgines desponsat,non sibi,sed Christo quasi sponsi paranymphus & amicus: nihilominus tamen ratione illius ministerij aliquo modo possunt dicit prælati sponsi ecclesiæ,vt dictũ est. ¶ Ad tertiam cùm dicitur *Ad tertium* spõsus est.&c. respõsio patet ex dictis:quoniã talis non est nisi Christus, nihilominus ministerio cooperationis prælatus bene potest dici sponsus aliquo modo etiam generans. vnde *1.Cor.4.* Paulus inquit. In Christo enim Iesu per euangelium vos genui. ¶ Ad quartam cùm dicitur, *Ad quartũ.* quòd vnius.&c. respondetur,vt inquit sanct⁹ Tho. vbi suprà. quòd etsi episcopus suæ diœcesis sponsus sit & presbyter suæ ecclesiæ. vnde & diœcesis sponsus papa est, & episcopus parochiæ, non tamen propter hoc sequitur, quòd sint plures sponsi vnius ecclesiæ:quia sacerdos suo ministerio cooperatur episcopo tanquam principali,& similiter episcopi papæ,& papa ipsi Christo. vnde Christus,& papa,& episcopus,ac sacerdos non computantur nisi vnus spõsus ecclesię. hæc sanctus Thomas. ¶ Ad illud autem quod dicit aduersarius *Ad replicã.* quòd papa etiam non posset dici sponsus ministerialis ex similitudine carnalium sponsorum:nihil valet,cùm non sit simile. Vnde aduersarius ille in hoc multùm decipitur, & in multis locis: quia ex similitudine carnalium minùs sobriè iudicat de spiritualibus. Non est autem simile de ministro alicuius regis respectu vxoris suæ,& de ministro Christi respectu sponsæ suæ ecclesiæ:quoniam minister respectu filiorum,quos rex habet de vxore sua, non cooperatur regi ad generationem filiorum illorum:& ideo nullo modo etiam ministerialiter potest habere nomẽ spõsi. Sed quoniam ministri ecclesiæ cooperantur Christo ministerialiter ad generationem spiritualium filiorum, qui de ecclesia sponsa generantur, ideo aliquo modo dici possunt etiam sponsi ecclesiæ sponsæ Christi. Verum est tamen vt dictum est vnus sponsus numerãtur cum eo. ¶ Ad quintam rationem respondetur negando minorem. Cùm enim summus põtifex sit pastor,rector,& caput vniuersalis ecclesiæ eo modo,quo oues subijciuntur pastori,& subditi rectori, & corpus capiti ecclesia subijcitur summo pontifici. Et cùm arguitur, quòd papa est minister ecclesiæ: dicendum pro nunc, quòd minister alicuius dicitur quis duobus modis. Vno modo qui alteri aliquod impendit auxilium,subsidium,aut opem salutarem: & hoc modo papa est minister ecclesię,& prælati ecclesiarum suarum. Quo etiam modo angeli dicuntur ministri hominum. Vnde Apo- *Hebr.11.* stolus dicit eos in ministeriũ missos propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Dicitur enim etiam Christus hoc modo minister. Vt *Matt.20.* de ipse ait. Non veni ministrari, sed ministrare. & hoc modo capiendo nomen ministri, non valet ista consequentia, Iste est minister illius:ergo est illi subiectus. Imò potest esse superior & dñs, sicut patet in exemplis inductis. Alio modo dicitur quis minister alterius, sicut cuius virtute operatur,& cuius vices gerit tãquam principalis:& de tali ministro alicuius bene verum est, quòd sit subditus illi, cuius est minister. Sed hoc modo papa non est minister ecclesiæ,sed Christi,cuius authoritate & vice regit & gubernat ipsam vniuersalem ecclesiam. Vnde dicit Apostolus. Sic *1.Cor.4.* nos existimet homo vt ministros Christi.&c. Item legatione fungimur pro Christo. *2.Cor.6.*

¶ De tempore quo põtificali authoritate beatus Petrus Christo sublimatus,ac consecratus sit. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Apostolus quòd à Christo immediatè potestatẽ & dignitatem habuerit episcopalẽ, ex eo ostenditur.*
2 *Petrus quomodo post Christi passionem summũ adierit pontificatum.*

POstquam plenissimè mõstrauimus, quòd beatus Petrus à Christo primatum, & pontificatum in ecclesia habuerit: cõsequẽs est pro pleniori tractatus intelligẽtia enucleare, quo tẽpore ipsius pontificatus fastigio sublimatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

matus fuerit,ac donatus.¶Pro quo in primis dicimus,quòd beatus Petrus à Christo immediatè potestatem & dignitatem episcopalem habuit,ab eodem factus & consecratus episcopus.Vnde Anacletus papa & martyr.dist.21 in cap.in nouo.dicit sic. Ipsi sancto Petro primò pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente domino ad eum:Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Deu. 31. Et ratio huius est:quia Dei perfecta sunt opera.Vnde sicut Deus in creatione hominis perfectos fecit,ex quibus propagatio naturaliter procedere potuit, sic Deus Apostolos, quos tanquam principia siue fundamenta ecclesiæ in recreatione fecit:sic perficere debuit,vt per eos ecclesia propagari posset:sed sine episcopo ecclesia non poterat proficere, à quo solo omnia ecclesiastica sacramenta possunt ministrari.Oportuit ergo,vt Christus pontifex recedens corporaliter & visibiliter ab ecclesia aliquem loco sui relinqueret in ecclesia.Sed si (pro quia)aliquem fecit loco sui vices suas agentem pontificali dignitate præditum, verisimilr est de Petro,qui cæteris dignior fuit ac sublimior, vt ex superioribus patet. vnde Chrys.super illud Luc.24.Apparuit Simoni. dicit sic.Primò digniori,& fideliori omnibus apparuit.Et idem Aug.dicit super illud Iohã. 13.Venit ergo ad Simonen Petrũ.super quo ita dicit.Quis enim nesciat primum Apostolorum esse beatissimum Petrũ?Præterea cùm ex diuinorum operum perfectione apertissimè hoc intelligamus, qr cùm aliquid alicui cõmittitur,per consequens commissum intelligatur & illud,sine quo commissum explicari non potest:pascere autem gregem dominicũ, quod commissum esse Petro ipsum sanctum euangelium testatur, perfectè nullus posset, nisi episcopus,qui sacramentorum omnium habet dispensationem:manifestum est,quòd cùm Christus Petro gregis dominici pasturã commendauit,officium pastorale episcopi simul imposuerit,siue tradiderit.Siquidẽ Christus propter excellẽtiæ potestatem, quam in sacramentis habuit,rem sacramenti sine sacramento conferre potuit, vnde solo verbo Petrum episcopum fecit. ¶ Cæterùm ad videndum quo tempore Petrus Apostolorum primus episcopus à Christo factus sit, considerandum est,quòd quia tempore,quo saluator noster corporaliter inter homines visibilis cõuersabatur, per seipsum rexit ecclesiam,nulla necessitas, sed neque decentia, neque vtilitas fuit,quòd ipse alium loco sui pastorem poneret sibi episcopum,sed solum quando post resurrectionem præsentiam suam corporalem visibilem esset ab ecclesia subtracturus.Quem admodum prælati tunc demũ quando se per longum tempus à suis ecclesijs absentare disponunt, loco sui generales vicarios constituunt. Vnde beatus Petrus factus est à Christo pastor,princeps,& episcopus ecclesiæ vniuersalis,quando post resurrectionem ascensurus in cælum,nunquam inde ad conuersationem mortalitatis nostræ reuersurus,inquit Simoni Petro: Simon Iohannis diligis me?pasce oues meas.id est potestatem accipe pascẽdi gregem meum pastura:per omnium administrationem sacramẽtorum, quibus ipsa pascenda,& nutrienda est.vnde super illud Luc. 22. Facta est contentio inter eos quis eorum esset maior. dicit Gregori. quod contentio illa videtur habuisse motiuum,quòd cùm dominus ab hominibus migraret,decebat aliquẽ eorum fieri aliorum principem,quasi domini vicem gerentem: quasi diceret, antequam transmigraret non erat necesse. Vnde beatus Petrus non est factus pastor & episcopus ante Christi resurrectionẽ.Quod multis sanctorũ Patrũ authoritatibus & rationibus cõprobatur.¶In primis est illustris testis beat' Hier.super illud Matth.16.Tu es Petrus.&c. dicens hanc potestatem, & ecclesiæ ædificationem super Petrũ in futuro promissam,non in præsenti datam esse. ¶Secundò ad hoc est beatus Chrys. super illud Luc.22.Facta est cõtentio inter eos.vbi sic ait. Credenda erat Petro populorum innumera multitudo. Nota, quod dicit credenda, quod est futuri temporis.¶Tertiò confirmat hoc beatus Ambro.in cap.fidelior.dist.50.ita dicens.Fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit,atq; ideo maiorem gratiã inuenit quàm amisit: tanquam enim bonus pastor tuendũ gregem accepit.Hoc autem cùm post resurrectionem contigisse manifestum sit, nulli dubium, quòd Petrus pastoralem curam atq; dignitatem pontificalem post resurrectionem à Christo susceperit. ¶ Quartò hanc conclusionem roborat beatus Grego.in homilia dominicæ resurrectionis. & habetur in cap.considerandum.di.50.ita dicens. Considerãdum nobis est, cur omnipotens Deus eum,quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat,ancillæ vocẽ pertimescere, & seipsum negare permisit.Quod nimirum actum magnæ pietatis dispensatione cognoscim?,vt is,qui futurus erat pastor ecclesiæ in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset.Vbi nota duo verba futuri temporis.Primum ibi:cùm ait,quem cũctæ

Petrus post passionem primatũ suscepit.

2

ctæ ecclesiæ præficere disposuerat. quasi diceret,quòd nondum præfecerat.Secundum ibi, cùm ait,qui futurus erat pastor ecclesiæ.q. di. quòd nondum erat.Et ita videtur, quòd beatus Petrus ante Christi passionem neq; præpositus,neq; pastor erat actu ecclesiæ.¶Quintò hoc confirmat glossa. in præfato.c.considerandum. quæ ita dicit.hoc verbo Pasce oues meas.factus est Petrus princeps ecclesiæ.extra de elect.c.significasti.non in illo:Tu es Petrus.quia illud fuit ei dictum ante passionem. hæc glo. ¶ Sextò ad hoc facit id,quod habetur in.c.solitæ.extra de ma.& obedien.§. nobis.Item id,quod habetur in extrauaganti domini Bonifacij.8.Ad idem Inno. & Hosti. in cap.licèt.de foro compo.& Archi.in cap.vbi periculum. de elect. libro. 6. in gloss. magna circa finem.

¶In quo ponuntur aliqua obiecta cõtra prędicta.Cap.XXX

SVMMARIVM.

1 *Petrus quòd ante resurrectionem fuerit factus pastor & episcopus, & non post, obiectiones nõ ab aduersarijs ponuntur.*

Arg.primũ

1 CONtra conclusionẽ præfatam de tempore,quo pontificatus datus sit Petro,aduersarij authoritatib?, & rationibus insurgunt. ¶ In primis inducunt illud Anacl. in c.in nouo.di.21 qui ait. Ipsi Petro primò pontificatus datus est,dicente domino: Tu es Petrus.&c.sed hoc fuit ante passionem, ergo ante passionem

Secundum. pontifex factus est. ¶Secundò beatus Chrysostomus super illud Lucæ. 22. Facta est contentio inter eos.dicit,quòd creditæ erant

Tertium. Petro claues regni cælorum,sed hoc fuit ante passionẽ.ergo.&c. ¶Tertiò idẽ beat? Chrys. super illud Matthæ. 16.super hanc petrã.&c. dicit.Hic erigit eius sensum, & pastorẽ facit.

Quartum. ¶Quartò est glo. Rabani super illud Matth. 16.Tibi dabo claues regni cælorum.di. quòd Petrus specialiter claues regni cælorũ,& principatum iudiciariæ potestatis accepit,sed hoc manifestè intimuat eius pontificatum,ergo sequitur,quòd ante passionẽ Petrus factus fuit

Quintum. à Christo põtifex, siue episcopus. ¶Ratione sic quintò.Aaron simul factus est sacerdos, & episcopus:ergo similiter, & multò magis Petrus,qui per Aaron fuit figuratus: sed Petrus in cœna factus est sacerdos,ergo etiam factus est episcopus. ¶ Sextò sic.Iudas factus fuit à Christo episcopus, sed non post passionem, & resurrectionem, vt patet,ergo ante.Ergo similiter,& multò magis Petrus fuit factus episcopus ante passionem. Consequentia patet. Antecedens colligitur ex illo Psalm. 108. & *Sextum.* *Actuum.* 1.vbi de Iuda dicitur. Episcopatum eius accipiet alter. ¶Septimò sic. Omnia sacramenta debuerunt institui ante passionem, *Septimum.* inter quæ confirmatio sacramenti ordinis est episcopatus:ergo ante passionem Petrus fuit episcopus,& alij,siqui fuerunt à Christo facti. Consequẽtia est manifesta.¶Octauò sic.Dei perfecta sunt opera. Deut.31. Vnde instituẽs *Octauum.* sacramentum debuit perfectè ipsum instituere, & quantum ad materiam & quantum ad ministrum. Vnde sicut instituens eucharistiã instituit ministrum faciens Apostolos sacerdotes:ita instituens sacramentum ordinis debuit instituere ministrum,qui est Episcopus, ordinans sacerdotes. ¶ Nonò sic.Et arguitur, *Nonum.* quòd Petrus & alij Apostoli facti sint episcopi per illud Iohan.20.Accipite spiritum sanctum,& quorum remiseritis peccata, remittũtur eis.super quo dicit beatus Gregor. Principatum superni iudicij sortiti sunt,vt vice Dei quibusdam peccata retineant,quibusdam relaxent:quorum nunc in ecclesia episcopi locum tenent, ligandi, & soluendi authoritatẽ suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. ergo.&c.

¶In quo respõdetur ad obiectiones præfatas.Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones ab aduersarijs factæ, quòd Petrus ante resurrectionem fuerit pastor & episcopus à Christo institutus & non post, diluuntur.*

HIs autem difficile non est respondere põderantibus bene dicta sanctorum patrum,non ad corticem literæ,sed ad sanam intelligẽtiam. Dicendũ est ergo adea quæ inducta sunt in contrarium.¶Ad primam autem authoritatem,quę sumitur in ca.in nouo.di.21. respondetur per glo.eiusdem ca.quæ ita habet. Videtur ergo,qr per hæc verba: Tu es Petrus.datus sit Petro pontificatus,& ita ante passionem, quia antè fuit ei dictum:cui videtur contradicere capi.considerandum.di.50.&.c.fidelior. Nã ibi dicitur,qr post passionẽ,quia autè non

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit datus ecclesiæ pastor. hęc glo. Dicendum est ergo iuxta beatum Ambrosium, cuius sunt illa capitula, quòd post passionem Christi Petro pōtificatus à Christo sit datus, & non quando dictum est sibi: Tu es Petrus. &c. maximè quia cùm tunc non fuerit sacerdos, episcopus esse non potuit. Quod ergo dicitur in authoritate Anacle. quòd dat⁹ est, exponendum est, id est promissus. promisit enim Christus ei summum pontificatum tunc, quam promissionem adimpleuit post resurrectionem. Illud etiam quod dicitur dicente domino: exponendum videtur id est promittente domino, more sacræ scripturæ posuit futurum, quasi præteritum: & siendum quasi factum, propter certitudinem promittentis qui veraciter adimplet quod promittit, dicente Psal. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. ¶ Ad secundam authoritatem, quæ est Chryso. eadem responsio est, vt quod dicitur quòd claues creditæ erant Petro. intelligatur promissione, non actuali donatione. ¶ Ad tertiam authoritatem eiusdem Chryso. similis responsio est. vt quod dicitur, quòd fecit eum pastorem, exponatur, id est disposuit eū pastorem: quod postea adimpleuit, cùm ad eū ait: Pasce oues meas. Iohan. vlt. ¶ Ad quartam authoritatem, quæ est Rabani, eadem responsio est. vt quod dicitur, quòd Petrus specialiter claues regni cælorum & principatum iudiciariæ potestatis accepit, intelligatur in promissione, siue in spe, non autem in actuali possessione. ¶ Ad quintam cùm arguitur de Aaron, respondetur negando consequētiam: quoniam non est simile de vno, & de alio: vt dicit domin⁹ Petrus de Palude: quia iam erat populus Israël collectus, cui Aaron præficiendus erat. Vnde Aaron debuit fieri episcopus, ne oues errarent in deserto sine pastore. Sed ante passionem Christi oues non erant redēptæ adhuc, vnde nō conuenienter ouibus nō redemptis pastor fuisset datus. & ita ratio nō procedit. ¶ Ad sextam respondetur de Iuda negando antecedens: & ad probationem respōdetur, quòd per episcopatum intelligitur Apostolatus eius: vt exponit Nicolaus de Lyra tam super Psalm. 108. quàm super Actu. 1. ¶ Ad septimam respondetur secundùm dominum Petrum de Palude: quòd omnia sacramēta sunt instituta ante passionem Christi: sed non sunt omnia tunc executa. verbi gratia. Sacramentum pœnitentiæ à Christo fuit institutum quando dixit: Agite pœnitentiam, appropinquabit regnum cælorum. sicut sacramentum baptismi, quando dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. &c. Vnde sicut Iohānes baptizando prædicauit baptismum, ita sic dicendo: Agite pœnitentiā, prædicauit pœnitentiam noui testamenti, vel quando Christus dixit leprosis: Ostēdite vos sacerdotibus vel discipulis. Soluite eum. tunc instituit sacramentum confessionis & absolutionis, non tamen fuit executum ante passionem, quia nec erant ministri instituti, nec claues adhuc datæ regni cælorum: quę etiam dari non debuerunt antequam esset apertum regnum cælorum nisi implicitè ex naturali cōcomitantia ad sacerdotium imminente passione: quia quod parum deest, quasi nihil deesse videtur. Vnde instituendo sacerdotium, Christus ordinem episcopalem instituit: sed tamē tunc non dedit, quia non decuit. ¶ Ad octauā secundùm eundem do. Petrum de Palude do institutione sacramenti. dicendum, quòd Dei perfecta sunt opera, secundùm tamē congruētiam & decentiā operis operati, & modi operandi. Non decebat autē pro tunc episcopos facere, sicut decebat facere sacerdotes: quia ex quo sacramentum cœpit esse in vsu, ex tunc semper debuit esse in ecclesia vel formaliter vel virtute, & maximè sacramentum, de quo specialiter dictum est illud: Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationem seculi. Subtracturus igitur sui præsentiā palpabilē, & visibilem, inuisibilem, & sacramentalem perpetuam nobis promisit. Vnde ex tunc eucharistia debuit esse in ecclesia formaliter, vel virtute: sed formaliter tunc de eucharistia nihil reseruatum fuit, sicut nec de agno paschali propter legis prohibitionem, ideo sacerdotes debuerunt fieri, in quorum virtute remaneret eucharistia cōficienda. Sed sacramentum ordinis quo ad effectum suum indelebilē remanebat in Apostolis. Vnde non erat necessitas instituendi eius ministrum, scilicet episcopum, præsertim quia futurus erat Christus adhuc cum eis præsentia corporali, licèt impassibili & sic non erat adhuc necessarius episcopus. ¶ Ad nonam respōdetur negando assumptum. Dicimus enim, quòd per illa verba nec Petrus nec alij Apostoli facti sunt episcopi. Et ad dictum Greg. respōdetur quòd non probatur propositum: quoniā per id quod est commune simplicibus sacerdotibus, cuiusmodi est relaxare quibusdam peccata & quibusdam retinere, non possunt Apostoli dici facti episcopi, vt de se patet. Vel soluitur: quòd quorum remiseritis. refertur ad tēpus, quo erant constituendi sacerdotes.

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartū.

Ad quintū.

Ad sextum.

Ad septimū

Matth. 4.

Iohan. 3. Matth. 3.

Luce. 17. Iohan. 11.

Ad octauū.

Exod. 12.

Ad nonum.

Quòd

¶Quòd solus Petrus inter Apostolos Christo immediatè ordinatus & factus fuerit episcopus. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

Petrus Apostolus quòd solus inter Apostolos à Christo fuerit immediatè ordinatus episcopus, ostenditur.

SAnè ex patrum sanctorum sententijs in superioribus ca. inductis aperte satis colligere possumus, quòd solus Petrus inter Apostolos immediatè à Christo factus & ordinatus fuerit episcopus. Cùm enim teste beato Anacleto in capi. in nouo. distin. 21. sancto Petro primò pontificatus in ecclesia datus fuit, & Felix papa etiam dicat in decretis suis, quòd per Petrum Apostolatus, & episcopatus in Christo cœpit ex ordium, patet, quòd ipse ante alios Apostolos episcopus à Christo fuerit ordinatus, & consecratus. Cumq;, vt iam ostēsum est parum antè, Petrus non sit factus episcopus ante Christi resurrectionem, sed post, & in vltimo recessu suo ab Apostolis quādo Petro inquit. Simon Iohannis diligis me? pasce oues meas. post quæ verba cùm nulla alia legantur, per quæ alij Apostoli à Christo immediatè intelligantur episcopi, necessariò videtur dicendum, quòd solus Petrus inter Apostolos à Christo immediatè episcopus sit ordinat⁹: alij verò Apostoli à Petro mediatè, vel immediatè solo, vel cum alio vel cum alijs sint episcopi facti vel ordinati. Quod tam authoritatibus quàm rationibus confirmatur. ¶ Primum quidem patet ex capit. porrò. distin. 67 vbi inquit Anacletus papa. Porrò Hierosolymitanorum primus archiepiscopus beatus Iacobus scilicet Alphæi filius à Petro & Iacobo Zebedæo, & Iohāne Apostolis ordinatus est. Ex quo manifestè apparet, quòd iste Apostolus non à Christo immediatè: sed à Petro cum alijs Apostolis fuerit ordinatus, & per cō sequens verum est, quòd non omnes Apostoli immediatè sunt ordinati episcopi. Quòd verò de vera ordinatione episcopali intelligatur tex. ille, non obstantibus varijs modis loquendi glossatoris, patet. Tum primò testimonio beati Remigij, qui super Matth. 10. capit. vbi Apostolorum nomina recitantur, ita de ipso Iacobo dicit. Cuius meriti beatus Iacobus fuerit, testes sunt Apostoli, qui eum episcopum Hierosolymitanorum ordinauerunt. Tum secundò: quia si non fuisset hæc vera ordinatio episcopi facta, non conuenienter susciperetur ex ea forma ordinationis aliorum episcoporū in ecclesia, & tamē dicit cōsequēter beatus Anacletus in dicto capit. in nouo di. 21. quòd hic suis successoribus Apostoli dederunt formam, vt videlicet nullus minùs, quàm à tribus episcopis in episcopum ordinetur. Aduerte ergo si non minùs quàm à tribus, & Petrus solus erat episcopus primò, quis ordinauit Iohannem & Iacobum. ¶ Secundò sic: beatus Anacletus in cap. in nouo. distin. 21. dicit, q in nouo testamento post Christum dominū à Petro sacerdotalis ordo incœpit, id est pontificalis: sicut sacerdos exponitur, id est episcopus, de consecra. dist. 1. ca. solennitates. ergo videtur quòd alij Apostoli à Petro facti fuerunt episcopi. Consequentia patet, quoniam cùm alij facti fuerunt ita citò sacerdotes sicut Petrus, & non sub ipso, nō potest dici ab ipso incœpisse simplex ordo sacerdotalis. Similiter, si ipse factus fuisset à Christo episcopus etiam priùs tempore, sed etiam alij à Christo facti essent immediatè episcopi, nō diceretur verè à Petro pōtificalis ordo incœpisse: ergo necessariò videtur ita fore intelligendū, quòd à Petro ordo pontificalis cœpit: quia ab ipso omnes alij Apostoli episcopi facti sunt vel immediatè vel mediatè, & ipse solus à Christo. ¶ Tertiò arguitur sic. Soli Petro à Christo cō missa est cura pastoralis, ergo solùm ipsum pō tificem ecclesiæ siue pastorem cōstituit. Consequentia nota est. Antecedens verò per plura capitula superiùs ostensum est, & est specialiter beati Chrysostomo. super illud Iohan. vlt. Simon Ioannis pasce oues meas. ita dicētis. Præteriens alios, scilicet Apostolos, Petro de talibus loquitur. Eximius enim Apostolorū erat Petrus, & os discipulorum, & vertex collegij. Ecce quòd dicit. Præteriens alios. &c. ergo soli Petro est hoc dictū: quod non esset, si authoritatem pastoralē assequuti fuissent alij Apostoli immediatè à Christo. ¶ Quartò sic. Marcellus papa in epistola sua prima inquit. Ad sedem Romanam omnes subterfugere debēt, vt inde accipiant tuitionem, vnde acceperūt consecrationem. ergo videtur, quòd cæteri Apostoli à Petro receperunt consecrationē. Tenet consequētia. Quoniam q omnes cœperint consecrationem à sede Romana, verum esse non posset, vt videtur, nisi alij Apostoli, qui in diuersis sedibus sedē-

Iohan. vlt.

runt

Universidad de Deusto
Biblioteca

rũt distributi per orbem,à Petro quisedit Romæ consecrationem habuissent. ¶Quintò in epistola secunda Clementis. Petrus non solũ dicitur princeps Apostolorum,sed etiam eorum ordinator, id est consecrator. ergo. &c. Consequentia videtur nota. Antecedens est beati Clementis in secunda sua epistola. Petrus magister institutor & princeps Apostolorum atq; eorum ordinator fuit. ¶Sextò sic. Paulus & Barnabas fuerũt ordinati à beato Petro,ergo & alij Apostoli. Consequẽtia patet, cùm isti non fuerint inferiores alijs. Antecedens patet Actuum.13. Dixit eis spiritus sanctus, Segregate mihi Paulũ & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt eos. vbi glo. super verbo, imponentes eis manus, dicit in modum ordinãdorum. Quòd verò tunc fuerint ordinati, testatur Leo papa in.c. quod autem. dist. 75. ¶Septimò sic. Nihil est asserendum de diuinis, nisi quod ex diuinarum scripturarum testimonio, aut ratione probari potest, vt dicit tam Hieron. quàm Aug. sed alios Apostolos à Petro nulla authoritas nulla ratio conuincit fuisse à Christo immediatè factos episcopos, ergo non est asserẽdum. Quòd verò non authoritate patet: quia in canone non inueniuntur nisi tria. Primò quidem illud Matth. 18. Quæcunque alligaueritis. sed per illud non sunt ipsi facti episcopi propter tria. Primò: quia Petr⁹ per similia verba & etiam maiora Matth. 16. Quodcunq; ligaueris. non fuit factus episcopus. Secundò: quia ipsi nondũ erant sacerdotes, nec per consequens poterant fieri episcopi. Tertiò: quia illud fuit promissio, non alicuius potestatis, nec episcopalis, nec sacerdotalis collatio, vt dictũ est. ergo. &c. Secũdò illud. Hoc facite in meam commemorationem. sed nec per hoc facti sunt episcopi: quia per verba consecrationis non efficitur plus, quàm per illa verba significetur, nisi propter cõcomitantiam, & inseparabilem significationem, vel accessoriam: sed potestas pontificalis non est accessoria, nec concomitans ad sacerdotalem: & illa verba non iudicant nisi nudum actum sacerdotalem, quem potest facere quilibet simplex sacerdos, scilicet consecrare corpus Christi & sanguinem Christi, quod importat, cùm dicit: Hoc facite. scilicet quod feci in eucharistia, videlicet corpus & sanguinem esse sub specieb⁹: ergo per illa verba non fecit eos nisi simplices sacerdotes. Tertiò est illud quod dicitur. Quorum remiseritis. &c. sed nec per istud sunt ordinati episcopi: quia cùm ordinatio episcopi

Luce. 22.

Ioban. 20.

sit distincta ab ordinatione simplicis sacerdotis, sed non est verisimile, quòd illud, per quod propriè & præcisè facta est ordinatio primorum episcoporum, dicatur communiter omni illi, qui ordinatur in simplicem sacerdotẽ. Vnde cùm in omni ordinatione simplicis sacerdotis dicatur ab episcopo cuilibet ordinando: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis. &c. non est verisimile, quòd per illa verba propriè & præcisè facta fuerit ordinatio episcoporum primorum, qui fuerũt summi sacerdotes: quia etiam in lege erat alia ordinatio simplicium sacerdotum, alia summi. Et confirmatur. Quia verba sacramentalia prolata à ministro sunt eiusdem virtutis in effectu sacramentali, sicut prolata à Christo: sicut patet in forma sacramenti eucharistiæ, in qua verba illa: Hoc est corpus meum. illud idem efficiunt, quod effecerunt Christo ea dicente. Si ergo Christus dicente illa verba: Accipite spiritum sanctum. &c. fecisset Apostolos episcopos, qui iam erant facti sacerdotes in cœna quo ad characterem sacerdotalem per illa verba: Hoc facite. &c. eis data in traditione panis & calicis: pari ratione episcopus dicens illa verba, scilicet: Accipite spiritũ sanctum: quorum remiseritis. &c. illi qui iam factus est sacerdos per verba sibi dicta in traditione calicis cum pane & vino: Accipite potestatem. &c. faceret eum episcopũ, quod est absurdum. Item Thomas, qui præsens nõ erat illis verbis, non fuisset factus episcopus. Item quòd per neutra verba, scilicet: Hoc facite. & quorum remiseritis. sint facti episcopi, patet: quia sicut dicit Anacletus distinctio. 21 in nouo. Petro primò pontificatus in ecclesia Christi datus est: sed illa verba dicta sunt simul & semel Apostolis, & per consequens habuerunt suum effectum vnum & indiuisibilẽ & sine ordine prioris & posterioris. ergo tũc non est datus alicui põtificatus primò. Sic ergo patet, q̃ nulla authoritas canonis cogit dicere alios Apostolos à Petro episcopos à Christo factos esse. Item nec ratio cogit, imò magis oppositũ, & maximè propter duo. ¶Pro quo arguitur octauo loco sic. In creatione humani generis vt esset maior vnitas Deus ex vno homine fecit omne hominum genus vt dicit Paulus, ergo similiter ad conseruandam ecclesiæ vnitatẽ videtur, quòd Deus non fecerit simul plures episcopos, à quibus alij deriuarentur, sed vnum primùm, à quo cæteri fierent. ¶ Nonò sic. In ecclesia non debet esse minor vnitas, neque minùs bonus ordo, quã fuerit in synagoga: sed in illa ad bonam ordinationem

Act. 17

nationem, & vnitatẽ illius pertinuit, vt Moyses legislator non fecerit simul plures episcopos, sed vnum tantùm scilicet Aaron, à quo omnes alij immediatè processerunt. Ergo nouæ legislator & ecclesiæ ordinator Christus non debuit simul facere plures episcopos, sed vnum tantùm, scilicet Petrum, à quo omnes mediatè vel immediatè postmodum omnes fierent. Videtur ergo rationabile, quòd iste fuerit processus in ordinatione episcopali Apostolorum, scilicet quòd Petrus factus fuerit solus episcopus à Christo ante Ascensionem. Post spiritus sancti autem missionem, siue ipsa die prima dominica, siue alia Petrus solus episcopus fecit Iohannem episcopum: deinde Petrus consecrato Iohanne fecit Iacobum Zebedæi: quibus tribus factis, tunc ordinauit Petrus, quòd deinceps non ordinaretur episcopus, nisi à tribus episcopis, vt dicitur in prædicto cap. porrò. Et ad ostendendũ formam huiusmodi: ipse cum duobus prædictis ordinauit Iacobum. vt dicitur in prædicto capi. porrò. licèt propter paucitatem episcoporum quando Apostoli fuerunt, non potuerit hæc forma semper seruari. Ideo Paulus solus fortè Timotheum & Titum ordinauit episcopos, qui separatus à Barnaba, non habebat in societate sua episcopos, nisi quos postea fecit. Nam Lucas, Demas, Sylas, & hi nõ fuerunt episcopi: sed quando potuerunt habere duos, tunc cum eis ordinauerunt, non soli. Ratio autem quare filij Zebedæi credantur priùs à Petro in episcopos ordinati, est: quia alli post Petrum fuerunt maiores: fuerunt & honorabiliores: & hos cum Petro Christus præ cæteris præferebat. vt patuit in transfiguratione, in suscitatione filię Archisynagogi, in oratione in horto, & similibus, in quibus hos solos quasi familiares secretarios secum assumpsit. Vnde super illud Lucę. 6. Non permisit introire secum quenquam nisi Petrum & Iohannem, & Iacobũ, dicit Theophilus. Solùm hos intromisit tanquam discipulorum vertices. Item Matth. 17. super illud. Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum & Iohannem. dicit Chrysostomus. Ideo hos sumpsit, quia alijs potiores erant. Quòd autem Iohannes fuerit maior licèt minor fratre, & ideo sibi prælatus, patet super illud. Et Andręas frater ei⁹. vbi dicit glo. Chrys. Marcus autem post duos vertices Petrum, & Iohannẽ Andræam numerat. vbi innuit Petrũ & Iohannẽ inter cæteros Apostolos fuisse sublimiores. Itẽ super illud ibidẽ. Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius, dicit Chrysostomus. Vide autem quia non secundùm dignitatem ordinat, mihi autem videtur Iohannes non alijs solùm, sed fratre etiã maior esse. Ex prædictis apparet falsa glossa super illud capit. 56. distin. porrò. quæ dicit, quòd in principio & primitiua ecclesia omnes Apostoli erant simplices sacerdotes, & tamen poterant consecrare episcopos. Nã Moyses simplex sacerdos fuit, & tamen consecrauit Aarõ in pontificem: neq; tunc erat differentia inter episcopum & simplicem sacerdotem. 95. distinctio. olim. quia sicut dicit Aug. In primarerum creatione non quærit quid Deus facere potuerit, sed quid decuerit, & quid ratio & natura rerum requireret. Cùm autem dicat Apostolus, quòd minor sine vlla cõtradictione à maiore benedicitur Hebræ. 8. & philosophi asserant, quòd nihil agit vltra suam speciẽ. licèt Christus per simplicem sacerdotem de potentia absoluta possit facere episcopum, non tamen decet, nec congruit officijs, quòd minor faciat maiorem, dans alteri quod non habet. Nec per cõsequens est verisimile, quòd Christ⁹ voluerit per simplices sacerdotes, qui sunt inferiores, summos sacerdotes q̃ sunt episcopi, consecrare. Vnde considerandum est, quod Moyses licèt non esset sacerdos & pontifex vnctus visibiliter cum Aaron, quem fecit pontificem, & cũ filijs eius, quos fecit simplices sacerdotes. vt habetur Leuitici. 7. & recitatur. 21. distin. cap. 1. erat tamen dignior illis, & virtute maior illis in omnibus: quia in illis ordinibus non erat character, nec illi sacerdotes habebant claues, sed tantùm offerebant pro populo & erant mediatores: quod multò melius faciebat Moyses. Secundùm veritatem autẽ in ecclesia nulla maior est dignitas quàm sacerdotalis, excepto põtificali. Vnde omnis non episcopus est inferior eo, & per consequens non decuit, quòd non episcopus episcopum consecraret: nec est possibile apud homines etiam de potentia absoluta. Sed Christus verus sacerdos in æternum secundùm ordinẽ Melchisedech, & pontifex futurorum bonorum, licet æquiuocè sacerdos, & episcopus ad alios, in quo non fuit character, nec consecratio visibilis, tamen fuit dignior cæteris. Sicut ergo Moyses cõsecrauit Aarõ in põtificẽ, & filios eius in simplices sacerdotes, à quo quidẽ Aarõ deriuatus est põtificatus ad oẽs alios, sicut ad filiũ suũ Eleazarũ indutũ vestib⁹ eius Nu. 20. & post ad Phinees, & sic de alijs. sic & Christus p se immediatè fecit Petrũ epũm, à quo postea in oẽs põtificatus deriuat⁹ est, & per se fecit alios Apos simplices sacerdotes. vt. 21. dist. in nouo. dicit Anacle. In nouo testamento post

Matthæ. 9. 17. & 26.

Matth. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to post Christum à Petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primò pontificatus in ecclesia Christi datus est. Et exponitur sacerdotalis, id est pontificalis, sicut sacerdos exponitur pro episcopo de consecra. di. 1. c. solênitates. Sicut autem superiùs argumentati sumus, cùm alij Apostoli fuerint ita citò facti sacerdotes sicut ipse Petrus, & non sub ipso, non potest dici ab ipso cœpisse simplex sacerdotalis ordo. Similiter si ipse fuisset à Christo factus episcopus, licèt priùs tempore, & alij etiã, tũc à Chro, nõ ab ipso Petro cœpisset põtificalis ordo, ergo videt, q̃ ꝓpter hoc, q̃ ab ipso Petro facti sunt omnes alij episcopi mediatè vel immediatè, & ipse solus à Christo, ideo verè dictũ sit à sancto Anacleto, quòd ab ipso Petro post Christum cœpit pontificalis ordo: quod etiam sicut suprà induximus requirit vnitas ecclesiæ habere, scilicet vnum caput, à quo dona fluant. Vnde. 19. di. in. c. ita dominus. beatus Leo sic de beato Petro loquitur, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.

¶In quo ponuntur aliquæ obiectiones contra prædicta.

Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Apostolus, quòd non solus inter Apostolos à Christo fuerit immediatè episcopus ordinatus, sed etiã alij Apostoli, obiectionibus duodecim aduersariorum ostenditur.*

Arg. primũ 1 Aduersus præfatam conclusionem aduersarij multipliciter instant. Et primò sic. Omnes apostoli à Christo simul facti sunt sacerdotes: ergo simul ab eo omnes debuerunt fieri episcopi. Consequentia videtur nota: quia non videtur maior ratio de vno, quàm de alio. ergo

Secundum. &c. ¶Secundò dicit Aug. de quæstionibus noui & veteris testamẽti, quòd Christus omnes

Tertium. Apostolos fecit episcopos: ergo habetur propositum. ¶ Tertiò arguitur ex illo. extra de sum. trini. & fide catho. c. 1. §. vna. vbi dicitur, quòd sacramentũ eucharistiæ non potest conficere nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundùm claues, quas ipse concesit Apostolis suisq; successoribus: sed constat, quòd sacerdos non ordinatur à claue sacerdotali, sed episcopali: ergo videtur quòd Christus Apostolis tradidit claues pontificales, à quibus soli presbyteri ordinantur: & ita videtur quòd nõ solùm Petrum, sed etiam alios apostolos fecit episcopos. ¶ *Quartò* arguitur ex illo, quod habetur distin. 21. in nouo. vbi dicit, quòd Petro primò pontificatus in ecclesia datus est. & post pauca dicit. cæteri verò Apostoli pari consortio honorem, & potestatem acceperunt. sed non habuissent honorem & potestatem pari consortio, nisi fuissent pontifices sicut Petrus: ergo idem quod prius. ¶ *Quintò* gloss. vbi suprà dicit. epi successerunt in locũ Apostolorum. 68. distin. quorũ. ergo & Apostoli fuerunt episcopi. ¶ *Sextò* arguunt ex illo, quod scriptum est in Psalm. 108. & Actu. 1. de Iuda, quod episcopatum eius accipiat alter. Si Iudas fuit epus ante resurrectionem, multò magis & alij Apostoli: & pro tunc nõ possunt dici facti à Petro: ergo à Christo immediatè. ¶ *Septimò* dicitur ad Ephe. 4. Dedit quosdam Apostolos: quosdã pastores: quosdam doctores: sed pastor nomen est & officium episcopi: ergo ipse fecit aliquos episcopos: sed non nisi Apostolos. ergo. &c. ¶ *Octauò* habetur distin. 21. capit. 1. vltra medium. quòd Christus duodecim Apostolos tanquã maiores sacerdotes instituit. 72. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. ¶ *Nonò.* Paulus etiam episcopus fuit, qui & Timotheũ episcopum ordinauit. 1. Timo. 4. cum impositione manuum presbyteri. glo. id est episcopi, sed non videtur nisi à Christo factus: ergo non solus Petrus à Christo episcopus immediatè ordinatus est. ¶ *Decimò* Isidor. libro 2. de origine officiorum dicit. Episcopi sunt instituti por totum mundum in sedibus Apostolorum. Ex quo habetur, quòd Apostoli fuerunt episcopi, aliàs nõ habuissent sedes episcopales: ergo idẽ quod priùs. ¶ *Vndecimò.* Dionysi. in ecclesiastica hierarchia dicit. Ipse Christus in sacerdotalem consummationem ducens discipulos subsistens in sanctissimum patrem suum retulit hierarchiæ perfectionem. Ex quo habetur, quòd cùm sacerdotalis consummatio & hierarchica perfectio non sit nisi in episcopatu, quòd Christus discipulos, id est Apostolos, per se ipsum fecit episcopos, aliàs non duxisset eos in consummationem illam, sed duci fecisset. ¶ *Cõfirmatur* per hoc quòd Maximus commentator dicit ibidem, quòd ipse Iesus discipulos suos in episcopos consecrauit. ¶ *Duodecimò* arguitur sic. Sicut tradũt sancti, & specialiter Isid. de ortu & obitu patrum. Mathias fuit vnus ex. 72. discipulis, qui tamen non à Petro factus est Apostolus, sed à Christo. vnde Diony. de Ecclesiastica hierarchia exponens illud Act. 1. Osten de domine quem elegeris ex his. &c. dicit de Petro sic. Ipse discipulorum vertex cum ordinata sibi hierarchia: deinde in duodenarij discipulorum veniens, sanctificans consummationem, in diuinitatis electionem timidus reliquit, dicens, ostende quem elegeris: & diuina sorte diuinitus ostensum, in sancti duodenarij Apostolici suscepit. Et sic videtur, q̃ à Christo immediatè fuit Mathias electus, & per consequens alij Apostoli non à Petro, sed à Christo receperunt consecrationem immediatè.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

Vndecimũ

Cõfirmatio

Duodecimũ

¶In quo respondetur obiectionibus factis in superiori capitulo. Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum dicentium beatũ Petrum non fuisse solum à Christo immediatè episcopum ordinatum. &c. diluuntur.*

OBiectionibus prædictis non obstantibus, videtur dicendũ sicut suprà dixim⁹, quòd beatus Petrus Christo immediatè & solus ipse dignitate Pontificali fuerit sublimatus. Vnde dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primũ. 1 ¶Ad primam respondetur negando consequentiã. Quoniam non est simile de simplici sacerdotio, & episcopali dignitate: quia enim Petrus inquantum sacerdos non fuit maior cæteris apostolis, quia omnes sacerdotes sunt pares simpliciter, & ideo ad illam paritatem inter eos ostendendam simul, & semel fecit Christus eos sacerdotes in cœna: & dedit simul, vel datam declarauit parem potestatem ligandi & soluendi in foro conscientiæ in resurrectione, quando dixit eis: Accipite spiritum sanctum: & quorum remiseritis peccata. &c. Vnde Cyprianus in capitu. loquitur. 24. quæstione. 1. dicit, quòd Christus Apostolis post resurrectionem suam parem potestatem tribuit. & quia sacerdotio sic non debetur potestas iurisdictionis, cùm sint multi sacerdotes sine cura animarum & subditis, sed episcopo, qui dicitur superintendens, præter potestatem ordinis debetur potestas iurisdictionis, & populus subditus. Dicit enim sanctus Thom. quòd potestas episcopalis est ordinis & iurisdictionis. Vnde rationabiliter statutum est in concilio Viennensi, quòd nullus de pastore prouideat ecclesiæ cathedrali sibi qualitercunque subiectę qui clero careat, & subditis Christianis. de electio. in capitu. plerisq;. & quia episcopus sine subditis est quod dam opprobrium dignitatis. Licet ergo oës episcopi sint pares quo ad potestatem ordinis non tamen simpliciter: quia non quo ad potestatem iurisdictionis, quę per se debetur episcopo de congruitate. Ad significandum ergo, quòd in episcopatu Petrus erat maior alijs, non simul debuit fieri episcopus cum alijs, sed ipse à Christo solus, & alij ab eo potestea vt dictum est. Petrus autem non fuit maior sacerdos alijs, sed fuit maior episcopus: nõ quia habuit maiorem potestatem sacramenta dispensandi, sed quia habuit maiorem potestatem iudicandi, vtpote superintẽdens toti mũdo, fuit enim antistes totius mundi factus, vt dicit Theophilus. ¶Ad secundam respondetur dupliciter. Primo negando consequentiã: quia licèt concedatur, quòd Christus omnes Apostolos fecerit episcopos, non tamen eodem modo, sed differenter, scilicet Petrũ per se & immediatè, alios verò per Petrum immediatè vel mediatè, sicut exponitur illud quod inquit propheta. & habetur Iohann. 6. Erunt omnes dociles Dei, scilicet quidam mediatè, & quidam immediatè. Secundò respondetur, quòd Augustin. cùm dicit Christum omnes Apostolos fecisse episcopos, intelligẽdum est id est, sacerdotes. Sæpe enim episcopus ponitur pro simplici sacerdote, sicut probat Hiero. p illud Actu. 20. posuit vos spiritus sanctus episcopos, id est, presbyteros. Et hoc probat Beda per hoc quod loquitur ad seniores vnius ciuitatis Ephesi, in qua non erat nisi vnus episcopus. Vnde Augusti. in loco prælegato postquam dixerat, quòd Christus Apostolos ordinauerat episcopos, subiungit ita dicens. Hoc Apostolus spiritui sancto deputat, cùm dicit. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam domini nostri Iesu Christi. Hæc Augustin. Et ita videtur, quòd beatus Augsti. eodẽ modo capiat nomen episcopi, sicut capitur in canone. Actu. 20. quod inductum est. ¶Ad tertiam respondetur negando

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Tho. in. 4. Sentẽ. d. 24

Universidad de Deusto
Biblioteca

gando consequentiam: quia dato quòd loquatur de clauibus, quæ dicantur pontificales, licèt istæ concedantur datæ Apostolis, & eorum successoribus à Christo, non tamen sequitur, quòd immediatè illis Christus dederit illas claues pōtificales. Nam constat, quòd successoribus Apostolorum, quibus etiam dicitur dedisse, non immediatè per se eas illis dederit. sed per episcopum consecrantem: & ita Apostolis alijs à Petro per Petrum eos consecrantem traditi claues illas. ¶ Ad quartam respondetur, quòd licèt Mathias fuerit consecratus in episcopum à Deo, non tamen sine ministro, scilicet beato Petro mediante: quia probabile est, quòd fuerit vltimus de. 12. ordinatis, sicut vltimò vocatus. Sicut de Paulo dicimus, qui non minùs quàm Mathias electus est à Deo in Apostolum: & nihilominus factus est episcopus ministerio aliorum. Sic etiam Aaron dicitur vocatus à Deo. ad Hebræ. 5. nihilominus tamen per hominem secundùm ritum illius temporis consecratus. Pariter etiā dicitur de beato Nicolao, & de beato Ambrosio, qui fuerunt diuina reuelatione promoti, & electi: nihilominus ab hominibus fuerunt consecrati.

Ad quartū.

Ad quintū. scopo consecranti in potestate ordinis. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam. Quia licèt Apostoli fuerint episcopi, nō tamen sequitur, quòd immediatè quando fuerunt Apostoli, fuerunt etiam episcopi, sicut manifestum est, cùm nec sacerdotes etiam tūc

Ad sextum. fuerint, vt patet. ¶ Ad sextam respondetur vt superiùs dictum est de Iuda: quia ipse non fuerat episcopus secundùm veritatem, sed solùm fuit Apostolus & sacerdos. Et quādo dicitur, quòd episcopatum eius accipiat alter: exponendum est, id est locum Apostolatus. vt exponit Nicolaus de Lyra ita dicens. Apostolatus verò dicitur episcopatus. vnde & ipsi sunt successores Apostolorum secundùm quòd dicitur in decre. distin. 21. ca. in nouo. & etiam

Ad septimū eodem modo exponit super Psal. 108. ¶ Ad septimam respondetur, quòd Christus dedit pastores, dando primum & vniuersalem pastorem immediatè, dicendo Petro: Pasce oues

Ad octauū. meas. & per illū alios particulares. ¶ Ad octauam respondetur, quòd ly tanquam soluit ar. Christus enim nō fecit omnes Apostolos episcopos siue maiores sacerdotes, sed in eis significabantur episcopi per officium prædicandi & visitandi ciuitates, & Castella: & quia erāt superiores omnibus alijs: & quia erant futuri epi. Similiter fecit discipulos, non quidem sacerdotes, sed tanquam minores sacerdotes, id est similes in hoc: quòd sicut illi sub Apostolis prædicabant, & curabant infirmos, sic & minores sacerdotes sub episcopis prædicant, & curant infirmos spirituales per administrationem sacramentorum. & ita ratio non procedit. ¶ Ad nonam respondetur, quòd verum est, quod Paulus episcopus fuerit, sed non immediatè per Christum: sed ipse cum Barnaba ab Apostolis cum oratione manum sibi imponentibus, vt habetur Act. 13. facti sunt episcopi. ¶ Ad decimam respondetur, quòd non negatur, quin omnes Apostoli præter Iudam Scarioth fuerint veri episcopi finaliter consecrati: sed dicitur, quòd non omnes fuerint à Christo sine medio consecrati, sed solus Petrus. ¶ Ad vndecimā respondetur, quòd Christus discipulos duxit ad episcopalem dignitatem per Petrum, eos consecrando, sicut duxit populum suum per desertum in manu Moysi & Aaron. Et ad id quod inducitur in cōfirmatione ex commento Maximi, respōdetur eodem modo. Dicimus enim, quòd verum est, quòd dominus. 11. discipulos in episcopos cōsecrauit: non tamen, sicut dictum est, eodem modo: sed Petrum immediatè per se, & alios per Petrum: sicut dicitur etiam consecrasse Aaron, & eum induisse vestibus pontificalibus, quanuis hoc totum fecerit per Moysen. Eccles. ia. 45. Excelsum fecit Aaron. &c. dedit illi sacerdotium gentium, & circuncinxit illi zonam iustitiæ. ¶ Ad duodecimam respōdetur, quòd licèt Mathias fuerit consecratus in

Ad nonum.

Ad decimū.

Ad undecimum.

Ad duodecimum.

Quòd beato Petro in apostolici principatus amplitudine aliqs succedere debuit in ecclesia vsque ad consummationē secuculi. Cap. XXXV.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Petro Apostolo q̄ successor quo ad primatum episcopalem usq; ad consummationē seculi instituí debuerit, multis rationibus ostenditur.*

Licèt omnes fere rationes, quę superiùs inductæ sunt, ad probandum, quòd vnus in ecclesia Dei esse deberet supremus rector & gubernator, sufficienter faciant ad ostendēdum, q̄ clauiū potestas & primatus authoritas, quibus beatus Petrus à Christo donatus est & sublimatus, in eius legitimos successores transierit, transitura q̄; hit vsq; in finē seculi, tuhilominus hoc alijs rationibus comprobabimus ¶ Et primò ratione sancti Tho. libr.

1 4. cōtra gentiles. c. 76. sic. Manifestum est, q̄ Christ⁹ ecclesiā sic instituit, vt esset vsq; in se-

Isa. 9. cap. culum duratura: secundùm illud. Super soliū Dauid, & super regnum eius sedebit, vt cōfirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodò & vsque in sempiternum. Manifestū est igitur, q̄ ita illos quitunc erant in ministerio constituit, vt etiam eorum potestas deriuaretur ad posteros pro vtilitate ecclesiæ vsq; ad seculi finem: præsertim cùm ipse dicat.

Matth. ult. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationē seculi. Constat autem, q̄ illis personis, quæ citò post erant moriturę, nō erat ipse futurus omnibus diebus seculi: ergo in personis illorum etiam suis successoribus est locutus, cum quibus vsque ad finē seculi esse poterat successiuè. Pro quo facit ea. quodcūq; 24. q. 1. vbi Aug. inquit, q̄ quando Petrus claues accepit, ecclesiā sanctā significauit: quia scilicet non tantùm pro se, sed etiam pro omnibus successoribus vsque ad finem seculi, quo duratura est ecclesia. Vbi notandum, q̄ sicut Adam quędam dona habuit personalia sicut omnium scientiā: quædā verò pro sua posteritate in statu innocentiæ, sicut originalem iustitiam: sic Petrus aliqua dona habuit à Christo pro sua persona, sicut miraculorū gratiam, vt quòd ad eius vmbram sanarētur infirmi: quædam verò etiam pro successoribus suis in ecclesia, & hæc sunt illa, sine quibus ecclesia non staret: sicut claues ligandi & soluendi: aliter portæ inferi prævalerent aduersus eam. Vnde hanc amplitudinem potestatis & eminentiam principatus, per quē ecclesia resistit mūdo & diabolo, Christus cōtulit Petro pro se & suis successoribus. Et ità cùm claues accepit, ecclesiam dicitur significasse: quia per totam posteritatem ecclesię in successores Petri esset deriuanda. ¶ Secundò sic. Certum est, q̄ potestas data Apostolo Petro, data est ad ecclesiæ ædificationem. vt Apostolus Paul⁹. 1. ad Cor. 10. dicit. Ergo oportuit hanc potestatem tandiu durare in ecclesia, quandiu ecclesia ipsa ædificatione indigeret: sed ædificatione indiget vsque ad finem seculi, in quo electorum numerus complebitur. Vnde Hieronymus super illud psal. Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas. inquit: in qua adhuc non est completū ædificiū huius ciuitatis, sed continuò ędificatur de lapidib⁹ viuis super fundamentum Apostolorum & prophetarum ab ipso summo angulari lapide Christo Iesu. ergo vsque ad finem mundi Petri primatus siue principatus in suis successoribus erit duraturus. ¶ Tertiò sic. Si nullus beato Petro in principatu successisset, pariter nullus cuiuscunq; alterius Apostoli dignitati successisset, cùm nulla sit maior ratio de vno quàm de alijs Apostolis, & sic statim ordo Apostolicus in suo exordio defecisset: quod nullus credens Christum sapiētissimū affirmaret. ¶ Quartò arguitur ex illo psal. 44. vbi dicitur, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: cōstitues eos principes super omnē terrā. vbi expressè dignitas & authoritas ordinis Apostolici per successionē in ecclesia ostēditur duratura. vnde glo. super illud. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. dicit, id est post Apostolos, & pro Apostolis episcopi & alij, quos ecclesia genuit, in sede patrū cōstituit. Si ergo dignitas Apostolici ordinis per successionē in ecclesia permansura erat vsq; in finem seculi, nō dubium, quin etiā primatus eiusdē, qui in Petro erat, successorē pariter habiturus esset. ¶ Quintò sic. Non minor cura & dilectio est Dei erga sponsam suā ecclesiā post tēpus beati Petri, quàm fuerit tēpore eiusdē Apostoli: ergo sicut tempore Apostoli Petri ecclesiā suā gubernauit & muniuit præsidente siue principe vno loco sui, videlicet beato Petro ita etiā post beatū Petrū taliter gubernasse illā voluisse creditur, vt in illa vn⁹ in eadē potestatis amplitudine, qua Petrus tā quā rector illius atque protector præsideret: maximè cùm post beati Petri tēpora ecclesia Christi in personis multiplicata, multò amplius vno tali gubernatore indiguerit, præsertim cùm etiā tēporibus futuris in ecclesia tribulationes maiores sperarentur futurę. ¶ Sextò sic. In tēpore veteris legis Deus sic ecclesiam suam disposuit, vt toto illo tēpore vnus esset pontifex, cuius imperio si quis de populo illo cōtradiceret, moriretur. sicut habetur

hunc c. & seqnt. adde franc. de vergas de hist. & Iurisd. epor. in 2. verificata & pro possin.

P Deute-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deutero. 17. ergo similiter est credendum, q̃ diuina prouidentia toto tempore legis nouę dispoſuerit, q̃ vnus ſummus pontifex in tota eccleſia preſideret. Patet cõſequẽtia: cũ eadẽ ratio potior ſit de eccleſia, quàm de ſynagoga, quãtò ſacerdotiũ nouę legis præſtantius ſit leuitico. ſed hoc eſſe nõ potuit vna perſona ſem per manẽte. ergo per ſucceſſionem. Ordinatione ergo diuina authoritas & primatus Petri in eadẽ amplitudine poteſtatis trãſitura erat in poſteros vſq; in finẽ ſeculi. Quod videtur per illud cõfirmari, quod Apoſtolus dicit, q̃ Chriſtus ſempiternũ habet ſacerdotium. ¶ Septimò ſic. Naturalis ratio dictat, & hoc ipſum tota philoſophia teſtatur, q̃ optimus modus regiminis cuiuſcũq; communitatis ſit, vt vnus ſit princeps, & rector, ſicut eſt in toto vniuerſo, quẽadmodũ ſuperius oſtẽdimus. Vnde Aug. lib. de nuptijs & cõcupiſcẽtia. Principatus magis naturalis eſt vni? in plures, quàm in vnũ poteſt eſſe multorũ. vnde vt idẽ dicit Augu. natura principiorũ amat ſingularitatẽ. Ergo abſq; omni dubio tenendum eſt, q̃ Dei filius, qui ſumma ſapiẽtia eſt, eccleſiã ſuam electorũ ſuorũ cõmunitatẽ, quã proprio ſanguine ſibi acquiſiuit, ſub tali regiminis ordine diſpoſuerit vſq; in finẽ ſeculi gubernandã, vt vnus in ea preſideret vniuerſalis omniũ rector & paſtor. Cùm autẽ, ſicut dictũ eſt, in vna & eadẽ perſona ſemper permanẽte fieri nõ poſſit, cùm nulli detur viuere per totũ eccleſiæ decurſum, neceſſe eſt cõfiteri, q̃ principatus Petri cũ amplitudine poteſtatis ſuæ deriuetur in ſucceſſores vſq; in finem ſeculi. Vnde Chryſo. tractans illud Matth. 24. Cælũ & terra trãſibunt, verba autem mea nõ tranſibunt. dicit, q̃ verba Chriſti in æternũ manſura ſunt, illa quæ locutus

Hebræ. 7.

Matth. 16

eſt Petro dicẽs. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Item idem Chryſo. Sicut Chriſtus accepit à patre dux & ſceptrum eccleſiæ gentiũ ex Iſraël egrediens ſuper omnem principatum & poteſtatem & ſuper quodcunque vt ei genu curuentur: ſic & Petro & eius ſucceſſoribus pleniſſimè cõmiſit. Ecce q̃ dicit ſucceſſoribus. Ergo Petr? in amplitudine authoritatis habet ſucceſſores in eccleſia. Item Cyrillus hieroſolymitanus patriacha dicit ex perſona Chriſti loquẽs. Tu cum ſine, & ego ſine fine cum omnibus, quos loco tui ponam, pleno & perfecto ſacramento & authoritate cum eis ero ſicut ſum tecum. Item extra de renun. cap. quanto. dicit Inno. Poteſtatem transferendi pontifices ita ſibi retinuit Deus & magiſter, q̃ eam ſoli Petro vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis præbuit, & conceſsit. Item patriarcha Ignatius in epiſtola ad Papam Adrianũ, ſub quo celebrata eſt octaua ſynodus, ita ad propoſitum poſt illa verba dicta Petro Apoſtolorum principi: Tu es Petrus, & ſuper hãc &c. ita ſcribit, di. Tales enim beatas voces nõ ſecundùm quandam vtique ſortem Apoſtolorum principi Petro ſolum circunſcripſit, & diffiniuit ſed per eũ & ad omnes, qui poſt illum ſecundùm ipſum efficiendi erant ſummi paſtores, & diuiniſſimi ſacrique pontifices ſenioris Romę. Item Adrianus Papa ſcribens Conſtantino & Hirenco imperatoribus & toti cõcilio in ea decretali, vbi inducit plures authoritates pro veneratione imaginum inter alia de beato Petro ſic ait. Nã ipſe princeps Apoſtolorum beatus Petrus, qui primitùs Apoſtolici ſedi præſedit, in Apoſtolatus principatũ, ac paſtoralis curę ſucceſſoribus ſuis, q̃ in ſua ſanctiſsima ſede ſucceſſuri ſunt, perenniter dereliquit: quibus & authoritatis poteſtatẽ quẽadmodum à ſaluatore noſtro & domino Deo ei conceſſa eſt, ipſeque tradidit diuino iuſſu ſucceſſoribus ſuis: quorũ traditione Chriſti ſacram imaginem, ſanctæq; genitricis eius, Apoſtolorumque, & omniũ ſanctorum venerantur imagines. hæc ille. Ex quibus verbis manifeſtè habetur, quòd Petro aliquis ſuccedit in eccleſia, & in eadem poteſtatis plenitudine. Ex his apertiſsimè conuincitur error dicentium, quòd nullus in eccleſia Petri ſucceſſerit in plenitudine dignitatis ſuæ.

¶ Quòd beato Petro ſuccedens in primatu & amplitudine Apoſtolicæ dignitatis ſit Romanus Pontifex. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Petro Apoſtolo ſuccedens in primatu dignitatis Apoſtolicæ uſque ad conſummationem ſeculi, quòd ſit Romanus pontifex, ſeu Papa, oſtenditur.*
2 *Petrum Romæ fuiſſe, ex ſacris literis probatur.*
3 *Roma Babylon nominata. Et quare.*
4 *Lateranenſis eccleſiæ dignitas oſtenditur.*

Quòd

1 QVòd autẽ Romanus põtifex ſit, qui beato Petro in amplitudine principatus & prerogatiua dignitatis in eccleſia ſuccedat, iam oſtendamus. ¶ Pro quo aduertendum, q̃ ſedes epiſcopi nõ ea prima dicitur, in qua primò ſedit, ſed vltima, in qua finaliter legitimè transſlatus reſedit. Petrus autem vniuerſalis eccleſię factus epiſcopus, à principio nullam determinatam ſedem ſibi appropriauit. Vnde ſedem Hieroſolymitanã Iacobo fratri domini dimiſit: poſtea verò Antiochiæ primò ſedit, & tandem illam dereliquit Ignatio diſcipulo beati Iohannis euangeliſtæ, & Romam veniens, illic ſuam tranſtulit ſedem: ibidem vſque ad mortem finaliter reſidens. Vnde beatus Marcellus Papa & martyr Chriſti vniuerſis ſcribens epiſcopis per Antiochiã conſtitutis, ita ait in. c. rogamus. 24. quæſtio. 1. Licèt prima ſedes Petri fuerit apud Antiochiam: poſteriùs iubente dõmino Romam tranſlata eſt. Non ergo Antiochia, quæ fuit prima, ſed Roma vltima debet dici ſedes Petri. Vnde qui in ſede Romana legitimè conſtituitur, ſucceſſor Petri efficitur, & per conſequens plenus atque perfectus Chriſti vicarius. ¶ Eſt autem hic conſequenter notandum ſecundùm dominum Petrũ de Palude: quòd aliud eſt de electione epiſcopi, & aliud de electione archiepiſcopi: quia electio epiſcopi ſolùm pertinere debet ad omnes clericos diœceſis ſuæ, vel ad maiores: ſicut ad cathedralem eccleſiam quæ præficitur ſolùm diœce. ſed archiepiſcopus præficit ſuæ diœceſi ſpecialiter, & toti prouinciæ communiter. Quod autem omnes tangit, ab omnibus debet approbari. Vnde quantum eſt de iure primitiuo eligendi non ad ſolam eccleſiam cathedralem, cuius ſpecialiter intereſt, ſed ad ſuffraganeos, quibus præficitur, ſpectat electio archiepiſcopi, & ita olim ſeruabatur. Propter quod in electione beati Nicolai in metropolitanum Myrrheorum eccleſiæ conuenerunt epiſcopi ſuffraganei tanquam principales, ad quos ſolos electio pertineret, ſi archiepiſcopus nullam ſedem determinatam haberet. Sed quia difficile eſt ſemper ſuffraganeos conuocare, conſtitutum eſt de conſenſu omnium, ad quos ſpectat, quòd ad ſolam eccleſiam cathedralem ſpectet electio archiepiſcopi, ſicut & epiſcopi. Sic igitur ſi Petrus mortuus fuiſſet antequam Romę ſedem elegiſſet, ad Apoſtolos ſolos quaſi ſuffraganeos pertinuiſſet electio ſucceſſoris Petri: ſed poſtquam Romæ reſedit, de iure communi & ad patriarchas ratione vniuerſalis eccleſię, & ad clerum Romanum ratione approbationis ſpectabat electio vt videtur. Sed quia difficile erat patriarchas conuocare, nec erat tutum ſimplicibus canonicis tantum negotium committere, Papa loco patriarcharum & canonicorum Romanorum cardinales inſtituit, qui Papam eligerent, ita tamen, quòd duæ partes conſentirent. Vnde qui ſic in Romanum pontificem eſt electus, eſt verus Petri ſucceſſor, & Chriſti vicarius plenus. Vnde dicit canon concilij Chalcedonen. Si quis epiſcopus prædicatur infamis, liberam habeat poteſtatem appellandi ad beatiſsimum epiſcopum antiquæ Romæ quem habemus Petrum petram refugij: & ipſi ſoli libera poteſtate loco Dei ſit ius diſcernendi epiſcopi infamiam ſecundùm claues ſibi à Deo datas. Item patres in ſynodo Conſtantinopolitana. vt ſuprà inductum eſt. Veneramur ſecundùm ſcripturas & canonum diffinitiones ſanctiſsimum antiquæ Romæ epiſcopum primum eſſe, & maximum epiſcoporum. Dicit autẽm antiquæ Romæ: ad differentiam Conſtantinopolitanæ, quam Conſtantinus illinc ſedem ſuam transferens, & priuilegijs debitis Romæ extollens, nouam Romam voluit appellari. Item beatus Hierony. ad Damaſum Papam ſcribens in ca. quoniam vetus. 24. q. 1. dicit. Cum ſucceſſore piſcatoris loquor. Itẽ huius beatæ ſucceſsionis veridicus teſtis eſt Ignatius Conſtantinopolitanus patriarcha, qui in epiſtola ſua ad Adrianũ Papam, quæ lecta, & recepta fuit in octaua ſynodo vniuerſali ita loquitur. Solus & ex toto magiſter omnium Deus dicit Petro magno, & ſummo Apoſtolorũ: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam: & portæ inferi. &c. Et iterum: Tibi dabo claues. &c. Tales enim beatas voces non ſecundùm quandam vtique ſortem Apoſtolorum principi Petro ſolum circunſcripſit, & diffinuit, ſed per eum & ad omnes, qui poſt illũ ſecundùm ipſum efficiẽdi erant ſummi paſtores, & diuiniſsimi ſacriq; pontifices ſenioris Romæ trãſmittit. Hac ratione motus Innocen. 3. Romanus ponti. ſcribens imperatori Conſtantinopolitano. vbi habetur in capit. ſolitæ. extra de maio. & obe. dicit ſic. Nobis enim in beato Petro ſunt oues Chriſti commiſſę, dicente domino: paſce oues meas. non diſtinguens inter has oues & illas, vt alienum ſe demonſtret à ſuo ouili, qui Petrum & ſucceſſores il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dius magistros non recognosceret, & pastores. hæc ille. Item eadem ratione Innocen. 4. Romanus ponti. in concilio generali Lugdunenli præsidens. vt habetur extra de homicit. in capit. pro humani. libr. 6. dicit sic. Dei filius Iesus Christus ne gregem pretio sui sanguinis glorioli redemptum ascensurus post resurrectionem ad patrem absq; pastore desereret, ipsius curam beato Petro commisit. Vnde nos eiusdem Apostoli effecti dispone te domino licet immeriti successores, & ipsi? redemptoris locum in terris quanquan indigne tenentes. &c. Ex his verbis clarissime sequitur, quemadmodum dicit Iulius Papa, quod sicut beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum: ita ecclesia Romana suo nomine consecrata, domino instituente, prima sit & caput omnium ecclesiarum. Verba sunt canonis in capit. dudum. 3. quæstione. 6. De quo etiam beatus Anacletus in capit. sacrosancta. distinctio. 22. ita inquit. Sacrosancta Romana ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro primatū obtinuit, sicut beato Petro Apostolo dicitur: Tu es Petrus, & super hanc petram. & reliqua. vsque soluta & in cælo. adhibita est societas in eadem Romana vrbe beatissimi Pauli Apostoli vasis electionis, qui vno die, vno tempore cum Petro glorioła morte coronatus est, & ambo sanctam Romanam ecclesiam consecrarunt, atque alijs omnibus vrbibus in vniuerso mundo tā sui præsentia, quàm suo venerando triumpho prætulerunt. Et sequitur infrà. Prima ergo sedes cælesti beneficio est Romana ecclesia. ¶ Ex istis apertissimè eliminātur duo errores. Primus est dicentium non esse de necessitate salutis Romanam ecclesiam credere supremam inter ecclesias. Isti fuerunt condemnati in concilio Constantiensi. Secundus error est eorum, qui dicunt beatum Petrum nunquam fuisse Romanum episcopū. quia, vt aiunt, vt refert Ockam in dialogo suo. in tota scriptura diuina non reperitur, quòd beatus Petrus fuerit Romæ. Contra quos primò est sacra scriptura. inquit enim beatus Petrus in fine. 5. cap. primæ canonicæ suæ. Salutat vos ecclesia, quæ est in Babylone. Vbi iuxta gloss. Bedę Babylon nominat Romam propter cultum idololatriæ. Ad idem est beatus Hieronymus, qui in libro suo de viris illustribus ita dicit. Petrus in prima epistola sua sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: Salutat vos inquit, quæ est in Babylone ecclesia electa, & Marcus filius meus. Secundò præfatum errorem, dato quòd expresse sacra scriptura non diceret Petrum Romæ extitisse, sufficienter condemnant testimonia sanctorum Patrum. Inquit enim Hieronymus super illud ad Roma. 1. Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandum vos sic. Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare se velle Apostolus Paulus dicit: non quo minus accepissent à Petro, sed vt duobus Apostolis testātibus atque doctoribus eorum roboraretur fides. hæc ille. Item Eusebius doctor egregius in ecclesiastica historia. capit. 13. illustris testis est huius rei, sic dicens. In ipsis Claudij temporibus clementia diuinæ prouidentiæ probatissimum omnium Apostolorum & maximum fidei magnificentiæ virtutis merito primorum principem Petrū ad vrbem velut aduersus humani generis cōmunem perniciem deducit ducem quēdam & magistrum militiæ suæ scientem domini prælia gerere, & virtutum castra tutare. Iste veniens ex orientis partibus vt cælestis quidam negotiator mercimonia diuini luminis si quis sit comparaturus aduexit, & salutaris prædicationis verbo primus in vrbe Roma in euangelij sui clauibus ianuam regni cælestis aperuit. hæc ille. Item beatus Bernar. in epistola quadam ad Eugeniū Papam ita propositum confirmat, dicēs. Locus, inquam, in quo stas, terra sancta est: locus Petri, est locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius, quem constituit dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Item contra hunc errorem est beatus Anacletus in capi. sacrosancta. distin. 22. vt patet parum antę. Item beatus Ambrosius in epistola Contra Auxentium de Basilicis tradendis. ita de beato Petro loquitur. Nocte muros egredi cœpit, & videns in porta Christum sibi occurrere, vrbemque ingredi, ait. Domine quò vadis? Respondit Christus. Venio Romam iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem diuinum pertinere responsum. hæc Ambro. Hoc etiā confirmatur per eundem Ambr. in c. beati. 2. quæstio. 7. vbi Ambrosius ita loquitur. Petrus & Paulus martyrium pertulerunt in vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum, scilicet vt vbi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentium principes habitabant, illic etiam principes ecclesiarum morarentur. Hoc etiam confirmat beatus Marcellus Papa in

Petrum Romæ fuisse probat.

2

3

pa in capit. rogamus. 24. quæstione. 1. quod supra inductum est. Hoc etiam imperator Constantinus in epistola, quam vniuersali ecclesiæ dirigit in capit. Constantinus. dist. 96. ita testatur di. Vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab imperatore cælesti constitutum est, iustum nō est, vt illic imperator terrenus habeat potestatem. Hoc etiam Apostolica sedes confirmat in capit. per venerabilem. extra qui fi. sint legit. & in capit. fundamenta. extra de elec. in. 6. Patet ergo tam sacræ scripturæ & sanctorum patrum, quàm etiam Apostolicæ sedis testimonio, quòd beatus Petrus Romæ fuerit, vbi cathedram tenuerit episcopalem vsque ad mortem. Ex quibus confunditur Armenorum & Græcorū præsumptio, qui Romanum pontificem successorem Petri ac vniuersalis ecclesiæ pastorem non recognoscunt. Verùm si quæratur quæ ecclesiarum vrbis Romanæ habeat hanc superioritatis prærogatiuam super omnes alias orbis ecclesias? Ad hoc respondendum videtur iuxta maiores nostros, quòd ecclesia beati Iohannis Lateranensis. vnde Melchiades Papa in capit. futuram. 12. quæstio. 1. loquens de Cōstantino imperatore ita dicit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa contulit, & fabricam primæ sedis beati Petri instituit. i. Laterane. patriarchij, vt exponit Hug. Secundò ad idem est Nicolaus Papa scribēs archiepiscopis & episcopis metropolitanę sedis, ac vniuerso clero Constantinorum ecclesiæ, dicens sic. Collecta synodo in ecclesia Dei, in qua beatus Petrus Apostolorū princeps corpore redolet, & virtutibus emicat. Vnde propter frigidiorem locum in ecclesia saluatoris, quæ ab authore appellatur Constantina, & quæ sub auditu à Constantino prima in toto orbe terrarum constructa est. hæc ille. Tertiò ad idem est Petrus de Rauenna in sermone de beato Iohan. Baptista, qui incipit. Hodie dilectissimi. in quo sic ait. Decim⁹ grad⁹ est assertio matris ecclesiæ: illa enim magistra omnium ecclesiarum ecclesia Romana, cui dictum est: Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua. in honore beati Iohannis Baptistæ post saluatoris nomen consecrata est & signata. hæc ille. Quartò ad idem est Hug. in capit. futuram. 12. quęstione. 1. qui recitata opinione dicentiū, quòd prima sedes Petri sit ecclesia sancti Petri, ita subiungit. Ego tamen credo, quòd ecclesia sancti Iohannis de Laterano sit prima sedes Papalis, & non ecclesia sancti Petri; illam enim ædificauit Constantinus. Præterea ecclesia sancti Petri non est patriarchalis sedes, vel episcopalis, sed est de episcopatu Portuensi. hæc ille. De hoc plenius diximus super. e. dudum. 3. q. 6.

Lateranen. ecclesiæ dignitas.

4

¶ Quòd Romanus pontifex sit Christi vicarius, & locum eius teneat in terris. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd sit vicarius Christi, & eius locum tenens in terris, ostenditur.*

QVanquan ex supradictis in præcedenti capit. clarissimè habeamus Romanum pontificem, qui beatissimo Petro in primatu in orbe christiano succedit, vicarium Iesu Christi potissimum esse, ac vices, siue locum eius tenere in terris: nihilominus ex alijs hoc ipsum ostendamus. Et primò ex illo Iohan. vltim. vbi Petro Christus inquit: Pasce oues meas, id est loco mei (vt exponit Chrysosto.) præpositus esto, & caput fratrum tuorum: vt ipsi loco mei te assumentes, vbique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent, & confirment. Item beatus Cyrillus Alexandrinus magnę authoritatis doctor in lib. thesaurorum dicit, quòd Apostoli in euangelijs & epistolis affirmarunt in omni doctrina Petrum esse loco domini in eius ecclesia, ei dantes locum in omni capitulo, in omni electione, & confirmatione. Et infrà. Cui omnes obediunt iure diuino, caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi domino Iesu Christo obediunt. Item ad hoc est canon sacræ synodi Chalcedonen. ita dicens. Si quis episcopus prædicatur infamis, liberam habeat licentiam appellandi ad beatissimum episcopum antiquæ Romę, quem habuimus Petrum petram refugij, & ipsi soli libera potestate loco Dei sit ius discernendi episcopi criminati infamiam secundùm claues sibi à Deo datas. Item doctor Græcus super illo Lucæ. 22. Facta est contentio quis eorum videretur esse maior. Ex hoc inquit

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

contẽtionem istam habuisse motiuum: quia decebat aliquem eorum, cùm dominus ab hominibus migraret, fieri aliorum principẽ quasi vicem gerentem domini. Qui autem locum alterius, aut vices gerit, vicarius illius est: vt in capit. si pro debilitate. extra de offi. delega. Prætera hoc testantur multorũ pontificum summorum scripta. Vnde Innocen. 3. in capit. inter corporalia. extra de transla. episc. inquit. Non enim humana, sed potiùs diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, cùm per translationem, depositionem, aut cessionem authoritate Romani pontificis, quem constat esse vicariũ Iesu Christi, episcopus ab ecclesia remouetur. Idẽ Innocẽtius quartus in capit. pro humani. extra de homici. libro. 6. idem habetur extra de elec. vbi periculum maius. in. 6. vbi sic ait Gregorius decimus. Vbi agitur de creatione vicarij Iesu Christi successoris Petri, rectoris vniuersalis ecclesiæ, gregis dominici directoris. &c. Hinc est, quòd idem ostenditur esse confistorium Christi & Papæ. vt dicit Iohannes Andræ. super capit. quanto. de translatio. episco. Quod manifestè testatur Origenes in gloss. super illud Matth. 16. Quodcunque ligaueris. &c. Vide quantam potestatem habet petra, super quam ædificatur ecclesia, vt etiam iudicia eius maneant firma, quasi Deo iudicante per eam. ¶Aduertendum tamen, quòd licèt omnes episcopi dicantur Christi vicarij secundùm illud. 2. ad Corinth. 6. Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Et. 1. Corinthio. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hoc enim dicebat Apostolus de Apostolis, & per consequẽs de eorum successoribus, qui sunt episcopi. vt in. c. in nouo. distin. 21. dicit sanctus Anacletus. In præfatione etiam, quæ in solennitate cantatur Apostolorum, habetur: Gregem tuum pastor æterne nõ deseras, sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias: vt ijsdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Nihilominus Papa precipuè & principalis Christi vicarius est ab eo pro ecclesiæ vnitate seruanda maximè constitutus. Vnde gloss. super illud. Matth. 16. Tu es Petrus. &c. inquit. Specialiter potestatem ligandi & soluendi Petro Christus concessit, vt ad vnitatem nos inuitaret: ideo enim cum principem Apostolorum constituit, vt ecclesia vnum principalem Christi vicarium haberet, ad quem diuersa membra recurrerẽt, si fortè inter se dissentirent: quòd si diuersa capita essent in ecclesia, vnitatis vincula rumperentur. hæc ibi. Ex istis apertè excluditur error dicentium, quòd Papa non sit immediatus & proximus Christi vicarius. Qui error inter errores Iohannis Witcleff in concilio Constantiensi fuit damnatus.

¶Quòd Romanus pontifex primatum & amplitudinem dignitatis suæ à Christo immediatè habeat. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd potestatem seu primatum suam immediatè à Christo habuerit, ostenditur.*

QVòd autem à Christo immediatè potestatem suã Romanus pontifex habeat, facilè ostenditur ex multis. ¶Primò ex illo Matthæ. 16. vbi Christus ait Petro, & in eo successoribus: tibi dabo claues regni cælorum. &c. Super quo verbo dicit Chryso. Filius Dei vbique terrarum Petro concessit potestatem, & homini mortali omnium, quæ in cælo sunt, dedit authoritatem, vt potestate clauium ecclesiam amplificaret. ¶Secundò arguitur idem ex illo Iohannis vltim. vbi Christus loquens Petro, inquit. Simon Iohannis pasce oues meas. Vbi manifestè cura totius ecclesiæ Petro commissa est, & in eo suis successoribus à Christo immediatè committitur. Super quo verbo dicit beatus Chryso. Pasce oues meas, id est loco mei præpositus & caput esto fratrum tuorum. ¶Tertiò ratione sic. In omni hierarchia primùm illius authoritatem hierarchizandi in sequentes in eodem ordine capit ab eo, qui simpliciter, & primò primæ præfidet toti hierarchiæ. Patet ex dicto beati Dionysij dicentis. 6. cælestis hierarchiæ. Proprium est Angelis primæ hierarchiæ esse circa Deum. Quod non est intelligendum quo ad beatitudinis participationem: 1

nẽ: quia sic omnes angeli boni & omnes sancti sunt circa Deum: sed quo ad receptionem illuminationum, quas recipere immediatè à Deo est proprium illis. Ergo pariformiter primus qui est in ecclesiastica hierarchia, quæ à cælestibus est exemplata, cuiusmodi est summus pontifex, dicendus est capere immediatè à Christo potestatem, secundùm quam vertex est & caput ecclesiasticæ hierarchiæ. Cõsequentia patet. Et hoc est quod dicit Leo Papa. & habetur. 24. quæst. 1. cùm beatissimus Petrus Apostolus à domino acceperit primatum. ¶Quartò sic. Primam potestatem in vnoquoque potestatiuo quæ necessariò præsupponitur ab alijs potestatibus inferioribus illius ordinis necesse est dependere immediatè ab authoritate illi⁹ ordinis: patet de se. Sed potestas papalis est prima in ordine ecclesiastico inter omnes potestates illius, dicente beato Anacleto in c. in nouo. di. 21. Petrus à Christo ligandi & soluendi primus accepit potestatẽ: quæ potestas se habet ad reliquas sicut mater, radix, & origo, vt ex capi. loquitur. 24. quæstio. 1. habetur. Et nos infrà Deo dante manifestum faciemus. Ergo sequitur, quòd Papæ potestas immediatè sit à Deo, q̃ author, & fundator est ordinis ecclesiastici. Consequentia patet. ¶Quintò omnis illa potestas, qua vtitur quis in regimine alicuius cõmunitatis vt vicarius alterius, deriuatur immediatè ab illo, cuius vicarius dicitur: patet istud. Sed papalis potestas dicitur illa, qua summus pontifex vtitur in regimine cõmunitatis ecclesiæ vt vicarius Christi, ergo talis potestas in summo pontifice est immediatè à Christo. Consequẽtia patet. ¶Sextò sic. Papalis potestas non potest conferri ab homine, ergo à solo Christo immediatè confertur. Consequentia patet. Antecedens probatur sic. Quia si conferretur, ab homine, vel ab ipso homine Papa, vel à tota communitate, vel à vicem eius habente. Non autem confertur primo modo, nec secundo. ergo. &c. Probatio minoris, quòd non à Papa, patet: quia nullus potest sibimet conferre potestatem iurisdictionis. Quòd verò nec à communitate ecclesiæ posset conferri, probatur sic: Nulla communitas potest conferre potestatem, secundùm quam regitur à suo superiori domino: cuiusmodi dominium non dependet à consensu communitatis. Sed potestas hæc est huiusmodi, qua potestatis papalis est potestas, secundùm quam communitas christiana debet regi à Christo mediante suo vicario, cuius dominiũ nõ pendet à cõsensu cõmunitatis christianæ. ergo. &c. Confirmatur hæc conclusio authoritate. Primò Nicolai Papæ, qui scribens Mediolanẽsi. in ca. omnes. 22. distinctio. ita dicit. Romanã ecclesiam solus ipse, scilicet Christus, fundauit: & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura commisit. Non ergo quælibet terrena substantia, sed illud verbum, quo constitutum est cælum & terra, per quod denique omnia condita sunt elemẽta, Romanam fundauit ecclesiam. hæc ille. Plures ad hoc sunt aliorũ sanctorum patrũ authoritates apertissimę: sicut in. c. in nouo. & in. c. quanuis. distin. 21. & in cap. sacrosancta. distin. 22. habetur. Ex quibus manifestè confutatur error dicentium Petrum principatum super alios Apostolos habuisse non à Christo immediatè, sed humana institutione.

¶In quo ponuntur obiectiones contra prædicta. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Opinio aduersariorum quadruplex de beati Petri primatu recensetur.*

ADuersarij veritatis multa & varia obijciunt contra conclusionem iam dictã, & reperiuntur in quadruplici differentia. ¶Quidam enim nituntur probare, quòd pontificatus papalis dependeat ab Apostolis. Quidam quòd à concilijs. Quidam quòd ab imperatore Constantino. Quidam autẽ quòd à Cardinalibus. Quidam alij dicunt, quòd licèt potestas papalis absolutè considerata originaliter & immediatè sit à Deo, nihilominus, q̃ Papa exercitium & vsum talis potestatis susceperit ab ecclesia. ¶Primi arguunt sic. Nihil quod pendet ex pura electione & voluntate ac ordinatione Apostolorum videtur à Christo immediatè emanare. Patet hoc. Sed quòd beatus Petrus habuerit primatum super Apostolos alios, & per consequens super omnes fideles, fuit ex voluntate & ordinatione Apostolorum. Ergo videtur quòd papalis 1 *Quadruplex opinio* *Primũ arg. primæ opinionis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

palis principatus non sit immediatè à Christo deriuatus. Consequentia est bona. Minor probatur per illud beati Anacleti Papæ in cap. in nouo. distinctio. 21. vbi de beato Petro loquens ita ait. Cæteri verò Apostoli cum eo pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumque principem esse voluerunt. Item idem colligitur ex capit. dudum. 3. quæstione. 6. ergo videtur, quòd voluntate, & ordinatione Apostolorum beatus Petrus habuerit principatum. ¶ Secundò sic ad idem. Romanus pontifex dicitur vicarius beati Petri, vt in capit. ego Ludouicus. distinctio. 63. ergo videtur quòd non à Christo immediatè, sed à beato Petro potestatem acceperit. ¶ Tertiò ad idem, quòd ecclesia Romana non habuerit à Christo immediatè primatum, probatur. Quia si sic, sequeretur, quòd Papa non posset sedem suam transferre de Roma, & alibi constituere: quia seruus non potest tollere legem aut dispositionem domini sui: & tamen consequens videtur falsum: quoniam in his quæ sunt iurisdictionis non minùs potest nunc Papa, quàm beatus Petrus inquantum Papa, sed ille potuit de Antiochia trãsferre in Romam, ergo etiam nunc Papa posset transferre in alium locum. ¶ Secundi arguunt sic. Nihil quod ex ordinatione sacerdotum ecclesiæ institutum est in ecclesia, dicendum est à Christo immediatè institutum. Patet ex terminis. quia idem secundùm idem non potest habere duas immediatas causas. sed distinctio superioritatis & inferioritatis inter sacerdotes ecclesiæ videtur ex ordinatione ipsorummet sacerdotum ortum habuisse, ergo superioritas pontificalis, dignitatis super omnes alios ecclesiæ prælatos non videtur esse à Christo immediatè. Consequentia est bona. Minor probatur authoritate beati Hieronymi, qui super epistolam ad Titum. vt habetur in capit. olim. distinctio. 95. dicit sic. Olim idem presbyter qui & episcopus: & antequàm diaboli instinctu studia in religione fierẽt, id est dissensiones, & diceretur in populis: ego sum Pauli: ego sum Apollo: ego autem Cephæ, communi presbyterorum concilio ecclesiæ gubernabantur. Postquam autem vnusquisque eorum quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi, in toto terrarum orbe decretum est, vt vnus de presbyteris supponeretur, & schismatum semina tollerentur. Et paulò pòst. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quàm dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in communi debere regere ecclesiam. Ex quibus verbis manifestè videtur haberi, quòd ex institutione domini inter episcopos & presbyteros nulla est distinctio. Vnde olim quilibet episcopus erat presbyter, & quilibet presbyter episcopus: & ita, vt videtur, tota distinctio inter Papam & patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, & inter episcopos & presbyteros solummodò est ex ordinatione humana, & non ex ordinatione Christi. Superioritas ergo pontificatus papalis non à Christo videtur esse immediatè, sed à conciliis vniuersalibus, in quibus sacerdotes conueniunt. ¶ Cæterùm secùdo pro hac parte videtur sacere. capit. concilia. distinctio. 17. vbi ita dicitur. Scientes quia eius scilicet Symmachi sedi primum Petri Apostoli meritum: deinde secuta iussione domini conciliorum venerandorum authoritas singularem in ecclesijs tradidit potestatem. ¶ Tertij arguunt sic. Papa quòd sit caput omnium ecclesiarum, habeatque primatum in spiritualibus in vniuerso orbe terrarum, habet ex dono & institutione Constantini imperatoris: ergo videtur quòd Papa principatum summum non habeat immediatè à Christo. Consequentia est bona. Antecedens probatur ex illo quod habetur in capitulo. Constantinus. distinctio. 96. & accipitur ex gestis beati Syluestri, vbi sic dicitur. Constantinus imperator quarta die sui baptismatis priuilegium Romanæ ecclesiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romanum pontifices vel sacerdotes ita habeant caput, sicut iudices regem. Et infrà. Itaque decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quatuor sedes Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam, & Constantinopolitanam, quàm etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum Dei ecclesias & pontifices, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ steterit excelsior, & princeps cunctis sacerdotibus, & totius mũdi existat. hæc ibi. Ex quibus verbis manifestè datur intelligi, quòd tam Romanus pontifex, quàm Romana ecclesia immediatè à Constantino super alias ecclesias primatum habuerit, & non à Christo. ¶ Quarti arguunt sic. Collegium dominorum Cardinalium videtur dare electo papatum, eligendo ipsum ad talem statum: ergo authoritatem Papalem,

Secũdum.

Tertium.

Primũ arg. secundæ opinionis.

Secundum.

Argumẽta tertiæ opinionis.

Primũ arg. quartæ opinionis.

lem, & per consequens non habet immediatè à Deo. Consequentia videtur nota: Quia quicquid est causa causæ, est causa causati: sed dominii cardinales eligentes talem vel talem sunt causa, quòd sit papa, ergo causa potestatis & dignitatis illius. ¶ Secundò sic. Non solùm ecclesia, sed etiam cardinales ante electionem in multis restringunt futuri pontificis exercitium: ergo videtur quòd papalis authoritas quo ad exercitium non dependeat immediatè à Christo. ¶ Tertiò sic. Canonica electio non tribuit immediatè Papæ omne potestatis exercitium nisi concomitetur vnctio, & coronatio: vt patet ex practica ecclesiæ. ergo, &c. ¶ Quartò. Si sic esset, quòd papatus immediatè esset à Deo, non posset ecclesia dare ordinem suæ electionis, mandando, quòd quicunq; se pro summo pontifice gereret, nisi à duabus partibus electus, esset excommunicatus, vt extra de electio. cap. licet. Sed ecclesia dedit ordinem. ergo, &c. ¶ Quintò. Si sic esset, tunc ecclesia non posset restringere potestatem Papæ: sicut in collatione beneficiorum & huiusmodi. Sed hoc videtur falsum. ergo, &c. ¶ Sextò: si sic esset sicut dictum est, sequeretur, q̃ papa non posset renuntiare papatui, quod est contra determinationem ecclesiæ. extra de renuntiatio. ca. 1. libr. 6. nec deponi, quod est contra cap. si papa. distinct. 40. ergo videtur q̃ papalis authoritas non dependeat immediatè à Christo.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

¶ In quo respondetur ad rationes superiùs factas: quòd Romanus pontifex ex ordinatione Apostolorũ primatum habuerit. Cap. XL.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio aduersariorum, dicentium Petri Primatum ab Apostolis ortum habuisse, dissoluitur.*

Præfatis aduersariorum obiectionibus non obstantibus, incunctanter tenendum est, quòd primatus Romani pontificis & ecclesiæ Romanæ à solo Christo immediatè processerit. Vnde non est dicendum, quòd ab Apostolis, aut à conciliis generalibus, siue ab ecclesia vniuersali, aut à Constantino, siue etiam à collegio cardinalium dependeat. Respondendum est ergo ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam rationem, quæ est dicentium, quòd ab Apostolis primatus Petri ortum habuerit, respondetur negando minorem. Falsum est enim, quòd beatus Petrus voluntate disponente, aut ordinatione Apostolorum primatum habuerit, sed habuit ab ipso Christo immediatè, à quo vertex, & caput collegij Apostolici constitutus est. Dicit enim Chrysostomus, super illud Iohann. vlti. Pasce oues meas. Præteriens autem dominus alios, Petro loquitur. Eximius enim Apostolorum erat Petrus, & os discipulorum, & vertex collegij. Vnde & negatione delata, committit ei prælationem fratrum. hæc ille. Caput autem non habet à membris quibus præsidet, q̃ sit eorum caput: sed ab eo, qui formatotũ corpus, habet authoritatẽ. Hinc dicit beatus Anacletus papa in cap. omnes. dist. 21. Sacrosancta Romana ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino & saluatore nostro primatum obtinuit, sicut beato Petro dixit: Tu es Petrus, &c. Præterea q̃ voluntate disponẽte ab Apostolis Petrus primatum non habuerit, ex illo manifestè colligitur Matth. 18. vbi discipuli interrogant dominum. dicentes: Quis putas est maior in regno cælorum? Quod ideo quærunt, vt gloss. inquit Hiero. quia discipuli videntes in tributi redditione, q̃ Petrus domino fuerat cõparatus ex æqualitate pretij, arbitrati sunt omnibus Apostolis Petrum esse prælatũ. Et Chryso. ad idem, vt deducit sanctus Thom. in glo. conti. super Matth. dicit sic. Vnde passi sunt aliquid humanum: quod euangelista designat, dicens. In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior in regno cælorum: Verecundati siquidem passionem quam passi sunt: non dicunt manifestè, cur Petrum præhonorasti nobis? sed indeterminatè rogant, quis maior est. Quando autem tres præhonoratos viderunt, scilicet Petrum, Iacobum, & Iohannem in transfiguratione nihil tale passi sunt: quando verò in vnum contulit honorem, tunc deuoluerunt. hæc ille. Ex quibus manifestissimè datur intelligi, q̃ primatus à solo Christo immediatè Petro datus sit, nulla ad hoc dispositione, aut voluntate præuia interueniẽte Apostolorũ. Quãdo ergo dicitur in capitulis inductis per aduersarios, q̃ Apostoli Petrum principem

Ad primũ primæ opinionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corum esse voluerunt: intelligendum est de voluntate consequente, siue acceptante dispositionem Christi, non autem de voluntate antecedente, & causante. Et hoc est quod dicit beatus Anacletus in ca. sacrosancta. dist. 22. cùm ait. Inter Apostolos quædam fuit discretio potestatis. Et pòst. licèt omnes essent Apostoli, Petro tamen concessum est à dño: & ipsi voluerunt inter se idipsum, vt reliquis omnib⁹ præesset Apostolis, & cephas, id est, caput, & principatũ teneret Apostolat⁹. hæc ille. Patet ergo, q̃ voluntas Apostolorũ non præcesit, postulando Petrum, aut eligendo, aut disponendo quoquomodo ad eius primatum: sed tantùm subsecuta est acceptãdo, gratam habendo dispositionem factam per Christum. Et ita percutitur error quorũdam aduersariorum dicẽtium Petrũ ex electione Apostolorum fuisse à Christo principẽ constitutum & prælatum aliorum. ¶ Ad secundam dicẽdum, q̃ impropria locutio est, cùm dicitur, q̃ Romanus põtifex sit vicarius beati Petri: cùm solius Dei, cuius vices gerit in terris, vicarius sit: Petrus autem Apostolus cùm vicarius esset Christi, non poterat face re aliũ vicariũ. vt in. c. clericus. extra de offi. vica. Exponenda est ergo illa litera sic. Vicarius, id est, successor illius: vel vicarius, id est, vicariã potestatem, quam ipse Petrus gessit tenens siue exercens. ¶ Ad tertiam videtur respondendum iuxta opinionem Petri de Palude, q̃ dominus Papa non potest transferre sedem suam de Roma in alium locũ sine speciali reuelatione Christi: cuiusmodi speciali iussiõe translata est in Romam. Et cũ dicitur, q̃ hoc sit falsum: negatur. Et ad probationem respondetur, q̃ Papa non posit mutare sedẽ suã, non est q̃ minoris sit authoritatis quàm Petrus: sed quia hic interuenit specialis iussio Christi, cõtra quã seruus venire non põt.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

¶ In quo respondetur ad obiecta aduersariorum, q̃ Romanus pontifex ordinatione & dispositione sacerdotũ siue conciliorum primatum habuit.

Cap. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio eorum, qui dicunt Romani Pontificis principatum ab ordinatione uniuersalis ecclesiæ, siue sacrorum conciliorum sacerdotum caussaliter pendere, diluitur.*

IAm dicendum est ad rationes dicentium, q̃ ab ordinatione vniuersalis ecclesiæ, siue sacrorum conciliorum sacerdotum caussaliter penderet principatus Romani põtificis. Respondetur in primis, q̃ hoc falsum est. Quod ratiõe & authoritate probatur. Ratione sic. ¶ Impossibile est spiritualem potestatem, qua quis ligatur, vel absoluitur in anima respectu cæli, dependere immediatè ab illo, vel ab illis, qui eadem potestate absoluuntur, vel ligantur: sed Papalis potestas Petro & successoribus suis collata extendit se ad ligandum & soluẽdum omnes & singulos de ecclesia militante, ergo impossibile est, q̃ ab aliquo vel aliquib⁹ de ecclesia collectiue siue disiunctim acceptis, imò nec ab ipsa totà ecclesia potestatem clauium ecclesiæ Petro collatam caussaliter dependeret. Consequentia patet. Antecedens pro maiori parte patet etiam de spirituali potestate, ð qua loquimur, intelligendo quicquid sit de temporali, quæ ex consensu populi alicui subijcientis se consurgit. Vnde licet consensus populi possit facere iudicem in temporalibus, non tamen in spiritualibus. Nullius enim populi consensus potest sibi constituere confessorem aut iudicem potentem excommunicare, qui antè nullius iurisdictionis potestatem habuerit. Minor patet ex sæpe supra repetitis, maximè ex illo Matth. 16. Tibi dabo claues regni cælorum. Et sequitur. Quodcunq; ligaueris super terram, &c. ¶ Authoritate vero idem probatur papæ Pelagij, qui in cap. quanuis. distin. 21. ita dicit. Sancta Romana ecclesia catholica & Apostolica nullis synodicis statutis cæteris ecclesijs prælata est, sed euangelica voce Domini saluatoris nostri primatũ obtinuit. ¶ Quo habito, respondendum est ad rationem, negando minorem. Et ad probationem dicimus, quòd dictum beati Hieroñ. non facit contra conclusionem positam propter duo. Primò, quia Hieronymus ibidẽ loquitur de episcopis & presbyteris, quorum distinctio tam in nomine, quàm in alijs quibusdam circunstantibus ministeria siue officia eorum non erãt in principio tanta, sicut pòst, vt ibidem innuit glo. non autem loquitur de primatu Romani pontificis, vt stultè aduersarij interpretantur, dicendo, quòd aut nõ fuerit à principio ecclesiæ post Ascensionem

Improbatur secunda opinio.

Ad primũ arg. secũdæ opinionis.

sionem Christi, aut q̃ à Christo non fuerit institutus, cùm beatus Hieronymus opposita manifestè docuerit. Ipse eñ super illud Matthæi. 16. Tu es Petrus & super hanc, &c. dicit. Sicut Christus lumen Apostolis donauit, vt lumen mundi appellentur, & cætera, quæ ex domino sortiti sunt vocabula: ita Simoni, qui credebat in petram Christum Petri largitus est nomen, ac secundùm metaphoram petræ rectè dicitur ei: ædificabo ecclesiam meam super te. In quo manifestè primatus Petri super totam ecclesiam designatur, cùm super eum ædificata dicatur. Et in cap. quoniam vetus oriens. 24. q. 1. scribens Damaso papæ ita dicit. Ego nullum præmiũ nisi Christum sequens beatitudini tuæ. i. cathedræ Petri communionem cõsortior: super illam petram fundatam ecclesiam scio. Item in lib. de ortu siue obitu sanctorum de nouo testamẽto. ita de Petro loquitur. Petrus in Christi ecclesię firmamẽtum est cephas corporis Christi principatus & caput est. Patet ergo, quòd beatus Hieronym⁹ apertissimè credidit beatum Petrum primatum habuisse in ecclesia à Christo, & ita per consequens successorem eius. Secundò inducta authoritas Hieronym. per aduersarium non militat contra propositum: quia sicut superiùs libr. 1. cap. 79. plenissimè explicauimus, Hieronymus nõ vult, q̃ realis non fuerit distinctio inter episcopum & presbyterum, cùm oppositum dicat beatus Dioñ. qui fuit discipulus Pauli. 5. ecclesiasticæ hierarchiæ. & beatus Aug. dicat, q̃ hæc fuerit vna de hæresibus Arrij: sed vult dicere, q̃ differẽtia nominis semper non fuerit: quia qui dicebatur episcopus, dicebatur presbyter: & econuerso: quæ differentia nominum ad vitandum schismatis scandalum cõsilio sacerdotum, id est patrum, ablata est, & constitutum, vt quemadmodum differebant re, ita & vocabulis differrent. Et ista est responsio beati Thom. Ista etiam est sententia Archidiaconi super. c. legimus. distin. 93. qui ita dicit. Ego credo, q̃ ab initio differentia fuit inter episcopos & presbyteros simplices sacerdotes, sicut modò est in administratione, & prælatione, & officijs, & in sacramẽtis: sed quo ad appellationẽ non erat differentia, quia indifferenter & communiter hi & illi dicebantur episcopi & presbyteri. Sed quia schismata cœperunt esse in ecclesia ex ipsa paritate appellationis, est facta differẽtia in appellatione, vt simplices sacerdotes non dicerẽtur episcopi. 80. dist. in illis. secundùm Hug. hæc Archidiaconus. ¶ Ad rationem secundam fundatam in. c. concilia. dist. 17. respõdet glo. q̃ Ro. ecclesia principaliter primatum habuit à Christo, secũdario à concilijs. Sed ne hoc malè intelligatur: quoniam malè intelligeretur, si concilia vniuersalia, quorum robur, vigor, ac firmitas pendet ab Apostolica sede, vt dist. 17. per totum. & extra de elect. in. c. significasti. intelligerẽtur effectiuè siue caussaliter dare aliquã authoritatem sedi Apostolicæ: cùm, vt probatum est, nec ipsa vniuersalis ecclesia aliquid authoritatis illi cõferat. Quod manifestè attestatur papa Nicolaus scribẽs imperatori Michaëli, & loquẽs de priuilegijs Apostolicæ sedis ita subiungit. Ista ergo priuilegia huic sanctæ ecclesiæ à Christo sunt donata: à synodis non sunt donata, sed solùmodò celebrata & venerata, per quæ non tam honor, q̃ onus nobis incubit. Itẽ in eadẽ epistola. Proinde animaduertendum est, q̃ non Nicæna, non denique vlla synodus quodq̃ Romanæ ecclesiæ contulit priuilegium, quæ in Petro nouerat eam totius iura potestatis plenius meruisse, & cũctarum Christi ouium regimen accepisse: sicut beatus præsul Bonifacius attestatur vniuersis episcopis per Thessaliam constitutis scribens. hæc ille. Dicimus ergo, q̃ hoc quod dicitur: concilia tradiderunt potestatem secundariò Apostolicæ sedi: est intelligendum executiuè, & declaratiuè. Executiuè quidem, obediendo diuinæ ordinationi, sedem illam honorando vt caput & matrem omnium aliarum ecclesiarum, adimplentes illud, quod ex persona Christi beatus Chryso. dicit sup illud Iohann. vlt. Pasce oues meas. i. loco mei prepositus & caput esto fratrum, vt ipsi te in loco meo assumentes, te in throno tuo sedentem prædicent & confirment. Planè hoc obseruauerunt semper sacra concilia vniuersalia. Vnde Agatho papa in suggestiõe, quam sextæ synodo misit, ita scribit. Apostolicæ sedis authoritatem vtpote Apostolorum omnium principis semper omnis catholica Christi ecclesia & vniuersales synodi fideliter amplectentes in cunctis secutæ sunt. Ecce quomodo executiuè dicuntur tradidisse potestatem Apostolicæ sedi. Declaratiuè etiam vniuersalia concilia dicuntur tradidisse potestatem Apostolicæ sedi: quoniam maximè per vniuersalia cõcilia declarata est Christiano populo quanta sit eminentia Apostolicæ sedis. Vnde in concilio Constantinopolitano ita scribitur, vt deducit Sanctus Tho. in. 4. dist. 24. Veneramur secundũ scripturas & Canonũ diffinitiões sanctissimũ antiquæ Romæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romæ episcopũ primum esse & maximum episcoporum. hæc ibi. Et ad hũc intellectum dominus Archidiaconus in præfato. c. concilia. exponit verbum illud, tradidit, id est, traditum esse ostendit.

¶In quo dantur responsa ad obiecta aduersariorũ dicentium, quòd dispositiõe & dono Constantini Romanus pontifex habeat primatum super alios.

Cap. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones eorum, qui dicunt papalem authoritatem super alios emanasse ex constitutione & dono Constantini imperatoris diluuntur.*

Ad argum. tertiæ opinionis.

COnsequenter est respondendum ad rationes dicentium, q eminentia papalis authoritatis super alios venit ex cõstitutione & dono Constantini. Dicimus enim, q in hoc grauiter errãt aduersarij. Quoniam sicut non
1 est possibile, vt spiritus quo ad eius essentiam & dignitatem dependeat à corpore, aut sol à luna: ita nec est possibile q potestas spiritualis, aut primatus papalis dignitatis pendeat dependentia causalitatis ab imperio, aut à Constantino. Quãtò enim, vt inquit Hug. de sancto Victo. lib. de sacramentis. parte. 2. lib. 2. cap. 4. vita spiritualis dignior est, quàm terrena, & spiritus quàm corpus: tantò spiritualis potestas terrenam potestatem siue secularem honore & dignitate præcedit. Nam spiritualis potestas terrenam & instituere habet vt sit, & iudicare si bona non fuerit. Ipsa verò primò instituta est, & cum deuiat, à solo Deo iudicari potest. ¶Ad rationem ergo in se respondetur negando minorem. Et ad probationem dicimus, q Constantinus non instituit legem illam de præeminentia Apostolicæ sedis, & obediẽtia ei ab omnibus danda, quasi ius ex authoritate de nouo condendo: quoniam antequam Constantinus esset, Romanus pontifex primatum habuit in ecclesia Dei ex collatione Christi facta beato Petro, sicut superiùs est ostensum. Sed bene Constãtinus fidei feruore & ecclesiæ Romanæ amore reuerentiali incensus, diuinam ordinationem de primatu Roma. ponti. & de obedientia ab omnibus fidelibus illi prẽstanda executus est, promulgando illam, vt nullus per ignorãtiam se excusaret, & prẽcipiendo illã obseruari, vt nullus malitia se Romani ponti. obedientiæ subijcere recusaret: ita q magis fuit promulgator, siue executor diuinæ ordinationis, q conditor nouæ legis. Hinc rationabiliter condẽnatus est error dicẽtium, q papalis dignitas à Cęsare inoleuit: & Papę perfectio & institutio à Cęsare emanauit. Qui error primò fuit Marsilij de Padua: & fuit condẽnatus in extrauaganti. Iohan. 22. & pòst renouatus per Iolian. Hus: & condemnatus in concilio Constantiensi.

¶In quo respondetur rationibus aduersariorum, dicentium, q à cardinalibus pendeat primatus Romani pontificis.

Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones dicentium, quòd Papalis dignitas, siue pontificatus Apostolicus à collegio dominorum Cardinalium pendeat, refelluntur.*

Ad primã quæ opinionis.

COnsequenter respõdendum est ad rationes dicentium, q papalis dignitas, siue pontificatus Apostolicus à collegio dominorũ Cardinalium pẽdeat. Dicimus enim in primis q hoc sit falsum. Pro solutione tamen argumentorum est notandum: q in papatu duo est cõsiderare: scilicet formale: & hoc est officium ipsum siue authoritas pontificatus papalis. Et est cõsiderare materiale: quod est determinatio personæ talis vel talis, videlicet Petri, vel Nicolai. Qua distinctione habita, respondetur ad rationes. ¶Ad primam cùm dicũt, quòd cardinales dant electo papatum: dicimus, quod loquendo de papatu quo ad id quod est formale in eo, antecedens est falsum. quoniam papatus à solo Deo est, sicut probatum est: ita negandum est antecedens. Si verò loquimur d materiali papatus, quod est determinatio personæ: respondetur, q antecedens potest concedi, & negatur tunc consequentia. Dominienim Cardinales eligendo bene determinant personam, non tamen dant ipsi dignitatem, siue potestatem papalem. Aliud enim est conferre potestatẽ determinatæ personæ: & aliud est determinare personam, quæ ex collatione iam facta assequatur talem potestatem. ¶Ad secũdam respondetur negando antecedens. Cardinales enim, nec tota ecclesia posset restringere nec ampliare quæ à Deo immediatè est instituta. ¶Ad tertiam respondetur negando antecedẽs. Dicimus enim, q cùm aliquis est electus in Papam, immediatè habet omnem plenitudinem potestatis iurisdictionis: vt patet ex cap. in nomine domini. dist. 23. licèt non ordinis quousq; consecretur. ¶Ad quartam respondetur negando consequentiam: quoniam, sicut diximus parum suprà, in Papatu est duo cõsiderare: scilicet principatũ ipsum & determinationem personæ. Quãquam autẽ ecclesia nihil posset facere circa ipsam potestatem augendo vel diminuendo: potest tamẽ circa determinationem personæ aliquid facere, ordinando de modo electionis: sicut factum est per Nicolaum papam in. c. in nomine domini. 23. dist. & per eundem. si quis Apostolicę sedi. di. 79. & extra d elect. vbi periculũ. lib. 6. & in cle. ne Romani. ¶Ad quintam dicitur sicut iam dictum est: q ecclesia non potest restringere potestatem Papæ, sicut nec ampliare aut instituere illam potest. ¶Ad sextam respõdetur negãdo consequentiam: multa enim à Deo infunduntur, sicut anima rationalis, quæ opere humano tolli possunt. De istis autem inferiùs erit plenior tractatus.

Ad secũdũ.

Ad tertium.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad sextum.

¶Quòd potestas Papalis à nullo alio quàm à Deo restringi possit nec ampliari.

Cap. XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Papalis potestas quòd à nullo alio, quàm à Deo restringi aut ampliari possit, ostenditur.*

DEmonstrato, q potestas siue pontificatus Papalis à solo Deo sit institutus, facilè est intelligere, q à nullo puro homine, nec à toto mundo possit restringi, aut ampliari, sed à solo Deo. ¶Primò. Ad illũ enim pertinet potestatem aliquam restringere aut ampliare, ad quem pertinet eam instituere: cùm ad instituentes potestatem aliquam pertineat determinare potestatem quanta & qualis sit: sed potestas Papalis, vt superiùs plenè ostendimus, à solo Deo est instituta: & habetur in. c. quanuis. dist. 21. ergo per nullam aliam potestatẽ à diuina potest restringi, aut ampliari. ¶Secundò. Potestas papalis est superior omni alia potestate ecclesiastica, ergo à nulla alia potestate ecclesiastica potest restringi aut ampliari. Consequentia est bona. vt enim habetur in cap. inferior. dist. 21. Inferior sedes potiorem absoluere aut ligare non potest. Antecedens est notum ex superioribus: imò est articulus iam fidei diffinitus in concilio Constantiensi, q potestas Papæ sit suprema potestas in ecclesia. ¶Tertiò sic. Nullus potest mutationem facere restringendo, siue diminuendo, siue destruendo in potestate, super quam fundata est vniuersalis ecclesia, nisi solus Christus, qui eum fundauit: aliàs non esset vera illa Christi promissio, quòd aduersus eam portæ inferi non prævalerent: sed potestas papalis est huiusmodi, ergo nullus hominum potest nec etiã totus mundus potestatem papalem tollere, restringere, aut diminuere. Consequentia est bona. Maior patet. Minor probatur per illud. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. quod vt in capit. 17. superiùs ostendimus, non solùm per sanctos patres refertur dictum esse ratione confessionis fidei Petri, sed ratione potestatis sibi datæ. Vnde Sanctus Thom. in fine. 2. sententiarum dicit, quòd potestas Papæ fundamentum. quoddam est ecclesiæ. Vnde etiam Origen. dicit super illud Matthęi. 16. Quodcunq; , &c. Vide quantam potestatem habet petra, super quam fundatur ecclesia, vt etiam eius iudicia maneãt firma, quasi Deo iudicante per ipsam. Item beatus Anacletus in quodam decreto suo ait. Apostoli statuerũt iussione saluatoris, vt maiores & difficiliores quæstiones semper ad sedẽ referantur Apostolicã, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam, dicente domino ad principem Apostolorum: Tu es Petrus, &c. Et Vigilius papa scribens dilectissimo fratri Eleutherio dicit. Nulli vel tenuiter scienti vel pleniter sapienti dubium est, q ecclesia Romana fundamentum sit & forma ecclesiarum, à qua omnis ecclesia principium sumpsisse nemo rectè credentium ignorat. ¶Quartò sic. Non licet sine periculo hæresis detrahere priuilegio Apostolicæ sedis dato sibi à Chri-

Ad primum.

Matth. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Christo:sed diminuere, aut restringere potestatem apostolicæ sedis est detrahere priui legijs,iuri,honori,& dignitati datis Apostolicæ sedi à Christo, ergo hoc nulli licet. Cõsequentia est bona. Maior patet ex.c. omnes. dist. 22. vbi dicitur sic. Qui autem Romanæ ecclesiæ priuilegiũ ab ipso summo omnium ecclesiarum capite conatur auferre, hic proculdubiò in hæresim labitur. Minor verò patet: quoniam præcipuũ priuilegium à Christo Apostolicæ sedi datum, est ipsa plenitudo potestatis, & eius potissima dignitas. Dicit enim Leo papa in epistola ad Martionẽ imperatorem. Magnus enim honor est vnicuiq; dignitas sua. Quocirca Nicolaus papa in epistola quadam ad Michaëlem imperatorẽ ita ait. Priuilegia Apostolicæ sedis nullaten⁹ possunt minui, nullaten⁹ infringi, nullatenus commutari: quoniam fundamẽtum, quod Deus posuit, humanus non valet amouere conatus: & qđ dominus statuit, firmũ validumq; consistit: illeq; potissimùm peccat, qui Dei ordinationi resistere tentat. Priuilegia inquã huius sedis perpetua sunt diuinitus radicata, atq; plãtata: impingi possunt, trãsferri nõ possunt: trahi posũt, euelli non possunt. hæc ille. Non potest autem dici, q̃ hæc Apostolicæ sedis priuilegia aliqua præsulum indignitas minuere posset, attestante eodem beatissimo Leone, qui ait. Nonnunquam diuersa sunt merita præsulum: iura tamen permanẽt sedium, quibus possunt æmuli perturbationem aliquam inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Non est autem hîc prætereũdum, q̃ ait Grego. 9. contra præsumptionem Michaëlis Constantinopolitani. Quisquis Romanæ ecclesiæ authoritatem, vel priuilegia euacuare, vel diminuere nititur, non hic vnius ecclesiæ, sed totius Christianitatis subuersionem & interitum machinatur. Cuius compassione, vel sustentatione vlteriùs respirabunt filiæ à quouis oppressæ, vnica illa suffocata matre? ad cuius refugium appellabunt? ad quam refugium habebunt? ipsa enim Athanasium: ipsa omnes catholicos suscipit, fouet, defendit, & proprijs sedibus pulsos restituit. hæc ille.

¶ Quintò. Potestatem cuiuscunq; vicarij nemo potest restringere aut ampliare, nisi principalis, cuius est vicarius: sed Papa est vicarius Iesu Christi, eius vices gerens in terris, ergo huiusmodi vicarij potestatẽ nemo nisi Christus, cuius vicarius est, potest restringere, diminuere, mutare, aut etiam ampliare. Consequentia est bona, & præmissæ patent. Sed si quis aduersariorũ vellet dicere ad ista, sicut multos sequentes doctrinam cuiusdam Iarson audiuimus dicere cùm Basileæ essemus: quod etsi potestas Papæ per nullos homines tolli possit, aut diminui: possent tamẽ patres in cõcilio congregati executionẽ potestatis illius impedire, aut restringere, aut sic regulare, vt non valeat exire in actum, nisi vt ei per concilium generale fuerit dictatũ. Taliter respondens (iudicio nostro) malè respondet: imò videtur insipienter loqui: cùm videatur aut oppositionem in obiecto, aut vocis ignorãtiam implicare. Quod sic patet. Est enim iurisdictio, vt aliàs in. 1. libr. diximus, potestas ius dicendi, siue iudicandi, & exequendi. Similiter plena & totalis iurisdictio est tota plena & perfecta potestas iudicandi, & iudicatum exequendi: aliàs non est plena & perfecta. Vnde dicere q̃ aliquis habeat iurisdictionem, ita tamen, q̃ non possit iudicare & exequi etiamsi vellet, est dicere, q̃ habeat potestatem iudicandi, & non possit iudicare, quod est habere potestatem & non habere. Similiter habere totam plenã & perfectam potestatem iurisdictionis, & non habere totum plenum & perfectũ exercitium, ita q̃ nõ esset validum omne quod iuxta potestatem sibi datã facere vellet, est dicere habere plenam potestatem & perfectam iudicandi vel alia faciendi, & tamen non posse illa facere nec perfectè nec totaliter, quod est habere plenam & non plenam: quod est manifestè contradictio. Præterea q̃ prætata responsio nullius sit roboris & valoris, patet: quia sicut tollere potestatem aliquam nõ potest nisi potestas superioritatis nec restringere aut impedire de iure exercitium illius potest, nisi superior potestas. Cũ ergo fide tenendũ sit, vt diximus, q̃ potestas Papæ sit suprema in ecclesia, nulli dubiũ, q̃ sicut nulla quorũcũq; potestas ecclesiastica potest tollere potestatem Papæ: ita non possit impedire, aut restringere exercitium eius. Sed de his in. 3. libr. vbi de concilijs vniuersalibus & eorum authoritate agendum est, plenius (domino adiuuante) dicemus.

¶ De errore quorundam aduersariorum dicentiũ Papam non habere jurisdictionem coactiuam super fideles, & rationibus eorum. Cap. XLV.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Error quorundam aduersariorum & eorum decem rationes, qui dicunt Papam non habere iurisdictionem coactiuam super fideles.*

HAEretici homines perditissimi, qui intãtum veritati apostolici principatus & ecclesiæ sanctæ honori detrahere præsumpserũt, vt affirmare nõ verentur Romanum pontificem, aliosq; ecclesiæ prælatos nullam coactiuam iurisdictionem super alios habere fideles, nisi imperator concederet: dicentes prælatorum ecclesiæ principatum ex institutione Christi in administratione & seruitio consistere aliorũ, & non in coactiua iurisdictione. Quem errorem damnatissimum multipliciter confirmare nituntur: quorum motiua, vt deducit Ockam in dialogo suo. sunt quæ sequuntur. ¶ Primò sic. Dicitur Matth. 20. Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos: sed quicunq; voluerit inter vos esse maior, erit vester seruus. Ex quibus verbis dicunt dari intelligi, q̃ maioritas, & primitas illius, qui est maior, & primus inter omnes fideles, in ministrando & seruiẽdo consistit. Cùm ergo papa sit maior & primus inter omnes Christianos, sua maioritas in ministrãdo & seruiendo tantùm consistit, & per consequens nullam iurisdictionẽ coactiuam super alios habet: cùm illa omnibus ecclesiæ, prælatis videatur interdicta. ¶ Secundò sic. Papa non habet maiorem iurisdictionẽ coactiuam, quàm habuit Christus, cuius est vicarius: sed Christus in quantum homo mortalis nõ habuit iurisdictionẽ coactiuam. Tum, quia iurisdictio coactiua sine diuitijs aut sine adiutorio diuitias habẽtium exerceri nõ potest, quas Christus nõ habuit. Tum, quia ipso teste ministrare venit, non ministrari: ergo non venit coactiuam iurisdictionem exercere: ergo eam non habuit: ergo nec per consequens eius vicarius habet. ¶ Tertiò sic authoritate Origen. qui super illud Matth. 20. Reges gentium, &c. sic ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum, id est, non contenti tantum regere suos subditos; violenter eis dominari nituntur: intervos autem, qui estis mei, non erunt hæc: quoniã omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritualia autem in voluntate. Sic & qui principes sunt spirituales, id est, prælati, principatus eorum in dilectione penitus debet esse, non in timore. Ex quibus verbis datur intelligi (inquiunt) q̃ totus principatus prælatorum ecclesiæ, & per consequens summi pontificis, in voluntate, & dilectione, & nõ in timore debet consistere: ergo diligi debent, non timeri. Qui autem iurisdictione coactiua vtuntur, flagellis timentur. Esse Apostolo, qui ait. Si autem male feceris, timete (scilicet potestatem prælati. ergo prælati ecclesiarum iurisdictione coactiua vti non debent. ¶ Quartò adiderunt inducunt Chrysostomum, qui ita super eundem locum ait. Principes mundi ideo sunt, vt dominentur minoribus suis, & eos seruituti subijciant, & exponent, & vsq; ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatẽ & gloriam. Principes autem ecclesiæ sunt vt seruiãt minoribus: & ministrent eis quæcunq; acceperint à Christo: vt suas vtilitates negligant, & illorum procurent. Ex quibus verbis (inquiunt) patet distinctio inter principes seculares & ecclesiarum: quia principes seculares suis subditis dominãtur: principes autem ecclesiæ minoribus suis seruunt, & ministrant: ergo in eis iurisdictionem coactiuam exercere non valent. ¶ Quintò inducunt ad idẽ beatũ Ambro. qui vt recitatur. 23. q. 8. c. coniunior. ait sic. Dolere potero: gemere poteró aduersus arma: nudites cohortes; lachrymæ meæ sunt mea arma: talia enim sunt instrumenta sacerdotis: aliter nec debeo nec possũ resistere. Ex quibus verbis (inquiunt) habetur, q̃ sacerdos orationibus & lachrymis debet malis resistere, & non per potẽtiam temporalem: & per consequens, non habet iurisdictionem coactiuam. ¶ Sextò inducunt beatum Chrysostomum, qui in libro suo dialogorũ, qui de dignitate sacerdotali intitulatur. lib. 2. c. 3. super ad Apostoli. 2. Corin. 1. Non dominantur fidei vestræ. ita dicit. Hi qui foris sunt iudices malignos cùm subdiderint, ostendunt in eis plurimam potestatem, & inuitos eos à priorum prauitate morum compescunt: in ecclesia verò non coactum, sed acquiescẽtem oportet ad meliora conuerti: quia nec nobis à legibus data est talis potestas, q̃ authoritate sententiæ: homines cohibeamus à delictis. Clarius (inquiunt) dici non posset, quòd ecclesia non habeat iurisdictionem coactiuam: cùm in ecclesia nullus ad meliora debeat cogi, nec aliquis debeat cohiberi per iudicialem sententiam à delictis. ¶ Septimò sic. Ad habentem iurisdictionem coactiuam spectat negotijs secularibus implicari: quia

Argumẽtũ primum qđ cum sequentibus soluẽtur. c. 47.

Secũdum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia ad ipsum pertinet contentiones,& lites dirimere:Contentiones autẽ,& lites, & rixæ inter negotia secularia computantur, extra ne cle.vel mo.secu.nego.se immis.c.1. sed ad summum pontificem non pertinet secularibus negotijs implicari. teste Apostolo. qui
2. Ad Timo.2. ait. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Ergo ad summũ pontificem
Octauum. non pertinet iurisdictio coactiua. ¶Octauò sic. Papa nõ habet iurisdictionem maiorem, quàm beatus Petrus:sed beatus Petrus & alij Apostoli iurisdictionem coactiuam à Christo minimè receperunt: ergo nec papa habet iurisdictionem coactiuam ex ordinatione Christi. Maior est manifesta. Minor probatur authoritate beati Bernardi, qui in lib. ad Eugenium papam.inquit. Non monstrabunt puto,qui hoc dicerent,vbinã quispiam Apostolorum iudex sederit hominũ. Et parum pòst. Stetisse nanq; lego Apostolos iudicandos:sedisse iudicantes non lego: etiam illud non fuit. Ex quibus verbis datur intelligi,quòd Apostoli iudices hominum nõ fuerunt:ergo beatus Petrus iurisdictionem coa-
Nonum. ctiuam non habuit. ¶Nonò hoc,quod Apostoli hominum iudices non fuerunt, beatus Grego.sentire videtur: qui tractans illa verba.Secularia iudicia si habueritis. in moralibus ita dicit. Hi terrenas causas examinent, qui exteriorũ rerum sapiẽtiam perceperunt. Qui autem spiritualibus dotati sunt,terrenis non debent negotijs implicari: vt dum non cogunturinferiora bona disponere, valeant bonis superioribus deseruire. Cũ ergo Apostoli maximis bonis spiritualibus fuerint dotati, ipsi non fuerunt circa causas hominum
Decimum. & lites aliqualiter occupati. ¶Decimò hoc etiam glos. super illud ad Corinth. Secularia igitur iudicia.apertè sentire videtur.ait enim contemptibiles enim,id est,aliquos sapiẽtes: qui tamen sunt minoris meriti, cõstituit ad iudicandum. Apostoli enim circumeuntes, talibus non vacabant.Sapientes ergo,qui in locis consistebant, fideles & sanctis non qui hac atq; illac propter euangeliũ discurrebãt, negotiorum examinatores esse voluit. Quibus verbis(inquiunt) ostenditur,q̃ Apostoli causis hominum terminandis minimè insistebant. Ex quo infertur,quòd non acceperant iurisdictionem à Christo coactiuã: quia omne officium iniunctum eis à Christo diligentissimè perfecerunt.

¶In quo improbatur error præfatus. Cap. XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Error eorum,qui dicunt prælatos ex Christi ordinatione non habere super fideles iurisdictionem coactiuam, multipliciter improbatur. Et papalis potestas quã, & unde habeat iurisdictionem coactiuam ostenditur.*

2 *Error pestifer eorum, qui aiunt iurisdictionem coactiuam,quæ est penes ecclesiam,ex concessione imperatoris pendere,confutatur.*

QVàm damnatissimè errent præfati aduersarij, dicentes tam Romanum põtificem, quàm alios ecclesiæ prælatos nullam ex Christi ordinatione habere iurisdictionem coactiuam,sed ex concessione imperatoris,facile ostendimus. Ostendimus autem imprimis falsitatem & errorem primæ partis,in qua dicunt, prælatos ex Christi ordinatione non habere super fideles iurisdictionẽ coactiuam. Secundò errorem secundæ partis,in qua dicũt,q̃ huiusmodi iurisdictionem coactiuam prælati habuerunt ab imperatore, siue à seculari potestate. ¶Prima autem pars ostenditur erronea multipliciter. Primò authoritate sacræ scripturæ. Secundò authoritate sacrorum conciliorum. Tertiò diffinitione Apostolicæ sedis. Quartò sanctorum doctorum testimonio. Quintò rationibus.

Ostẽditur primo pliciter.

Primum.

¶Imprimis autem sacræ scripturæ authoritate erronea pars illa ostendit. Primo ex illo, qđ Christus Petro & in Petro successoribus. suis,cũctisq; ecclesiæ prælatis ait. Tibi dabo *Matth.16.* claues regni cælorũ. Claues dicit in plurali: qa scilicet, vt est doctrina communis sanctorum,tam clauem in foro conscientiæ, quàm in foro exterioris iudicij. Vnde ait glo.interli.id est,præsentis iudicij potestatẽ. Et sequitur. Quodcunq; ligaueris super terram siue in foro conscientiæ siue exterioris iudicij, ligatum erit & in cælis. Cùm autem non tantum volũtarij ligentur,sed etiam inuiti,manifestum est,q̃ in clauibus datis Petro, & in eo suis successoribus, intelligatur data iurisdictio coactiua. ¶Secundò improbatur præfatus error ex illo Mar. 18. vbi habetur. Si autem peccauerit in te frater tuus,vade, & corripe eum inter te & ipsum. Et infrà. Si autem te non audierit, dic ecclesiæ:si autẽ ecclesiam non

non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus:amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis.glo.vinculo anathematis.super terram erunt ligata & in cælo,&c.vbi Hieroñ.in glo.ait.Potestatem tribuit Apostolis,vt sciãt qui
1.Cor.6. à talibus damnantur, humanam sententiam diuina sententia roborari.Cæterùm Apostolus reprehẽdens Corinthios, q̃ contẽptis fidelibus coram infidelibus iudicibus litigassent,ad probandum, q̃ de rebus secularibus & terrenis iudicãdi potestas esset apud ecclesiam,inquit. Nescitis quoniam angelos iudicabimus?quantò magis secularia.glo.1.de rebus seculi.Non est aũt dubium, quin talis damnatio pertineat ad iurisdictionẽ coactiuã: ergo Apostoli,& eorum successores ex Christi ordinatione coactiuam iurisdictionẽ habuerũt. ¶Tertiò idem ostendi potest ex illo Matth.26.vbi de Petro dicitur,q̃ exemit gladium suũ,& percutiens seruũ principis sacerdotum,amputauit auriculam eius. Per quod designatur apud Petrũ futuram esse potestatem coactiuã ad correctionẽ. Vnde B. Greg. vt habetur in.c.si Petrus.24.q.1.inquit Tollit ergo Petrus aurẽ:quare Petrus? quia ipse est qui accepit claues regni cælorũ. Ille enim condẽnat qui & absoluit:qm̃ ligãdi & soluẽdi idẽ adeptus est potestatẽ. Tollit aũt aurem malè audientis:tollit autẽ gladio spirituali aurẽ interiorẽ malè intelligentis. ¶Quartò idẽ colligit ex illo Lucæ.22.vbi Apĩs dicẽtibus, Ecce duo gladij hic.respõdit dñs:satis est. Vbi cùm p gladios duos mysticè intelligãtur duę potestates,spiritualis.s.& temporalis,vt beatus Bernardus lib.de cõsideratione ad Eugenium papã exponit: quas apud Romanum pontificem aliquo modo residere dicit,manifestè datur intelligi Romanũ pontificem ex Christi ordinatiõe iurisdictionẽ coactiuam, quæ p gladios designatur, habere. ¶Quintò
Iohann.ult. erroris præfati ostẽditur stultitia ex illo, qđ dñs ait Petro. Pasce oues meas. vbi officium pastoris cõmittit beato Petro: quod officiũ planissimum est non posse bene agi sine iurisdictione coactiua,cũ glos.in eo loco dicat. Pascere oues,est credentes ne deficiant confortare,terrena subsidia si necesse est,subditis prouidere,exempla virtutum prębere,aduersarijs obsistere,peccantes corrigere. ¶Sextò
1.Cor.4. idem ostenditur ex Apostolica doctrina. vn de Paulus inquit. In virga veniam ad vos: in charitate & spiritu mansuetudinis. vbi apertissimè se demonstrat habere iurisdictionem coactiuã. Vnde in sequenti.c.habetur,q̃ Paulus fornicatorem quendam tradidit sathanæ in interitũ carnis, vt spiritus eius saluus fiat. ex quo manifestè apparet,q̃ Apostol⁹ iurisdictionẽ coactiuã habebat:& patet q̃ non ab imperatore, qui infidelis erat. ergo à Deo. ¶Consequẽter secũdò confutatur error præfatus ex gestis quasi omniũ conciliorũ vniuersaliũ, & maximè illorũ quatuor principaliũ,in quibus dãnati,excõmunicati, & à suis dignitatibus depositi legũtur plures hęretici: sicut in Nicæno Arrius:in Constãtinopolitano Macedonius: in tertio,scilicet, Ephesino Nestorius:in quarto.s.Chalcedoñ.Eutices,vt in.c.canones. dist. 15. Et simili modo in alijs cõcilijs. Hoc aũt sancti patres minimè facere potuissent, nisi habuissent ex Christi ordinatione iurisdictionem coactiuã. ¶Præterea totus quintus liber decretaliũ,q̃ de pœnis intitulatur,manifestè ostẽdit stultitiã erroris præfati. ¶Tertiò erroris præfati temeritas ostenditur ex Apostolicę sedis,quę fidei magistra est,determinatiõe, quæ in Extrauagãti Ioh. 22.quę incipit.Licet secũdum doctrinã Apostoli.vbi Marsiliũ de Padua & Iohan.de Ianduno præfati erroris & aliorũ quorũdam authores reprobat,& condẽnat. ¶Quartò præfatus error dãnabilis ostenditur etiã ratione. Potestas spiritualis est maior, & Deo cõiunctior,q̃ secularis, vt superiùs circa finẽ primi libri multipliciter ostendimus: sed secularis potestas ad exercitiũ officij sui habet iurisdictionem annexam coactiuã.est enim Dei minister.ad Rom.13.ergo etiam potestas spũalis,cum eius minister sit, etiã vices eius gerẽs pariter ad exercitiũ eorum,quæ ad officiũ ei iniũctũ pertinẽt, necessariò habet modo sibi conuenienti annexã iurisdictionem coactiuã.vnde Ecclesiastici.10.dicitur. Iudex sapiẽs iudicabit populũ suum. ergo etiã potestas spũalis. Consequẽtia est manifesta. ¶Se cũdo sic. De ratione cuiuscũq; perfecti principatus est habere iurisdictionẽ coactiuã:sed principatus ecclesiasticus est maximè perfectus:vnde cõparatur Soli, iuxta.c.solitæ.extra de ma.& ob.ergo principatus ecclesiasticus habet iurisdictionẽ coactiuã. Consequentia est bona. Maior est Arist.4.Ethi. Cùm em̃ sermones persuasiui qualicũq; ratione fulciti non sint semper potẽtes mouere subditos ad bonũ, quod est principalis intentio boni principis, necessariũ est,vt apud principẽ sit iurisdictio coactiua, qua per pœnas faciat, quod persuasionibus nõ potuit. Hinc est, q̃ legis, (vt dicit Isido. li.ety. & habetur in decreto dist.3.ois autem lex) nõ solùm est imperare,vetare,permittere, sed etiã punire. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc sufficiat de improbatione primæ partis præfati erroris. ¶Secunda vero pars, in qua
Secundum principale. 2 præfati pestiferi, aut damnatissimi aduersarij dicunt, q̃ iurisdictio coactiua, quæ apud ecclesiã est, ex cõcessione imperatoris sit, patet luce clarius erroneũ esse. Primò ex dictis iam suprà in reprobatione primæ partis erroris præfati. Cõstat enim beatũ Petrum pro se & suis successoribus à Christo primatũ suscepisse: ergo ab eo, scilicet Christo iurisdictionem habuit, & habẽt eius successores, & nõ ab aliquo alio. Consequẽtia est manifesta. Antecedens nõ modò ex dictis patet, sed etiã suprà ex.c.31. ¶Secũdò idẽ ostenditur ex antiquitate ecclesiastici principatus sic arguẽdo. Primatus ecclesiasticus etiam cum iurisdictione coactiua præcesserit multo tempore imperatores catholicos: ergo sequitur, q̃ ipse in iurisdictione coactiua, quã habet, non dependet ab imperatoribus. Consequẽtia est manifesta: cùm prius non depẽdeat à posteriori: nisi aduersarius tanta caligaret cæcitate, vt ab imperatoribus etiã infidelibus, quales oẽs fuerunt (fuerũt enim duo Philippi pater & filius) sed nõ à parte Christiani, vt dicit Eutropius, vsq; ad Constãtinum magnũ diceret Romanum pontificem suscepisse principatum. ¶Tertiò ostenditur sic. Nobilius & perfectius nõ recipit à minùs nobili & minùs pfectο perfectionẽ potestatis & virtutis suæ. vt enim ait Aristo. 2. de anima. & Aug. super Gene. agẽs nobilius est & præstantius passo. Sed principatus ecclesiasticus est multò nobilior ac perfectior q̃ secularis: quãto, scilicet anima corpore, vt dicit Hugo de sancto Victo. quantò sol luna, vt dicit Innocẽtius in proximè allegato. c. solitæ. quãto aurũ plũbo, vt ait Ambro. in. c. duo quippe. distin. 96. Ergo nullo modo est dicẽdum, sed tanq̃ falsum, & erroneũ abijciendum est, q̃ iurisdictio coactiua papæ & prælatorum ecclesiæ depẽdeat ab imperatore. ¶Quartò sic. Ab illo, à quo alicui cõmittitur aliquod officium, cõmittũtur ea, sine quibus officium agi nõ potest: sed à Christo, & non ab imperatore cõmissum est Petro & eius successoribus pastorale officium, & cura totius populi Christiani, ac regimen, vt suprà ostẽsum est: Ergo necesse est dicere, q̃ à Christo, & non ab imperatore terreno, aut ab aliqua terrena potestate habet iurisdictionẽ Romanus pontifex coactiuã. Quinto sic. Imperatores legũtur puniti, vtpote excõmunicati, & priuati dignitate à Romanis pontificibus: imò etiã ab alijs minoribus ecclesiæ prælatis. Ergo iurisdictio coactiua Romani põti-

ficis & aliorũ prælatorũ ecclesiæ nõ depẽdet ab impatoribus, siue ab aliqua alia terrena potestate. Cõsequẽtia est clarissima. Antecedẽs licèt pateat ex multis historijs, quę notæ sũt, nihilominus probatur per illud, quod Gelasius papa in. c. duo quippe. dist. 96. dicit: vbi ad imperatorẽ Anastasium scribens ita inqt. Duo quippe sunt imperator Auguste, quib⁹ principaliter hic mundus regitur: authoritas sacra pontificũ, & regalis potestas: in quibus tanto grauius est põdus sacerdotum, quanto & pro ipsis regibus in vltimo reddituri sunt examine rationẽ. Et post pauca. Nosti itaq; inter hæc & illorum te pendere iudicio, nõ illos ad tuã redigi volũtatem: talibus igitur institutis, talibusq; fulti authoritatib⁹ pluresq; pontificum, alij reges, alij imperatores excõmunicarũt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocẽtius papa Archadium imperatorem, quia cõsensit vt sanctus Chrysostomus à sua sede pelleretur, excõmunicauit. Beatus Ambrosius licèt sanctus, non tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus, pro culpa, quæ alijs sacerdotibus non adeo grauis videbatur, Theodosium magnũ imperatorem excõmunicãs, ab ecclesia exclusit. Manifestè ergo patet stultitia præfati erroris in vtraq; sui parte.

¶ In quo respondetur ad obiectiones aduersariorum suprapositas. Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones factæ contra id quod dictum est de iurisdictione coactiua, quæ est penes ecclesiam, diluuntur.*

Mprobato errore præfatorum hominũ perditorũ, iam respõdendum restat eorum obiectionibus. ¶Ad primã, quæ sumitur ex illo Matth. 20. Scitis qa principes, &c. respondetur: q̃ authoritas illa nihil facit pro aduersarijs. Non enim bene ac rectè intelligũt illam, sed deficiũt in duobus. Primò quidem in hoc: quia non est verũ, vt prætendunt, q̃ in verbis præfatis dominus omnẽ dominatum siue principatũ interdixerit Apostolis: nec per consequens simpliciter omnẽ iurisdictionẽ coactiuã: cùm Christus legatur dixisse

Ad primũ argu. c. 45. 1

se Petro: Super plebem meam principem te cõstitui. & de Apostolis dicatur psal. 44. Cõstitues eos principes super omnẽ terram. sed tantũ dominatum, & iurisdictionẽ, qua gentiles & homines mundani vtuntur in subditos suos, in seruitutem eos redigẽdo, & eorũ vita abutẽdo ad suas vtilitates & gloriam: sicut plenius explanauimus in superioribus. c. 12. respondendo ad hanc obiectionem. Secũdò deficiunt aduersarij in hoc: quia administratio illa, ad quam ecclesiæ maiores deputantur, non est, vt ipsi prætendunt, administratio, qua seruus administrat domino suo, aut frater fratri suo: sed quædo minus & præsidens intẽdit commoditatibus subditorum, qua medicus intendit saluti infirmãtium, pater correctioni filiorum, pastor curæ gregis, rector regimini populi, & gubernator nauis directioni. Huiusmodi autem administratio non excludit iurisdictionem coactiuã in ministris supra vos, quib⁹ administratur, vt præfati hæretici fatuè imaginãtur, sed potiùs includit. Vnde patet, q̃ authoritas illa catholicè intellecta non facit pro aduersarijs. ¶Ad
Ad secundũ secundã respõdetur negando minorem tanq̃ falsam, imò hæreticam, cùm de Christo dicatur. Ipse dius noster, iudex noster, legifer noster, & rex noster. quæ absq; iurisdictiõe coactiua nõ videtur posse prædicari de Christo.
Esa. 33. *Matth. ult.* Cæterum ipse Christus ait. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Præterea quomodo iurisdictionem coactiuã dedisset Apostolis. Matth. 18. dicit. Quæcunq; alligaueritis, &c. ipse habuisset? Et ad probationem cùm primò dicitur, q̃ iurisdictio coactiua sine diuitijs exerceri non potest: respondetur, q̃ hoc sit falsum, & stulte dictum: sicut manifestum est de iurisdictione coactiua spirituali, quæ exercetur conuenientissimè à quolibet prælato, quantumcunq; diuitijs careat: quicquid sit de iurisdictione seculari coactiua, quæ armorũ potẽtia quandoq; executioni mandatur. ¶Ad id autẽ quod secundò dicitur, q̃ Christus venit ministrare non ministrari: iam in prima respõsione respondimus hoc insipienter esse dictum: quoniã huiusmodi ministratio Christi non euacuabat iurisdictionem coactiuã in Christo: sicut nec, vt dictum est, in Apostolis: quoniam huiusmodi administratio erat sicut maioris, & dñi, & magistri erga discipulos & seruos eius: secundum illud. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis: sum etenim. Et iterũ. Quẽadmodum bene feci & vos faciatis: nõ est seruus maior domino suo: nec apostolus maior
Iohan. 13.

est eo, qui misit eum. ¶Quod verò tertiò inducitur, q̃ Christus iurisdictionẽ coactiuã neq̃quã exercuit, falsum est. Quod patet ex multis. Primò in eo, q̃ Christus nõ modò cõsilia, sed præcepta dedit tam circa sacramẽta, quàm circa cõuersationem vitæ. Circa sacramẽta inquit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua *Iohan. 3.* & Spiritu sancto, non põt introire in regnũ Dei. De sacramento eucharistiæ. Nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. *Iohan. 6.* De sacramento pœnitentiæ ait. Pœnitẽtiam agite, appropinquabit regnũ cælorum. Circa cõuersationem vitæ ait. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. & similia. Præcipere autem non est nisi habẽtis iurisdictionem coactiuam. quoniam vt inquit Grego. & habetur in. c. quod præcipitur. 14. q. 2. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: si verò non fiat, pœnam habet: vbi consilium datur, offerentis arbitriũ est: vbi præceptum, necessitas seruientis. Et Augustinus in sermone domini in mõte. Quisquis præceptis non obtẽperat, reus est & debitor pœnæ. Tum secũdò iurisdictionẽ coactiuã exercuit, cùm adiecit pœnas æternę dãnationis non obedientibus præceptis & institutis suis: sicut patet superiùs. quod maximè spectat ad iurisdictionẽ coactiuam. Tum tertiò etiã iurisdictionẽ coactiuã exercuit, cùm Christus vendẽtes de tẽplo & ementes violẽter ejecit: vt legitur Matth. 21. & Iohan. 2. Super quo verbo beatus Grego. 25. moral. ita loquitur: quod plurimùm percutit stultum intellectũ aduersariorum. Nec frustrà per semetipsum Deus æs nũmulariorum fudit. & cathedras vendentium colũbas euertit: quia nimirum signans, per magistros quidem iudicat vitam plebium, sed per seipsum examinat magistrũ. ¶Ad tertiã obie- *Ad tertium*
ctionẽ, quæ sumitur ex authoritate Origẽ. respõdetur, q̃ Origẽ. non vult secludere iurisdictionẽ coactiuam à prælatis ecclesiæ: sed per hoc tantùm vult, quod etiam alij dicunt doctores sancti, vt Augu. Isidorus, & Bernardus, q̃ prælati spirituales debent velle plus diligi, q̃ timeri. Hoc autem patet: quoniam per solam mansuetudinem & beneuolentiã sine correctiõe disciplinæ nulla respublica in hac mortali vita perfectè gubernari possit. Nam vt inquit Greg. in moral. & habetur in. c. disciplina. dist. 45. disciplina, vel misericordia multùm destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos inesse debet rectoribꝰ & iustè consulens misericordia, & piè sæuiẽs

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad quartũ. diſciplina: & multa ibi ad propoſitum. ¶ Ad quartã obiectionẽ patet reſpõſio ex prima reſpõſione. Dicimus eñ, q̃ non ſit verum, q̃ B. Chryſo. ſecludat oẽm iuriſdictionẽ coactiuã à prælatis eccleſiæ, cũ ipſe dicat ſup Matt. Ita ſe debet exhibere prælatus, vt poſsit ridens timeri, & iratus amari. ſed excludit quẽadmodum Chriſtus iuriſdictionẽ illã coactiuã tyrannicã, quo principes gentiũ vtũtur in ſubditos: qa, vt ſuperiùs diximus, talis non decet prælatos eccleſiæ. Vnde differẽtia inter principes eccleſiaſticos & ſeculares nõ eſt penes habere et nõ habere iuriſdictionem coactiuã, vt falsè aduerſarij ſomniãt: ſed penes habere & non habere iuriſdictionẽ coactiuã tyranni
Ad quintũ. cam: ſicut ſuprà explanauimus. ¶ Ad quintã, quæ eſt B. Ambroſij in. c. conuenior. 23. q. 8. reſpõdetur, q̃ bene intellecta conformiter ad alia dicta eiuſdẽ doctoris parum facit ad propoſitũ aduerſariorum: quoniã licẽt potentia armorũ, & in propria perſona non cõgruat ſacerdotibus reſiſtere inuadẽtibus bona eccleſiaſtica: cùm eccleſia corporalia neſciat arma, vt in ca. porro. 16. q. 3. dicit Iohan. papa: non tamen propter hoc excluditur à ſacerdotibus potentia ſiue iuriſdictio coactiua ſpiritualis: cùm ipſe beatus Ambroſius legatur, vt ſuprà induximus excommunicaſſe Theodoſiũ magnũ imperatorem. vt in. c. duo quip. diſt. 96. quòd facere non potuiſſet, ſi iuriſdictionem coactiuã nullam habuiſſet. ¶ Ad
Ad ſextum. ſextam, quæ ſumitur ex authoritate beati Chryſoſtomi in lib. dialogorum ſuorum. reſpondetur, q̃ non facit ad propoſitum aduerſariorum: quoniam Chryſoſtomus loquitur de his, qui foris ſunt: ideſt, qui nunquam fidem Chriſti perceperunt, talibus enim non eſt vis inferenda, ſed ſunt cum charitate inuitandi ad fidem, & morum correctionem: nõ autem loquitur de his, qui iam fidem perceperunt: quoniam tales cogendi ſunt retinere fidem & religionem, quam ſemel receperũt, votisq; firmauerunt. Vnde in concilio quarto Toletano de Iudeis ita diffinitum legitur: vt habetur in. a. de Iudæis. diſt. 45. De Iudæis aũt præcepit ſancta ſynod⁹ nemini deinceps ad credẽdũ vim inferre: cui eñ vult Deus miſeretur, & quẽ vult indurat. Non eñ tales inuiti ſaluãdi ſunt, ſed volẽtes, vt integra ſit forma iuſtitię. Sicut eñ homo, ꝓpria arbitrij volũtate ſerpẽti obediẽs perijt: ſic vocãte ſe gratia Dei propria mẽtis cõuerſione quiſq; credendo ſaluatur. Ergo nõ vi, ſed libera arbitrij volũtate & facultate vt cõuertantur ſuadendi ſunt, non potiùs impellendi. Qui autẽ iam pridem fide ſemel imbuti ſunt, quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, oportet vt fidem, quam ſuſceperunt, tenere cogantur. hæc ibi. Iſta eſt ſententia Apoſtoli, cum ait. Quid enim mihi eſt de his qui foris ſunt, 1. Cor. 5.
id eſt extra eccleſiam, iudicare? His enim, vt dicit glo. potiùs blandiendum eſt. Nonne de his qui intus ſunt vos iudicatis? vbi glo. ſic habet. Intus, id eſt, in eccleſia profeſsione & nomine: in his enim putredo ſecanda eſt. hęc glo. Manifeſtum eſt autem, quòd hoc ſine iuriſdictione fieri non poteſt: ergo Apoſtolus
Ad ſeptimũ præſupponit in eccleſia eſſe iuriſdictionem coactiuam. ¶ Ad ſeptimam, quæ aſſumitur ex illo. 2. Timoth. 2. Nemo militans, &c. reſpondetur negãdo maiorem: in quã dicitur, quòd ad habẽtem iuriſdictionem coactiuam ſpectet implicari negotijs ſecularibus. Et ad probationẽ cùm dicitur: quia ad ipſum pertinet contentiones & lites dirimere: reſpondetur, quòd probatio iſta nihil valet: quoniã dirimere contentiones & lites inter aliquos, maximè eccleſiaſticos, & de eccleſiaſticis rebus, non eſt implicari negotijs ſecularibus. Et cùm dicitur, quòd contentiones, & lites, & rixæ inter negotia ſecularia computantur. extra ne clerici vel monach. ſecul. negot. ſe immiſc. cap. 1. reſpondetur, quòd in præfato cap. bene computantur inter negotia ſecularia amare contentiones, vel lites, non autem lites dirimere. Magnã certè eſt differentia inter amare lites & contentiones, quod vitij carnalitatis eſt; & dirimere lites, quod charitatis eſt; vt ale ſe patet. ¶ Ad octauam, quæ
Ad octauũ. accipitur de Bernardo, reſpondetur, quòd nihil facit ad propoſitum: quoniam beatus Bernardus loquitur de terrenis & ſecularibus cauſis, atque tumultuoſis litibus, iſtis enim Apoſtoli non intendebant: non quia omni poteſtate iuriſdictiõis carerent, ſed quia maioribus, ſcilicet prædicationi & orationi eſſent intenti. Præterea ſi huiuſmodi ſecularibus iudicijs Apoſtoli non intenderent, ſed relinquerent huiuſmodi curam hominibus
inferioribus, iuxta conſilium Apoſtoli. Se- 1. Cor. 6.
cularia iudicia ſi habueritis, contemptibiles, id eſt ſapientes minoris meriti, qui ſunt in eccleſia, conſtituite ad iudicandum. non propter hoc ſequitur, q̃ non fuerunt in alijs cauſis ſpiritualibus hominum iudices. ¶ Ad no-
Ad nonum. nam obiectionem, quæ ſumitur ex dicto beati Gregorij. reſpõdetur. q̃ in nullo fauet propoſito aduerſariorũ. Quoniam licẽt Gregorius dicat, q̃ qui ſpiritualibus donis donati ſunt, non debeant negotijs ſecularibus implicari, ſed

ſed maximè ſuperioribus intendere: non tamen propter hoc negat tales habere iuriſdictionem coactiuam ſimpliciter. Quod clariſsimè apparet, ſi authoritas beati Gregorij ex integro ponatur. ait enim ſic, vt habetur in glo. 1. ad Corin. 6. Hi terrenas cauſas examinent, qui exteriorũ rerum ſapientiam perceperunt: qui autem ſpiritualibus bonis ditati ſunt, terrenis non debent negotijs implicari: vt dum non coguntur inferiora bona diſponere, valeant bonis ſuperioribus deſeruire. Sed tamen magnoperè cauendum eſt, vt hi, qui bonis ſpiritualibus emicãt, nequaquam proximorum infirmantium negotia funditùs deſerant: ſed hæc alijs, quibus dignũ eſt, tractanda cõmittant, vel per ſe gerant. Hæc ille. Ex quibus manifeſtè patet, q̃ aduerſarij
Ad decimũ contra ſe habent Gregorium, & non pro ſe. ¶ Ad vltimã obiectionẽ, quę ſumitur ex glo. 1. Cor. 6. reſpõdetur, q̃ illa glo. in nullo fauet aduerſarijs, ſicut ſuprà diximus de dicto beati Greg. Licẽt enim dicat glo. illa iuxta Apoſtolũ, q̃ ad iudiciũ cauſarum ſecularium & negotiorum terrenorũ non maiores, qui maioribus & ſpiritualibus intẽdere debebant, ſed alij inferioris meriti inſtituendi ſunt, non tñ excludit à prælatis eccleſiæ iuriſdictionẽ coactiuã, quod eſt propoſitum aduerſariorũ, vt patet manifeſtè. Ex quibus clariſsimè confutatur error Marſilij de Padua dãnatiſsimus, dicẽtis, q̃ nec Papa, nec etiã tota eccleſia ſimul iuncta poteſt aliquem hominem punire punitione coactiua, niſi cõcedat imperator.

¶ Quòd Romano Pontifici ab omnibus Chriſti fidelibus parendum ſit, & obediendum. Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Obedire q̃ debeat quilibet fidelis cuiuscunq; ſit dignitatis ſummo Pontifici, oſtenditur.*
2 *Obedientia quæ Pontifici ſummo debetur, q̃, in tribus conſiſtat, uidelicet in exhibitione reuerentiæ, in mandatorum ſuſceptione, & ſubiectione iudicij.*
3 *Obedientiam ſummo Pontifici ſubtrahentes, quas incurrant pœnas.*

EX his, quæ de ſuperioritate authoritatis & vniuerſalitate Apoſtolici principatus ſuper vniuerſam Chriſti eccleſiam expoſuimus, manifeſtum habemus, q̃ Romanus Pontifex cũctis de orbe terrarũ fidelib⁹ ſiue magnis ſiue paruis cuiuſcũq; gradus aut conditionis exiſtãt, iure diuino præcipere poſsit: ac q̃ vniuerſitas fideliũ eodẽ iure illi in omnibus licitis & honeſtis ac iuſtis parendi habeat neceſsitatem. Sicut enim actiones rerũ naturalium proce- 1
dunt ex potẽtijs naturalibus: ita etiam operationes humanæ procedũt ex humana volũtate. Oportuit autem in rebus naturalibus vt ſuperiora mouerẽt inferiora ad ſuas actiones per excellẽtiam naturalis virtutis collatæ diuinitùs. Vnde etiã oportet in reb⁹ humanis, q̃ ſuperiores moueãt inferiores p̃ ſuam volũtatem ex vi authoritatis diuinitus ordinatæ. Mouere autem p̃ rationem & volũtatem eſt præcipere. Et ideo ſicut ex ipſo ordine naturali diuinitùs inſtituto inferiora in rebus naturalibus neceſſe habent ſubdi motioni ſuperiorũ: ita etiã in rebus humanis ex ordine iuris naturalis & diuini tenẽtur inferiores ſuis ſuperioribus obedire. Vnde Apoſtolus inqt. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis. Hebræ. vlt.
Cùm autẽ Romanus Põtifex ſit pater patrũ, & præpoſitus, & caput omniũ fideliũ: ſequitur, q̃ ab omnibus, q̃ Chriſtiano nomine gloriãtur, cuiuſcũq; conditionis, aut ſtatus exiſtant, diuino iure obedięntia ei debetur. Sicut enim in maioribus eſt regẽdi & iubẽdi poteſtas: ita in minoribus obſequendi neceſsitas: vt in. c. cũ inferius. diſt. 21. Debetur autẽ hæc 2
obedientia ſummo Pontifici maximè in tribus, in quibus cõſiſtit obediẽtia. iuxta notata in. c. 1. diſt. 93. videlicet in exhibitione reuerentiæ, in mandatorũ ſuſceptione, & ſubiectiõe iudicij. Vnde beatus Cyrillus li. theſaurorum dicit: q̃ Romano pontifici oẽs iure diuino caput inclinãt, & primates mundi tanq̃ ipſi dño Ieſu Chriſto obediũt. Quocirca beatus Tho. in tracta. quẽ cõtra errores Græcorum edidit, dicit ſubeſſe Romano põtifici eſſe de neceſsitate ſalutis. Quod ſequẽtibus authoritatibus probat. Dicit enim Cyrillus li. theſaurorũ. Itaq; fratres mei ſi Chriſtum imitamur, vt ipſius oues vocẽ audiamus, manentes in eccleſia Petri: non inflemur vento ſuperbiæ, ne fortè tortuoſus ſerpẽs propter noſtram contẽtionem nos deijciat vt Euã olim de paradiſo. Et Maximus in epiſtola orientalibus directa dicit. Coadunatã, & fundatam ſupra petrã cõfeſsionis Petri dicimus vniuerſalem eccleſiam ſecundũ diffinitionem ſaluatoris, in qua neceſſariò ſalutis animarum noſtrarũ eſt manere, & ei eſt obedire, ſuam ſeruantes fidem & cõfeſsionem. Hanc ſententiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

secutus papa Bonifacius in decretali sua. vnã sanctã, in fine dicit. Porrò subesset Romano pōtifici omni humanæ creaturæ declaramus & diffinimus esse de necessitate salutis. Diffinitio planè catholica, vtpote ex diuina authoritate veniēs. Tantus nēpe honor legitur de diuina dignatione summo pōtifici esse cōcessus, vt quisquis einō obtemperaret, statim necaretur. vnde Deutero. 17. ita loquitur dñs. Qui aūt superbierit, nōlēs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat dño Deo tuo, decreto iudicis morietur homo ille, & auferetur malū de Israël: cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Vbi gl. ordinaria ita dicit. Christus, qui est sacerdos secūdum ordinem Melchisedech, vicarios sibi instituit, quib⁹ ait: Qui vos audit, me audit: & q vos spernit, me spernit. Iure ergo dānationis sustinet sentētiam, qui contēmit diuinitatis potētiam. hæc glo. Quātum aūt detestandum sit ac damnādum non obedire Romano pont. ex illo colligitur. 1. Reg. 15. vbi dicitur. Quoniā quasi peccatum ariolādi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. vbi gl. inquit. Sola obedientia est, quæ fidei meritū possidet: sine qua quisq; infidelis esse cōuincitur. Et B. Gregor. ad idem sic ait. Peccatū paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se esse asserit, sedi Apostolicæ obedire contēnit. Quocirca dicitur in c. obedientiam. dist. 93. Obedientiam inferiores ex ordine superiorib⁹ debent. Sūmo enim pōtifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei cōmunicare, cui pro actibus suis ipse inimicus extiterit: nec in ecclesia esse potest, qui eius cathedrā deserit. hæc ibi. Ex quibus excluditur, vt inquit S. Tho. in. 4. lib. cōtra gētiles. error quorūdā, scilicet, Græcorum, præsumptuosus, q se subducere nitūtur ab obedientia & subiectiōe Petri, successorem eius Romanū pōtificem vniuersalis ecclesiæ pastorē non recognoscētes. Ex quibus etiā confunditur stultitia quorūdam aduersariorū Basiliēsium, qui verbo, opere, & factis practicare non sunt veriti, q prælati, & clerici in synodo cōgregati, non tenerētur Romano pōtifici parere, aut obedire. Mira certè (iudicio nostro) & à seculis inaudita phantasia, q oues eo q in vnū locum cōuenerint, desinãt subiectæ esse pastori: & pastor ipse & nomen pascēdi, & regēdi perdiderit authoritatem: & q Romanus pōtifex cōgregatis in synodo prælatis subditis suis ipse minus habebat in eo authoritatis. Quis audiuit vnquam tale, q dū filij, siue subditi, aut discipuli simul conueniūt, pater, prælatus, atq; magister omnium paternitatis, prælationis, & magisterij perdiderit dignitatē: filius, subditus, atque discipulus filiorū subditorū aut discipulorū omniū factus. Cæterùm cōfutatur tertiò falsitas imaginationis, q imaginātur licitū esse suspēdere aut subtrahere obediētiam quādoq; à vero & indubitato Romano pontifice, qui vidētur esse similes illis, de quibus saluator inquit. Cæci sunt, & duces cæcorū. Planè huiusmodi suspēsio obediētię nullo modo videtur esse licita. Tum primò, quoniā apertè est contra naturalē & diuinā legē: vt ostendimus in c. superiori, in qua per hominē dispēsatio fieri non pōt. Præcipit aūt legislator Christus Iesus, de sedētibus super cathedrā etiā malis: Omnia quæcūq; dixerint vobis facite. Item dicit Apostolus. Obedite præpositis vestris, & subiacete illis. Secūdo talis obediētiæ subtractio est illicita, cū videatur esse sacrilega. Est enim diuinæ maiestatis offensiua, siue læsiua. Cùm em saluator rex regū dicat de vicarijs suis: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Profectò qui obedientiam subtrahit à vero & indubitato vicario Christi, lęsor videtur maiestatis diuinæ. Tertiò talis suspēsio & subtractio est illicita, cùm sit cōtra iustitiam, cuius est reddere vnicuiq; quod suū est. Debent aūt inferiores obedientiam suis superioribus, vt est manifestū, & habetur in principio. dist. 93. vbi dicitur. Obedientiā aūt inferiores ex ordine superioribus debēt. Quartò est illicita, cū sapiat schisma. Separāt enim se tales ab Apostolica sede, siue à Romano pōtifice: à quo quisq; diuisus ab ecclesia est separatus, iuxta B. Cyprianū in. c. scire debes. 7. q. 1. & iuxta B. Hiero. in. c. hæc est fides. 24. q. 1. & iuxta papā Pelagiū in. c. schisma. 24. q. 1. Quintò talis subtractiò vel suspēsio est illicita, cùm sit scādalosa, & mall exempli cæteris fidelibus. De cuius grauitate peccati ait dñs. Qui scādalizauerit vnū de pusilli istis minimis q in me credūt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Sextò est illicita talis obediētiæ subtractio, quoniā est damnosa, & periculosa. Incurrūt enim tales subtrahētes obediētiam pœnas nō solùm spiritualem maledictionē, quam non obedientes patribus eorū, & subtrahentes illis honorem & reuerentiā, debitam incidūt: sed etiam pœnas & censuras iuris, quæ per sacros canones à sanctis patribus huiusmodi obedientiam subtrahentibus siue suspēdentibus inferuntur. De quibus in. c. non vos. 23. q. 5. & est canon

Greg. in. c. si qui. dist. 81.

Matth. 15.

Matth. 23.

Hebræ. ult.

Luce. 10.

Matth. 18.

non Chalcedonen. cōcilij, qui à cōmunione seipsum suspēdit, & collectam facit, & altare constituit, & noluit vocāti episcopo consentire, & noluit eidē acquiescere atq; obedire, habet omnino dānari: nec vnquā vel cōmunione mereri, nec recipere eū posse honorē. hæc ibi. Item in. c. si inimicus. in. c. miratus. in c. qui cathedrā. dist. 93. Item in. c. nulli fas. distin. 19. vbi multa de huiusmodi. Vnde videtur, q sicut solùm propter hæresim papa accusari posset: ita propter solam hæresim, aut fautoriam, aut partitionē prohibitā posit ab eo obediētia subtrahi, vt est casus in. c. Anastasius. dist. 19. & confirmatur per. c. sacerdotes. 2. q. 7. in quo Clemens ita dicit. Sacerdotes, & reliqui ecclesiæ ministri, omnesq; plebes episcopos suos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam si episcopi aliter (quod absit) agant, nisi in fide catholica errauerint. hæc ibi.

¶ In quo ponuntur obiectiones contra prædicta de obedientia debita Romano Pōtifici. Et respondetur eisdē. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Obediendum q non sit Romano Pontifici obiectiones quatuor. Et ad eas responsio.*
2 *Obediendum in quibus sit Romano pontifici, & in quibus non, ostenditur.*

Argumentum primū.

Aduersarij obijciūt cōtra hoc quod dictum est, q ab omnibus Christi fidelibus cuiuscunq; status aut cōditionis existant, obediēdum sit Romano pontifici. ¶ Primò sic. Quilibet, qui tenetur alteri obedire, debet necessariò habere volūtatem præcipientis tanq; regulam suæ actionis. Sed sola Dei voluntas, quæ semp est recta, est regula humanæ actionis. Ergo nullus tenetur obedire nisi Deo.

1

Secūdum.

¶ Secūdo. Papa potest errare & deficere: iuxta ca. si papa. distin. 40. ergo non videtur, q ei sit ab omnibus obediēdum: sed solùm ei, qui errare, & deficere non posset. ¶ Tertiò sic. Sicut lex vetus fuit figura nouæ legis: ita sacerdotium vetus figura sacerdotij euāgelici: sed sacerdotium vetus erat subiectū regiæ dignitati: ita q sacerdotes erant subiecti regibus, nō autem ecōuerso. In cuius signum dicitur.

Tertium.

Exod. 19. sacerdotibus: q sunt regnum sacerdotale. vbi datur intelligi, q potestas regalis erat principalior: & sacerdotalis minor. Ergo videtur q summo pontifici, qui summus sacerdos dicitur, non teneantur obedire reges Christiani. ¶ Quartò sic. Videtur q sit magis obediendū prælatis inferiorib⁹, q papæ. Probatur sic. Potestas immediata: magis influit q mediata, sed potestas inferior magis est immediata q superior, ergo videt q magis obediendū sit potestati inferiori, q supiori: & ita plus episcopo aut abbati, q papæ. ¶ Sed istis nō obstantibus, dicendum est sicut dictū est in præcedenti ca. q omnes Christiani cuiuscunq; conditionis aut status existant, tenentur obedire summo pontifici, & in his, in quibus obedire tenentur, priùs, & magis q cuiuscunq; alteri humanæ potestati, quod ex superioribus notum est: & ex responsionibus ad obiecta dandis luculentius fiet. ¶ Ad rationes ergo in oppositum est respondendum.

Quartum.

¶ Ad primam respondetur negando minorem, videlicet, q sola diuina voluntas sit regula humanæ actionis. Dicimus enim, q diuina voluntas est bene prima regula, qua regulantur omnes rationales voluntates: sunt tamen aliæ regulæ secūdariæ, secundùm q sunt causæ secundariæ mouētes inferiora: & hoc modo voluntas vnius hominis præcipientis potest esse quasi secunda regula voluntatis alterius obedientis. Vnde dicit Apostolus. Obedite præpositis vestris, & subiacete illis. Quia dominus dicit de illis, Qui vos audit, me audit. Sicut autem inter secūdas causas mouentes est gradus: ita inter istas regulas secundarias inquantum vna magis primæ appropinquat, quàm alia secundum ordinem diuinitus institutum: cuiusmodi est volūtas summi pontificis, qui est vicarius principalis, & rector omnium fidelium: vnde ei sicut supremæ regulæ post diuinam parendum est ab omnibus.

Ad primū.

Hebræ. ult.

¶ Ad secundam respōdetur negando consequentiam. Quoniam licèt ex hoc q papa posit aliquādo errare & præcipere nō non faciēda, bene sequatur, q ei in omnibus simpliciter obediēdum nō sit: non tñ ex hoc arguitur, aut sequitur, q cùm bene præcipit, nō sit ei ab omnibus obediēdum. Verùm ad sciendū in quibus obediēdum sit, & in qbus non: quia vt dicit Augu. & habetur in. c. non semp. 11. q. 3. nō semper malū est non obedire prælato: est notādum iuxta S. Tho. in. 2. 2. q. 104. art. 5. q dupliciter potest cōtingere, q subditus suo superiori obedire non teneatur. Vno modo propter præceptū maioris potestatis.

Ad secūdū.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

statis. Vnde Aug. & habetur in. c. qui resistit. 11. q. 3. & in glo. ad Ro. 13. dicit sic ad propositũ. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sed quid si ille iubeat quod nõ debet facere? Hic sanè contẽne potestatẽ: ipsos humanarũ legũ gradus aduerte, si aliqd iusserit curator: si tũ contra procõsul iubeat, non vtiq; contẽnis potestatẽ, sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci, si maior prælatus est. Rursus si aliquid procõsul iubeat, & aliud imperator, nunq̃ dubitatur, illo cõtempto, isti esse seruiẽdum. Ergo si aliud imperator aliud Deus iubeat, qd iudicatis? maior potestas Deus, contẽpto illo obtẽperandum est Deo. Idem habetur in. c. si Deus iubet. & in c. Iulianus. Et hoc est quod habetur Actо. 5. Obedire oportet Deo magis q̃ hominibus. Vbi ergo papa iuberet aliquid cõtrarium sacræ scripturæ, siue articulis fidei, aut veritati sacramẽtorum, aut mãdatis iuris naturalis siue diuini, ei obediẽdum nõ esset, sed talia præcipiens despiciẽdus est. Vnde Isido. & habetur in. c. si quis. 11. q. 3. Si quis prohibeat nobis quod à dno præceptũ est: vel rursum imperat fieri quod dns fieri prohibet, execrabilis sit omnibus qui diligũt Deũ. Et iterũ idem in sequẽti. c. is qui præest. Si præter volũtatẽ Dei, vel præter quod in sacris scripturis euidenter præcipitur, vel dicit, vel aliquid vobis imperat, tanq̃ falsus testis aut sacrilegus habeatur. hæc ille. Alio modo quis non tenetur suo superiori obedire, si aliquid ei præcipiat, in quo ei nõ subdatur. Dicit enim Seneca in 3. lib. de beneficijs. Errat si quis existimat seruitutem in totũ hominẽ descẽdere: pars eius melior excepta est: corpora obnoxia sunt, & ascripta sunt dñis: mens quidẽ est sui iuris: & ideo quæ pertinẽt ad interiorem motũ volũtatis homo non tenetur homini obedire, sed Deo solùm. Tenetur autem homo homini obedire in his quæ exteriùs per corpus sunt agenda: in quibusdã tamen secũdùm ea quæ ad naturã corporis pertinent homo homini obedire non tenetur, sed solũ Deo: quia oẽs homines natura sunt pares, putà in his, quæ pertinent ad corporis sustẽtationem, & ꝓlis generationem. Vnde non tenẽtur serui dñis, nec filij parentibus obedire de matrimonio contrahẽdo, vel virginitate seruanda, aut aliquo alio huiusmodi: sed in his quæ pertinent ad dispositionẽ actuũ et rerũ humanarũ tenetur subditus suo superiori obedire secũdùm rationẽ superioritatis: sicut miles duci exercitus in his quę pertinẽt ad bellũ: seruus dño in his quæ pertinẽt ad seruilia opera exequẽda: filius patri in his quæ pertinẽt ad disciplinã vitæ & curã domesticã: oẽs verò Christiani papæ in his quæ ad religionẽ Christianã, & ad cathedrã pertinẽt cõlona iuri diuino & naturali. ¶ Ad tertiã rationẽ respõdetur, ꝙ non est simile de sacerdotio veteris legis & nouæ. Cuius ratio est tã secũdùm S. Tho. in lib. quẽ fecit de rege & regno ad regẽ Cypri. 15. ca. q̃ secũdum Bonauẽturam in. 4. c. in fin. dist. 24. quæ differentia est inter nouũ & vetus testamentũ: & inter cõparationem sacerdotis & regni. Quia eñ vetus testamẽtum erat adhuc carnaliũ, & carnaliter viuẽtiũ: ideo potestas secularis erat principalior, & sacerdotalis potestas erat minor. Et ideo signãter dicebatur in veteri lege, regnũ sacerdotale: quia sacerdotiũ pendebat ex regno. Sed ecõtra in noua dicitur. 1. Petr. 2. Regale sacerdotiũ: quia principalius est nũc sacerdotiũ, q̃ regnum: & potestas spũalis, q̃ temporalis, siue carnalis. sic eñ competebat statui gratiæ. Hæc dns Bonauẽ. ¶ Ad quartã rationẽ respõdetur, ꝙ S. Tho. & dns Bonauẽ. notãt in fine secũdi sentẽtiarũ, ꝙ potestas superior & inferior dupliciter se possunt habere. Aut ita, ꝙ inferior potestas ex toto oriatur superiori: & tũc cùm virtus tota inferioris fundetur in virtute superioris, simpliciter in omnibus est magis obediẽdum superiori, q̃ inferiori. sicut etiã in naturalibus: causa prima plus influit super causatũ causæ secũdæ, q̃ etiam ipsa causa secũda: vt in li. de causis dicit. Et sic se habet potestas Dei ad oẽm creatã potestatẽ. Sic etiã se habet potestas imperatoris ad potestatẽ proconsulis. Sic etiã se habet potestas papæ ad oẽm spiritualem potestatẽ in ecclesia: qa ab ipso papa gradus dignitatũ diuersi in ecclesia & disponuntur & ordinantur: vnde eius potestas est quoddã ecclesiæ fundamẽtum, vt patet Mat. 16. & ideo in omnibus magis tenemur obedire papæ q̃ episcopis, vel archiepiscopis, vel etiã monachus abbati absq; vlla distinctiõe. Potest iterũ potestas superior & inferior ita se habere, ꝙ ambæ oriãtur ex vna quadã suprema potestate, quæ vnã alteri subdit, secundùm ꝙ vult: & tunc vna non est superior altera, nisi in illis, in quibus vna supponit alteri à suprema potestate: & in illis est tantũ magis obediẽdũ superiori, q̃ inferiori. Et hoc modo se habẽt potestas episcopi & archiepiscopi descẽdentes à papæ potestate. Et ita patet respõsio ad rõnẽ, Quod etiã dicebat, ꝙ potestas inferior esset magis immediata, falsũ est: imò potestas papæ cũ sit causa potestatis inferioris, cùm ab ea emanet & descẽdat, magis est

Ad tertium.

Ad quartũ.

est immediata, q̃ inferior, vt patet ex dictis. Vnde, vt sanct⁹ Thomas dicit in tractatu cõtra impugnãtes religionẽ. Papa habet immediatã iurisdictionẽ in omnes christianos, qã Romana ecclesia nullis synodicis cõstitutionibus cæteris plata est ecclesijs, sed euãgelica voce dñi & saluatoris sui primatũ obtinuit: vt habetur in decretis di. 22. c. quãuis. colligitur etiã in. c. per principalẽ. 9. q. vltima.

¶ De errore dicentium, quòd nõ sit obediendum statutis Papalibus. Cap. L.

SVMMARIVM.

1 *Papalibus statutis quõ sit obediẽdum, ostenditur.*

1 SAtis facilè intelligere ex iam dictis est, quàm lõgè à veritate & à statu salutis oberrent, qui dicunt non esse obediendũ statutis papalibus. Cõtra quod præter ea, quæ in superioribus dicta sunt, est Leo Papa, qui ita in. c. hoc. di. 11. ait. Hoc vestræ indicimus charitati, vt ab apostolicis institutis nullo vlteri⁹ recedatis excessu: quia inultũ post hoc esse nõ poterit, si quisquã apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. Item est beatus Gre. in. c. præceptis. di. 12. ita dicẽs. Præceptis apostolicis nõ dura superbia resistatur: sed quia obedientiã, quæ à sancta Romana ecclesia & apostolica authoritate iussa sunt, salubriter impleãtur, si ciusdẽ sanctę Dei ecclesię, quæ est caput nostrũ, cõmunionẽ habere desideratis. Itẽ Pius Papa omnibus ecclesijs scribens sic inquit. Instruim⁹ vos apostolica authoritate omnes cadẽ seruare debere, quæ & nos seruam⁹: nec debetis à capite quoquo modo disidere. Christ⁹ enim hãc apostolicã sedẽ omniũ ecclesiarũ caput esse præcepit, ipso dicẽte principi Apostolorũ Petro: Tu es Petrus, & sup hãc petrã ędificabo ecclesiã meã. &c. hęc ille. Itẽ ad idẽ est beat⁹ Calixt⁹ Papa, qui omnibus episcopis scribẽs, ita ait in. c. nõ decet. di. 12. Nõ decet à capite mẽbra disidere, sed iuxta sacrę scripturę testimonium oĩa mẽbra caput sequãtur. Nulli enim dubiũ est, ꝙ apostolica ecclesia mater sit omniũ ecclesiarum, à cuius regulis nullatenus conuenit deuiare. hęc illę. Item in ca. si quis dogmata. 22. q. 2. Nicola⁹ Papa vniuersali synodo præ fidẽs ita ait. Si quis dogmata, mãdata, interdicta, sanctiones, vel decreta, ꝙ catholica fide & ecclesiastica disciplina, ꝙ correctione imminẽtiũ vel futurorũ malorũ à sedis apostoli cæ præsule salubriter, ꝙ mulgata cõtẽpserit, anathema sit. Præterea dicere, ꝙ fideles nõ teneãtur apostolicę sedis mãdatis siue cõstitutis obedire, sit erroneũ, siue hęreticũ, patet: qa hoc ipso negãt Romanũ pontifi. esse caput, ac rectorẽ, siue pastorẽ ecclesię: quod, vt in superioribus mõstratũ est, euãgelio cõtradicit, & per cõsequẽs hæreticũ. Vnde sanctus Tho. in probatione huius in tractatu cõtra impugnãtes religionẽ. ait sic. Dicitur in decretis di. 22. in. c. omnes. Qui aũt Romanę ecclesię priuilegiũ ab ipso summo omniũ ecclesiarũ capite traditũ auferre cõnatur, hic proculdubiò in hęresim labitur. Et infrà. Fidẽ quidẽ violat, q̃ aduersus illã agit, quę est mater fidei. Hoc autẽ priuilegiũ Christ⁹ Romanę ecclesię cõtulit, vt omnes illi sicut Christo obediãt. Vnde Cyrillus lib. thesaurorũ. Vt mẽbra maneam⁹ in capite nostro apostolico throno Romanorũ pontificũ, à quo nostrũ est quęrere quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerãtes, ipsum rogãtes pro omnib⁹: qũ ipsius solùm est reprehẽdere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & loco ei⁹ ligare, q̃ ipsum ędificauit: & nulli alij quod suũ est plenũ, sed ipsi soli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinãt, & primatus mũdi tãquam ipsi dño Iesu Christo obediũt. Vnde patet, ꝙ quicunq; dicit nõ esse obediendũ in his quę per Papã instituũtur, in hęresim labit. Hęc sanctus Tho. Ex his manifestè patet, q̃ rationabiliter in cõcilio Constãtiẽsi dãnatus fuit error ille Ioh. Hus, dicẽtis, ꝙ obediẽtia ecclesiastica est obediẽtia secũdũ adinuẽtionẽ sacerdotũ ecclesię, præter expressam authoritatẽ scripturæ.

¶ De rationib⁹, propter quas successores Petri Romani pontificis magis per electionẽ, quàm per carnis successionem, aut institutionem prędecessoris ad pontificatum assumuntur. Cap. LI.

SVMMARIVM.

1 *Papa cur eligatur, & non succedat, nec instituatur à Papa adhuc viuente, ostenditur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVàm conuenientissimũ fuerit, vt hi,q beato Petro ĩ põtificatu in ecclesia succesturi erãt, per electionẽ & nõ per carnis successionẽ, aut institutionem prædecessoris assumerentur, ex multiplici capite colligere possumus.

¶Primò hoc conuenientissimum fuit: quoniam sicut ait Apostolus ab Hebræ.7. translato sacerdotio, necesse est, vt etiam legis trãslatio fiat: ita necesse fuit, vt etiã forma determinationis psonę in summo sacerdotij põtificatu trãsmutaretur. In sacerdotio aũt legali determinatio psonę assumẽdę ad põtificatũ fiebat p successionem originis, siue carnis: quoniã soli de stirpe Aarõ defeẽdentes succedẽbãt Aarõ in põtificatu. sicut habetur Exo. 28. Decuit ergo, huiusmodi forma trãslato sacerdotio trãsferretur in aliã: vt iã nõ per carnis originẽ, sed per electionẽ assumptio fieret psonę ad põtificatũ. ¶Hinc est q̃ dñs & saluator noster Iesus Christus sacerdos & põtifex summus nõ ex Leui, cui debebatur sacerdotiũ, sed ex Iuda, cui de sacerdotio nihil pertinebat, carnẽ assumpsit. Et hoc est quod Paulus Apostolus designat di. In quo enim hæc dicũtur. s. Christo Iesu de alia tribu est, de qua nullus altari præsto fuit. Manifestũ est enim, q̃ de Iuda ortus sit dominꝰ noster, in qua tribu nihil de sacerdotibꝰ Moyses locutus est. *Hebræ.7.*

¶Secũdò cõuenientissimè fuit, scilicet propter spiritalitatẽ euãgelici sacerdotij, cuius sanè principatꝰ, qui summꝰ est, nõ carni, sed vitæ merito debetur. Hãc rationẽ videt tãgere beatꝰ Hiero. in. c. Moyses. 8. q. 1. Moyses amicus Dei, cui facie ad faciẽ locutus est dñs: potuit vtiq; successores principatꝰ filios suos facere, & posteris propriã relinquere dignitatẽ sed extraneus ex alia tribu eligitur Iesus. s. Iosue, vt sciremus principatũ in populũ nõ deferẽdũ esse sanguine, sed vitę. ¶Tertiò huiusmodi cõuenientia colligitur ex vniuersalitate euãgelici sacerdotij. In hoc enim cùm nulla sit differẽtia tribuũ aut nationũ, sed vt dicit Apostolꝰ. Quicũq; baptizati estis, Christũ induistis: nõ est Iudæus, nec Græcus, nõ est seruus, nec liber. Et ad Colo. 3. Vbi nõ gẽtilis & Iudæus, circũcisio & pręputiũ, barbarꝰ & scytha, seruus & liber, sed oia & in omnibꝰ Christus. Si autẽ per successionẽ carnis assumeretur põtifex, nũquã posset indifferẽter assumi de omni natione aliquis ad põtificatũ sacerdotalẽ euãgelicũ, sed de vna natione, aut tribu, quod vniuersalitati euangelici sacerdotij minimè cõueniret. ¶Quartò cõuenientia huius colligitur ex qualitate vitæ & sanctimoniæ quæ requirũtur in assumẽdo ad summũ põtificatũ. Oportet enim principẽ esse optimũ & perfectũ virtute. vt dicit. 2. ethico. & vt Hiero. habet super Leuit: & habẽ in. c. licet. 8. q. 1. q̃ qui præstãtior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminẽtior eligendus est. Per illã ergo viã melius est assumi vniuersalis ecclesiæ principẽ, per quã cõuenit meliorẽ inueniri. Sed huiusmodi via est electio, quę sequitur rationis maturã deliberationẽ: cùm sit cõclusio cõsilij. vt dicitur. 3. ethi. Ergo melius est assumi principẽ & rectorẽ in ecclesia p electionẽ, q̃ per originis successionẽ. ¶Quintò sic: quoniã periculosum valde est rẽ maximã fortunæ cõmittere, igitur principatũ, & potissimè ecclesiasticũ, cùm maximus sit, cõmittere fortunę periculosum esse nemo ambigit. Sed hoc cõtingere videtur, cùm princeps assumitur p successionẽ generis: cùm nõ sit necessariũ q̃ bono bonus succedat, imò quãdoq; stultos sapientibus & sceleratissimus virtuosis succedere videamus. ¶Sextò cõueniẽtia ista colligitur ex vtilitate christiani populi, cui præficit, cuius sanitas multùm pẽdet ex bonitate capitis & rectoris, iuxta. c. di Papa. di. 40. Sed certiùs ,puidetur populo de vtili pastore & accõmodo per viã electionis, q̃ successionis carnis, vt manifestũ est: ergo cõuenienter per electionẽ prouidetur de Romano põtifice. ¶Septimò hoc arguitur cõueniẽtissimũ: quoniã rationi naturali cõsonũ videtur: quia nullus videt iustè præesse alicui multitudini, nisi de eius cõsensu, aut superioris ordinatione, aut prouisione. De primo dicit Leo Papa. Nulla ratio sinit, vt illi inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibꝰ expetiti. di. 23. in nomine dñi. De secũdo patet: quia ex quo aliquis ordinariè præfidet alicui multitudini, iure suo potest ponere super eã quẽ vult in adiutorium sui, & vice in loco sui quãdiu præest. Christus autẽ ecclesiæ suæ immediatè nõ prouidit nisi de Petro: vnde per consequens quia nõ prouidit de persona nominatim successoris Petri, ecclesię electionẽ dimisit: prout videtur haberi in. c. electionẽ. distin. 79. vbi sic Anacletus Papa inquit. Electionem verò summorum pontificum vel sacerdotũ sibi dñs reseruauit: licèt electionẽ eorũ bonis sacerdotibus, & spiritualibus populis cõcessisset. Vnde de iure naturali, & quasi diuino videtur esse, quòd Papa non faciat sibi successorẽ, nec post mortẽ, nec post resignationẽ, quãdo nõ præest: licèt quãdiu viuit Papa, possit loco sui ponere legatos & vicarios *Galat.3.*

vbi vult, & sicut vult. Sic ergo patet, q̃ tã iuri diuino q̃ naturali cõsonũ esse videtur, q̃ ex electione vniuersalis ecclesię, vel illorũ, ad quorũ de cõsensu vniuersalis ecclesię trãslatũ est ius eligẽdi, sicut hodie sunt Cardinales. vt in c. in nomine dñi. di. 23. & 79. c. 1. fiat Papa, siue assumatur summus põtifex. Quia verò cõtingere posset discordia inter cardinales, ideo vt nõ omnes simul cõcurrerẽt ad aliquẽ vnũ eligẽdũ, ordinatũ est in cõcilio vniuersalis ecclesiæ, vbi præfuit Alexãder tertius, q̃ à duabus partibus cõeorditer electus haberetur ,p Romano pon. vt in. c. licet. de elec. Ex quibus manifestè apparet stultitia erroris Iohã. Witcleff, dicẽtis, q̃ electio Papę à cardinalibus p diabolũ sit introducta. ¶Cæterùm q̃ nec cõueniat assumi aliquẽ ad põtificatũ per institutionẽ prædecessoris, potest colligi ex aliquibus. Primò ex fallibilitate humani iudicij. periculosum enim valde est, vt ex vnius hois iudicio, qui errare potest, & falli & fallere, summi põtificis institutio pẽderet. Christus aũt, qui Deus & homo est, cùm in suo iudicio fallinon possit nec fallere, bene cõgruit, vt ipse, nõ cõcurrẽte aliorũ iudicio, põtificẽ in ecclesia p seipsum institueret, atq; ordinaret, quẽadmodũ beatũ Petrũ fecit. Quòd verò alij homines falli & fallere possunt, nisi à Deo spiritu sancto sint cõfirmati, vt errare nõ permittãtur, ad omnẽ errorẽ euitãdũ cõueniẽs fuit, vt post Petri mortẽ quicũq; promouẽdus esset in ecclesiæ pastorẽ, aut principẽ, plurimorũ discretorũ maturo iudicio cõcurrẽte per electionẽ assumeretur. Nec obuiat huic, q̃ beatꝰ Petrus successorẽ legat instituisse. s. Clemẽtẽ vt in. c. Petrus. 8. q. 1. habet. Tũ, quia Petrꝰ ita plenus erat spiritu sancto, vt in iudicio de aptitudine beati Clemẽtis ad põtificatũ inter oẽs alios nõ falleretur. Tũ secũdò: quia cùm, vt ait historia, & habet in. c. p̃fato. Petrꝰ in auribus totius ecclesiæ Clementẽ instituerit: & omniũ cõsensu interueniente videtur, q̃ ipsa Clementis institutio fuerit etiã per modũ electionis. nã ad cõsensum cleri & populi cõsuetum antiquitus fieri electio. di. 63. c. quãto. & c. plures. Verùm q̃ nõ omnes successores Petri futuri erãt tales qualis Petrus fuit, forma ista ,puidendi de successore poterat esse futuris exẽplo pniciosa, sẽti patres ordinarunt, vt nulli liceret successorẽ sibi cõstituere. Hinc beatus Clemẽs intelligẽs hoc posteris futurũ fore pniciosum exẽplo, q̃liqs sibi successorẽ eligeret, renũtiasse dicitur papatui, & electus fuit Linus. vt habet in gl. c. si Petrus. 8. q. 1. in §. his omnibus. vbi vt dicit illud beati Petri Apostoli ab illis valeat in argumentũ sumi, qui talẽ sibi substituerũt, qualẽ sibi successorem beatus Petrus quęsiuit. Verùm qui officium nõ vitę sed sanguini cœpit deseruire, ad episcopũ tales quisq; successores quęrere cœpit, qui vel odioli populis, vel à plebe docẽdi inuenirẽt. Idcirco in sacris canonibus cõstitutũ est ne quisquã sui officij quærat sibi successorẽ, sed populi electione quęrat, qui eorũ vtilitati dignè deseruiat: q̃ illorũ vtilitatẽ, nõ sua lucra quærat: q̃ Christo vellet semẽ suscitare, nõ sibi diuitias cõgregare: quã qui facere cõtẽpserit, ab ecclesia repudiat. hæc ibi. Tertiò cõueniens fuit, vt p electionis viã assumeretur Petri successor ad põtificatũ ,ppter populi testimoniũ: quod in pastore eligendo cõueniẽtissimè præexigit, Apostolo Paulo dicente. Oportet pastorem testimoniũ bonũ habere ab his qui foris sunt. Super quo verbo dicit Aug. Nõ solùm oportet pastorem habere testimoniũ à domesticis, verũetiã ab alienis Iudæis, gẽtilibus, & hæreticis: vt qui detrahũt religioni, salutem vitæ eius detrahere non audeant. Hoc autẽ cùm melius inquiratur & inueniat hominũ electione, q̃ alia via, videlicet aut successione carnis, aut institutione p̃decessoris, cõsequens est, vt cõuenientissimè Petri successores assumãtur p viã electionis, q̃ aut successionis carnis, aut institutionis prædecessoris. *1.Timo.3.*

¶Quòd Romanus pontifex habeat plenitudinem potestatis in ecclesia Dei & explicantur. 15. in quibus maximè illa ostenditur. Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *Papatus potestatis plenitudo in quindecim ostẽditur.*
2 *Romanus pontifex pro tãta, qua pollet dignitatis & potestatis plenitudine quorum sit debitor, ostenditur.*

CEterùm cõsiderata bene principatus amplitudine, ad quẽ Romanꝰ pon. assumptꝰ est, & multitudine ac varietate rerũ, in qbꝰ peũ vniuersitati fideliũ, puidere occurrit, necesse habemꝰ cõfiteri, q̃ Romanꝰ pon. cui vniuersalis ecclesię cura cõmissa est in plenitudinẽ potestatis sit à Chro euocatꝰ. In omni enim cõitate bene recta oportet apud supremũ residere plenã potestatẽ se extẽdentẽ ad oia necessaria & euidenter expedientia bono reipublicę illius cõitatis. Cũ ergo Papa sit supremus in cõitate totius

Universidad de Deusto
Biblioteca

toti⁹ christianitatis,vtpote caput & rector omniũ fideliũ, sequit ꝙ apud illũ plenitudo re sideat potestatis,extẽdẽs se ad omnia necessãria & expeditia saluti reipublicę christianę. Quodetiã sanctorũ patrũ testimonijs clarissi mẽ ostẽdit:dicit enim beat⁹ Cyrill⁹ Alexãdrinus patriarcha in libr.thesaurorũ.Sicut Chr̃s accepit à patre dux sceptrũ ecclesię gẽtiũ ex Israël egrediẽs sup oẽm principatũ, & potestatẽ,& sup omne quocũq; est,vt ei genua cũcta curuentisie & Petro & eius successoribus plenissimè cõmisit. Itẽ. B.Chryso.ad cõsulta vulgarorũ in ꝑsonaChr̃i loquẽs ita ait.Ter interrogo,an me diligis qa ter me trepid⁹ & timid⁹ negasti.Nũc aũt reduct⁹ ne credãt te fratres gratiã & clauiũ authoritatẽ amisisse, qa amas me,corã ipsis iã tibi cõfirmo qđ meum est plenũ.Itẽ Inno.tert⁹ in concilio generali prędicẽs,vt in.c.cùm ex eo.extra de pœni.& remiss.dicit.Cùm Roman⁹ pon.qui plenitudinẽ obtinet potestatis.&c.Vbi cõsiderãdũ, ꝙ plenitudo illa potestatis, quam in Romano ponti. esse dicimus, nõ est ita simpliciter intelligẽda,sicut est illa supremæ authoritatis, quę Deo omnipotenti attribuitur,apud quẽ nõ est impossibile omne verbũ Lucę. 1.vt patet.nec est illa plenitudo potestatis excellentię,quã ꝑdicam⁹ in Chr̃o,vt etiam patet. Pro quo notãdũ,vt inquit sanctus Tho.in.4.sent. di.15.q.3.ar.1.ꝙ ministri ecclesię institutũtur in eccl̃ia diuinitus fundata: & ideo institutio ecclesię ꝑsupponitur ad operationẽ ministrorũ,sicut op⁹ creationis ad op⁹ naturę.Quę institutio ecclesię cõsistit in fide & sacramẽtis: & ideo ad ministros eccl̃ię nec nouos articulos fidei edere,nec editos remouere, nec noua sacramẽta instituere, nec instituta remouere ptinet:sed hęc est potestatis excellẽtia,q̃ soli debetur Chr̃o,qui est ecclesię fundamentũ.Et ideo sicut Papa nõ potest dispẽsare, vt aliquis sine baptismo saluet, ita nec ꝙ saluet sine cõfessione, secũdùm ꝙ obligat ex vi sacramẽti.Hęc.S.Tho.Sed plenitudo potestatis,quę ponit in Papa,est plenitudo potestatis ministerialis:quãta.s.necessaria est ad regimẽ vniuersalis ecclesię ad salutẽ fideliũ, ꝑuãdã:sicut dicim⁹, ꝙ plenitudo sciẽtię,siue omnis notitia veritatis est à Chr̃o ecclesię promissa Ioh. 16.vbi dicit.Cùm venerit spũs veritatis,docebit vos omnẽ veritatẽ. quod nõ est accipiendũ ita vniuersaliter,ꝙ quicquid sciri posset ab homine,reuelandũ foret Aplis:sed omne illud, qđ nobis ad salutẽ erat necessariũ.Vñ gl.sup verbo.Omnẽ veritatẽ.dicit:saluti necessariã. ¶Ampliùs cõsiderãdũ est, ꝙ plenitudo potestatis in Romano pon.ostẽditur in multis.de quib⁹ inducem⁹.15, tantùm ad prẽsens. ¶Primò quidẽ ostẽdit plenitudo potestatis Romani pon.ex his, ex quib⁹ excellẽtia papalis dignitatis, siue principat⁹ nobis figuraliter describit.Beat⁹ aũt Bern.describẽs nobis excellẽtiã dignitatis papalis lib.se cũdo de cõsideratione ad Eugeniũ.ita inquit. Tu qs es? tu sacerdos magn⁹, põtifex summ⁹, princeps episcoporũ, hęres Apostolorũ, primatu Abel, gubernatu Noẽ, patriarchatu Abrahã, ordine Melchisedech, dignitate Aarõ, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petr⁹, vnctione Chr̃s. hæc ille. Ex qua admirãda descriptione luce clari⁹ patet Romanũ põtificẽ in plenitudinẽ potestatis, de qua dixim⁹, esse vocatũ. ¶Secũdò ostẽditur plenitudo potestatis in Romano pon. in extẽsione principat⁹ sui:extẽditur enim in totũ orbem terrarũ. Null⁹ enim fidelis in toto orbe christiano eximitur ab ei⁹ principatu. Quod manifestè ex superioribus patet:maximè ex illo Ioh.vlt.Simõ Iohãnis pasce oues meas. inter oues illas & istas nõ distinguẽs,sed vniuersas oues illi cõmẽdãs. vt exponit Chryso. de qua principat⁹ vniuersalitate beat⁹ Chryso. super Act. Apostolorũ ita inquit.Petr⁹ à filio super omne quod est filij potestatẽ accepit: nõ vt Moyses in gẽte vna,sed in vniuerso orbe. ¶Tertiò plenitudo potestatis in Romano pon.ostẽditur in potestate clauiũ in foro cõsciẽtię. Extẽditur enim potestas clauiũ in eo ad omnia loca, ad omnes ꝑsonas, ad omnes causas. Vñ gl.super illud Matt. 16.Tibi dabo claues regni cęlorũ: & quodcũq; ligaueris super terrã.&c.dicit.Quia Christũ Petr⁹ prę cęteris maiori deuotiõe cõfessus est, meritò prę cæteris ipse collatis clauib⁹ donat⁹ est. Sequitur infrà in gl. Quodcũq; ligaueris super terrã.i. quẽcũq; indignũ remissione iudicaueris dũ viuit,indign⁹ apud Deũ iudicabit.& quod cũq; solueris. i. quẽcũq; soluẽdũ iudicaueris dũ viuit, remissionẽ peccatorũ cõsequetur à Deo.hęc glo. quę dicitur Rabani, siue Bedę. ¶Quartò plenitudo potestatis ostẽditur in clauibus iudiciarię potestatis in foro exterio ri.valet enim de omnibus ꝑsonis orbis christiani cuiuscũq; status aut cõditionis existãt iudicare.est enim iudex toti⁹ eccl̃iæ. Vñ in c.episcopo.9.q.3.dicit. Ecclesia Romana sua authoritate valet iudicare de omnib⁹. Itẽ Pelagius in.c.cũcta.inquit. Apostolica sedes de omni ecclesia habet fas iudicãdi: & per cõsequẽs mala,quib⁹ hoies à Deo auertũtur,correctionis disciplina de medio tollere & eradica

re. Vñ in figurã Romani pon.videtur esse dictũ illud Hier. 1.vt testatur Inno.tertius in.c. Solitę.extra de ma. & obe.qui cùm fuerit de sacerdotibus Anatoch:& interpretatur excellsus dñi:significat summũ põtificẽ, qui in ecclesia Dei est celsior cęteris,vtputa generalis vicarius Christi. Ecce cõstitui te super gẽtes & regna,vt euellas.gl.s.mala.& destruas & dissperdas.gl.interl.regna diaboli.ędifices.gl. s. eccl̃iã.&plãtes.s.bona.Cùm enim Roman⁹ pont.caput totius christianę cõmunitatis & princeps existat,eius nõ tãtum est promouere & ordinare, quæ ad bonũ reipublicę & cõsecutionẽ supernę beatitudinis, quę finis vltimus christianorũ est,cõferũt:sed ea tollere & submouere, phibẽdo & corrigẽdo,quæ ad motionẽ ad talẽ finẽ fideles impediũt. Vñ Alexãder tertius in.c. Cùm plãtare. extra de priuile.ita inquit. Cùm plantare sacrami religionẽ,& plãtatã fouere modis omnibus debeamus,nunquã hoc meliùs exequimur,q̃ si nutrire ea quę sunt recta,& corrigere quę pfectũ virtutis impediũt,cõmissa nobis authoritate curamus.hęcille.Quocirca Inno. tert⁹ in ca. Nouit.extra de iudic.dicit.Nullus qui sit sanæ mẽtis ignorat, quoniã ad officiũ nostrũ spectet de quocũq; mortali crimine corripere quẽlibet christianũ: & si correctionẽ contẽpserit, per districtionẽ ecclesiasticã coẽrcere.hęc ille. ¶Quintò plenitudo potestatis Romani pon.ostẽditur in depositione episcoporũ. Vnde beatus Bern.in epistola quadã ad Eugeniũ Papã ꝑ episcopo Eboracẽsi intruso dicit. Perẽptoriã sentẽtiã dare ad depositionẽ episcoporũ soliusRomani pon.no scitur esse.Pro eo nimirum, ꝙ etsi alij vocati sunt in partẽ sollicitudinis,solus ipse plenitudinẽ habet potestatis.De hoc etiã idẽ Bern.in lib.de cõsideratione,inquit,quod suprà diximus in.c.17. ¶Sextò plenitudo potestatis Romani pon.ostẽditur in hoc, ꝙ eius potestas à nulla potestate humana excedit vel superat, sed ipsa omnẽ aliã excedit & superat. De ecclesiastica potestate patet:quoniã vt ait Iuli⁹ Papa in.c.Nolite errare.dist. 11. In sede Petri dñs totius ecclesię principatũ posuit. De potestate terrena siue seculari patet etiã & diffuse ex dictis in primo lib.c.92. Ait enim ad ꝑpositũ Greg. Nazãzenus scribẽs imperatoribus Cõstãtinopolita.vt in.c.Suscipitis.di.10 habet. Lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati,ãtq; istis tribunalib⁹ vos subdit: dedit enim nobis potestatẽ:dedit principatum multò perfectiorẽ principatibus vestris. An nũquid iustũ vobis videt si cedat spiritus carni,si à terrenis cælestia superentur, & diuinis præferãtur humana?q.d.non. ¶Septimò plenitudo potestatis ostẽditur in hoc,ꝙ non arctatur eius potestas ad hoc, vt semper seruato ordine inferiorũ potestatũ operet:sed potest mediãtib⁹ illis,vel illis intermissis immediatẽ in quẽcũq; christianũ operari vt immediatus ordinarius pastor,& prælatus,quando viderit expedire:vt ex illo vlt.ca. extra de foro comp.apertè colligitur. Vñ sanctus Tho. in tractatu cõtra impugnãtes religionẽ. inquit. Papa habet iurisdictionẽ immediatam in oẽs christianos:qa Romana ecclesia nullis synodicis institutis prelata est,sed euãgelica voce dñi & saluatoris nostri primatũ obtinuit. in c.Quãuis.di.21.In hac autẽ parte similitudinẽ quãdã habet omnipotẽtis Dei: qui mediãtibus secũdis causis operatur multa, quę per se ipsum facere potest, & aliquãdo prætermisso secundarũ causarũ ordine operatur. Propter quod Inno.tertius in ca.Antiqua.extra de priuil.dicit.Romana ecclesia disponẽte domino super omnes alias ecclesias ordinariæ potestatis obtinet principatũ:vt pote mater vniuersorũ fideliũ & magistra. ¶Octauò plenitudo potestatis Romani põtificis ostenditur in exẽptione inferiorũ prælatorũ à superiori:vt abbatũ ab episcopo: vel episcopi ab archiepiscopo:vel subditorum à suo superiori: sicut monasteria & capitula ab episcopis. Quę exẽptio fit à Romano pon.De quo Ber. 3.lib.de cõsideratione. Subtrahũtur abbates episcopis:episcopi archiepiscopis:archiepiscopi patriarchis siue primatib⁹: bonáne species hæc est?Nimirũ si excusari queat,vel opus fiẽ faciẽdo:probatis vos habere plenitudinẽ potestatis sed iustitiæ fortè non ita facitis hæc qa potestis:sed vtrũ debeatis quęstio est. hęc ille. ¶Nono plenitudo potestatis Romani pon.ostẽditur in hoc, ꝙ nõ ligatur legib⁹ à se factis,aut etiã sacrorũ conciliorũ canonibus: sed potest ex plenitudine potestatis supra ius & leges positas facere & in canonibus cõciliorũ iuxta tẽporũ opportunitatẽ,aut locorũ,& personarũ cõditiones dispensare. Vñ & dicit̃ in §.is aũt.24.q.5.Romana ecclesia ius & authoritatẽ sacris canonibus impertitur,sed nõ eis ligatur.Idẽ in.c.Significasti.extra de elec. propter quod Inno.3.extra de cõcess. præbẽ. in.c.Proposuit.dicit.Nos secundùm plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius dispensare. Cui sentẽtiæ beatus Tho.in quo libeto artic.13.alludens ita dicit.Papa habet plenitudinem potestatis in ecclesia : & ita quæcunque sunt constituta per ecclesiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel ecclesiæ prælatos sunt dispensabilia à Papa: hęc enim sunt quæ dicuntur esse iuris humani, siue positiui. Circa verò ea quæ sunt iuris diuini, vel naturalis, dispensare nō potest: quia ista habent efficaciam ex institutione diuina. ¶Decimò plenitudo potestatis Romani pontificis ostenditur in dispensatione actionū humanarū, putà votorū, & iuramentorū. Vnde sanctus Tho. in. 4. di. 38. q. 4. quęrens, vtrùm quilibet prælatus in votis possit dispensare, dicit sic. Plenitudo potestatis in dispensando residet penes summum pontificem: alij autem participant de hac potestate quantū eis concessum est. & in. 2. 2. quæstio. 88. arti. vlti. dicit: ꝙ quia summus pontifex gerit plenariè vicem Christi in tota ecclesia, ipse habet plenitudinē potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus votis. ¶Vnde cimò plenitudo potestatis in Roma. ponti. ostenditur in administratione & dispensatione rerum ecclesiasticarum. Alij autem prælati, & collegia habent potestatem coarctatū in administrando, & dispensando res suas, & transferendo dominium ipsarum obligando & alienando: quia non nisi ex certis causis, & cum certis solennitatibus iure possunt res ecclesiæ alienare: sicut patet extra de re. ec. non alienan. Papa verò in istis solus sine consensu etiam cuiuscunque, & sine solennitatibus potest res quascunq; cuiuslibet ecclesiæ alienare, & alienādo dominium transfere: dum tamen hoc faciat ex iusta causa. Vnde Adrianus Papa omnes ecclesias, etiam Romanam submisit Carolo & eius successoribus quo ad temporalia, de quibus per imperatorem deberent inuestiri. Et hoc cōfirmat Leo Papa Otthoni & eius successoribus: vt habetur in cap. Adrianus. di. 77. vbi domn? Archidiaconus narrando varios modos dicendi, ita inquit. Alij dicunt ꝙ hoc fecerint apostolici ex plenitudine potestatis: sicut de cimas aliquibus regibus concesserunt, quod alius concedere non posset. hæc ille. ¶Duodecimò plenitudo potestatis Romani ponti. ostenditur in hoc, quòd, vt dicit sanctus Tho. in. 3. parte. 62. q. articu. 11. quod quædam sunt superiorū ordinū, quæ potest Papa cōmittere inferioribus quibusdā sicut presbyteris: sicut concedit cōferre minores ordines, quod pertinet ad potestatem episcopalē. Ex qua etiam plenitudine potestatis, vt idē sanctus Tho. ibidem dicit, beatus Greg. concessit, ꝙ simplices sacerdotes conferrent sacramentū cōfirmationis. vt in. c. peruenit. habetur. distin. 95. ¶Tredecimò plenitudo potestatis Romani ponti. ostenditur in dispensatione thesauri ecclesiæ: quoniam ipse solus vtpote Christi principalis vicarius & dispensator dat plenariam indulgētiam & omni homini fideli de toto mūdo. Vnde sanctus Tho. in. 4. di. 20. dicit sic. Papa habet plenitudinē pōtificalis potestatis quasi rex in regno: sed episcopi assumūtur in partem sollicitudinis quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi. Et ideo potest facere indulgentias, put vult, causa tamen existente legitima: sed in episcopis est taxata secūdum ordinationem Papæ. ¶Quartodecimò plenitudo potestatis Romani pon. ostenditur in hoc, quòd dispositio totius ecclesiastici ordinis quo ad dignitates ecclesiasticas tanquam ad principalem architectorem in templo domini: & dispensatio beneficiorum tanquam ad seruum, quem constituit dominus super familiam, vt det illis tritici mensuram, pertinent ad Romanum pontificem. Nam extra de præben. lib. 6. ca. Licet dicitur, quòd dispositio ecclesiarum & omnium beneficiorum mundi ad sedē Apostolicam nō scitur pertinere. Et in cap. Si duobus. Extra vt lit. penden. in cle. dicitur, & est diffinitio Viennen. concilij: quòd ad Romani pontificis potestatem pertinet ecclesiarū, personarum, dignitatum, aliorumque beneficiorum plena & libera dispositio ex suę potestatis plenitudine. ¶Decimoquintò plenitudo Romani pontificis ostenditur in canonizatione sanctorum, quæ ad solum Romanum pontificem vt ad iudicem & principem vniuersæ ecclesiæ cū plenitudine potestatis præsidentem pertinet, vt dicunt doctores: & colligitur extra de reli. & vene. san. ca. 1. & 2. Et hęc de illis in quibus amplitudo principatus summi pontificis ac plenitudo potestatis apostolicæ sedis attendatur; ad præsens dixisse sufficiat. Quorum autem debitor exi- 2
stit Romanus pontifex ex tanta amplitudine dignitatis & potestatis, declarat deuotus Bernar. in lib. 4. de considerātione ad Eugenium. ita dicens. De cætero te esse oportere considerā formam iustitiæ, sanctimoniæ speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensorem, doctorem gentium, Christianorum ducem, amicum sponsi, spōsæ paranymphum, cleri ordinatorem, pastorem plebium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, ministrorum spem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cęcorum, linguam mutorum, baculū senū, vltorē scelerū, masorū metum, bonorū gloriam, virgam potestatū, malleū

malleum tyrannorum, regum patrem, legū moderatorem, canonū dispensatorem, sal terræ, orbis lumen, sacerdotem altissimi, Christi vicarium, Christū domini, postremò Deū Pharaonis. hæc ille. Quæ omnia cęcēte etiam plenissimam & ampliss imam insinuant in Romano pōtifice potestatem. Ex his clarissimè confunditur error dicentium Romanum pontificem non habere in ecclesia plenitudinem potestatis, qui vt sanctus Tho. ponit in tractatu contra Græcos, contra vnitatem ecclesiæ errant.

¶Quòd solus Romanus pontifex in ecclesia Dei habeat plenitudinē potestatis. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Papalis potestatis plenitudo, quòd ea solius Papæ sit, authoritatibus & rationibus ostenditur.*

QStenso, ꝙ Romanus pontifex plenitudinem habeat potestatis, iam ꝙ ipse solus in ecclesia Dei huiusmodi potestatis habeat plenitudinē, declarandū est: quod licet satis aperte ex superioribus posset intelligi ex quibus primatum eius demonstrauimus, nihilominus hoc pro ampliori notitia authori-
1 tatibus & rationibus comprobabimus. ¶Et primò quidē colligitur ex illo, ꝙ dns ad solū
Luc. 5. Petrū ait. Duc in altū, & laxate retia vestra. vbi gl. ita dicit. Alijs imperatur vt laxēt retia: soli Petro dicitur: duc in altum, id est in profundum disputationū. ¶Secundò ex illo, ꝙ dominus soli Petro iubet hamo piscari. Super
Matth. 17. quo beatus Amb. dicit: & habetur in. c. est aliud. 24. q. 1. Est aliud piscandi genus, quo genere solùm Petro piscari dominus iubet, dicens. Mitte hamū. &c. vbi gl. dicit. Per hamū intellige iurisdictionē, qua Petrus præfuit alijs: hoc genere piscādi solus Petrus piscatur, quia habet potestatē ligandi & soluendi præ alijs. Hæc glo. ¶Tertiò idem testatur beatus Cyrillus in lib. thesaurorum. ita dicens. Sicut Christus à patre accepit ducatum & sceptrū ecclesiæ gentium super omnem principatū, & potestatem, & super omne quodcunque est, vt ei genua cuncta curuentur, plenissimā potestatem: sic & Petro & successoribus eius plenissimè cōmisit. Et infrà. Nulli alij quàm Petro quod suum est plenum, sed ipsi soli dicit. hæc Cyrillus. ¶Quartò huius rei testis illustris est beatus Chryso. super illud Matth. 16. Tibi dabo claues. &c. ita dicens. Sicut filius à patre veniens ad salutem omnium mittitur cum potestate plena super omnes: sic à Christo Petrus & eius ecclesia ad salutem omnium mittitur cum potestate omni super omnes, quod nulli hominum credimus esse cōcessum. ¶Quintò hoc idem attestatur beatus Leo Papa in cap. multum. 3. quæstio. 6. & beatus Greg. in capit. decreto. & Iulius Papa in cap. qui se scit. 2. quæstio. 6. ¶Sextò ad idē est beatus Bernar. qui vt in superiori cap. inductum est: in quadam epistola ad Eugeniū Papam apertissimè profitetur, quòd solus Romanus ponti. habet plenitudinem potestatis. ¶Septimò ad idem est beatus Thom. qui sæpe hoc repetit: vt in superioribus patet. ¶Consequenter hoc idem rationibus ostendamus. ¶Primò sic. Solus Roman? pon. in toto corpore vniuersalis ecclesię post Christum est caput vniuersale mysteriale ad regimen & gubernationem totius vniuersitatis fidelium, ergo solus ipse in corpore vniuersalis ecclesiæ habet plenitudinem potestatis. Consequentia patet: quoniam solum caput in corpore hominis, ad cuius similitudinem de corpore ecclesiæ iuxta Apostolū ad Roma. 12. loquimur: habet plenitudinem sensus & regitiuæ ac gubernatiuæ virtutis. Antecedens verò patet ex illo Iohannis. 1. Tu vocaberis cephas. quod iuxta Anacletū & Isido. interpretatur caput. ¶Secundò sic. Solus Petrus & eius successor est generalis vicarius Christi in ecclesia Dei locum eius tenens, ergo solus ipse habet plenitudinem potestatis. Consequentia patet. Antecedens etiam ostensum est suprà in cap. 37. ¶Tertiò sic. Romanus ponti. est supremus hierarcha immediatus totius ecclesiasticæ hierarchiæ. Patet: ipse enim est princeps, in quo totius ecclesię dominus posuit principatum: vt in capit. Nolite errare. dicit Iulius Papa distinctio. 11. ergo in solo ipso ponenda est plenitudo potestatis. Consequentia videtur manifesta: quoniam in omni hierarchia in solo hierarcha ponitur plenitudo potestatis. Vnde Dionysi. 3. ecclesiasti. hierarch. postquam vnamquamque hierarchiam in suum hierarcham docuit terminari, de proprietate hierarcharum ita subiungit. Hierarchici autem ordinis virtus in omnibus capit sanctis totalitatibus, & per consequens ordines operatur propriæ hierarchiæ mysteria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

steria. Et infrà. Est ergo hierarchicꝰ ordo perfectiua naturæ virtute adimpletus. ¶ Quartò sic. Ecclesiasticus principatus est monarchicus, ergo in solo summo pontifice est potestatis plenitudo. Antecedens patet suprà ex multis in cap. 2. Vnde Iohan. 10. dicitur. Erit vnum ouile & vnus pastor. & loquitur de ecclesia. Super quo Theophilus in glos. inquit. Attendant Manichæi, quoniam vnum ouile, & vnus pastor est noui testamenti. Cõsequẽtia patet: quia in principatu regali, siue monarchico suprema potestas in solo principe collocatur. vt est Aristote. sententia. 8. ethi. &. 3. poli. ¶ Quintò sic. Romanus põtifex habet plenitudinem potestatis in ecclesia: & nullus alius à Romano pontifice habet plenitudinem potestatis in ecclesia: solus ergo Romanus pontifex habet plenitudinem potestatis in ecclesia. Consequentia est manifesta per regulam ab exponentibus ad expositã. Maior patet ex præcedenti ca. Minor etiam patet. Tum authoritatibus sanctorũ in principio huius ca. inductis, scilicet beati Cyrilli, beati Chryso. beati Grego. beati Leonis Papæ, beati Bernardi, Beati Thom. dicentium, q̃ solus Romanꝰ pontifex sit vocatus in plenitudinem potestatis, alij autem in partẽ sollicitudinis. Tum etiam ratione: quia si alij vt puta Apostoli, recepissent à Christo sicut Petrus plenitudinem potestatis, iam Petrus neque maior, neque superior, neque caput, neque princeps fuisset Apostolorũ, sed omnes fuissent in potestate pares, qd̃ est hæreticũ, & sępenumero ab ecclesia condemnatum, vt suprà inductũ est. ¶ Sextò sic. Dicit Apostolus ad Roma. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et subiungit. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. ergo oportet quod prælatio attendatur secundum ascensum & descensum, non secundùm æqualitatẽ. Quare necesse erit secundùm ordinem rectum ecclesiæ, quòd suprema potestas regiminis, & plenitudo iurisdictionis stet in vno primo & supremo, in quo solo sicut in primo & in simplicissimo in illo genere est status omnis prælationis ecclesiasticę. ¶ Vltimò sic. Principatus est quoddam totum potestatiuum, cuius hæc est natura, q̃ secundùm completam rationem & plenitudinẽ perfectionis sit in vno solo, scilicet in principe: in alijs verò, in quos distributum est per gradus diuersarũ dignitatum, ac officiorum est aliqua participatio ipsius: sicut principatus regni est in vno, videlicet rege: in alijs verò secundùm participationem quandam, videlicet secundum potestatem præsidis, & tribuni, & millenarij, & centurionis, & quinquagenarij, & decani siue decurionis. Exemplum etiam huius totius potestatiui apparet in sacramento ordinis, cuiꝰ tota plenitudo est in vno ordine, scilicet sacerdotio: in alijs verò est quædam participatio ordinis, vt dicit sanctus Thom. in. 4. dist. 24. Et hoc figuratũ est in hoc, quod dominus dicit Nu. 11. Moysi. Auferã de spiritu tuo, & tradam eis vt sustentent tecum onus populi. Ergo in principatu ecclesiastico ita dicendũ est, q̃ plenitudo potestatis illius in vno solo sit: putà in principe supremo vniuersalis ecclesiæ: putà in Romano ponti. Vnde in cap. basilicas. de conse. di. 1. & in cap. nolite errare. di. 11. habetur, q̃ in apostolica sede dominus totius ecclesiæ posuit principatũ. Et beatus Aug. contra Donatistas. & in epistola ad Glorium & Eleusium dicit, q̃ in Romana ecclesia semper apostolicę cathedræ viguit principatus. Ex quibus manifestè confunditur error & stultitia Marsilij de Padua, dicentis Papam non habere aliquam plenitudinem potestatis absque determinatione, id est concessione imperatoris.

¶ Quòd potestas iurisdictionis omnium prælatorum ecclesiæ deriuetur à Papa siue apostolica sede mediatè vel immediatè. Arguitur prima via, scilicet ex ordine aliorum Apostolorum ad Petrum. Cap. LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Potestas iurisdictionis omnium prælatorũ quòd à potestate Papæ deriuetur, multis modis probatur.*

POstquàm pro modulo paruitatis nostræ superiùs explicauimus, q̃ tam ad fidei christianæ conseruandam vnitatem, quàm ad optimum ecclesię regimẽ necessariò vnus in ecclesia erat dandus rector & caput totius reipublicę christianæ cum plenitudine potestatis, & q̃ huiusmodi sit Romanus pont. restat nunc videndum de habitudine quam habet ad alios ecclesiæ inferiores prælatos in origine

origine potestatis: vtrùm. s. alij ecclesiarũ prę lati potestatem iurisdictionis, quam habent, immediatè suscipiant ab Apostolica sede, an sicut Papa, ita & episcopi immediatè suscipiant à Christo. Dicimus cum sancto Thom. tam in. 2. sententiarum. & in. 4. sentẽtiarum, q̃ in. 4. cõtra gẽtiles. qui sanctus Thꝰ. inter doctores de hac materia loquentes magis rationabiliter & magis conformiter ad dicta sanctorum patrum, & per consequens magis cõsonanter ad pietatem fidei loqui videtur, q̃ tota iurisdictionis potestas aliorum prælatorum de lege communi deriuatur à Papa. Quã conclusionem triplici via probare intendimus. Primò ex ordine aliorum Apostolorũ ad Petrum in potestate iurisdictionis. Secundò rationibus. Tertiò ex inconuenientibus, quæ sequuntur ex oppositio modo dicendi.

¶ Prima via sic arguitur. Apostoli alij à Petro non susceperunt potestatem iurisdictionis immediatè à Christo, sed mediante Petro: ergo sequitur, q̃ etiam nunc prælati, qui sunt in ecclesia, iurisdictionis potestatem suscipiant immediatè à Papa, & non à Christo. Consequentia est optima. Antecedens verò authoritatibus, & rationibus multipliciter probatur & declaratur. Authoritate primò beati Anacleti, qui vt habetur in cap. Sacrosancta. distinctio. 22. dicit. Inter Apostolos quædam fuit discretio: & licèt omnes Apostoli essent, Petro tamen à domino concessum est, vt reliquis omnibus præesset Apostolis & cephas, id est caput & principium teneret Apostolatus. Cùm autem nomine capitis & principij origo designetur potestatis, non videtur posse dici beatus Petrus caput & principium tenere apostolatus, nisi ab eo potestas iurisdictionis deriuaretur in Apostolos cæteros. ¶ Secunda authoritas est beati Cypriani in epistola, quæ de vnitate ecclesiæ inscribitur ad Nouatianum. & habetur in cap. Loquitur dominus ad Petrum. 24. quæstio. 1. Ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Super vnum ædificat ecclesiam. Et quanuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem, id est communem potestatem tribuat, & dicat: Sicut me misit pater, & ego mitto vos: accipite spiritũ sanctum. tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originẽ ab vno incipientẽ sua authoritate disposuit. Hoc vtiq; erant cæteri Apostoli quod Petrus pari consortio prædití & honoris & potestatis (gl. in ordine & dignitate consecrationis, non administrationis plenitudine) sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Christi vna esse monstretur. hęc Cyprianus. Vbi cùm ait, quòd Christus vt ecclesiæ vnitatem manifestaret, potestatis originẽ ab vno incipientem disposuerit, manifestè dat intelligi, quòd solus vnus, scilicet Petrus, super quẽ vnum fundatam dicit ecclesiam, à Christo immediatè potestatem susceperit iurisdictionis: alij verò Apostoli mediante ipso Petro. Planè, vt videtur, si immediatè omnes Apostoli potestatem iurisdictionis recepissent à Christo, origo potestatis non incœpisset in ecclesia ab vno Apostolorum, cùm data fuisset simul & immediatè omnibus. ¶ Tertia authoritas est Aug. qui super Ioh. homil. 124. dicit sic. Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatũ gerebat figurata generalitate ecclesiæ personam. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura vnus homo erat: gratia vnus christianus, abundantiore gratia vnus idemq; primus Apostolus: sed quando ei dictum est: Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunq; ligaueris. &c. vniuersam significabat ecclesiam. Et infrà. Ecclesia ergo, quæ sundatur in Christo, claues ab eo regni cælorum accepit in Petro. d. potestatem soluendi & ligandi peccata. Sed videtur, q̃ hoc quod soli Petro attribuitur ratione primatus, non esset verum, si alij Apostoli cum eo immediatè iurisdictionem recepissent à Christo: quia dato illo, ecclesia nõ in solo Petro, sed etiam in alijs Apostolis claues recepisse diceretur. ¶ Quarta authoritas est beatissimi Leonis, quæ vt habetur in. c. dominus. di. 19. ita dicit. Huius muneris sacramẽtũ ita dominus ad omniũ Apostolorũ officiũ pertinere voluit, vt in beatissimo Petro omniũ Apostolorũ summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi quodã capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt extorrem se ministerij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. ¶ Quinta authoritas est eiusdem in sermone. 3. ordinationis suæ ita dicentis. Multò dignius est ad beatissimi Petri gloriam contemplandã aciẽ mentis attollere: & hunc diẽ in illius potissimũ veneratione celebrare, qui ab ipso omnium charismatũ fonte ita copiosis est irrigationibus inundatus, vt cũ multa solus acceperit, nihil in quẽquam sine eius participatione transierit. Et infrà. De toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque ecclesiæ partibus pręponat: vt quãuis in populo Dei multi sint sacerdotes, multique pastores, omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Magnũ & mirabile dilectissimi huic viro cõsortiũ potẽtię suę tribuit diuina dignatio: vt si quid cũ eo cõmune cęteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid alijs nõ negauit. Ecce ę clara luce Leo ille beatissimus irrefragabilis authoritatis inter patres ecclesiæ dicit, quòd quicquid cõmune Christus cũ Petro cæteris voluit esse principibus, videlicet Apostolis, nõ nisi per Petrũ dedit. quicquid. s. quod donabile esset per hominẽ, alijs non negauit. Et ita manifestè habetur, q̃ cæteri Apostoli nõ immediatè à Christo iurisdictionẽ acceperint sed mediante Petro Apostolo eorũ principe. ¶ Sexta authoritas est Alexandri Papæ in. c. audiuimus. 24. q. 1. sic dicentis. Vnde cùm dominus daret omnibus discipulis parẽ ligandi ac soluẽdi potestatẽ, Petro præ omnibus claues regni cælorũ se daturum promisit, di. Tibi dabo claues regni cælorum. Quicũq; ergo ab vnitate ecclesię quę per Petrũ intelligitur, fuerit alienus, execrare potest, cõsecrare non valet excõmunicationis vel reconciliationis potestatẽ non habet. In qua authoritate duo sunt præcipuè notãda. Primò quòd beato Petro præ omnibus datæ sunt claues. In quo datur intelligi, quòd beatus Petrus in potestate iurisdictionis superior & maior fuerit omnibus alijs Apostolis etiam simul coniunctis: & per consequens successor Petri, videlicet Romanus pontifex, superior, maiorque sit omnibus prælatis etiam simul coniunctis. Secundò notãdum est id quod dicitur, quòd beatus Petrus Apostolus pro omnibus susceperit claues ecclesiæ. In quo manifestè denotatur, q̃ alij Christi discipuli & eorũ successores potestatem iurisdictionis non acceperũt nisi per Petrum, & ita non immediate à Christo. Vbi considerandum est, quòd cùm dicitur Petrus suscepisse pro omnibus & præ omnibus potestatem, non est intelligendum ipsum pro omnibus accepisse ad modũ, quo vnus procurator nomine aliquorũ aliquod donum, sicut castrum, aut principatum accipit à principe: sed intelligendum est ad modum, quo dicimus solem recepisse lumen à Deo præ omnibus stellis, & pro omnibus. Præ omnibus, quoniã in maiori plenitudine quàm cæteræ stellæ. Pro omnibus, quoniam in eo ordine vt ab ipso sicut à fonte in cæteras stellas lumen descendat. Et simile est de capite, quod præ omnibus, & pro omnibus membris virtutem recepit. Præ omnibus quidẽ: quia in solo capite est plenitudo sensuũ. Pro omnibus quidem: quia ab ipso cætera mẽbra sensum motus & regiminis suscipiũt. Ita est de Petro, qui non tantum authoritate præ omnibus alijs donatus est: sed etiam caput & princeps, alijs influens in toto corpore ecclesię, constitutus est: vt apertissimè superius ostensum est ex doctrina sanctorum. Vnde Inno. in epistola, quã scribit ad patres episcopos in concilio Carthaginen. dicit, q̃ à beato Petro episcopatus, & tota authoritas nominis huius emersit. Consequẽter hoc idẽ ratione probatur: & primò sic. Ab eo, à quo quis non habet subditum, ab illo non habet aliquam potestatẽ iurisdictionis: sed alij Apostoli non habuerunt immediatè subditos à Christo, ergo ipsi non habuerunt potestatẽ iurisdictionis immediatè à Christo. Cõsequẽtia patet. Maior etiã: cũ nullus ligare aut absoluere possit nisi subditum: cùm à non suo iudice ligari nullus valeat nec absolui. de pœni. & remiss. ca. Omnis. Nam potestas iurisdictionis, qua aliquis potest absoluere & ligare, dicitur relatiue ad subditũ. relatiua autem, vt habet doctrina Arist. in prædicamentis, posita se ponunt, & perempta se perimunt. vnde si non est seruus, non est dominus. Propter quod secundùm Aug. lib. de tri. Deus nõ fuit dominus quousque habuit creaturam suam. Ita si nõ est subditus, nõ est prælatus nec iudex, qui possit eum iudicare. Ad Roma. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruũ? suo domino stat, aut cadit. Minor verò prbatur: quia si Christus dedisset alijs à Petro subditos, aut omnes dedisset, aut aliquẽ. Non est dicendũ primum, q̃ dedisset omnes: quia, vt dictũ est, pluralitas principatuũ nõ est bona. vt dicitur 12. metaphysicę. & ideo ibi cõcluditur: vnus ergo princeps. Tum secundò: quia tunc ouile Christi non esset vnum, nec vnus omnium pastor, sed plures. contra illud. Erit vnum ouile & vnus pastor. Prætera secundum nõ est dicendum: cum nullibi legatur Christus Apostolis populos immediatè diuisisset, nec facile est fingere quos quibus subiecerit. Item secunda ratione arguitur sic. Si Christus dedisset Apostolis immediatè potestatem iurisdictionis, aut dedisset plenam & omnimodam sicut Petro: aut particulariter limitatam & coartatam: sed neutram, ergo nullam. Cõsequentia est bona. Maior patet à sufficienti diuisione. Minor quo ad primam partem patet. Primò: quia dicit beatus Cyrillus in libr. thesaurorum. nulli alij quàm Petro Christus quod suum est plenum cõmisit: sed ipsi soli dedit. Secundò: quoniã si alijs Apostolis

Hoc nihil firmat

Ioban. 10.

stolis data fuisset potestas in ea plenitudine, qua Petro data est, Petrus nec maior, nec superior, nec princeps, nec caput fuisset Apostolorum, sed omnes in iurisdictionis authoritate pares fuissent: quod est erroneum. Vt enim sanctus Anacletus inquit in cap. Sacro sancta. di. 22. inter Apostolos quædã fuit discretio: licèt enim omnes Apostoli essent, Petro tamẽ à domino concessum est, vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & cephas. i. caput, & principatum teneret Apostolatus. Secunda verò pars minoris, quæ dicit, q̃ etiam Christus nõ dedit Apostolis potestatẽ aliquã limitatã, patet: vnde nec possibile est fingere certitudinẽ talis limitationis. De talibus aũt, quæ facta esse dicuntur, maximè circa Apostolos, de claubus ecclesiæ nihil videtur asserendũ, quod de scripturis sanctis non habeat testimoniũ explicitè vel implicitè, quod in hac parte non datur. Et hæc de primo puncto breuitatis causa sufficiant.

¶ In quo probatur eadem conclusio secunda via, scilicet per rationes. Cap. LV.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem iurisdictionis omniũ prælatorum deriuari à potestate Papæ, multis rationibus ostenditur*

1 ¶ Onsequenter eadem conclusio, videlicet, q̃ potestas iurisdictionis prælatorum deriuetur à Papa, probanda est secũda via, videlicet per rationes. ¶ Primò sic. In omni principatu potestas iurisdictionis deriuatur ad quãcunq; personam illius principatus à monarcha siue principe illius principatus: sed Papa est princeps siue monarcha in sacro ecclesiæ principatu: ergo sequitur, q̃ potestas iurisdictionis omniũ inferiorũ prælatorũ deriuetur à Papa. Cõsequẽtia est bona. Minor patet ex sentẽtia Diony. qui tã in de ecclesiastica q̃ ęc lesti hierarchia docet ab ipso hierarcha in omnes hierarchię personas lumẽ irradiationis perfluere. Minor verò, q̃ scilicet Papa sit princeps & monarcha totius ecclesiastici principatus, ex superiùs inductis authoritatibus ostensum est: in quibus sancti patres ipsum & ecclesię totius principem, & caput prædicãt, & attestãtur. Dicit etiam Chryso. super Act. Apostolorũ, q̃ Petrus à filio super omnes, qui filij sunt, accepit potestatẽ: non vt Moyses in gentẽ vna, sed in vniuerso orbe. Et Theophilus super illud Luc. 22. Tu aliquãdo cõuersus cõfirma fratres tuos, dicit, q̃ Petrus obtinuit q̃ esset antistes mũdi. Itẽ in ecclesiastico officio legitur ei Christ⁹ dixisse. Super plebẽ meã principem te cõstitui. ¶ Prętera sic cõfirmatur ista ratio. In vnoquoque ordine ab eo, in quo maximè residet plenitudo virtutis siue potestatis originaliter depẽdet virtus omniũ sequentiũ in illo ordine: sed Romanus pontifex est primus in ordine prælatorũ ecclesiæ, & in quo solo residet plenitudo ecclesiasticę potestatis: ergo sequitur q̃ potestas omniũ sequentiũ prælatorũ ecclesię depẽdeat & deriuetur ab ipso Romano pont. Cõsequẽtia est bona. Maior colligitur ex sentẽtia Aristo. 2. metaphy. Minor est canõ cõcilij Cõstantino politani dicẽtis. Veneramur secundùm scripturas & canonũ diffinitiones sanctissimum antiquę Romę episcopũ primũ esse & maximũ omniũ episcoporũ. Itẽ in cõcilio Chalcedon. acclamatum legitur à tota synodo Papę Leoni. Leo sanctissim⁹ apostolicus & œcumenicus. i. vniuersalis patriarcha, per multos annos viuat. ¶ Cõfirmatur hoc argumentũ per illud beati Anacleti, qui vt dicitur in cap. In nouo. di. 21. ita dicit. In nouo testamento post Christũ dominũ à Petro incœpit sacerdotalis ordo. Et causam subiungens ait. Quia ipsi primò põtificat⁹ in ecclesia datus est, dicẽte domino ad eũ: Tu es petrus, & super hãc Petrã ędificabo ecclesiã meã. ¶ Tertiò sic. Inter habẽtia ordinẽ secũdùm influẽtiã omnia quæ alijs influunt virtutẽ influendi recipiũt à primo illius ordinis: sed ordo qui est inter Romanã ecclesiã & alias ecclesias, siue inter Romanũ pontificem & alios prælatos est secũdùm influẽtiã, prout vnus mouet aliũ ad actus hierarchicos: ergo potestas iurisdictionis omniũ prælatorũ ecclesiæ deriuatur à Romano põtifice. Cõsequentia est bona. Maior patet ex cõmẽto primę propositionis de causis. causa enim secũda virtutẽ causandi habet à prima. Minor verò patet authoritate beatissimi Cypriani, qui vt in. c. Loquitur. 24. q. 1. ecclesias particulares ad ecclesiã Romanã cõparat sicut radios ad solẽ, fluuius ad fontẽ, sicut ramos ad radicẽ. Patet etiã per illud, quod Iustinianus imperator christianissimus in authẽ. vt Romana ecclesia. col. 3. ait. quod legũ originẽ antiqua Roma sortita est, & summi pontificatus apicem, & sacerdotij fontem

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud eam esse nemo est qui dubitet. Si ergo Romana ecclesia fons est, & à fonte deriuentium, sequitur, q̃ aliarũ ecclesiarũ iurisdictio deriuetur ab ea. ¶Quartò sic. Omnia membra à capite recipiũt immediatè derivationẽ virtutis sensus & motus siue regiminis: sed Romana ecclesia est caput cæterarũ ecclesiarũ: ergo cæteræ ecclesiæ, & earũ prælati potestatis suę originẽ suscipiũt à Romana ecclesia siue à Romano pon. Cõsequẽtia est bona. Maior patet: quoniã vt superiꝰ habitũ est ex sententia Isido. ex eo datũ est capiti hoc nomẽ, q̃ sensus omnes, & nerui inde initiũ capiãt, atq; ex eo omnis vigẽdi causa oriatur. Minor verò ponitur in c. Sacrosancta. di. 22. vbi sanctꝰ Anacletus dicit, q̃ apostolica sedes caput & cardo. s. omniũ ecclesiarũ, est à dño, & nõ ab alio constituta: & sicut cardine ostiũ regitur, sic huiusmodi sanctæ apostolicæ sedis authoritate omnes ecclesię dño disponẽte regũtur. Hoc aũt quod ait, q̃ apostolicæ sedis authoritate omnes ecclesiæ regũtur, nõ videtur habere veritatẽ, nisi prælati inferiores, qui regũt ecclesias, regẽdi, & gubernãdi illas ab apostolica sede accipiant potestatẽ. ¶Quintò sic. In omnibus causis agẽtibꝰ ordinatis semper causæ sequẽtes agũt in virtute causę primæ: sicut in rebus naturalibus corpora inferiora agũt in virtute corporũ cælestiũ: & in rebus volũtarijs omnes artifices operãtur secũdùm imperiũ summi architectoris: in ordine aũt politicũ regimẽ administrãtiũ omnes particulares potestates authoritatẽ iurisdictionis suscipiũt à suprema potestate: sed in regimine ecclesiastico in ordine prælatorũ ecclesiæ habẽtiũ iurisdictionẽ & potestatẽ actus diuinos exercẽdi circa fideles primus & summꝰ pontifex est. ergo. ¶Sextò sic. Perfectior est princeps ecclesię q̃ legalis, Papa q̃ Moyses: sed à summo præsidẽte synagogæ omnis alia potestas inferiorũ deriuabatur: ergo similiter est in ecclesia, q̃ omnis iurisdictionis authoritas inferiorũ prælatorũ deriuatur à summo pontifice. Papa. Cõsequẽtia patet: qa synagoga figura fuit ecclesię, secũdùm q̃ dicit beatus Aug. & beatꝰ Dio. Minor verò patet Exo. 18. & expresse Nũc. 11. vbi dñs ad petitionem Moysi, qui in multitudine regiminis grauabatur, voluit, q̃ ide Moyses eligeret sibi aliquos in adiutoriũ ad populi gubernationẽ. Et dicit tex. q̃ dedit Deus de spiritu qui erat in Moyse illis septuaginta electis. & hoc vt videtur ad significãdũ omnem potestatem iurisdictionis & regiminis à summo ecclesię præsidente in alios deriuari. ¶Septimò sic. Hierarchia ecclesiastica est exẽplata à cælesti, sicut ait beatus Diony. & suprà in capit. 2. induximus: sed in cælesti hierarchia sic est, quòd radius diuinæ illuminationis descendens in inferiores tali ordine descendit, vt primò in superiores recipiatur, deinde per illos in inferiores profluendo descendat. hæc autem est lex diuinitatis, inquit Diony. 3. cęle. hierar. per prima media, & per media vltima illuminari. Ergo sic erit in hierarchia ecclesiastica, quòd potestas iurisdictionis, secundùm quam attenditur ordo superioritatis & inferioritatis inter prælatos ecclesiæ, quòd primum à Deo immediatè in Papam descendat, & per eum in sequentes deriuetur. ¶Octauò teste eodem beato Diony. 10. cælestis hierarchiæ. Omnes hierarchiæ sunt cõnexæ, & ordines ipsi cuiuslibet hierarchiæ sunt etiam connexi: hęc autem connexio secundùm eiusdem diuini doctoris doctrinam, vt sanctus Thomas, & Albertus declarant, non tantùm attenditur per relationem ad vnum vltimũ finem, secũdùm quẽ omnis hierarchię finis est similitudo & vnitas ad Deum: sed secundùm ea, quæ sunt de essentia hierarchię, scilicet secundùm ordinẽ, scientiã, & actionẽ. Secũdùm ordinẽ quidẽ, inquantũ in omnibus hierarchijs inuenitur distinctio per primũ, mediũ, & vltimũ. Secundùm scientiã verò inquantũ irradiatio extenditur procedẽdo à prima vsque ad vltimos. Secũdùm actionẽ autẽ, inquantũ primi habẽt actionẽ hierarchicã in medios & per medium in vltimos: sed ecclesia nostra est ad instar hierarchiæ dispositа & formata: ergo necesse est nisi hierarchiam nostram inconuenientissimè assererẽ inconnexã vellemus potestatẽ ecclesiasticam à primo nostræ hierarchiæ, qui est Romanus põtifex, in omnes inferiores procedere & deriuari. Processus patet. Huius autem connexionis hierarchiæ nostræ duo sunt euidentissima testimonia. Primum est, quòd qui à beati Petri societate & connexione apostolicæ sedis segregatur, non potest absolui à peccatis. Secundum est quòd talis existens sic prælatus ipsa potestate ecclesiastica denudatur. De primo habetur in gloss. Matthæi. 16. quòd Petrus ideo specialiter claues regni cælorum & principatum iudiciariæ potestatis accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quòd quicunq; ab vnitate fidei & societate Petri quouis modo seipsos segregant, nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam regni cælestis ingredi possunt. De secundo habetur in cap. Factus. & in c. Nouatianus. 7. q. 1. quę omnia

sunt beatissimi Cypriani testimonia. ¶Nonò sic. Potestas quæ data est vni in sua fontali plenitudine, non est in alijs nisi deriuata & limitata, etiã pro illius voluntate & ordinatione: sed potestas iurisdictionis ecclesiasticę tota in sua fontali plenitudine data est Petro soli, & in eo suis successoribus: quoniã cura totius ecclesiæ sibi commissa est, domino dicẽte: Pasce oues meas. Hoc enim teste Chrys. nulli alio Apłorum dictũ est, neq; nũc, neq; antẽ, neq; post: ergo talem potestatẽ perfectam ac plenam solus Petrus habuit, habetq̃; solus successor Petri, qui ob hoc Papa. i. pater patrũ nominatur: ergo omnes alij ecclesię prælati non habent potestatem iurisdictionis nisi prout Papa limitat & disponit. ¶Decimò confirmãdo rationem prædictã arguitur sic. Ecclesiæ particulares ad ecclesiã Romanã cõparãtur sicut radij ad solẽ, sicut riuuli ad fontem, sicut rami ad radicem: ergo sequitur, q̃ quicquid potestatis habent iurisdictionis, habent à Romana ecclesia. Consequentia est bona. Antecedens patet tã authoritate Cypriani in c. Loquitur. 24. q. 1. quàm concilij Ephesini, quàm etiam Petri Rauennatis, qui dicit, quod stipiti rami, quod capiti mẽbra, quod soli radij, quod fonti riuuli, hoc apostolicę sedis reuerentiæ debent omnes ecclesiæ, quas vbique terrarum religio christiana fundauit. Confirmatur hæc ratio ex illo, quod Vigilius Papa scribens Eleutherio episcopo dicit. Nulli vel tenuiter scienti, vel pleniter sapienti dubium est, quòd ecclesia Romana fundamentum & forma sit ecclesiarũ, à quo omnes ecclesias principium sumpsisse nemo rectè credentium ignorat. hæc ille. ¶Vndecimò sic. Omnis iurisdictio & potestas cuiuslibet ecclesię & personarum in ea videtur ab eo deriuari, & procedere, qui illam ecclesiã sic fundauit in authoritate & iurisdictione: patet, cùm fundamentum sit origo & principiũ totius ædificij: sed omnes aliæ ecclesię per orbẽ diffusæ sunt à Romana ecclesia institutæ & fundatæ, ergo omnis iurisdictionis ecclesiasticæ authoritas aliorum prælatorũ deriuatur à Papa, siue à Romano põtifice. Consequẽtia est bona. Antecedens pro minori habetur in ca. Omnes. di. 22. vbi Nicolaus Papa ita inquit. Omnes siue patriarchę cuiuslibet apicẽ, siue metropoleõ primatus, aut episcopatuũ cathedras, vel ecclesiarũ, siue cuiuscunq; ordinis diuus ipse Christus fundauit. &c. Itẽ in ca. In illis. di. 80. dicit Clemens Papa, q̃ in illis ciuitatibus, in quibꝰ olim apud ethnicos primi flamines eorum, atq; primi legis doctores erãt, episcoporum primates atq; patriarchas beatus Petrus poni præcepit. In illis verò, in quibus erant eorum archiflamines, archiepiscopos instituti præcepit. In singulis verò cæteris ciuitatibus singulos, & nõ plures episcopos cõstitui præcepit, qui episcoporũ tãtum vocabula sortirẽtur: quoniam nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio, sed vnus præfuit omnibus. hæc ille. Itẽ ad idẽ facit. c. Quis nesciat. di. 11. ¶Duodecimò. Omnis ille, cui cõmittuntur vices alicuius superioris, habet iurisdictionẽ suã à cõmittente, nõ aũt à se, nec ab alio: sed Papa, cui à Christo omniũ fideliũ cura cõmissa est, omnibus alijs cõmittit vices suas, & impertitur partẽ sollicitudinis suæ in his, quę exequuntur pertinẽtia ad regimẽ ecclesię: ergo videtur, q̃ omnes alij prælati à Papa immediatè habeãt quicquid iurisdictionis volũtarię vel cõtentiosæ habeãt. Maior patet: quoniã is qui mãdata iurisdictione vtitur, nihil propriũ habet: sed vtitur solũ iurisdictione eius, qui mãdauit. Minor verò patet authoritate beati Grego. & habetur in ca. Decreto. 2. q. 6. vbi sic ait. Sancta Romana ecclesia ita vices suas alijs impertiuit ecclesijs, vt in partẽ sint vocati sollicitudinis, nõ in plenitudinem potestatis. & in c. sequenti Iulius Papa ita dicit. Ipsa nanq; ecclesia, quę prima est, ita reliquis ecclesijs vices suas credidit largiendas, vt in partẽ sint vocatæ sollicitudinis, nõ in plenitudinem potestatis. Et Leo Papa in epistola ad Anastasium episcopũ Thessalonicen. inquit. Vices enim nostras ita tuæ credimus charitati, vt in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde magister in historia ecclesiastica tractans illud Exo. 18. Moyses omnia quæ Ietro. &c. dicit sic. Sicut Moyses concilio Ietro constituit tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos: sic Romana ecclesia plurimos vocauit in partem sollicitudinis, scilicet primates, episcopos, archiepiscopos, archipresbyteros, & minores sacerdotes. Si ergo hos vocauit sancta Romana ecclesia impertiendo eis partem administrationis suæ, videtur, quòd ipsi non sunt instituti à Christo immediatè, sed Petro, vel successoribus eius. ¶Tredecimò sic. Quilibet fidelis tenetur credere vnam esse sanctam ecclesiam catholicam: sed ad vnitatem ecclesiæ requiritur, quòd omnium prælatorum potestas iurisdictionis deriuetur à Romano pontifice: ergo necesse est, quòd quilibet fidelis hoc credat & teneat. Consequentia est bona.

Iohan. vlti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maior patet,cùm sit articulus fidei, & dicatur Cant.6. Vna est colúba mea,vna est perfecta.dicit gl.i.ecclesia. Minor probatur:quoniam vnitas ecclesiæ,vt habetur à Cypriano in epistola de vnitate ecclesiæ. & habetur in c.Loquitur.24.q. 1. necessariò attenditur in ordine ad vnam fontalẽ originem totius potestatis ecclesiasticæ,quam esse dicit apostolicam sedem,siue Romanum pontificem,super quẽ fundatã dicit ecclesiã esse. Vnde ait. Ecclesia Dei luce perfusa,per totum orbẽ radios suos porrigit. Vnũ tamẽ est,quod vbiq; diffunditur,nec vnitas corporis separatur:radios suos super vniuersam terrã copia vbertatis extẽdit,profluẽtes largitur riuos, latiùs pandit:vnũ tamẽ caput esse,& vna origo, & vna mater fœcũditas copiosa.hæcille. Itẽ sanctus Tho.contra gentiles.lib.4.c.76.dicit. Soli Petro promisit: Tibi dabo claues regni cælorũ. vt ostenderetur potestas clauiũ per eũ ad alios deriuãda ad conseruãdã ecclesiæ vnitatẽ. Ex quibus manifestè colligitur pertinere ad vnitatẽ ecclesię,q̃ à Romano pontifice omniũ aliorũ prælatorum deriuetur authoritas,quæ erat minor probanda. Ex quibus videtur, q̃ negare potestatem iurisdictionis inferiorum prælatorum in ecclesia à Romano pontifice immediatè non dependere,non solùm prẽiudicet primatui apostolicę sedis,sed etiam vnitati vniuersali ecclesiæ.

¶In quo probatur eadem conclusio tertia via, scilicet ex inconuenientibus, quæ ex contrario modo dicendi sequuntur. Cap. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Potestatẽ iurisdictionis omnium prælatorum deriuari à potestate Papæ,ex inconuenientibus, quæ ex contrario modo dicẽdi sequuntur,ostenditur.*

ILlustrata præfatæ conclusionis veritate duabus vijs:iã tertia via, quę sumitur ex inconuenientibus, quæ ex oppositomodo dicendi sequuntur,restat declaranda. ¶Primò sic.
1 Nullus potest licitè immutare illud,quod est ex institutione vel ordinatione Christi:sed si potestates inferiores essent immediatè à Christo,sequeretur q̃ Papa nõ posset circa eas facere mutationes quas facit, diuidẽdo episcopatus,& ampliãdo territoria, & restringẽdo casus,vel extẽdẽdo:ipse enim erigit,siue d̃ nouo ordinat ecclesias cathedrales. 16.q.1.felix & ca.Præcipim⁹. Itẽ ipse subijcit vnã ecclesiã cathedralẽ alteri.extra de offi.dele. q̃d trãslationẽ. Itẽ vnit duos episcopat⁹ in vnũ,& vnũ diuidit in duos. 16.q. 1. & tẽporis. Itẽ mutat sedes episcopales de vno loco ad aliũ. extra de transla.pręla.cap. 1.& ita sedes apostolica hoc faciẽdo,sicut frequẽter facit,d̃ facto erraret in his quę sunt iuris diuini,extẽdẽdo potestatẽ vltra mẽsurã debitã,quod est incõueniẽs. In apostolica enim sedevt habetur in.c. In sede.24.q.1.semper immaculata permãsit religio christiana. ¶Secundò sic. Nullus potest licitè augere vel diminuere ea quæ sunt iuris diuini,nisi ipse institutor:sed si potestates inferiorũ pręlatorum essent immediatè à Christo iure diuino,sequeretur, q̃ Papa non posset curã parochialẽ aut abbatialẽ augere in episcopalẽ:sed hoc est incõueniẽs,& cõtra vsum ecclesię Romanę,quę de nouo sæpe erigit ecclesias cathedrales. 16.q. 1.felix.ergo. &c. ¶Tertiò sic. Si potestas iurisdictiõis inferiorũ pręlatorũ est immediatè à Chr'o,& nullo modo collatiuè à Papa,falsum diceret Papa,cũ de ecclesijs prouidẽs,ait. Prouidem⁹ ecclesię tali de tali persona,& præficimus eũ in patrẽ,& pastorẽ,ac episcopũ eiusdẽ ecclesię, cõmittẽtes ei administrationẽ intẽporalibus & spiritualibus in nomine patris. &c. Sed q̃ erret apostolica sedes in his,est incõueniẽtissimum dicere:ergo & illud ex quo sequitur. ¶Quartò simili modo arguitur ex cõmuni modo loquendi,quo vtuntur tã summi pontifices,q̃ episcopi in institutione alicuius curati in aliqua parochia. dicũt enim. Ego cõfero tibi curã talis parochiæ. cura aũt nihil aliud est,nisi potestas ipsa spũalis iurisdictionis:sed si potestas iurisdictiõis esset immediatè à Christo,falsum dicerent omnes ecclesiæ prælati sic loquẽtes:sed hoc est incõueniẽtissimũ asserere,ergo illud ex quo sequit̃. ¶Quintò sic. Si potestas iurisdictionis inferiorũ quorũcũq; pręlatorũ esset immediatè à Christo sicut est potestas ordinis,tũc Papa nõ posset solo verbo conferre vel auferre potestatẽ ordinis ab aliquo inferiori p̃lato per quãcũq; depositionẽ, aut degradationẽ :quia nõ potest tollere quod nõ dedit. Itẽ nõ posset Papa solo verbo darevel auferre potestatẽ iurisdictionis cuicũq; inferiori prælato, nec ipsum deponere,vel degradare,quod est incõueniẽtissimum,

simum,cùm sit negare tam plenitudinem potestatis apostolicę sedis,quàm iura cõmunia. Necvalet si dicatur,q̃ nõ sit simile de potestate ordinis & iurisdictionis : quia super potestatẽ ordinis nõ habet Papa plenitudinẽ potestatis,habet autẽ super potestatem iurisdictionis,& ideo potest hãc tollere,& non primã. Istud nõ valet:quia si potestas inferiorũ pręlatorũ est à Deo immediatè sicut potestas Papæ, Papa nõ habet super illã plenitudinẽ potestatis,imò nihil habet potestatis super illã,cũ sit immediatè à Deo,& per cõsequẽs sicut nec vnã tollere potest,ita nec aliã. seruus enim nec tollere nec mutare potest legẽ domini sui.iuxta.c.Sunt quidã.25.q. 1. sed hoc est apertè falsum & incõueniẽs, ergo & illud ex quo sequitur. ¶Sextò sic.Si potestas inferiorũ prælatorũ esset immediatè à Christo sicut potestas Papæ,sequeret̃,q̃ inferiores prælati electi nõ indigerẽt ab homine cõfirmari: nec curati per patronos pręsentati indigerẽt institutione episcopi:nec oporteret, q̃ ab alio eis cura cõmitteretur:sicut nec Papa indiget,qui electus canonicè à solo Christo confirmatur,& instituitur:sed hoc est incõueniẽtissimũ,cùm hoc sit ecclesiasticũ ordinẽ perturbare:quia curati ab episcopis instituũtur, qui ecclesias eis cõmittũt,& curã animarum. Vnde mirũ est dicere,q̃ ille,cui ab aliquo cura animarũ cõmittitur,nõ habeat illã curam immediatè ab illo.Episcop⁹ etiã ab archiepiscopo & ille à Papa cõfirmatur: & qui cõfirmat,ius dat,& cõfirmatus à cõfirmãte habet illã potestatẽ,quã acquirit per ipsam confirmationẽ.Et sic patet, q̃ cùm archiepiscopus siue patriarcha recipiat à Papa suã immediatè potestatẽ,& ab illo episcopus,& ab episcopo curat⁹,q̃ omnis potestas ecclesiasticæ iurisdictionis deriuatur à Papa mediatè, vel immediatè. ¶Septimò ad idẽ sic. Si ita esset potestas iurisdictionis inferiorũ prælatorũ immediatè à Christo,tũc Papa nõ posset ea quę ad inferiorũ prælatorũ iurisdictionem pertinẽt ad se aduocare,vel alijs cõmittere ad iudicãdum: sed hoc est falsum , & inconueniens, & cõtra plenitudinẽ potestatis papalis:est enim iudex vniuersalis ecclesiæ,& habet potestatẽ de omnibus iudicare. ergo incõueniẽtissimũ est illud ex quo sequitur. ¶Octauò sic.Si potestas iurisdictionis inferiorũ prælatorũ in vtroq; foro esset immediatè à Deo,& nõ à Papa,cùm potestas diuina nõ possit impediri ab homine sicut nec potestas naturæ: sicut potestas Papæ non potest facere , quin ignis comburat stupam , si eam habet proximatã : ita Papa non poterit facere per quã cũq; excõmunicationẽ,quin episcopus possit excõmunicare, & curatus à peccatis absoluere:cõsequens est falsum,& incõueniens, ergo & antecedens.Cõsequẽtia videtur esse bona.Et tamẽ falsitas cõsequẽtis patet:quia excõmunicatus nõ habet vsum clauiũ, nec etiã executionem in aliquo foro : vnde sententia ab eo lata nõ tenet ipso iure.de sen.& re iudi. c.ad probandam.Si verò dicatur, q̃ Papa potest excõmunicato populum subtrahere , & ideo non valet sententia lata in non subditũ, licèt iurisdictio sit de iure diuino:sicut potest de facto subtrahere materiam eucharistię sacerdoti,tunc nõ poterit celebrare:nõ est simile. Quia cùm potestas iurisdictionis & prælationis non sit aliud , quàm relatio ad subditos:& relatiua posita se ponunt,& perempta se perimũt:vt si est pater, est filius:& si est Pater iure diuino,habet & filium iure diuino: si prælati & episcopi habent potestatem pręlationis & curam animarũ de iure diuino, per consequens habent subditos de iure diuino: nisi eis subtrahatur de facto,sicut panis potest subtrahi sacerdoti volenti conficere, & tunc non poterit conficere : non quia panis desinit esse materia consecrationis , sed quia desinit esse materia præsens,& cõsecratio requirit materiã debitã & præsentem:sed subtrahens non potest facere , quin panis de iure sit materia sacramenti, & quin præsens de iure possit confici.Ita absolutioni sacramentali,quæ requirit pręsentẽ, potest materia de facto subtrahi,& sic absolutio impediri : sed si de facto non subtrahatur,non potest de iure subtrahi,si subiectio est de iure diuino , & per consequens non poterit Papa impedire episcopum & curatum,quin verè absoluat si bi præsentialiter confitentem,sicut nec quin consecret panem præsentem,sed excõmunicatio & absolutio non requirunt materiam præsentẽ in prospectu,sed solùm in districtu: quia extra territoriũ ius dicẽti impunè non paretur. Vnde si episcopus & curatus habent populum subditũ in foro exteriori de iure diuino si de facto expellantur de parochia & diœcesi, per nullam excõmunicationem desinunt esse materia sua,quin possint ab eis absolui & ligari:quia ius diuinum per hominẽ non potest solui. Si dicatur, quòd absolutio pœnitentialis facta ab excommunicato non valet , quia scienter ei confitendo pœnitens nouum peccatum committit ideo non est absolutionis capax,non valet : quia possibile est , quòd ei confitens nescit curatum ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicatum,& sic nō ponit obicem. Itē in foro exteriori cessat instantia,in quo indistinctè non tenet absolutio facta ab excōmunicato.¶Nonò sic. Si inferiores prælati haberent immediatè à Christo,& non à Papa potestatem iurisdictionis, tunc Papa nō posset iudices dare, nec legatos mittere ad diœcesim. episcoporū etiā propter eorū negligentiā & defectum:nec episcopi cōfessores & prædicatores per diœcesim. cōsequens est falsum & absurdum, ergo & antecedens. Consequentia patet per simile: quia Papa non mittit inquisitores per terrā regū & principum ad puniendū & corrigēdū: quia non habent ab eo suas iurisdictiones & iustitias: ergo similiter si episcopi nō habēt iurisdictionē suā ab eo, nō potest eis mittere legatos, nec pari ratione episcopus prædicatores nec confessores per parochias. Falsitas autem consequentis apparet de offi.lega. per totum de offi. ordi. c.Inter cætera. vbi episcopi mittunt per diœcesim prædicatores & confessores.

¶In quo obijcitur contra antedictam conclusionem per aduersarios ex ordine apostolorum ad Petrum. Cap. LVII.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem iurisdictionis omnium prælatorū nō deriuari à potestate Papæ, arguunt aduersarij ex ordine Apostolorum ad Petrum.*

Arg.primū primæ uiæ quod cū sequētibus solu etur.c.61

ADuersus conclusionē præfatam aduersarij plurima obijcere perlegimus, quorum obiectiones ad eam triplicē formam reduci possunt,qua processum est ad confirmandam cōclusionem præfatam. ¶Inchoātes ergo ab ordine aliorum apostolorū ad Petrū, arguūt sic. Apostoli,& Christi discipuli potestatē iurisdictionis quā habuerūt, nō receperūt immediatè à Petro sed à Christo,ergo sequitur q̄ prelati in ecclesia nō recipiūt immediatè potestatem iurisdictionis à Papa, sed à Christo Cōsequētia videt bona: quoniā prælati maiores,vtpote episcopi, succedūt Apostolis & prelati minores succedūt.72.discipulis.vt in.c.In nouo.di.21.ait Anacletꝰ,&habetur in gl.Luc.10.ergo videt,q̄ sicut Papa dicitur suscipere immediatè potestatē à Christo, qui succedit Petro:ita alij inferiores prelati dicūtur suscipere potestatē à Christo immediatè,quia succedūt alijs Apostolis, & discipulis Christi. Antecedens verò probāt authoritatibus & rationibus. ¶Primò authoritate illa Mat.18. Quodcūq; alligaueritis super terrā, erit ligatū & in cælis. Quòd verò hoc intelligatur de potestate iurisdictionis in foro exteriori per censurā ecclesiasticā,patet. Tum ex gl.interl.quę super verbo,alligaueritis, dicit. vinculo anathematis. Tū ex gl.beati Hiero. ibidē,quæ dicit.Potestatē tribuit Apostolis, vt sciant cùm à talibus cōdemnantur,humanā sententiam diuina sententia roborari. ¶Secundò authoritate illa Iohan.20.Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis. &c. Quod verbum pertractans Leo Papa in sermone pentecostes,ita ait.Reducendorum peccatorum etiam tunc Apostoli receperunt potestatem,cùm post resurrectionem insufflauit, & dixit.Accipite spiritum sanctum.&c.Ioh. 20.Item Greg.super eodem ita inquit.Principatum superni iudicij sortiuntur,vt vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent:quorum in ecclesia episcopi locum tenent.Non potest autem dici,quòd intelligatur d̄ potestate characteris,qua ordinati sunt sacerdotes:quia talis fuit eis collata in cœna, quando dictum est.Hoc facite in meam commemorationem.ergo necesse est dicere, q̄ aliam potestatem quàm ordinis receperunt tunc Apostoli à Christo, &non est alia nisi iurisdictionis: cùm tantū duplex distinguatur potestas,scilicet ordinis & iurisdictionis: ergo.&c. ¶Tertiò probant authoritate illa Matthæi.16. Tibi dabo claues regni cælorū. Super quo verbo Leo Papa ita inquit.Trāsiuit in alios Apostolos iusipsius potestatis,& ad omnes ecclesię principes decreti huius cōstitutio cōmeauit,sed hoc singulariter creditur:quia cūctis ecclesiæ rectoribus Petri forma prę̄ponitur.Itē Rabanus ibidē in gl.ita inquit. Ligandi & soluēdi potestas quāuis soli Petro videatur data à dño: tamē & ceteris Apostolis data est, necnō nunc in episcopis & presbyteris omni ecclesię. ¶Quartò authoritate illa Lucę.6.Vocauit discipulos suos & elegit.12.ex ipsis quos Apostolos nominauit. Super quo verbo dicit beatus Ambro.q̄ cùm ad propagandum auxilium salutis humanæ per terrarum orbem satores fidei destinaret.&c.ergo videtur,q̄ immediatè Apostoli sunt à Chro destinati,& p cōsequēs immediatè ab eo potestatē iurisdictionis acceperunt

Probatio simili.

Probatio primæ ab authoritate.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinta. perunt.¶Quintò authoritate illa Luc.9.Cōuocatis.12.Apostolis,dedit illis potestatē super omnia dæmonia,&vt languores curarēt, & misit illos prædicare regnū Dei, & sanare

Sexta. infirmos.& ita videtur idē quod prius. ¶Sextò probatur illa authoritate Luc.10.Postquā designauit dñs & alios.72. misit illos binos ante faciē suam in omnē ciuitatem & locum, &c.Super quo beatus Cyrillus ita dicit.Post quam dixit rogate dominū messis:hoc fecit per se ipsum, ita q̄ per seipsum misit eos. sed

Septima. ipsa missio,vt videt,fuit collatiopotestatis.ergo,&c.¶Septimò authoritate illa Anacleti, & habetur in cap.in nouo.di.21. vbi dicitur. Cæteri Apostoli cū eodē.s.Petro pari cōsortio honorē & potestatē acceperūt. Ecce q̄ dicit,cū eo,non aūt dicit ab eo. ergo videtur q̄

Octaua. oēs alij Apostoli acceperūt à Christo immediatè potestatē sicut & Petrus. ¶Octauò authoritate illa Cypriani,qua ait in ca.loquitur 24.q.1.q̄ dñs post resurrectionē parē potestatē omnibus Apostolis tribuit.¶Nonò sic.

Nona. Petrus non videt contulisse potestatē iurisdictionis Mathiæ, sed eam immediatè habuit à Christo.ergo similiter & alij Apostoli,& per consequens alij ecclesiæ prælati, qui eorū loca in ecclesia tenent.Cōsequētia est bona:qa non magis videtur de Mathia,q̄ de alijs Apostolis. Ans patet: qa electus fuit immediatè à Christo,nō autē à beato Petro. Vnde super illud Act.1.Ostende quē elegeris. dicit beatus Diony.in li.de ecclesiastica hierarchia. quòd Petrus recepit Mathiā ad numerū Apostolo-

Decima. rum diuina electione ostēsum.¶Decimò arguitur idem de Paulo,qui potestatem iurisdictionis immediatè videtur à Christo recepis-

2.Cor.10. se.vnde ipse ait. Et si amplius aliquid gloriatus fuero d̄ potestate nostra,quā dedit nobis dominus,non alius in ædificationem,&c.videtur quòd si non alius quàm dominus,ergo

Galat.2. non Petrus. Item ipse ait.Mihi enim qui aliquid esse videbantur. s. Iacobus,Cephas, & Iohannes nihil mihi contulerunt.ergo maiori ratione alij Apostoli receperunt à Christo, quos ipse Christus immediatè vocauit.

¶In quo contra conclusionem præfatam per aduersarios obijcitur via rationum. Capit. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Potestatē iurisdictionis omniū prælatorum nō deriuari à potestate Papæ, arguunt aduersarij ex rationum.*

Argumentum primū secūdæ uiæ quod cū sequētibus solu etur.c.62

SECVNDA via, scilicet per rationes,aduersarij sic arguūt. ¶Primò dicit Bernar. scribens ad Eugenium. Eras,si vt fuminam, ita & solā institutam à Deo æstimas tuam Apostolicam potestatem. ait enim Paulus ad Rom.13. Omnis anima subdita sit potestatibus sublimioribus:nō ait sublimiori tā quam in vno, sed sublimioribus tanquam in multis. non tua ergo potestas sola à Christo instituta: sunt & medioeres, sunt & inferiores. Ecce q̄ ponit alias potestates inferiores institutas à Christo. ¶Secundò sic. Episcopi *Secundum.* sunt spōsi ecclesiæ:sed hoc non nisi immediatè gerendo vicem Christi veri sponsi: ergo, &c.¶Tertiò. Act.15. super quæstione mota *Tertium.* de legalibus veteris testamenti obseruandis vel non:cum fide Christi scribitur,secundùm quòd dicit magister in historijs quo modo Petrus surgens primus ratiocinando dicit nō esse imponendū fidelibus iugum legis: facto autem silentio, Iacobus Hierosolymitanorū episcopus adhærēs verbis Petri, authoritate pōtificali protulit diffinitiuā sententiam dicens. Viri fratres audite me. Simon narrauit, &c.propter quod ego iudico,&c.quasi dicat meum est proferre sententiā,quia est in diœcesi mea.Hoc autē non faceret post iudicium Petri,& in presentia eius,si iurisdictionem haberet ab ipso Petro: quare nec episcopi, qui sunt successores Apostolorū,iurisdictionem habent à Papa,qui est successor Petri.¶Quar- *Quartum.* tò sic. Quod cōpetit sacerdotibus ex vi sacramenti sui ordinis habent immediatè à Christo:sed potestas iurisdictionis quo ad forum conscientiæ est huiusmodi, ergo &c. Maior supponitur. Minor probatur: quia quilibet sacerdos accipit potestatem ligandi & soluē di in susceptione ordinis: sed posse ligare & soluere pertinet ad potestatē iurisdictionis. ergo & cætera.¶Quintò sic. Nobilior & fir- *Quintum.* mior videtur esse principatus,cuius potestas iurisdictionis in singulis gubernantibus deriuatur à Deo, quàm si ab aliquo homine puro deriuetur, cùm talis potestas sit nobiliorem habeat originem: sed id quod maioris nobilitatis est,tribuendum est principatui ecclesiastico, ergo & cætera. ¶Sextò *Sextum.* sic. Dionysius sexto cælestis Hierarchiæ postquam posuit quòd ordo Pontificalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset primus & diuinissimus omnium ordinationum dicit. Videmus enim omnem hierarchiam in Iesu consummatã. Ex quo habetur, q̃ omnis hierarchiæ immediatè reducitur ad Christum: quod nõ esset, nisi omnis potestas in hierarchia ecclesiastica esset immediatè à Christo. Vbi cõmentator ait, q̃ ordo episcopalis præ cæteris ordinibus ecclesiasticis proximus est Deo vltimus, id est cõsummatiuus aliorum: quia in ordine episcopali impletur
Septimum. omnis hierarchiæ dispositio. ¶Septimò sic. Ab illo quis dicitur in ecclesia habere potestatem immediatè iurisdictionis, à quo ponũtur rectores ecclesiæ: à quo enim habet causa secunda q̃ sit, habet q̃ causa sit: sed à spiritu sancto ponũtur qui rectores & prælati ecclesiæ sunt. secundũ illud Act. 20. Attendite vobis in vniuerso gregi in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam Dei. Ex quo videtur, siue loquatur ad episcopos propriè, siue ad presbyteros largè dictos episcopos, siue ad vtrosq; simul, q̃ illi, de quibus loquitur, ponantur in regimine ecclesiæ à spiritu sancto sicut successores petri i loco eius: & per consequens q̃ potestatẽ regiminis nõ habeant ab homine, sed à Christo. Processus
Octauum. videtur notus. ¶Octauò sic. Ab illo quis dicitur habere iurisdictionis potestatẽ in aliqua cõmunitate, cuius dicitur esse vicarius in cõmunitate illa: sed sic est q̃ alij prælati in ecclesia, siue episcopi, siue etiam curati non dicantur Papæ, sed Dei vicarij, ergo immediatè habent à Deo potestatẽ suam. Consequẽtia patet. & antecedẽs pro maiori parte. Minor verò patet ex glo. super epistolam. 2. ad Cor. 6. & habetur. 34. q. 4. mulier. De curatis verò patet per illud de pœnit. d. 3. §. inter hæc. vbi dicitur sic. Eum quẽ sacerdos iudicat Deus iudi
Nonum. cat, cuius personam in ecclesia gerit. ¶Nonò sic. Sicut se habent principes ad regem, ita videntur episcopi se habere ad Papam: sed principes non semper habent iurisdictionem suã à rege: ergo nec episcopi à Papa. Maior videtur patere. Vnde de Apostolis dicitur psalm. 44. Constitues eos principes super omnem terram. Minor verò probatur: quia sæpe contingit, q̃ à principibus habentibus iurisdictionem eligitur rex: sed iurisdictio quç habetur ante iurisdictionem regis, nõ habetur à rege.
Decimum. ¶Decimò. Illud quod habetur per electionẽ populi, non habetur à Papa: sed iurisdictio episcoporum habetur per electionem populi: ergo &c. Si dicatur q̃ non: quia requirit confirmationem. Contra, quia illa confirmatio nõ semper fit à Papa, sed ab archiepiscopo: ergo non oportet q̃ potestas episcoporum sit à Papa. ¶Vndecimò sic. Papa nõ habet rationem capitis principalis in ecclesia, sed ministerialis, ergo influentia eius respectu ecclesiæ non attenditur quãtum ad donationem, siue collationem potestatis, sed tantùm quo ad dispositionem subiecti recipientis: sicut instrumentum non attingit per se principalem effectum, sed disponit materiam ad dispositionem effectus, quam causa imprimere intẽdit: & ita ergo dato q̃ Papæ vtpote capitis sit influere in membra ecclesiastica, nõ sequitur propter hoc, q̃ eius influentia attendenda sit quantũ ad collationẽ cuiuscunq; potestatis, sed tantũ quantũ ad dispositionẽ recipientis: quia scilicet nominatio Papæ, siue institutio, siue confirmatio disponit personam sic instituta, vt assequatur potestatem ex antiqua collatione. Processus videtur bonus. ¶Duo-
Duodecimũ. decimò sic. Alij Apostoli dicuntur fundamẽta ecclesiæ sicut & Petrus. Vnde ad Ephes. 4. scribitur. Superædificati super fundamẽtum Apostolorum. Et Apocal. 21. dicitur. Fundamenta ciuitatis. 12. in quibus scripta erãt nomina. 12. Apostolorum. sed illi, super quos fundatur ecclesia, videntur immediatè adhærere Christo per acceptationẽ potestatis: ergo omnes Apostoli receperunt immediatè à Christo potestatem.

Vndecimũ.

¶In quo obijcitur contra præfatam conclusionem in speciali de presbyteris curatis. Capit. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Potestatẽ iurisdictionis prælatorum non deriuari à potestate Papæ, arguunt aduersarij in speciali de presbyteris curatis.*

QVIDAM aduersariorum de ordine presbyterorum curatorũ plusquam oportet, vt videtur, sapere volentes, ita statum presbyterorum curatorum extollere presumpserũt, vt illorum statum & illos à Christo immediatè institutos esse assererẽt: ita vt illorũ iurisdictionis authoritas nec à Papa, nec ab episcopis in aliquo penderet. ¶Pro qua parte Iohãnes de Poliacho quodlibeto. 5. quæstione. 14. ita arguit. Sacra scriptura statum curatorum docet esse institutum & ipsos à CRISTO: quia accipio tanquam manifestum, quòd Status

Argumentatio hæc continet. 20. puncta, de quibus cap. 63. Primũ punctum.

Secundum. Status in quo est potestas & iurisdictio continuatur in diuersis temporibus ab illo à quo fuit institutus à principio, cũ institutus fuit, & conseruatur in omnibus tẽporibus sequen-
Tertium. tibus. Et quòd successor eius in aliqua dignitate, officio, aut statu ab illo eodem instituitur in illo, in quo antecessor institutus est, cũ in eodem statu succedat quasi eadem persona: sicut patet per iurisdictionẽ in omnibus baliuis, præpositis, prioribus, & magistris or-
Quartum. dinum, & sic de alijs: aliàs successor nullo modo censeretur quasi eadem persona cum antecessore: sed status, & potestas, & iurisdictio
Quintum. 72. discipulorum cõtinuatur in sacerdotibus curatis sicut status Apostolorum & potestas & iurisdictio in episcopis, & succedunt sacerdotes curati. 72. discipulis sicut episcopi succedunt Apostolis, dicente gl. Lucæ. 10. Sicut in Apostolis forma est episcoporũ, sic in. 72.
Sextum. forma presbyterorum secundi ordinis. Ergo sequitur, q̃ ab ipso eodem, à quo status discipulorũ fuit institutus à principio, modò est
Septimum. institutus status curatorum. Et à quo fuerũt instituti discipuli, sunt instituti curati, habentes authoritatem & iurisdictionem ab illo eo-
Octauum. dem, à quo &. 72. discipuli. Sed status discipulorum à Christo est institutus, & ipsi ab eo instituti & missi potestatẽ immediatè ab ipso Christo accipientes, nõ ab aliquo Apostolo-
Nonum & decimum. rum, sicut nec alij Apostoli. Discipulis enim simul & Apostolis potestatem prędicandi & potestatem claninm contulit vtriq;, quando
Vndecimũ. dixit. Sicut misit me pater, & ego mitto vos, scilicet ad prædicãdum. Et postea. Quęcunq; remiseritis, &c. quo ad potestatẽ ligãdi & sol
Duodecimũ uendi. Item Matth. vlt. in fine dicit dominus in monte Galilæę parum ante ascensionem: Euntes igitur docete omnes gẽtes. Ecce q̃ eis dat officiũ prædicandi. Baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sanẽti. Ecce potestatem baptizandi dat eis. Item Marc. vlti. Euntes in mundũ vniuersum, prædicate euãgelium omni creaturæ. Sequitur postea. Illi autem profecti, prædicauerunt vbiq;, domino cooperante, & sermonẽ confirmante, se-
Decimum & tertium. quẽtibus signis. Fortè dices, q̃ ibi non fuerũt. 72. discipuli quãdo hoc dixit Apostolis. Imò fuerunt, & negare hoc, videtur manifestè hæreticum, & contra sacram scripturam, quæ alìàs saluari non potest. Vnde Act. 1. quando reuersi fuerunt de monte Olineti, vnde Christus ascendit, dixit Petrus. Oportet ex his viris, qui nobiscũ sunt cõgregati omni tẽpore, quo Christus intrauit & exiuit dñs Iesus inter nos, incipiẽs à baptismate Iohannis vsque quo assumptus est à nobis, testẽ resurrectionis eius fieri vnum ex istis: & statuerũt duos, Ioseph, & Mathiam, qui fuerũt de. 72. discipulis. ergo ipsi & alij discipuli fuerunt in ascensione Christi, cũ iterato misit eos ad prædicãdum & baptizandũ: imò si debeat illa scriptura verificari, oportet eos. 72. discipulos fuisse semper cũ Christo, sicut &. 12. ergo Apostoli, & discipuli sunt immediatè instituti à Christo, & ab ipso receperunt sine medio potestatem, ergo & status curatorũ & ipsi sunt immediatè à Christo instituti, & ab ipso immediatè potestatẽ habẽt. Status enim istorũ nõ *Decimum* est alius & alius: sicut status isti nõ sunt alij q̃ *quartum.* erant ante centum annos: sed est vnus status continuatus à Christo semper: & potestas data illis à Christo est cõtinuata in istis. Quare *Decimum* enim potestas collata Petro continuata est *quintum.* in Romano Põtifice: & potestas collata alijs Apostolis non est continuata in alijs episcopis: & potestas collata in discipulis non est cõtinuata in curatis, non põt ratio dari. Et ideo *Decimum* curati sunt veri ordinarij, habẽtes iurisdictio- *sextum &* nem ordinariã, non iure humano sibi datam, *decimum se* sed à Christo immediatè in prima institutio- *ptimum.* ne ecclesię, in qua hos duos ordines, & solùm *Decimum* illos instituit: & etiam nõ sunt vicarij episco- *octauum.* porum, sed Iesu Christi ab ipso instituti: inferiores tũ & minores episcopis. Nec ab ipsis possũt destitui, nisi ex rationabili causa, sicut nec episcopi à Papa, cũ non sint eorum vicarij, sed Iesu Christi. Item episcopi habent inse- *Decimum* riorem potestatẽ à Deo immediatè sub Papa *nonum.* sed non à Papa: quia tunc sede Papali vacante potestas in prælatis inferioribus periret: sicut sensus abscisso capite deficiunt in cæteris membris. Et si ita esset, adhuc manifestiùs cõstat q̃ episcopus ordinarius tempore vacationis nullã haberet potestatẽ: & cùm illa vacatio posset durare in multis annis, sequeretur, q̃ potestas ecclesiæ totaliter deperiret, quod nefarium est dicere. Cõsimiliter potest argui, quòd curati suam potestatẽ non habent nec à Papa nec ab episcopis: ergo, &c. Ex quo pa *Vigesimum* tet, q̃ nec Papa à prælatis põt potestatem data tam à Christo eis auferre, & alijs non prælatis dare: nec statũ ecclesiæ à Christo institutũ destruere & mutare, cũ sit ei data potestas in ædificationem, non in destructionẽ. sicut ait Apostolus. Et hoc pulchrè dicit Vrbanus Pa- *2. Cor. 10.* pa. 25. quæstio. 1. sunt quidã. vbi sic dicit. Inde nouas leges condere potest Romanus põtifex, vbi euangelistæ aliquid nequaquã dixerunt: vbi verò dñs, vel eius Apostoli, & eos sequentes sanẽti patres sententialiter aliquid diffinie

Universidad de Deusto
Biblioteca

diffinierunt ibi,nec nouam legem Romanus Pontifex dare potest,sed potius quod prædicatum est, vsque ad animam & sanguinem confirmare debet. &c.

¶In quo ponuntur aduersariorum obiectiones sumptæ ex inconuenientibus,quę dicuntur sequi ex conclusione præfata. Capit. LX.

SVMMARIVM.

1 *Potestas iurisdictionis prælatorum quòd non deriuetur à potestate Papæ, obijciũt aduersarij ex inconuenientibus quæ inde sequi autumant.*

PRæterea aduersarij conclusionem præfatam labefacturę nituntur ex inconuenientibus quibusdam,quæ videntur eis ex præfata conclusione sequi.¶Arguũt enim sic. Potestas quæ est ab aliquo, deficit illo deficiente, cùm virtus sequentium pẽdeat ex eo. vnde siccata radice, ramorum deficit virtus: & extincto fonte,riuulorum aqua siccatur.si ergo potestas iurisdictionis aliorũ prælatorum ecclesiæ deriuatur à Papa, sequitur quòd eo expirãte, siue moriẽte, deficeret cæterorum prælatorum authoritas: sed hoc est falsum & incõuenientissimum, ergo illud ex quo sequitur. Cõsequentia est bona,& antecedens patere videtur:cùm deficiente causa,deficit eius effectus.¶Secundò sic.Si inferiores prælati iurisdictionem suam acceperunt immediatè non à Christo,sed à Papa,tũc videtur,q; potestas Papæ se haberet ad potestates episcoporũ,sicut potestas regis ad potestatem iudicum institutorum per eum, & non sicut ad potestates principum: sed hoc est inconueniens:quia sequeretur, quòd episcopi non essent ordinarij aut curati, sicut iudices non sunt ordinarij, vt videtur. Consequentia videtur bona, & totum assumptum. ¶Tertiò sic. Si potestas episcoporum & curatorum nõ differt à potestate iudicum, qui instituuntur à principibus,ita scilicet, q; tota potestas eorum est à potestate Papæ,& quòd pro libito talem potestatem confert Papa secundũ q; sibi placet, tunc potestas eorũ non differt à potestate cõmissariorũ:quia vtrobiq; quilibet habet tantũ de potestate, quantũ placet instituẽti:sed hoc est falsum & incõueniens:quia tunc episcopus nõ posset cõmittere:cùm cõmissarij non possunt committere. ¶Quartò sic.Si prælati alij potestatẽ iurisdictionis quã habent, haberent nõ immediatè à Christo,sed à Papa, tunc Papa posset ad libitum deponere etiã sine cũlpa & sine causa episcopos: sed hoc est falsum & incõueniẽs, ergo & illud ex quo sequitur. Cõsequẽtia videtur nota satis. Maior patet: quia quilibet superior,à quo totaliter pendet potestas inferiorum, pro libito volũtatis põt amouere,& potestatẽ subtrahere à suis inferioribus: sicut rex baliuũ,& Papa legatũ suũ mutare potest ad libitũ sine peccato. Minor patet: quia dicit ibi Apostolus.2.Cor.10.Potestatẽ quam dedit mihi dñs in ædificationẽ non in destructionẽ.nõ est dubiũ, quin vtens potestate ad oppositũ eius,ad quod est ordinata, peccet.

Argumentum primũ tertiæ uiæ quod cũsequẽtibus solꝫ uetur.c.64

Secundum.

Tertium.

Quartum.

¶In quo respondetur ad obiecta aduersariorũ primò sumpta ex parte apostolorũ. Capit. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Obiecta aduersariorũ circa potestatẽ iurisdictionis prælatorum à potestate Papæ emanantẽ ex parte Apostolorum sumpta,diluuntur.*

TAnta firmitate veritatis stabilita videtur conclusio præfata, dicẽs, q; omniũ aliorũ prælatorũ ecclesiæ iurisdictionis authoritas non modò quo ad executionẽ & vsum,vt volunt aliqui dicere sicut Gofridus d Fõtanis & Hẽricus de Gãdauo in suis quodlibetis,& alij eorũ sequaces,sed etiã quo ad substantiã potestatis à Romano põtifice mediatè vel immediatè regulariter sit deriuata, vt(saluo meliori iudicio)in nullo ei videatur p aduersariorũ rationes præiudicatũ.Quod nos maximè faciemus manifestũ,cũ ad singulas aduersariorum rationes adiungemus respõsa. Habet autem inter alia fundamenta præfata nostra cõclusio fundamentum irrefragabile:diffinitionem scilicet apostolicę sedis:quæ cùm supra petram Christum fundata sit,in ea semper fidesillibata permansit,permanebitq; ue. Diffiniuisse autem videtur apostolica sedes hoc per plures summos pontifices. ¶Primò quidem per Vigilium papã, qui in decretis suis scribens

scribens Eleutherio episcopo ita dicit. Nulli vel tenuiter scienti, vel pleniter sapienti dubium est, q; ecclesia Romana fundamentum sit & forma ecclesiarum, à qua oẽs ecclesias principiũ sumpsisse nemo rectè credentium ignorat.hæc ille.Nota bene verba:quia si nullus credentiũ ignorat.i.ignorare debet,quin omnes ecclesiæ à Romana sumpserunt initium,nullus etiã ignorare debet, quin etiam sumpserint & authoritatem. ¶Secundò hoc idem diffinitur per Nicolaũ papam primũ, qui scribens Mediolanensibus,vt habetur in ca.Omnes.dist.22.ita dicit. Omnes siue patriarchæ(id est patriarchatus)cuiuslibet apicem,siue metropoleon primatus,aut episcopatum cathedras, vel ecclesiarum, siue cuiuscunq; ordinis dignitatem instituit Romana ecclesia: illam verò solus ipse fundauit, &c. Nota verba,q; ecclesia Romana instituit cuiuscunque ordinis dignitatem. Ergo q; cuiuscũq; ordinis iurisdictionis potestas ab ecclesia Romana dependeat,nullus debet dubitare fidelis.¶Tertiò diffiniuit apostolica sedes per Innocentium papam primum, qui vt habetur in ca.Quis nesciat.dist.11.ita episcopo Decentio scribẽs dicit. Quis nesciat,aut quis non aduertat,id,quod à Petro Apostolorum principe Romanæ ecclesiæ traditum est, ac nunc hucusq; custoditur, ab omnibus debere seruari: nec superintroduci aliquid, quod authoritatem debeat generalem aliunde accipere vel exemplum?præsertim cùm sit manifestum in omnem Italiam, Galliam,Hispaniam,& Aphricam, atq; Siciliam, insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias,nisi eos, quos venerabilis Petrus, aut successores eius constituerunt sacerdotes: & ita oportet eos hoc seq,qđ ecclesia Romana custodit, à qua principium eos accepisse non dubiũ est. hæc ille.Nota verba:principiũ accepisse non dubium est:ergo & authoritatis substãtiam. ¶Quartò diffiniuit,siue testatur Apostolica sedes per beatum Gregorium papam,qui scribens episcopis per vniuersas prouincias, vt habetur in ca.Decreto.2.q.6. ita de Romana ecclesia ait. q; ita alijs vices suas impertiuit ecclesijs, vt in partẽ sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinẽ potestatis.¶Quintò hoc idem attestatur Apostolica sedes per Iulium papam,qui vt in ca.Qui se scit.causa &.q.supradictis. ita dicit. Ipsa nanq; ecclesia, quæ prima est, ita reliquis ecclesijs vices suas credidit largiendas,vt in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Nota verba, impertiuit, & largitus est vices suas alijs ecclesijs. Cui iam dubium est, quin omnes aliæ ecclesiæ authoritatem suam habeant ab ipsa Romana ecclesia, sicut in partiente & largiente illam? Nec potest dici,q; ista partitio & largitio vicum suarum intelligatur de particulari speciali accidentali commissione,quam papa facit quibusdam ecclesijs quo ad primatum & dignitatem legationis,aut quotidianis commissionibus,quas facit ecclesiasticis personis. Tum primò: quia hoc non conuenit nisi certis & paucis ac determinatis ecclesijs & personis: authoritates autem omnes loquuntur de omnibus alijs ecclesijs in communi, sicut apparet ex forma dicendi.Tum secundò: quia huiusmodi commissio,quæ fit certis personis,aut ecclesijs,est accidentalis.illa enim quæ sunt per accidens, non cadunt sub arte.2.metaphy.vnde authoritates sunt intelligendæ de potestate, quam habent cæteræ ecclesiæ communiter,& non accidentaliter,q; scilicet talis procedat ab ecclesia Romana. ¶Roborata iam sic conclusione nostra Apostolicæ sedis authoritate, cui fas non est contradicere, respondendum est ad obiecta.¶Pro quorum tamen solutione & materiæ præsentis notitia clariori præmittemus imprimis hoc notabile, quod tam ex beato.Tho.1.senten.dist.12.q; ex cõmuni aliorũ doctorum doctrina colligitur: q; cùm dicitur aliquis habere potestatẽ immediatè ab aliquo alio, põt intelligi dupliciter: vel quãtum ad immediationẽ virtutis, vel quantum ad immediationẽ suppositorum agentium à quib⁹ habetur talis potestas. Si sermo currat de primo modo immediationis,tũc dicimus, q; omnis virtutis authoritas,potestas,& iurisdictio quæ est in Papa,siue in aliquo quocũq; prælato, est à Christo immediatè.Hoc patet:quoniã nullo alio põt talis potestas conferri, nisi per potestatem existentem in Christo,siue collatã à Christo: sicut nulla alia causa à prima potest agere nisi per virtutẽ causæ primæ. Et de hoc modo immediationis non loquimur hic: quoniã hoc modo immediationis omnis potestas quorũcunq; de ecclesia est immediatè à Christo:sed loquimur de secũdo modo immediationis,quæ est ex parte suppositorũ agentiũ, siue potestatẽ conferentiũ: quo modo tũc quis dicitur à Christo immediatè potestatẽ aliquã suscipere,quãdo inter accipiẽtem potestatẽ,& ipsum Christũ conferẽtem nõ est aliquod mediũ.s.suppositum suscipiẽs à Christo,& cõferẽs ipsam potestatem alteri. Et de isto modo immediationis loquentes hic dicimus,q; solus Petrus immediatè

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediatè à Christo potestatem iurisdictionis accepit: cui soli dictū est. Pasce oues meas: & tibi dabo claues regni cælorum. Omnes verò alij Apostoli à Christo mediāte Petro potestatem susceperūt, dicente beatissimo Leone papa, vt suprà inductum est, q̄ Christus si quid alijs ecclesiæ principibus voluit cum Petro esse cōe, nunq̄ nisi per ipsum dedit quicquid alijs nō negauit. ¶His habitis dicendū est ad rationes in oppositū. Ad primā respōdetur dupliciter. Primò negādo consequentiam. Ista enim consequentia non est bona. Apostoli & discipuli habuerūt potestatē iurisdictionis à Christo immediatè: ergo & nūc ecclesiæ prælati potestatē iurisdictionis habēt immediatè à Christo. Quod duobus exēplis facimus manifestū. Primū est de cōstitutione mūdi: manifestū est, q̄ licèt in principio mūdi prima individua specierū sint immediatè facta à Deo, tñ de nouo nō fiunt immediatè à Deo quātum ad ordinem suppositorum agētium: imò fiunt mediāte virtute eorū, & mediātibus alijs causis secūdis. vnde Arist. 2. physicorū ait, q̄ sol & homo generāt hominē. Sicut ergo nō valet ista cōsequētia: In institutione mūdi cæli & elemēta ac aliæ principales partes mūdi fuerūt immediatè à Deo facta: ergo etiā in propagatione rerum institutarū omnia quæ fiunt, fiunt immediatè à Deo: ita etiā ista consequētia non est bona: Christus in prima constitutione & fundatione ecclesiæ immediatè cōstituit Apostolos episcopos & curatos quātum ad potestatem iurisdictionis, ergo similiter in progressu ecclesiæ fundatæ alij, qui sequuntur post institutos à Christo, sunt immediatè à Christo instituti. Hoc etiā similiter patet in secundo exēplo, quod cōsideratur in regimine ordinis politici: licèt enim Christus princeps & pastor principalis ecclesiæ dum præsens esset in regno militātis ecclesiæ secūdum conuersationē humanā instituisset per se Apostolos & discipulos in diuersis iurisdictionibus, non sequitur propter hoc, q̄ ipso absente secundum conuersationem humanā alij, qui in regno ecclesiæ succedūt primis per eū institutis, sint ab ipso immediatè instituti. poterunt enim esse instituti à suo vicario generali, cui totius regni sui curā & regimen cōmittit: sicut contingit in politijs secularibus & etiā spiritualibus: quod cùm principalis dñs lōgo tempore disponit absentare se, cōmittit suo generali vicario, vt si interim vacare contingat officia, aut loca aliqua, prouideat de idoneis ministris. Quod ita credēdum est factum esse, cùm Christus alta cælorū peteret, ab ecclesia militāte præsentiam suā corporalē visibilēq̄; subtracturus B. Petro tanq̄ eius generali vicario curā & regimen totius ecclesiæ suæ plenissimè cōmendaret. Vnde in huiusmodi figura legitur. 1. Esdræ. 7. Artafaxes rex regū Esdræ, &c. vicario suo generali dat potestatem constituendi omnes iudices in prouincia suæ vicariæ, dicens. Tu autem Esdra, &c. cōstitue præsides, qui iudicent omni populo. Quod maximè hīc ita factū esse creditur: quoniam hoc & ad firmiùs vnitatem ecclesiæ conseruandam, & ad obedientiam pleniorem inferiorum prælatorum ad suum generalem vicarium plurimùm conferret. Et ita patet, q̄ consequentia illa aduersariorum nulla sit. Et ad probationem, cùm dicitur, q̄ episcopi succedunt Apostolis, & presbyteri 72. discipulis. ergo, &c. respondetur, q̄ consequentia ista non est necessaria. Iste succedit illi in aliqua iurisdictionis potestate: ergo habet eam immediatè ab eo, à quo prędecessor habuit. Clarissimum enim est, q̄ multi prælati succedūt alijs in similitudine officij, aut potestatis, & non in modo accipiendi. Sicut patet exēplariter de duobus episcopis eiusdem loci sibi succedentibus: q̄ licèt habeant similem potestatem episcopalem, non oportet, q̄ illam habeant eodem modo: quia vnus potest habere eam per institutionē papæ, alius per electionem. Et simile exemplum est de curato, qui potest poni à Papa immediatè, vel per confirmationem episcopi. Et ita dato q̄ Apostoli receperint à Christo immediatè potestatem, non sequitur propter hoc, quòd episcopi, & curati eodem modo, scilicet, immediatè suscipiūt à Christo potestatē. Quod etiam manifestè videtur patere ex gloss. Aug. & Cassiodori super illud. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. vbi dicit. Post prophetas Apostoli, & pro Apostolis episcopi & alij, quos ecclesia genuit, & in sede patrum constituit. hæc glo. Ecce quòd manifestè facit, q̄ ecclesia episcopos gehuit, & in sede patrum constituit. ergo per consequens illis ecclesia immediatè potestatem contulit, & per consequens nō habuerunt illam immediatè à Christo. non ergo valet ista consequentia. Episcopi succedunt Apostolis in similitudine officij aut potestatis, ergo in modo recipiendi, ita q̄ immediatè habeāt illam à Christo sicut Apostoli. Quod verò consequēter dicitur ad probationē, cùm inducitur similitudo de papa, q̄ ipse dicatur ideo immediatè accipere potestatē à Christo, q̄ succedit Petro, qui à Christo habuit

Ad primū primæ uiæ inductū suprà. c. 57.

Psal. 44.

Ad probationem à simili.

habuit immediatè: respōdetur, q̄ nō est simile de Papa, q̄ est vniuersalis vicarius Christi in tota vniuersali ecclesia, & de alijs prælatis, qui sunt particulares vicarij: qm̄ vicarij particulares cōstitui possunt ab alio q̄ à principali dño: qm̄ possunt institui à generali vicario: nō sic aūt de generali vicario: qm̄ pro amplitudine & vniuersalitate potestatis & authoritatis suæ non pōt nisi à principali dño immediatè cōstitui: & ideo non est simile. Verū de hoc plenius dicem⁹ in. c. seq. & videbitur planè, q̄ rōnes aduersariorū sunt parui pretij. Et hæc sint dicta quo ad primā rationē. Secūdò respōdetur ad prędictā obiectionē, negādo antecedēs siue assūptū, videlicet, q̄ Apostoli & discipuli receperint à Christo immediatè potestatē iurisdictionis quā habuerunt: qm̄ hoc nō videt bene probabile, iuxta authoritates & decreta sanctorū patrū, ac rōnes suprà inductas p diuersa capitula. Quare respōdendū est ad authoritates & rōnes inductas ad probandū antecedēs prædictū. ¶Ad primā, quæ inducitur Matth. 18. Quodcūq; alligaueritis super terrā, &c. respōdetur, q̄ authoritas nihil facit pro aduersarijs: qm̄ per illa verba nō est tunc data actu aliqua potestas iurisdictionis Apostolis: bene tñ promissa, vel insinuata dari in futurū eis, & successoribus eorū. Nō em̄ videt, q̄ ante passionē suam Christus alicui Apostolorū dederit aliquā potestatē iurisdictionis. Quod ex multis colligi videtur. Tum ex eo, q̄ illo tēpore cōuenit alicui habere potestatē iurisdictionis, pro quo cōpetit exercere actum iurisdictionis in foro cōscientiæ vel contētioso: sed ex dictis euāgeliorum nō apparet, q̄ aliqs Apostolorū exercuisset aliquē actū iurisdictionis ante passionē Christi: maximè cū illo tēpore nōdum facti essent sacerdotes. ergo, &c. Tum secūdò: qa Christus ante passionē per se regebat ecclesiā suam, non per officiales, aut vicarios: ergo nō videtur, q̄ tunc aliqs Apostolorū habuerit potestatē iurisdictiōis alicui⁹: maximè cū nulli Apostolorū Christus assignasset subditos aliquos, in quos iurisdictionē sibi datāex eq̄ valuisset. Tū tertiò, qa si data dicat potestas iurisdictionis Apostolis à Christo actu regēte ecclesiā, aut plena, & illimitata super oēs fideles sicut ipse Christus habebat: aut data est eis potestas limitata super aliquos, & super aliquos nō: sed nullum horū videtur dicēdum. Nō primū, patet. Nō secūdum: qa nō est fingere limitationē talē: ergo, &c. Tū quartò: qa si tūc data fuisset Apostolis potestas iurisdictiōis, tūc videretur, q̄ oēs alij Apostoli æqualē potestatem iurisdictionis recepissēt cū Petro, quod nō est dicēdum: qa solus ille vocatus est in plenitudinē ptātis, qui etiā ipsorū Apostolorū princeps erat à Christo ordinatus. Dicendū ergo videtur, q̄ per illa verba dicta Apostolis ante passionē, scilicet. Quodcūq; alligaueritis, &c. nūlla authoritas iurisdictiōis data sit Apostolis, sed solū promissa, & insinuata dari in futurū, sicut prædiximus, sicut nec Petro p verba illa. Tibi dabo claues regni cælorū. & qdcunq; solueris, &c. Et ad verba Hierony. dicentis in gl. q̄ potestatē tribuit Apostolis, dicimus, q̄ ly tribuit, exponēdū est, i. tribui promisit: qm̄ enim Dei promissio certissima est. ideo Hiero. de potestate, pmissa loquēs, more scripturę loqtur, ac si iā data fuisset. ¶Ad secūdā authoritatē, quæ habet Ioh. 20. Quorū remiseritis, &c. respōdetur, q̄ ista authoritas nō loquitur de aliqua authoritate iurisdictiōis, sed tantū de potestate ordinis. Vnde S. Tho. respondēs, ad hāc authoritatē dicit sic. Ad absolutionē peccatorū requritur duplex potestas scilicet ordinis: & potestas iurisdictionis. Prima quidē potestas est æqualiter in oībus sacerdotibus, non aūt secūda. Et ideo vbi Christus dedit Apostolis cōiter potestatē dimittēdi peccata, intelligitur de potestate, quæ cōsequitur ordinē. vñ & sacerdotibus qñ ordinātur illa verba dicuntur. hæc S. Tho. Hæc aūt potestas, quæ cōsequitur ordinē, est ille principatus superni iudicij, de quo dicit Gregorius quā Apostoli tūc à Christo susceperūt. Cùm aūt arguitur ex aduerso, q̄ nō possit intelligi de potestate ordinis: qa illā habuerūt in cœna dñi cū facti sunt sacerdotes. Respōdemus cū eodē S. Thoma sicut superius libr. 1. c. 92. notauimus, q̄ dñs dedit discipulis suis sacerdotalē potestatē quātum ad principalē actū ante passionē, quādo dixit: Accipite & manducate. vnde subiūgit. Hoc facite in meā cōmemorationē. sed post resurrectionē dedit eis potestatem sacerdotalē quantū ad actum secundarium, qui est ligare, & soluere. Et ita patet, quòd per illam authoritatem non probatur intentum aduersariorum. Præterea q̄ prædicta authoritas nō faciat ad aduersariorum propositum, sed magis confirmet propositum nostrum, patet ex ordine temporis, quo Christus verba illa dixit Apostolis. Quoniam vt inquit S. Tho. in. 4. dist. 23. Quanuis omnibus Apostolis data sit cōmuniter potestas ligādi & soluēdi: tamen vt in hac potestate ordo aliqs significaretur, primò soli Petro data est, vt ostēdatur, q̄ ab eo in alios debeat descendere: propter quod ei singulariter dixit

Ad primā ab authoritate.

Matt. 16.

Ad secundā

Tho. in. 4. dist. 59.

Ioh. 20.

Tho. in. 4. dist. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit Christus: confirma fratres tuos. & pasce oues meas, id est, loco mei (vt dicit Chryso.) præpositus & caput esto fratrum tuorum, vt ipsi te in loco mei assumẽtes, vbiq; terrarum te in throno tuo sedẽtem prædicent, & confirment. ¶ Ad tertiam authoritatem, quæ ponitur Matth. 16. Tibi dabo claues, &c. Super qua dicit Leo papa, q̃ tã̃siuerit in alios Apostolos ius illius potestatis, respondetur, quod beatus Leo papa verum dicit nec dubium est aliquod, an Apostoli habuerint potestatem ligandi & soluẽdi, sed an habuerint immediatè à Christo, vel non, loquendo de immediatione ſuppositorum agentium. Dicimus ergo, q̃ ius potestatis transiuit & commeauit in alios Apostolos & principes ecclesiæ, sed per Petrũ. Nam vt idem Leo inquit in. 3. sermone ordinationis suæ. Quicquid cæteris cũ Petro voluit esse commune, non nisi per Petrum dedit quicquid alijs nõ negauit. Et hoc sonat verbum transitus, qui de extremo ad extremum non fit nisi per medium. Et q̃ ita etiam veniat intelligẽdum, non modo patet ex supradictis, sed ex eo quod dicitur in fine eiusdem authoritatis, vbi sic dicitur, q̃ Petro hoc singulariter creditur, scilicet, alijs dispensandum. secũdum illud. Dispensatio mihi credita est. fuit enim Petrus dispensator ille fidelis, quem constituit dominus super familiam suam. glo. i. ecclesiam. Eodem modo respondetur ad authoritatem Rabani in glo. Dicimus enim, q̃ potestas data Petro, sit data alijs Apostolis: nihilominus tamen differenter. Sicut exemplariter possumus dicere, q̃ Deus dedit lumen soli & stellis, sed differẽter: quia soli immediatè & in plenitudine: stellis verò per medium solis, & in minori quãtitate. Sic Christus dedit Petro immediate & in plenitudine: alijs verò mediante Petro vicario suo generali & gubernatore totius orbis Christiani, & in quantitate siue mensura per Petrum limitanda secundum partem sollicitudinis ad quam essent euocandi. ¶ Ad quartam authoritatem, quæ habetur Luc. 6. respõdetur negando consequentiam: quoniam ex illa authoritate, nec ex dicto Ambrosij habetur, q̃ Christus tunc contulerit potestatem aliquam iurisdictionis Apostolis, aut discipulis, sed bene potestatem prædicandi. Huiusmodi autem potestas prædicandi distincta est à potestate iurisdictionis: quemadmodum multæ aliæ potestates, quæ in euangelijs leguntur datæ Apostolis, sicut est potestas miracula faciendi, sicut est potestas baptizandi, sicut est potestas sacerdotalis siue conficiẽdi, sicut est potestas temporalia pro spiritualibus metendi, sicut est potestas ligãdi & soluendi in foro conscientiæ. Vnde ex collatione talium potestatum facta Apostolis aut discipulis non arguitur, q̃ data fuerit eis potestas iurisdictionis aliqua tunc à Christo. ¶ Ad quintam & sextã authoritates per idem patet responsio. Quod verò dicebatur, q̃ missio sit collatio potestatis iurisdictionis, falsum est: licèt enim sit collatio potestatis prædicandi, non tamen potestatis alicuius iurisdictionis. Quocirca ex hoc q̃ Christus immediatè miserit Apostolos & discipulos ad prædicandum, non habetur, q̃ Christus immediatè dederit eis aliquam potestatem iurisdictionis. ¶ Ad septimam authoritatẽ, quę est Anacleti, respondetur iuxta glo. decreti, q̃ loquitur de potestate ordinis, siue cõsecrationis, non autem de potestate iurisdictionis, de qua est præsens sermo. & ideo textus ille non fauet in aliquo aduersarijs. ¶ Ad octauam authoritatẽ, quæ est Cypriani in. c. Loquitur. 24. q. 1. facilis est responsio per glo. eiusdem. c. quæ ait, q̃ paritas illa accipiẽda sit in ordine & dignitate consecrationis, non in administratiõis plenitudine. in hoc enim Petrus superior fuit & maior, vtpote Apostolorum princeps. Ait enim beatus Clemens, & habetur in ca. In illis. dist. 80. q̃ inter Apostolos non fuit par institutio, sed vnus præfuit omnibus. Et ita videtur, q̃ textus ille non de potestate iurisdictionis loquitur, sed de potestate ordinis, & ita non est ad propositum. ¶ Ad nonã, in qua objicitur de electione Mathiæ, respondetur negando assumptum. Et ad probationem dicimus, q̃ non sufficienter probat negatum: quoniam licèt dicatur, q̃ à Christo immediatè fuerit electus ad dignitatem Apostolatus, & ascriptus sacro numero duodenario Apostolorum, non habetur ex hoc, quòd fuerit aut episcopus immediatè a Christo consecratus, aut donatus aliqua iurisdictionis authoritate: ista enim non habẽt adinuicem connexionem essentialem, sicut manifestum est. Multo enim tempore Apostoli fuerunt Apostoli, & non episcopi, nec aliquam habentes potestatem iurisdictionis: plures etiam in primitiua ecclesia fuerũt episcopi, qui non fuerunt Apostoli. ¶ Ad decimam obiectionem de Paulo respõdetur multipliciter. Primò, q̃ argumentum hoc non videtur facere ad propositum: quoniam cùm dictum est, q̃ omnes prælati ecclesiæ à Romano pontifice susciperent immediatè potestatem iurisdictiõis, additum est regulariter, non

Ad tertiam *1. Cor. 9.* *Luc. 22.* *Ad quartã.* *Ad quintã, & sextam.* *Ad septimã* *Ad octauã* *Ad nonam* *Ad decimã.*

non voluimus denegare, quin aliqui potuissent recepisse à Christo immediatè: licet enim lege communi nullus mundetur ab originali sine baptismo, secundùm illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nõ potest intrare in regnum Dei. quod nullus ingreditur nisi mundus quia nihil inquinatum currit in illam gloriam. Nihilominus Deus, qui nullis restringitur legibus, qui nec sacramentis suam ligauit potentiam, potest quẽcunq; mũdare sine baptismo, aut aliquo sacramẽto per sanctificationis munus in vtero, vel alio modo, sicut sibi placet. Ita in proposito dicimus, quòd Deus Petrum instituens pastorem principem ac caput ecclesiæ voluit de communi lege ad vnitatem ecclesiæ seruandam, vt ab ipso suo vniuersali vicario, & consequenter à suis successoribus omnes alij inferiores prælati, & rectores ecclesiæ vniuersam iurisdictionis potestatem, ac regiminis authoritatem susciperent, & recognoscerẽt: nihilominus Paulo, aut alteri Apostolorum, siue etiã nõ Apostolo, sicut sibi placet, dare potest & potuit illam potestatem, & etiã maiorem, quàm alij susceperunt mediante Petro. Sicut ergo non valet ista consequentia. A. est mundatus ab originali peccato à Christo immediatè sine baptismo. ergo & alij: ita nec illa. Secundò respõdetur, quòd inducta de Paulo nõ procedunt: quoniam in illis non fit mentio de potestate iurisdictionis, sed de authoritate prædicationis, siue euangelizandi verbum Dei. & ad hoc ipse immediatè electus est à Christo secundùm illud. Vas electionis est mihi iste. &c. Vnde glo. secundùm illud. 2. Corin. 10. quod inducitur ex aduerso. De potestate nostra quam dedit dominus, dicit glo. De potestate Apostolatus, quam dominus dedit nobis, nõ illis. Tertiò respondetur, q̃ licèt in principio Apostolatus Paulus à Christo immediate authoritem prædicationis habuerit, nihilominus tamen pòst etiam à Petro recepit, quando authoritate Petri Paulus & Barnabas per inspirationem spiritus sancti missi sunt ad prædicãdum Actu. 13. sicut tangit glo. decreti. c. quis nesciat. dist. 11.

Ioban. 3. *Act. 9.*

¶ In quo respondetur ad secunda obiecta aduersariorum scilicet per rationes. Cap. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Obiecta aduersariorum circa potestatem iurisdictionis prælatorũ à potestate papæ descendẽtem per rationes desumpta dissoluuntur.*

REsponsione data ad obiecta aduersariorum sumpta ex ordine Apostolorum ad Petrum: iã restat respondendum alijs rationibus illorum. ¶ Et ad primam sumptam ex autho ritate beati Bernar. respondetur, quòd beatus Bernard. dicens nõ solùm papalem, sed etiam alias potestates ecclesiæ esse à Christo, verum dicit, & oppositum asserere, est erroneũ: quoniam vt Apostolus ait omnis potestas à Deo est. sed hoc nõ obuiat proposito nostro: quoniam non dicimus, quòd potestas iurisdictionis prælatorum ecclesiæ non sit à Christo (absit hoc ab ore Christiano) sed quòd non sit immediatè à Christo immediatione suppositorum agentium, sed sit hoc modo à Romano pontifice qui in regimine ecclesiæ, & immediatè dispositione eius vices gerit Iesu Christi sicut eius generalis vicarius. ¶ Non dicit autẽ Bernar. quòd omnes potestates aliæ prælatorum sint immediatè à Christo. vnde non est ad propositum. ¶ Ad secundam rationem, quam fecit Henricus de gãdauo, quòd episcopi sunt spõsi ecclesię. &c. respondetur. Primò, quòd, vt inquit sanctus Tho. in tractatu contra impugnãtes religionem. & nos in superioribus tetigimus in ca. 27. spõsus ecclesiæ propriè est Christus. de quo dicitur. Qui habet sponsam, sponsus est. ipse enim de ecclesia suo nomini filios generat. Alij autem, qui sponsi dicuntur sunt ministri sponsi, exterius cooperantes ad generationem spiritualium filiorum: quos tamen non sibi, sed Christo generant. Qui quidem ministri in tantum sponsi dicuntur, in quantũ vicem veri sponsi obtinent. & ideo papa, qui vicem sponsi obtinet in tota ecclesia, vniuersalis sponsus ecclesię dicitur, episcopus autem suæ diœcesis. Secundò respondetur negando istam consequentiam. Episcopi in hoc gerunt vicem Christi: ergo per potestatem quam immediatè receperint à Christo. Ista consequentia non valet: quia vicem Christi gerunt per potestatem, quã immediatè receperunt à Roma. põtifice, qui immediatè vocat eos in partem sollicitudinis suæ. ¶ Ad tertiam de beato Iacobo qui dixit. Ego iudico. &c. dicunt quidam, sicut Henricus de Ganda. vbi suprà in responsione cuiusdam argumẽti, quòd licèt Petrus potuisset ferre sententiam, nihilominus

Adprimum *Rom. 13.* *Ad secundũ* *Ioban. 3.* *Ad tertium*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia congruum fuit, & decens, vt quilibet superior permittat gaudere inferiorem sua potestate ordinaria vbi eam habet exercere, ideo Petrus permisit Iacobo in sententia illa ferenda vti iure suo: sicut papa cùm est in ciuitate aliqua, non aufert propter hoc officialem, nec curiam episcopo illius ciuitatis, sed de his quę ibi emergunt, eiudicium dicitur. Sed ista responsio non videtur nobis rationabilis, quoniam hic est specialis causa, propter quã hoc non debuit Petrus permittere: licèt enim commuiter fiat, & decenter, sicut dictum est in particularibus negotijs ad tribunal episcopi deductis, non tamen decenter, & conuenienter hoc fit, cùm fidei vniuersalis est quæstio ventilanda, & declaranda, non ad tribunal episcopi deducitur, sed ad tribunal papę siue concilij vniuersalis, vbi papa vniuersaliter præsideat: sicut de ista quæstione legalium, super qua venit Paulus & Barnabas ad Petrum, & ad alios Apostolos & presbyteros qui erant Hierusalem. vt dicitur Act. 15. quoniam tunc non ad loci episcopum, sed ad papam, ad quẽ maiores causæ pertinent, & qui in omni loco est ordinarius cum approbatione patrum cõcilij pertinet præfatæ quæstionis diffinitio, & ita factum est hic: quoniam non Iacobus, sed Petrus tanquam omnium princeps diffiniuit. Vnde beatus Hieron. in epistola. 22. ad Aug. Principẽ dicit huiusmodi decreti, id est, iustitutorem. beatus verò Iacobus non diffiniens, sed diffinitionem factam per Petrum promulgans, siue pronuntians, quia specialis illius loci erat episcopus, ait. Ego iudico. Vnde magister Nicolaus de Lyra super hunc locum Act. 15. ita dicit. Licèt Petrus esset principalis inter Apostolos, tamen detulit Iacobo in sua diœceli vt determinationem dubij proferret. Nota quòd non dicit diffiniret, aut determinaret, sed determinationem, scilicet iam factam per Petrum proferret coram cõcilio.

Ad quartũ. ¶ Ad quartam cùm dicitur. Quod competit sacerdotibus. &c. respõdetur negando minorem. Et ad probationẽ respondetur, quòd licèt posse ligare & soluere ad executum in actum necessariò requirat potestatem iurisdictionis, nihilominus tamen secundùm se ad

Ad quintũ. potestatem ordinis pertinet. ¶ Ad quintam cùm dicitur. Quod nobilior & firmior. &c. respondetur dupliciter. Primò, quòd non facit ad propositum: quoniam non concedimus, quod in omnibus gubernantibus, siue regimen habentibus in ecclesiæ principatu iurisdictionis potestas sit à Christo: licèt in aliquibus inferioribus mediantibus superioribus suis vsq; ad primę sedis pontificem à quo velut omnium capite omnibus inferioribus profluit, iuxta sententiam sanctissimi Leonis papæ in cap. ita dominus. distin. 19. quemadmodum in hierarchia cęlesti, à qua exemplata est ecclesiastica, licèt lumen reuelationis in quẽcunque angelorum descendat, à Deo patre luminum descendat: nihilominus lex diuinitatis ita habet, vt inferiores per medios, & medij per superiores illud recipiant. Secundò respondetur, quòd si aduersarij ita dicere vellẽt, quòd nobilior sit principatus: cuius potestas iurisdictionis in singulis gubernantibus deriuatur immediatè immediatione suppositorũ à Deo, quàm sit mediãte aliquo alio: Dicimus quòd videtur nobis hoc esse falsum: quoniam non facere magis videtur ad nobilitatẽ principatus, quòd rectores eiusdem habeãt immediatè immediatione suppositorum agentiũ potestatem à Deo, quàm si mediatè, dum tamen habeant immediatè immediatione virtutis. Vnde nõ videtur, quòd nobilior esset principatus vniuersi, in quo præsidet Deus, si ipse immediatè ageret omnia nullo interueniente ordine causarum secundarum, quàm nunc sit: nec facer principatus hierarchię cælestis, videtur quòd esset nobilior, si lumen reuelationis, quòd à superioribus per medios descẽdit in infimos immediatè à Deo in singulos descenderet: imò videtur ecõtra, quia per hũc modum Deus magis nobilitat angelos superiores, & medios, quos non tantùm lumine suo replet, sed etiam participatione potestatis suæ cooperatores efficit: dum ipsi à Deo illuminati, alios illuminãt, & illustrant. Vnde beatus Diony. in fine. 3. cap. cælestis hierarchiæ de hoc ita dicit. Vnusquisq; hierarchicæ dispositionis ordo secundùm propriam analogiam reducitur ad diuinam cooperationem illa perficiẽs gratia & à Deo data virtute, quæ diuinitati, & naturaliter & supernaturaliter insunt, & ab ea supereſſentialiter in inferiores actu sunt ad possibilem Deum diligentium animorum imitationem. Sensus est, vt dicit Albertus magnus in. 2. parte, quòd illuminati à Deo reducuntur ad Dei cooperationem in hoc, quòd sicut sunt illuminati à Deo, ita alios illuminant, & perficiunt per gratiam & virtutẽ datam eis à Deo. Item beatus Thomas in prima parte. quæstione. 104. articulo sexto. hoc probat sic. Cùm per gubernationem res quæ gubernantur sint ad perfectionem deducendæ, tantò erit melior gubernatio, quantò maior perfectio à gubernante rebus gubernatis communicatur. Maior autem

tem perfectio est, quòd aliquid in se sit bonũ, & etiam sit alijs causa bonitatis, quàm si esset solummodo in se bonũ. Et ideo Deus sic gubernat res, vt quasdam aliarum in gubernando causas instituat, in quibus etiam est ordo deriuationis potestatis superiorum ad inferiores: quoniam vt dicit sanctus Thom. ibidem ex ordine ministrorum potestas regia pręclarior redditur. ¶ Ad sextam rationem, quæ sumitur ex Diony. respondetur, quòd parum facit ad propositum aduersariorum, aut nihil. Concedimus enim in primis, quòd ordo episcoporum sit primus atque sublimissimus scilicet ordinis dignitate, in qua omnes episcopi sunt æquales, neq; in ea papa alios episcopos excellit. Hoc autem dicimus non facere ad propositum: quia nos impręsentiarum nõ loquimur de potestate ordinis, sed iurisdictionis, in qua dicere quemlibet episcopum esse summum & sublimissimũ, esset hęreticũ: quia licèt quilibet episcopus posset dici summus sacerdos. vt in. c. videtes. 12. q. 1. & 2. q. 7. accusatio. vnus solus tamen est summus pontifex, scilicet Romanus episcopus. Quod autem cõsequenter dicitur in Christo Iesu omnem hierarchiam consummatam, conceditur, vt tandem in Iesum vtpote in vltimum consummatorem & perfectorem omnium omnis hierarchia perficitur & consummatur: ordine tamẽ quodam quòd infima hierarchia per mediam & media per supremam reducatur in Iesum consummatorem omnium: quæ reductio intelligenda est non quo ad diuinæ essentiæ visionem, quam omnes angeli habent sine medio aliquo: sed quo ad reuelationem mysteriorum gratiæ. Quod verò vlteriùs dicitur, q hoc non esset, nisi omnis potestas in ecclesiastica hierarchia esset immediatè à Christo & non à Petro, respõdetur, quòd hoc est falsum de potestate iurisdictionis loquendo, sicut patet ex dictis, & faciliter potest exemplariter

Ad septimũ ostendi in hierarchia cælesti. ¶ Ad septimam rationem, quæ sumitur ex illo Act. 10. Attendite. &c, respondetur, quòd maior illius rationis est vera de eo, à quo sicut instituente immediatè sunt in ecclesia positi rectores: sic autem non omnes rectores ecclesiarum sunt positi à spiritu sancto. Et ad authoritatem, quæ inducta est, respõdetur, quòd positio illa, quia spiritus sanctus dicitur posuisse ministros illos ad regendum ecclesiam Dei, intelligenda est non per modum immediatę institutionis siue immediatę collationis potestatis iurisdictionis, sed per modum inspirationis: quemadmodum qui canonica institutione positi

Ad octauã sunt in ecclesia prælati siue rectores à Deo siue à spiritu sancto dicuntur vocati ad regimẽ ecclesiæ suæ: licèt tamen non sint immediatè à Deo instituti, sed mediãte superiori prælato. Vnde glo. super illud Apostoli ad Hebræ. 5. Ne quis sibi honorem assumat, sed qui vocatur à Deo. dicit. Qui rectè eligitur vocatur. ¶ Ad octauam rationem, in qua dicitur, quòd episcopi sunt vicarij Christi respondetur. Primò negando maiorẽ vniuersaliter illius argumentationis, dicentes solùm habere veritatẽ de vicario generali à principe constituto, nõ autem de particularibus & secundùm quid vicarijs, qui à generali vicario cõstitui possunt, sicut est manifestum. Vnde & episcopi dicuntur vicarij Apostolorum, cùm eorum vices gerant in ecclesia. vt in capit. quorum vices. di. 68. & nihilominus volunt aduersarij concedere, quòd ipsi receperint potestatem immediatè ab Apostolis, illa ergo maior propositio non est vniuersaliter vera. Vnde bene stat, q tales particulares vicarij à vicario generali immediatè constituantur, & nihilominus aliquo modo dicantur domini principalis vicarij inquantum ministerialiter sibi cooperantur dispensando sacramenta fidelibus, sicut patet de sacerdote curato, qui licèt sit institutus immediatè à papa, siue ab episcopo pastor, vel confessor vnius populi, nihilominus dicitur vicarius Christi. de pœnit. dist. 4. 5. inter hæc. Secundò respondetur, quòd falsum est, quòd episcopi non sint vicarij papæ, nam ecclesia Roma. vt habetur in cap. decreto. & in cap. sequenti. 2. q. 6. dicitur impertiri, & largiri alijs ecclesijs vices suas. Item curatis quibusdam in sua ordinatione dicit episcopus. Quantò fragiliores sumus, tantò ampliùs necessarijs auxilijs indigemus. Illius ergo vices gerunt, ad cuius auxilium assumuntur. Nec obstat, quòd sunt ordinarij: quia etiam legatus à latere est ordinarius, & tamen est papæ vicarius. ¶ Ad

Ad nonum nonam rationem respondebitur infrà cap. 64 in solutione quæ dabitur ad secundam rationem. ¶ Ad decimam autem facilis est respon-

Ad decimũ. sio: quia electio episcopi, quæ fit à populo, nõ fit authoritate populi, sed papę. Quod patet, quia nulla esset populi electio, nisi per papam confirmetur. Et cùm instatur, quòd interdum per archiepiscopum confirmatur. Nõ obstat: quia hoc quoq; fit de authoritate summi põtificis, qui & ipsum archiepiscopum confirmare habet. Vnde ab ipso ois alia potestas dependet. ¶ Ad vndecimam rationem cùm di-

Ad undecimum. citur, quòd papa sit caput ministeriale. &c. respondetur concedendo antecedens, & negan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do consequentiam. Pro quo notãdum, quòd sicut superiùs in capit. 22. commemorauim⁹: iuxta sanctum Thomam caput in alia membra dupliciter influit. Vno modo quodam intrinseco influxu, prout virtus motiua, & sensitiua à capite deriuatur in cætera membra. Alio modo secundùm exteriorem quandam gubernationem, prout scilicet secundùm visum & alios sensus qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus non est ab aliquo nisi à solo Christo, cuius humanitas ex hoc quòd est diuinitati coniuncta, habet virtutem iustificãdi, & per cõsequẽs papa, & alij ministri ecclẽsiæ quantum ad hunc influxum non videtur habere ministerium, nisi quantum ad dispositionem subiecti per dispensationem sacramentorum. Sed secundus influxus in mẽbra ecclesię quantum scilicet ad exteriorem gubernationem potest alijs competere, & secundùm hoc papa dicitur caput ecclesiæ inquantum est gubernator, & rector ecclesiæ, dicente domino beato Petro, cuius Romanus pontifex successor est: Pasce oues meas. Et secundùm hunc influxum exteriorem influentia papæ respectu ecclesiæ attenditur etiam quantũ ad collationem potestatis in eos, quos vocat in partem sollicitudinis suæ: quemadmodum in regimine regni videmus, quòd à rege, qui caput regni dicitur, secundùm illud. Optimates capita populorũ. omnis potestas regiminis & gubernationis inferiorum ministrorum deriuatur. Quod verò inducitur, q̃ instrumentum non attingit ad principalem effectum, sed disponit materiam, nõ est ad propositum: quoniã potestas regiminis non est principalis effectus, quem Christus principalis agens intendit inducere in animabus fidelium, vt omnibus notum est: sed sit quasi instrumentum, quo mediante populus per ecclesiæ ministros gubernatur, & disponitur ad susceptionem hic diuinæ gratiæ, & gloriæ in futuro. ¶ Ad vltimam rationem, in qua arguitur, quòd Apostoli fuerunt fundamenta ecclesiæ sicut Petrus. respondetur negando assumptum: si intelligatur, quòd alij Apostoli fuerunt fundamenta ecclesiæ sicut Petrus, id est in omni ratione siue modo quo Petrus: quoniam hoc est falsum. Quoniam sicut supra in capit. 17. explicauimus, beatus Petrus non solùm dictus est fundamentũ ecclesiæ ratione illa communi, qua cæteri Apostoli, videlicet quia in fide & Christi doctrina ecclesiam fundauerunt, sed speciali quadam ratione, scilicet ratione principatus & authoritatis summæ sibi datę. principatus enim eius quasi basis quædam est totius ecclesiæ. vnde sibi soli dictum est. Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam. Et ideo licèt commune fuerit Apostolis, quòd immediatè per fidem adhærerent Christo, suscipiẽtes ab eo illustrationem doctrinæ siue fidei: nihilominus hoc proprium fuit Petro adhærere Christo per immediatam susceptionem potestatis & authoritatis iurisdictionis ab eo, alij verò mediante Petro receperunt à Christo. Et ideo hoc modo super alios Apostolos non dicitur fundata ecclesia, quia tota potestas ecclesiæ fuit Petro collata, nec habet ecclesia aliã potestatem iurisdictionis, nisi quã Deus Petro concessit. Et ideo dicit Augusti. in capi. quodcunq;. 24. q. 1. quòd in Petro ecclesia claues accepit.

Matth. 16.

Iohan. ulti.

Osee. 6.

Ad duodecimum.

¶In quo respondetur obiectis, quæ inducta sunt pro curatis suprà cap. 59. Cap. LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiecta aduersariorum circa potestatem iurisdictionis prælatorum à potestate papæ deriuatam quæ inducta sunt pro curatis, diluuntur.*

IAm reliquum est respondere obiectionibus, quibus aduersarij nisi sunt ostẽdere in speciali, quòd curati non à papa, nec ab episcopis suæ iurisdictionis potestatem accipiant scilicet immediatè à Christo. Vbi tamen admirandum venit, quòd præfati aduersarij voluerunt curatos non solùm eximere à dependentia potestatis à papa, & episcopis, sed etiã æquiparare eos episcopis in iure quod in parochia habent, cùm tamen ipsi non sint propriè prælati, sed adiutores episcoporum, quibus principaliter, imò totaliter cura plebis commissa est. Vnde in eorum ordinatione dicunt episcopi. Quantò fragiliores sumus, tantò magis his adiutorijs indigem⁹. Vnde Apostolus. 1. Corin. 13. cùm dicit. Alij sunt gubernantes, alij opitulantes. per opitulantes secundùm glo. intelligit, qui maioribus opẽ ferũt: cuiusmodi sunt archidiaconi, & curati. Propter

pter quod dicit sanctus Thom. in libr. de perfectione vitæ spiritualis. quòd si quis rectè cõsideret, hoc modo in regimine ecclesiæ comparantur archidiaconi & plebani ad episcopũ sicut in regno temporali præpositi, & baiuli ad regem. Quod etiam ex hoc videtur: quia cùm plebs principaliter episcopo committatur, illi non possunt aliquid, nisi quantum eis ab episcopis committitur. vnde in capit. quæcunque. 10. quæstio. 1. ex concilio Antiocheno sic habetur. Quæcunque res ecclesiasticæ sunt, conuenit cum omni diligentia gubernari, & dispensari cum iudicio, & potestate episcopi, cui totius plebis animę videntur esse cõmissæ. & in capit. cunctis. 16. quæstio. 1. Clemens papa ita dicit. Cunctis verò fidelibus & summoperè omnibus presbyteris, & diaconibus, & reliquis clericis attendendum est, vt nihil absque proprij episcopi licentia agant, nõ vtique missas siue eiusiussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quicquã absq; eius permissu faciat. Hæc ibi. Plane si presbyteri curati haberent potestatem immediatã à Christo, & non à papa, aut episcopis suis, nõ possent ligari ab aliquo inferiori, vt sine licentia speciali, vel saltem generali episcoporum non possint agere ea quę competunt eis iure diuino. ¶ Respondendũ est ergo ad rationes eorũ, quibus vt apertiùs, & plenius respondeatur, resoluemus omnem argumentationis illorum processum ad. 20. puncta. Dicunt autem in primo, quòd scriptura sancta dicit statum curatorum institutum esse immediatè à Christo, & etiam ipsos curatos: hoc videtur esse falsum vt dicit dominus Petrus de Palude: quia Christus per se nõ fecit nisi vnum curatum. s. Petrum, quando ei dixit soli Pasce oues meas. & prùs ei promiserat dicens. Tibi dabo claues regni cælorum. Matth. 16. & confirma fratres tuos. Luc. 22. & si peccauerit in te frater tuus corripe. &c. Matthæ. 18. quæ omnia pertinent ad curatum, & soli Petro data sunt. Vnde sibi soli legitur cura animarũ Christus commisisse: sed quia impossibile erat, quòd per se solum perfectè totius gregis curam ageret: ideo per consequẽs commisit illi facere alios curatos quotquot ipse pro adiutorio suo & populi salute opus esse cognosceret: nec Christus per se instituit nisi vnam solam curam totius ecclesiæ suæ, non enim diuisit pastores suos dicens Petro: Pasce oues circumcisionis, & Paulo: Pasce oues gentium. &c. sed vnam curam totius ouilis instituit, quam Petro commisit, vt fiat vnũ ouile, & vnus pastor: sed Petrus postmodum per se & per alios diuisit prouincias & dioceses, & parochias, vt ex capitu. In illis. distinct. 80. colligitur. Vnde status curatorum vt distinguitur à statu episcoporum & statu papę non fuit à Christo institutus immediatè, cùm nullas parochias aut cassiũ & potestatis limitationes sub episcopis distinxit, nec ipsi curati sunt à Christo instituti in suis parochijs, sed solus Petrus, vt dictum est. ¶ Quod consequẽter secundo loco dicunt ad probationem primi, quòd status, in quo est iurisdictio, continuatur in diuersis temporibus ab illo à quo fuit institutus & conseruatur. Dicendũ, quòd verum est secundùm intentionem instituentis, & non contra eam & mediatè, & immediatè. ¶ Quod autem dicũt tertio loco, quòd successor alicuius in aliqua dignitate aut officio ab illo instituitur à quo antecessor. Dicimus, quòd verum est, quãdo instituens antecessorẽ retinet sibi institutionẽ successoris, & potest hoc facere: secus autem si non sibi retineret, sed alteri committeret. Vnde quãdo papa eligit de nouo sedem cathedralem, ipse primò ibi præsulem instituit, successores autem non sibi instituendos semper reseruat, sed electionem illis quos facit canonicos committit, & confirmationem, & per consequens institutionem Metropolitano cui eam subiecit: sicut in baliuis & præpositis idem & vnus est institutor prædecessorum & successorũ quando rex instituens sibi hoc ipsum reseruat, aliter non. In prioribus etiam & abbatibus communiter consueuit primus institui ab aliquo saltem immediatiùs, quàm successores, sicut beatus Bernardus præfectus est in abbatem Clareuallis ab abbate Cistertien. dante subditos, & simul vtrosque mittente, successores autem facti sunt per electionem: quo etiã modo vtuntur omnes religiones in conuentibus nouis formandis: nihilominus tamen secundùm veritatem semper institutor primi prælati in statu est etiam institutor successorũ immediatè vel mediatè inquantum eius virtute fit institutio ab alio, cui ipse commisit: sicut archiepiscop⁹, cui papa submittit episcopũ quẽ instituit, ab ipso papa ius instituendi accepit. ¶ Quod autem dicunt quarto loco ad probãdum id quod dixerant, scilicet quòd non conferetur eadem persona successor cum prædecessore nisi ab eodem institueretur. non est verum: quoniam à quocunque instituatur, dum tamen in idem succedat, quantum ad id reputatur idem, sicut patet in exemplis positis parum antè de prælatis, qui nouiter in religionibus instituuntur & eorum successoribus, qui

Responsio rationis facta ca. 59. quantũ ad primum pũctum.

1

Ad secundũ

Ad tertium

Ad quartũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

successores eadem persona reputantur cùm prædecessoribus, licèt à diuersis sint instituti. De quo etiam exemplum ponere possumus: quòd fiscus succedens non habenti aliàs hæredem iure suo licèt non instituatur à quo institutus fuerat defunctus, tamen in hæreditate, in qua succedit, reputatur eadem persona cum defuncto, & dicitur verus successor.

Ad quintũ. ¶Quod autem dicunt quinto loco, quòd status & potestas discipulorum continuatus est in curatis sicut status & iurisdictio & potestas Apostolorum in episcopis, & quòd succedunt curati discipulis sicut episcopi Apostolis: non videtur verum, intelligendo quòd status sacerdotum curatorum præcesserit explicitè in discipulis Christi ante Christi Ascensionem, & sit continuatus semper in sacerdotibus curatis. Et hoc patet: quia discipuli pro tempore discipulatus Christi, id est vsque ad passionẽ vel Ascensionẽ, non fuerunt sacerdotes, nec fuerunt curati: licèt post Pentecosten quidã ex eis fuerunt sacerdotes, quidã epi & quidã diaconi: & quidã nec sacerdotes nec curati. Vnde nõ habuerũt ex quo vocati sunt discipuli statum curatorum, nec quantum ad ordinem, nec quantum ad curam determinatæ parochiæ: & ita status eorum non est continuatus in curatis. Sed verũ est, quòd status illorum fuit figura status curatorum quo ad statum prædicandi, & temporalia metendi, & quantum ad hoc succedũt eis, id est hanc habent potestatem sicut illi. & ita intelliguntur omnes authoritates quę hoc sonant. Et similiter dicendum est de Apostolis, quòd ante passionem non habuerunt ipsi statum episcoporum & ordinum sicut suprà in capi. 61, ostendimus. Quod ergo dicunt, quòd status Apostolorum continuatur in episcopis, verum est quo ad statum primum, & quo ad potestatem & authoritatem prædicandi, si tamen illa in eis non fuerit interrupta, & quoad dignitatem super alios, & quo ad statum vltimum: quia finaliter omnes Apostoli fuerunt episcopi. Et similiter quod dicit de discipulis, quòd status continuatus est in curatis in parte: verũ dicit scilicet quantum ad aliquid, quoniam aliquo modo status eorum continuatur in curatis. Quia sicut illi sub Apostolis habuerunt potestatem prædicandi, sic & curati & isti post illos. Vnde ista successio, qua episcopi succedere dicuntur Apostolis, & curati discipulis, licèt habeat bene aliquam similitudinem successionis quo ad aliqua, quæ dicta sunt, non tamen habet veritatem successionis sicut nunc episcopus succedit alteri episcopo qui præcessit in episcopatu: aut curatus, qui nunc est alteri curato in parochia qui antè fuit, vt patet ex dictis.

Ad sextum. ¶Quod autem concludunt sexto loco ex prædictis, videlicet, quòd ab eodem à quo fuit institutus status discipulorum fit institutus status curatorum, non sequitur: quia curati nõ sunt veri & proprij successores eorum, vt dictum est, imò inquantũ sacerdotes curati differũt totaliter ab eis, quia nec illi erant sacerdotes. Vnde beatus Marcus, q fuit de præstantioribus discipulis, vt dicit Hieronym. in prologo super Marcum: pollicẽ sibi pòst amptuauit, vt indignus sacerdotio reputaretur. Nec illi erant curati, quia nõ habebant aliquam plebem determinatam sibi cõmissam sicut curati: nec poterant aliquem absoluere vel ligare. Vnde est totaliter alius status, licèt in aliquibus sit similitudo, scilicet in potestate prædicandi, & temporalia metendi, & in inferioritate ad Apostolos. Hac ratione dicitur in glo. Lucæ decimo. quòd discipuli figuram siue formam gerebant sacerdotum secundi ordinis.

Ad septimũ. ¶Quod vlterius septimo loco dicunt, quòd ab eodem instituũtur curati à quo & discipuli. Dicendum, quòd non sequitur, etiam si esset idem status iste & ille: quia dominus, qui discipulos primò instituit, dato q fuissent primi curati, sequentes curatos nõ sibi reseruauit instituendos, sed commisit vicario suo generali, cui curam omnium ouium commisit dicẽs: Pasce oues meas. Ioh. vltim. Illas autem oues Petrus pascit, quas pascendas ipse committit: quia qui per alium facit, per seipsum videtur facere: sed illas Petrus non videtur pascere, quas aliquis pascit non nomine Petri, nec à Petro institutus, sed ab alio. Vnde quicunque dicit, quòd aliqui pastores vel curati in ouili Christi instituuntur non à Petro sed immediatè à Christo, falsificare videtur verbum domini dicentis Petro: Pasce oues meas. sed debuit dicere: pasce oues meas vnà cùm pastoribus quos tibi adiungo vel adiungam. Et est bene mirum, si Christus erat immediatè instituturus omnes alios pastores per mundum particulariter sicut successorem Petri vniuersaliter: quare non ita dicit de alijs Apostolis pro episcopis & discipulis pro curatis: pascit oues meas & vos cum Petro, sicut paterfamilias omnibus operarijs quos immediatè conduxit dicit. Ite & vos in vineam meam. &c. Præterea si eis erat daturus æquè immediatè sicut Petro claues iurisdictionis sicut successori Petri, mirum est, quare non ita dixit eis. aliquando dabo vobis claues regni cælorum cum Petro, sicut hoc dixit Petro. Nam de alijs quæ dedit eis sicut Petro, putà intellectum scripturarum, & gratiam prædicandi, dixit communiter: Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere. Et de potestate miraculorũ inquit: Dedi vobis virtutem & potestatem. &c. Vnde cùm non legatur Christus Apostolis dedisse claues iurisdictionis, nec curam animarum alijs Apostolis nec discipulis sicut Petro, dato q episcopi succedant Apostolis, & curati discipulis sicut papa Petro, nõ sequitur, q habeãt curam nec potestatem sicut Petrus & papa à Christo immediatè.

Luc. 10.

Ad octauũ. ¶Quod autem octauo loco dicunt, quòd sicut Apostoli non habuerunt potestatem suam à Petro nec discipuli ab Apostolis nec etiam à Petro sed omnes immediatè à Christo: sic episcopi & curati non à papa sed à Christo, in duobus peccant, sicut diximus suprà in capit. 41. Primò: quia sicut suprà dictum est, omnes Apostoli & discipuli omnem potestatem iurisdictionis acceperunt à Petro. Secundò peccãt: quia dato quòd ita esset, quòd omnes illi quasi primi episcopi & primi curati accepissent immediatè à Christo, non propter hoc sequitur, quòd alij successores accipiũt immediatè ab eo, sed magis à successore suo: quia Christus hoc non sibi retinuit, sed suo vicario generali commisit.

Ad nonum. ¶Quod consequẽter dicunt nono loco, quòd Christus immediatè dedit potestatem prædicandi & baptizandi etiam post resurrectionem & in die ascensionis, parum valet: quia ex hoc non habetur, quòd dedit eis potestatem iurisdictionis, vt superius habitum est in præcedenti capitulo. Cæterùm etiam non sequitur, quòd si Christus adhuc præsens corpore & per se ecclesiam suam regens per seipsum dedit Apostolis potestatem prædicandi & baptizandi, vel aliam quancunque potestatem, quòd propter hoc det eorum successoribus, sed magis quòd successor Petri det successoribus illorum: maximè quia facta paucorum communem legem non faciunt. Vnde si illi propter suam sanctitatem hoc habuissent, qui confirmati nõ poterant abuti, nõ oportet, q ita sit de alijs, sed debuit seruari cõmunis causa vtilitatis, quòd ab vno capite omnes acciperent suam potestatem limitatam.

Ad decimũ. ¶Quod autem decimo loco dicunt, quòd data sit discipulis in resurrectione potestas ligandi & soluendi simul cum Apostolis: manifestè videtur falsum ex prætes. Illud autem dictum in resurrectione: Quorum remiseritis peccata. &c, non nisi de potestate soluendi & ligandi in foro conscientiæ loquitur.

Matth. 28.

¶Et cùm dicunt vndecimo loco ad probationem iam dictorum, quòd quãdo Christus dixit: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, quòd tũc dedit potestatem prędicandi discipulis sicut Apostolis, dicendum videtur, quòd non ita sit: quia ex quo sacramentum ordinis fuit institutum, quod fuit in cœna, cùm ordo doctorum in ecclesia sit præcipuus, ex tunc non licuit nisi ordinato saltem in diaconum prædicare. Vnde etiã post spiritus sancti missionem cùm erant sanctiores sancti & doctiores facti, nullus nisi diaconus legitur prædicasse. Vnde cùm tunc non essent discipuli diaconi, sed postmodum fuerunt ordinati, non est verisimile, quòd eis Christus dederit potestatem prædicandi, & quòd potestas prædicandi, quam priùs habuerant, expirauit: quando scilicet ventum est ad illud tempus, quando soli ordinati debebant prædicare quod fuit postquam sacramentum ordinis fuit institutum.

Ad undecimum.

¶Quod autem duodecimo loco dicunt, quòd discipuli receperunt potestatem prædicandi in monte Galilææ & in ascensione cum Apostolis: non est verum. Dato etiam quòd fuissent præsentes: quia scilicet non erant capaces illius potestatis de congruitate & decentia, & quod dictum est de prædicatione appropriata ordini sacro, etiam dicendum est de baptismo, videlicet, quòd post institutionem ordinis ipse baptismus cùm sit ianua sacramentorum debetur sacerdotibus, qui habent claues, vel eorum immediatè ministris, sicut diaconis. hi enim soli in primitiua ecclesia baptizabant: tunc enim in baptizando inuabãt leuitę sacerdotes: sicut Philippus diaconus baptizauit eunuchum & plures alios in Samaria. vnde actus actiuorum sunt in patiente & disposito. Cùm ergo discipuli nondum essent diaconi, & per cõsequẽs non essent apti, nec dispositi secundùm exigentiam legis nouæ ad prædicandum nec ad baptizandum, per consequens Christus pro tunc nullam eis potestatem dedit, dato quòd essent præsentes. Vnde etiam Matthæus & Marcus vbi hoc referunt, scilicet vltim. capit. solùm de. 11. discipulis, qui intelliguntur Apostoli, faciunt mentionem de alijs discipulis tacentes: quod non est nisi, aut quia non erant præsentes, aut si erant præsentes ad solos Apostolos dirigebatur sermo Christi, & illis solis dabatur potestas modo supradicto. Magister etiam Nicolaus de Lyra suprà vlti. capit. Matthæ. & Mar. solùm de Apostolis intelligen-

Act. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligendo, explanauit literam illam. Et si quæratur quid est de potestate, quam priùs ante passionem habuerunt? Respondet dominus Petrus de Palude in tractatu suo de potestate ecclesiastica, quòd illa videtur defecisse in passione: quia non miserat eos simpliciter ad prædicandum in omnem locum, sed in omnem ciuitatem & locum quò ipse erat venturus. Vnde postquam cessauit via Christi, cessauit eorum potestas: sicut cessat virtus legalium aduenientè veritate, vsque ad cuius aduentum
Gala.4. Hebræ.9. erant imposita. vt ait Apostolus. Et eadem ratio inquit videtur de Apostolis specialiter: quia in passione omnes deuiauerunt à fide præter beatam virginem, vt videtur dicere beatus Anselmus, potestatem & authoritatem quam habuerunt, perdiderunt. Vnde post resurrectionem de nouo modo suprà exposito potestatem receperunt, & quali contraria continentem: quia priùs dictum est. In viam gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Postea verò dictum est Matthæ. vltim. Docete omnes gentes. & Marci vltim. Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Actuum. 1. Eritis mihi testes in Iudæa &
Ad decimũ tertium. Samaria & vsque ad vltimum terræ. ¶ Quod autem cõsequenter aduersarij dicunt decimotertio loco quòd sit hæreticum dicere, quòd 72. discipuli sicut &. 11. Apostoli nõ fuerunt semper cum Christo, periculosè dictum est: quoniam oppositum dicere, manifestè contradicit euangelio in pluribus passibus. Nam Iohannis. 4. habetur, quòd discipuli abierunt in ciuitatem vt cibos emerent, quando inuentus est solus cum muliere. Vnde Apostoli mirabantur, quòd cum muliere loquebatur: aliàs non fuissent mirati: quia alijs præsentibus sæpe cum mulieribus etiam extraneis loquebatur: sicut Chananææ Matth. 15. Magdalene Luc. 7. & sic de alijs. vnde tunc non fuerunt discipuli, nec Apostoli cum eo. Vnde magister Nicolaus de Lyra super illo verbo: Da mihi bibere. dicit sic. Causa autem quare petijt à muliere, subditur. Discipuli autem eius abierant in ciuitatem: & ideo non erant præsentes ad dandum sibi potum. hæc ille. Si militer quando pernoctabat solus in oratione discipulis in mari laborantibus. Matthæ. decimoquarto. Item in transfiguratione & suscitatione puellæ non fuerunt secum nisi tres. Matthæ. septimo. & Lucæ. 9. nec in cœna nisi duodecim. Matthæ. decimosexto. & Marci. decimoquarto, & Lucæ. 22. aliàs frustra illi soli nominarentur. Vnde etiam hoc ecclesia testatur in officio corporis Christi, cùm sic cantat. In supremæ nocte cœnæ recumbens cum fratribus: obseruata lege plenè cibis in legalibus: cibum turbæ duodenæ se dat suis manibus. Item in resurrectione quando ostendit eis manus & pedes & latus, Thomas vnus ex discipulis non erat cum eis, quando venit Iesus. Non ergo omnes Apostoli, & multo minus omnes discipuli semper fuerũt cum Christo. Quod ergo dicit Petrus: Oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati omni tempore quo intrauit & exiuit dominus Iesus incipiens à baptismate Iohannis vsque in diem qua assumptus est. &c. non est intentionis suæ, quòd. 72. ex quibus vnus erat eligendus in apostolum, semper actu fuerunt cum Apostolis & cum Christo in omni loco: quia hoc sicut ostensum est repugnat euangelio in multis locis: maximè Matthæ. 20. vbi dicitur. Ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos secretò. vbi ait magister Nicolaus de Lyra, assignans rationem: quia secreta mysteria sunt tantùm maioribus reuelanda & detegenda, cuiusmodi erant Apostoli: sed intentionis suæ fuit dicere, quòd semper fuerunt de eorum congregatione familiari cum Christo, non abeuntes retro sicut quidam ex toto: nec sicut turba discipulorum omnium qui ibant & redibant. q. d. Petrus non de communibus discipulis, nec de turba, sed de illis, qui erant de familia Christi, qui erant ab ipsomet Christo iam electi & informati ad prædicandum sicut Apostoli in modo viuendi consimiles ipsis Apostolis. de illis inquam, non de alijs erat meritò eligẽdus Apostolus. Vnde sensus est. Qui nobiscum sunt congregati omni tempore. id est, communiter. qui vt exponit Nicolaus de Lyra per experientiam nouerunt conuersationem Christi & opera eius. ¶ Quod *Ad decimũ quartum.* autem consequenter decimoquarto loco dicunt, quòd status curatorum, & status discipulorum sunt vnus status sicut status episcoporum & Apostolorum: sicut status isti non sunt alij, quàm ante centum annos, licèt cõcedatur ita esse quodam modo: non tamen necessariò sequitur, sicut superiùs sæpe commemoratum est, quòd successores immediatè habeant potestatem ab eodem, à quo prædecessores: quoniam ad vnitatem status hoc non requiritur, sed sufficit, quòd habeant à vicario illius, cui ius situm plenum commisit. Præterea falsum est quod dicunt, quòd Christus fecerit discipulos curatos in locis illis. Vnde nunquam in nouo testamento legitur

gitur, quòd discipuli à Christo facti sint curati: similiter nec Apostoli sint facti episcopi nisi Petrus: sed immediatè vel mediatè à Petro facti sunt finaliter omnes alij episcopi.
Ad decimũ quintum. ¶ Quod verò decimoquinto loco dicunt, quòd non potest dari ratio, quare potestas Petro data sit continuata in summo pontifice à Christo, & data Apostolis & discipulis non sit continuata in episcopis & curatis, Non est verum, imò ad hoc datur multiplex ratio, & assignatur multiplex differentia inter papam & alios ecclesiæ prælatos. Prima quidem, quia summus pontifex in eadem sede materiali succedit Petro in ecclesia Romana, in qua Petrus sedit, & vltimò resedit. Non est autem dare aliquem episcopum alium, qui in eadem succedat alicui alteri Apostolo, nisi fortè patriarcha Hierosolymitanus, qui succedit Iacobo Alphæi, vnde non est simile. Secunda ratio, quia potestas data Petro non potest dari ab homine puro. Vnde oportet, quòd ab illo, à quo data est Petro potestas, id est Christo, continuetur cuilibet successori: sed potestas data alijs Apostolis & discipulis, cùm sit limitata & coarctata, dari potest ab homine: sicut fit saltem quando papa dat alicui episcopatum vel curam, vel de nouo instituendo nouum episcopatum vel curam nouam: quia tunc dat illi quem promouet tantam potestatem, quantam habet alius episcopus, vel curatus, etiam si à Christo esset immediatè institutus. Tertia ratio: quia vicarij particulares possunt institui ab alio, quàm à principali, scilicet à vicario generali: vicarius autem generalis non potest institui nisi à principali domino: & ideo necessarium non est, quòd vicaria particularis instituatur, vel conferatur, aut continuetur immediatè à principali domino, sicut de vicaria generali. Quarta ratio: quia statui episcoporum & sacerdotum non est annexa potestas iurisdictionis, sicut est statui papatus. Cuius probatio est: quia illa quæ sunt annexa iure diuino homo non habet abinuicem separare. secundùm illud Matthæ. decimoctauo. Quos Deus coniunxit, homo non separet. sed Papa potest facere verum episcopum, & verum sacerdotem, qui nullum habet subditum, nec aliquam iurisdictionem in aliquo foro, nec ex hoc quòd aliquis est sacerdos maior sicut episcopus, vel sacerdos minor habeat aliquam potestatem iurisdictionis, nisi cùm hoc aliunde sibi detur: nec econuerso vt patet: sed papatui licèt similiter potestas ordinis non sit annexa quasi ex debito, nihilominus potestatis plenitudo est ei annexa. Papatus enim dicit statum prælationis super totam ecclesiam cum plenitudine potestatis. vnde annexa est hæc potestas sibi inseparabiliter à Deo: & ideo potestas papalis continuatur ad successores, quod non fit de alijs. Quinta ratio & differentia est propter determinationem communitatis ex vna parte, & indeterminationem ex alia. Nam communitas, ad quam pertinet electio papæ, est certa, & determinata, scilicet cõmunitas vniuersalis ecclesiæ: cõmunitas, ad quam pertinet electio episcoporum, non sic est determinata: quia expedit aliquando diuidere episcopatus vel multiplicare. Acquiruntur etiam sæpe nouę gentes, vbi oportet fundare nouas sedes, ad quas pertineat eligere prælatos suos, propter quod oportuit committere hoc vicario generali ordinare de talibus. Sexta ratio & differentia dissimilitudinis est, quia non sic succedunt episcopi Apostolis, aut curati discipulis, sicut papa Petro: quia Petro succedit Papa in determinata potestate & certa & quantum ad territorium & quantum ad casus siue extensionem potestatis: non sic episcopi Apostolis, nec curati discipulis, prout est manifestum. Septima ratio potest dari: quia magis pertinet, siue facit ad vnitatem ecclesiæ, seruandam, quòd potestates aliorum prælatorum immediatè deriuentur à generali vicario immediato, quàm si immediatè essent à Christo: sicut est potestas Papæ, sicut suprà ostensum est. ¶ Quod autem *Ad decimũ sextum.* consequẽter dicunt decimosexto loco, quòd curati sunt veri ordinarij habentes iurisdictionem ordinariam, concedendum est, quòd ita sit in foro conscientiæ: nec tamen propter hoc sequitur, quin status eorum, & iurisdictio sit à papa, qui potest dare ordinariam iurisdictionem, non solùm personę, sicut legato, sed etiam ecclesijs, sicut monasterijs etiam monialium quarundam, quæ habent officialem suum, quibus solus papa potest dare claues iurisdictionis, quanuis non claues ordinis. ¶ Quod verò dicunt de *Ad decimũ septimum.* decimoseptimo loco, quòd. curati habent iurisdictionem ordinariam non iure humano sibi datum, sed à Christo immediatè à prima institutione ecclesiæ, non videtur verum. Quia si loquamur de iurisdictione in foro exteriori, certum est, quòd hanc non habent curati nisi iure humano: quia nec nisi de consuetudine, de qua in

Universidad de Deusto
Biblioteca

paucis casibus excommunicant, etiam iuris ordine non seruato. de offi. ordi. capit. 2. nec illa potestas fuit eis data in prima institutione, in qua nec discipulis data fuit, vt suprà dictum est. Eodem modo de iurisdictione ordinaria in foro conscientiæ non potest dici, q̃ eam habeant à Christo in prima institutione, id est in discipulis: quia nec illam discipuli habuerunt, cùm non essent sacerdotes. ¶ Quod autem dicunt decimo octauo loco, quòd Christus hos solos ordines instituit: in parte videtur verum, & in parte falsum. Verum quidē, si referatur ad potestatem ordinis: quoniam Christus ordinem simplicium sacerdotum instituit in cœna, quando per seipsum omnes Apostolos sacerdotes fecit. Similiter ordinē episcoporum instituit, quando Petrum consecrauit, qui in hoc omnibus episcopis præfuit: non autem instituit ordinem episcoporum in Apostolis alijs, sicut in primis episcopis à se factis: quia non sunt ab eo facti episcopi, vt dictum est: nec instituit ordinem sacerdotum in discipulis, quia nusquam fecit eos sacerdotes. Si autem considerentur isti duo ordines quantum ad potestatem iurisdictionis sibi propriam, sicut quòd curatus in vna parochia sub episcopo habeat populum subditum ad forum conscientiæ, episcopus sub papa super suam diœcesim habet potestatem in vtroque foro: sic isti duo ordines non sunt instituti in prima institutione ecclesiæ, quando scilicet elegit. 12. Apostolos & 72. discipulos, quasi dederit Apostolis pro se & futuris episcopis potestatem iurisdictionis in vtroque foro: & discipulis pro se & pro omnibus futuris curatis, sicut dedit Petro pro se & pro suis successoribus, sicut intendunt illi, qui sunt contrariæ opinionis. Et quòd ita non fuerit, apparet ex præcedentibus: quia nihil iurisdictionis eis contulit, sed Petro soli pro se & suis successoribus totam potestatem iurisdictionis ecclesiæ distribuendam episcopis, & curatis, & alijs, sicut expediens iudicaret. Potest tamen dici status episcoporum & curatorum institutus à Deo dupliciter. Vno modo à Christo in generali & implicitè, & in virtute in Petro: quia Petrus fuit verus curatus cuiuslibet parochiæ & diœcesis. Vnde sicut in quaternario continetur binarius & ternarius materialiter etsi non formaliter: ita in Petro vtrunque statum Christus instituit materialiter. Item virtualiter: quia in ipso fuit potestas diœceses & parochias episcopis & presbyteris assignandi. Secundo modo à spiritu sancto, à quo inspirati Apostoli in primitiua ecclesia per diœceses episcopos, per parochias presbyteros posuerunt, & ab illis primis vere & propriè episcopatus & rectoriæ continuatæ fuerunt ad succedentes in illis. Quod ergo dicebatur de ordinib⁹ illis duobus, quòd essent instituti à Christo: quòd si intelligantur instituti præfiguratiuè, vel præordinatiuè, & in generali, & implicitè modo quo suprà expositum est, conceditur: sed ex hoc non sequitur, quòd papa in speciali & expressè non instituerit tales potestates: sed solum sequitur, quòd hæc habeat ex commissione siue ordinatione Christi. Si autem intelligatur quòd sint instituti explicitè, & quantum ad propria, secundùm tales potestates determinatas, & quantum ad casus, & quātum ad territoria, falsum videtur, vt visum est suprà. ¶ Quod autem decimonono loco dicunt, q̃ si ita esset q̃ omnes aliæ potestates pẽderent à papa, tunc vacante sede potestates illæ perirent: non est verum, nec hoc sequitur: quoniam duratio statutorum & officiorum in republica nō mẽsuratur secundùm mensuram vitæ statuentis: siue statuat aliqua pertinentia ad mores, siue statuat aliqua pertinentia ad iurisdictionē: alioquin principe, vel prælato quocunque morien te, omnia statuta sua perirent: quod falsum est. Sed duratio talium habet mensurari secundùm q̃ vult instituens manente illa authoritate in republica: sicut etiam patet in principibus, qui fiunt per electionem: quoniam non est dubium, q̃ talibus principibus morientibus adhuc manēt statuta eorum in vigore suo & quātum ad mores, & quantum ad officia, & quantum ad gradus officiorum: vt per multa capitula patet. q. 2. causa. 25. vbi inter alia dicit Anacletus in ca. priuilegia ecclesiarum & sacerdotum intemerata & inuiolata cunctis decernimus manere temporibus. Et idem dicit Leo papa in ca. sequenti. ¶ Quod autē dicunt vigesimo loco, q̃ papa non possit auferre à prælatis inferioribus potestatem eis datam, & eā alijs non prælatis cōferre, & statum à Christo institutū mutare: verum est: sed quo ad potestatē, quā episcopi receperūt immediatè à Christo, quæ est ordinis, non autem iurisdictionis: sicut sæpe superiùs repetitum est.

Ad decimū octauum.

Ad decimū nonum.

Ad vigesimum.

¶ In quo respondetur obiectionibus aduersariorum sumptis ex parte incōuenientiū, quę dicūtur seq̃ ex cōclusione pfata.

Cap.

Cap. LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiecta aduersariorum circa potestatē iurisdictionis prælatorum à potestate papæ emanantē sumpta ex parte inconuenientium quæ inde sequi autumant, confutantur.*

VLtimò argutum est contra prefatā conclusionē per aduersarios ex parte inconuenientium, quæ affirmant sequi ex illa cōclusione: quibus respondendum iam est. ¶ Ad primam ergo cùm dicitur, quòd si sic esset, tunc deficiente papa, aut vacante sede deficeret potestas aliorum prælatorum, respondetur dicendo, quòd hoc non sequitur, sicut superiùs iam diximus ad simile argumentum: quia cessante causa in fieri tantùm, non oportet quòd cesset effectus iam factus, sed solùm cessante causa in esse. Non dicitur autem papa ratione personæ quæ corruptibilis est, quòd sit causa in esse potestatis ecclesiæ: quia tunc bene sequeretur, quod aduersarij dicūt: sed isto modo, scilicet sicut causa in esse sedis papalis quæ non moritur. extra de rescrip. capitu. Si gratiosè libr. 6. & quæ fundata est à Deo, non potest destrui, & est causa omnium istorum in esse: persona autē non est causa nisi in fieri, quando ipse facit aliquem episcopum vel curatum. Et satis apparet consequentia illa aduersariorum derisoria, quia isto modo probaretur, quòd constitutiones factæ per papam non haberent vigorem siue authoritatem à papa, cùm non perdant vigorem sede vacante. Vnde argumentum concludit, quòd potestas episcoporum, aut curatorum non sit à papa, sicut à causa in esse considerata per persona sua. A sede autem papali sit sicut à causa communi, quæ semper permanet fundata super firmam petram. Vnde ergo argumentum bene probat, quòd potestas curatorum non sit ab episcopis, nec ab eorum sedibus sicut à causa in esse: quia destructa etiam sede episcopali in aliqua ciuitate adhuc remanet potestas curatis. Simili modo probatur, quòd potestas episcoporum non est à Metropolitanis, nec patriarchis, nec ab eorum sedibus sicut à causa conseruante: quia manet etiam illis destructis: propter quod oportet omnem aliam potestatem ecclesiæ institutam esse à sede immortali, & immobili, scilicet Romana.

Ad primū tertiæ uiæ factum suprà cap. 66

¶ Ad secundam, cùm dicitur, quòd potestas papæ se haberet. &c. Respondetur, q̃ potestas papę se habet ad potestates episcoporum & curatorum non sicut potestas regis ad potestates principum habentium potestatem iure hæreditario: nec etiam sicut potestas regis ad potestates iudicum habentium potestatem delegatam vel commissariam, sed sicut potestas imperatoris vel regis se habet ad potestates iudicum in aliquo gradu regiminis regni vel imperij simpliciter institutorum ad regendum populum per se vel per alium. Ista est sententia sancti Thom. vnde in. 4. distin. 9⁰. dicit, quòd potestas papæ se habet ad potestates episcoporum sicut potestas regis ad potestates iudicum constitutorum per singulas ciuitates. Et in fine secundi sententiarum. dicit, quòd ita se habet potestas papæ ad potestates inferiorum, sicut potestas imperatoris se habet ad potestatem proconsulis. Item in lib. de perfectione vitæ spiritualis. dicit idē sanctus Thomas, quòd si quis rectè consideret, hoc modo in regimine ecclesiæ comparantur archidiaconi & plebani ad episcopum sicut in regimine temporali præpositi, & baliui ad regem. Et cùm arguitur ex aduerso, quòd hoc sit inconueniens, negatur hoc: & ad probationem respondetur negando consequentiā. Ratio patet ex dictis: quia isti iudices non sunt commissarij, sed ordinarij ponūtur. Pro quo notandum, quòd ordinarium dicitur ab ordine. Vnde ordinarium videtur importare id, quòd secundùm communem ordinem in republica fit semper. propter quod illud quod competit diuersis gradibus, & statibus in republica ordinatis ordinarium dicitur. Vnde potestates competentes statibus huiusmodi institutis in ecclesia, scilicet patriarchali, archiepiscopali, episcopali & parochiali dicūtur ordinariæ, & illi, qui simpliciter in talibus statibus, & gradibus statuuntur, vt regant populum per se vel per alium secundùm statum & gradum in quibus statuuntur, dicuntur ordinarij. Potestas autem commissarij propriè loquendo videtur dici, quando alicui ab aliquo sic instituto committitur eadem potestas, quæ est sua ordinaria, secundùm quam vicem eius aliquid agat. Vnde collatio talis potestatis non dicit nouum gradum potestatis, vel institutionem simpliciter in aliquo gradu nouæ potestatis, sed dicit commissionem eiusdem potestatis ab instituto in ipsa potestate: ita q̃ potestas commissaria est commissa

Ad secundū

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab instituto in gradu potestatis simpliciter. Et ita patet, q̃ prælati isti à papa positi non sunt cõmissarij, sed verè ordinarij. ¶ Ad tertiũ obiectũ cùm dicitur, q̃ si sic esset, tũc iudices siue prælati non differrent à commissarijs, respõdetur iuxta dicta, quòd hoc sit falsum. Argumentum autem procederet, si potestas prælatorum esset sicut potestas iudicum non simpliciter positorum in aliquo situ, & gradu regiminis constitutorum ad regendum populũ per se vel per alios: tunc enim non possent cõmittere: nunc autem quia non ponimus eos tales, sed sicut diximus licèt potestas eorum sit à papa immediatè, possunt tamen committere. ¶ Ad quartum cùm dicitur quòd si ita esset, tunc papa. &c. respondetur negando cõsequentiam. & ad probationem negatur vniuersaliter assumptum. Et cùm arguitur de legato, non est ad propositum, sicut patet ex dictis.

Ad quartũ.

¶ Quòd papa est immediatꝰ prælatus & iudex omnium fidelium, ac in toto terrarum orbe facere possit quicquid inferiores prælati facere possunt.

Cap. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd sit immediatus prælatus & iudex omnium fidelium, & quomodo etiam facere possit quicquid prælati inferiores possunt, ostenditur.*

SAnè clarissimè colligere possumus ex præmissis, quòd Romanus pontifex immediatus prelatus & iudex sit omniũ Christianorum, possitque facere in toto orbe terrarũ quicquid inferiores prælati agere possunt. Quod licèt tã ex traditionibus patrum: quàm ex rationibus in superioribus articulis satis apertum sit: nihilominus vt veritas clariùs elucescat, illud authoritatibus, & rationibus re-
1 munire curabimus. ¶ Primò sic. In quocunque ordine quando tota potestas inferiorum dependet, & originatur à potestate superioris ad quæcunque se potest extendere potestas inferiorum, ad omnia illa se potest extendere immediatè potestas superioris: sed potestas iurisdictionis (de qua sermo) omniũ aliorum prælatorum in ecclesia à potestate papæ deriuatur: ergo sequitur, quòd summus pontifex potest in toto orbe omnia facere immediatè quæcunque possunt alij prælati. Consequẽtia patet. Maior propositio est p̃ se nota, quoniam secunda causa, siue potestas non sustentificatur nisi ex prima, nec virtutem influendi accipit nisi à prima: à qua secundùm totum esse suum potestatiuum dependet, vt ex commento primæ propositionis de causis habetur. Minor verò demonstrata est suprà in ca. 60. ¶ Secundò sic. Pro quo supponitur, vt dicit sanctus Thomas. 2. sententiarum. distin. 9. quòd diuisio hierarchiæ in ordines est totius potestatiui in partes potentiales: cuius totius conditio est, quòd secundùm completam virtutem est in parte suprema: & quòd talis potentia siue potestas superior habet in se cõpletiùs ea quę sunt inferioris ordinis. Tunc sic. In ordine hierarchico quicquid potest inferior virtus, siue potestas, potest superior, sed virtutes, siue potestates inferiorum prælatorum in hierarchia ecclesiastica sunt inferiores potestate summi põtificis: ergo quicquid potest virtus siue potestas cuiuscunque prælati inferioris in sua diœcesi vel plebe commissa, potest ipse papa. Consequentia patet. Maior verò est Boëtij dicentis. Quicquid potest inferior virtus, potest superior, non econuersõ. Item est Dionysij. 5. cælestis hierarchiæ. vbi dicit. Diuiniores virtutes cum proprijs habẽt subiectas, id est subiectorum siue inferiorum operationes. Minor verò notissima est. ¶ Tertiò sic. Potestas papæ in ecclesiastica hierarchia est potestas vniuersalis: potestas verò aliorum prælatorum est potestas particularis: sed potestas & virtus vniuersalis efficaciùs agit in id quod subijcitur virtuti particulari, q̃ ipsa particularis virtus: ergo papa sua vniuersali potestate potest in toto, & in omni plebe quicquid possunt prælati inferiores, & amplius, & perfectiùs. Consequentia patet. Antecedens pro maiori parte patet, quoniam totius orbis cura commissa est papæ, domino dicente sibi: Pasce oues meas. In cuius signũ synodꝰ Chalcedonẽ. acclamauit Leoni papæ. Leo sanctissimus Apostolicus vniuersalis patriarchà per multos annos viuat. Alij verò prælati vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Minor verò patet: quoniam vt dicitur in propositione libri causarum: causa primaria vniuersalis plùs influit in causatum suum, imò secundæ causæ, quàm causa secundaria. Et dicitur vniuersalis hic non per prædicationem, sed extensionem influentis virtutis, quæ influit vniuersaliter omnibus sub se existentibus. ¶ Quartò sic. Non minoris authoritatis & amplitudinis potestatis est papa summi regis vicarius in regno ecclesię quàm ad immediatam executionem authoritatis suæ & extensionem suæ potestatis, quàm reges temporales in regnis temporalibus in executione potestatis suæ: patet. sed quilibet rex potest immediatè in regno suo facere quicquid inferiores potestates possunt etiam eis irrequisitis, vt patet, ergo multò fortius papa pro ratione amplitudinis suę potestatis potest in regno ecclesiæ vbicunque & quandocunque sibi bonum videbitur facere quicquid inferiores prælati possunt facere. Consequentia patet cum toto antecedente. Quintò sic. Episcopi dantur papæ in adiutores, & vocantur in partem sollicitudinis, sicut. 70. senes in adiutorium Moysi. vnde papa ordinando epi-
Num. 11. scopos dicit. Mandata cælestia efficaciùs geri mus, si nostra cum fratribus onera partiamur. sed ille qui assumit aliquem in adiutorem nõ ex hoc amittit potestatem operandi cùm sibi vacauerit, aut voluerit, imò ipse est principalis operãs & adiutor secundarius: ergo papa potest omnia agere circa plebes totiꝰ orbis, quæ inferiores prælati quicunque possint etiam ipsis irrequisitis. Consequentia patet cum toto antecedente. ¶ Sexto. Quicunque facit aliquid per alium, hoc etiam per seipsum facere potest, sed dum inferiores prælati actus hierarchicos exercent circa subditas plebes, hoc agere dicitur summus pontifex per eos: ergo sequitur, quòd papa in tota hierarchia ecclesiastica potest per seipsum facere quẽcunque actum hierarchicum, quem inferior prælatus facere potest. Consequentia est nota. Maior etiam est nota: cùm agens secundarium siue ministeriale dependeat à principali in virtute agendi. Minor verò est Diony. dicentis. 3. ca. Cælestis hierarchiæ. Is qui secundùm nos est summus sacerdos, per suos ministros aut sacerdotes purgans aut illuminans ipse dicitur purgare aut illuminare alijs in ipsum reponentibus proprias sacras operationes. ¶ Septimò. Ordo ecclesiasticus tunc optimè ordinatur, cùm regimen diuinum imitatur: sed sic se habet regimen diuinum, quòd Deus sic agit res mediantibus secundis causis, quòd eas potest agere immediatè: sicut quandoque facit, cùm

suæ voluntati placet: ergo similiter papa actũ regiminis ecclesiarum, quem mediantibus inferioribus prelatis exequitur, potest cùm sibi videbitur expedire per seipsum exequi. Consequentia patet, & antecedens pro vtraque parte. Nec potest allegari non esse simile: quia Deus non potest errare, papa verò sic, & abuti potestate: quoniam licèt illud sit verum, tamen cùm æquè inferiores prælati errare possint, & errent, & abutantur sua potestate sicut & papa, argumentum manet in suo robore. ¶ Octauò. Cuicunque committitur aliqua iurisdictio, illi videntur commissa omnia, sine quibus iurisdictio explicari non potest: patet, frustra enim aliàs esset commissio: sed papæ est commissa iurisdictio totius orbis omnium ouium Christi. hæc autem iurisdictio executari non potest per eum in toto orbe, nisi per seipsum valeat exercere omnem actum pastorali dignitati debitum: ergo idem quod prius. Consequentia patet. Maior probatur. Tum, quia aliàs frustra esset commissio, quod in operibus Dei non est ponendum. Deus enim & natura nihil faciunt frustra. Tum secundò, quia qui vult voluntate perfecta & vltimata aliquid, per consequẽs vult omne illud, sine quo scit illud non posse, vel non esse. Minor verò patet ex illo. Pasce oues meas. & ex dictis allegatis suprà. *Iohan. ult.*
¶ Nono. Papa instituens prælatos in ecclesijs vocans eos in partem sollicitudinis, non expoliat se potestatis plenitudine, nec iurisdictio per commissionem ita propria ordinario sit, quòd papa amplius ibidem non habeat potestatem ad tanta sicut ante commissionem: ergo sequitur quòd papa semper potest immediatè exercere & exequi in toto terrarum orbe quicquid alij inferiores prælati possunt. Consequentia videtur clarissima. Antecedens etiam patet. Tum authoritate & exemplo. Authoritate quidem. Quoniam Moysi in constitutione seniorum iudicum *Num. 11.* in adiutorium eiusdem dicit dominus. Auferam de spiritu tuo. vbi glossa Origenis dicit: non tamen quòd Moyses minus haberet. Exemplum verò est de potestate terrena regia, vbi rex constituens prætorem in vna causa, non expoliat se iure, aut potestate sua: nec iniuriam prætori facere est dicendus, si de quocunque alteri commisso immediatè proferat sententiam. ¶ Decimò sic. Papa tenet in ecclesia locũ domini nostri Iesu Christi: cæteri verò prælati aut Apostolorum locũ vt episcopi, aut discipulorũ sicut minores presbyteri: sed ridiculũ esset & blas-
phemium

Universidad de Deusto
Biblioteca

phemium, quòd Christus præsens ecclesiæ suæ corporali præsentia non posset per orbē totum immediatè quicquid Apostoli, & discipuli eius poterant in ecclesia, ergo similiter videtur blasphemiæ vicinum, quòd Christi vicarius non possit immediatè exercere in toto orbe quicquid alij prælati possunt, vel quòd eorum licentia esset expetenda. Cōsequentia est manifesta: qualis enim est ordo dependentiæ superioris in aliqua communitate ad alias inferiores potestates, talis videtur esse locum tenentis eius cum plenitudine potestatis ad easdem. Maior est manifesta quo ad papam: cū papa sit vicarius Christi in terris. Et Chry- Iohan. ulti. dicat super illud. Pasce oues meas. id est loco mei præpositus esto & caput fratrum tuorū. Secunda pars patet per gloss. Lucæ. 4. Minor vero est clara. Ex istis manifestè confutantur plures errores. Primus est dicentium, quòd parochiani nō possunt reduci in Deum per pœnitentiam nisi mediante parochialibus sacerdotibus. Secundus est, quòd licèt papa & episcopi sint principaliores parochianorum, nō sunt immediatè aliorum curati, siue quòd non immediatè eorum curam habent. Tertius est quòd nec papa, nec episcop⁹ possunt audire confessiones parochianorum, quin teneantur eadem peccata confiteri parochialibus sacerdotibus. Quartus error est, quòd nec papa, nec epūs possunt dare generalem potestatem audiendi confessiones aliquibus: quoniā confessi talibus, eadem peccata confiteri parochialibus sacerdotibus teneantur. De errore istorum manifestè patet, & etiam colligitur ex extrauaganti Iohā. 22. quę incipit. Vas electionis. in qua præfati artículi, qui fuerunt Iohan. de Poliaco, fuerunt condemnati.

¶In quo obijcitur contra prædicta. Cap. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd nō sit immediatus prælatus & iudex omnium fidelium. &c. ab aduersarijs obijcitur.*

Arg. primū. OBijciunt autem aduersarij contra conclusionem iam positam, licèt clarior sole esse videatur. ¶Et primò sic. Vni⁹ & eiusdem non possunt esse duo iudices, vel prælati ordinarij immediatè, vt videtur: sed episcopi sunt ordinarij in episcopatu, & curati in parochia, ergo videtur non posse papa concurrere cū episcopo in episcopatu vt ordinarius, & episcopus cum curato in parochia vt sic. ¶ Secūdò sic. Ex similitudine hierarchiæ ecclesiæ militantis ad triumphantem. Sicut in hierarchia angelica siue ecclesiæ triumphantis est, ita in hierarchia ecclesiæ militantis esse debet, quia vna est exēplata ab alia: sed in hierarchia angelica diuersi ordines, vel illi qui pertinent ad diuersos ordines non possunt immediatè se habere ad vnum & eundem ordinem, ergo in hierarchia ecclesiæ militantis papa episcopi & curati non possunt se habere immediatè ad infimos, scilicet parochianos: sed constat ꝙ curati immediatè se habent ad eos: ergo non papa nec etiam episcopi. ¶ Tertiò ex simili- Tertium. tudine ordinis, qui est inter membra corporis naturalis sic. Sicut est in ordine membrorum corporis, quod est impossibile vnum membrum pluribus coniungi immediatè mēbris: sic, similiter in ecclesia, quæ instar corporis naturalis corpus quoddā dicitur Roma. 12. illos qui sunt vnius gradus impossibile est cōiungi pluribus gradibus immediatè: sed parochiani, qui sunt infimi, constituunt vnum gradum: ergo impossibile, quòd immediatè subdantur curato episcopo & papæ, qui sunt diuersorum graduum. ¶ Quartò sic. Potestas pa Quartum. pæ aut se habet ad potestates episcoporum, & curatorum sicut potestas regis ad potestates principum: aut sicut potestas regis ad potestates iudicum institutorū per eum. Si primo modo, sequitur quòd potestas episcoporum & curatorum non sit à potestate papæ: sicut potestas principum non est à potestate regis. Si secundo modo, sequit quòd episcopi non sunt ordinarij, sicut iudices non sunt ordinarij, vt videtur. ¶ Quintò arguunt sic. In Quintū. cap. Omnis vtriusque sexus. extra de pœnit. & re. præcipitur, quòd omnis vtriusque sexus fidelis cùm ad annos discretionis venerit, omnia peccata sua saltem semel in anno confiteatur proprio sacerdoti: ergo sequitur quòd papa non sit immediatus singulorum pastor. Consequentia videtur nota: quia si alius est proprius, per consequens non papa, & ideo non immediatus.

¶In quo respondetur obiectis aduersariorum iam factis. Cap. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectionibus aduersariorum, dicentium papam non esse immediatum prælatū, & iudicem omnium fidelium. &c. respondetur.*

2 *Sacerdos proprius, cui debeat fieri confessio, quis sit, ostenditur.*

Ad primū. HIs facilè est respondere bene intelligētibus quæ iam diximus. ¶ Ad rationem ergo primam cùm dicitur, quòd vnius & eiusdem. &c. respondetur, quòd maior illa non habet veritatem quando vna potestas est ab alia totaliter, tunc enim duæ potestates ordinariæ immediatè possunt esse respectu eiusdem & personæ & casus: ita scilicet, quòd tam ista quàm illa potestas posit exercere iurisdictionem immediatè in personam istam, & in tali casu. s. quòd duæ potestates ordinariæ sint, quarum vna nō sit sub alia, nec subsit ei totaliter immediatè respectu eiusdem, est impossibile: quia cùm vna non refrænat aliam, nec ei imponeret legem, impossibile esset eundem subditū vtrique satisfacere: sed quando vna potestas subest alteri, bene potest subditus satisfacere, quia potestas superior potest suspendere inferiorem quo ad executionem. Vel dicēdum vt dicit sanctus Thomas in. 4. distin. 17. quòd inconueniēs esset, quòd duo æqualiter super eandem plebem constituerentur: sed quòd duo, quorum vnus est principalior alio, super eandem plebem constituantur, non est inco- 1 ueniens, & secundùm hoc super eandem plebem immediatè sunt sacerdos parochialis episcopus & papa, & quilibet horum potest cōmittere ea quæ sunt iurisdictionis ad ipsum Ad secundū pertinentia alteri. ¶ Ad secundam, quæ sumitur ex similitudine hierarchiæ cælestis respōdetur. Primò sic, negando minorē. Dicimus enim, quòd potest ordo ille mutari: quia ordo ille nō est necessarius, sed voluntarius quātum ad caput totius ordinis, scilicet Deū, qui omnia potest agere immediatè per seipsum, angeli etiam superiores quantum est de potestate absoluta possunt illuminare ordinem remotum, omisso ordine medio: quia probabile est, quòd quicquid potest inferior angelus per virtutem datam sibi à superiore instruendo alios, posit superior per seipsum. De facto etiam tenetur à multis doctoribus, quòd aliqui de superioribus ordinibus missi fuerunt ad aliquos homines qui sunt sub ordine angelorum: si ergo secundùm eos simile est de ordine hierarchiæ cælestis & ecclesiasticæ, ergo ordo ecclesiasticæ hierarchiæ non est necessarius, sed voluntarius, & per consequēs potest mutari prout placet capiti totius ordinis, scilicet summo pontifici. Secundò respondetur iuxta sanctum Tho. quòd ecclesiastica hierarchia imitatur cælestē aliqualiter, sed non perfectè assequitur similitudinem eius: quia non in omnibus, & maximè in hoc. Quoniam, vt ipse inquit in libro contra impugnantes religionem. in cælesti hierarchia distinctio donorum gratuitorum secundùm quæ ordines distinguūtur, sequitur distinctionem naturę, nō autem in hominibus, & ideo cùm angelorum natura sit immutabilis, ordo inter eos habet immutabilitatem aliquam, quæ in hierarchia ecclesiastica non est, & ideo ratio non procedit. ¶ Ad tertiam rationem sumptam ex ordi- Ad tertiam. ne membrorum corporis naturalis respondetur eodem modo sicut ad precedentem: quia non est simile per omnia de corpore naturali & corpore mystico: quoniam licèt in vtroque sit ordo, non tamen æquè necessarius: sicut nec ordo, quo quis mouet lapidem mediante baculo, est æquè necessarius, sicut ordo, quo homo mouet manum mediante brachio. Et ideo sicut homo potest mouere lapidem mediante baculo & sine baculo mediante, & hoc absq; monstruositate: ita potest papa, vel episcopus exercere actum potestatis suæ siue hierarchizare quemcunq; infimum parochianum per se, vel per alium, siue curatū siue commissarium institutum ab eo absque monstruositate aliqua, aut confusione corporis mystici, quod est ecclesia. ¶ Ad quartam Ad quartū. patet responsio ex responsione data secundū obiectum. c. 64. ¶ Ad quintam respondetur, Ad quintū. quòd, vt dicit sanctꝰ Thomas, & dominus Albertus, & dominus Bonauen. exponentes illā decretalem dicunt, ꝙ proprius sacerdos non 2 solus est parochialis, sed etiam episcopus, vel papa, ad quos etiam magis pertinet cura populi, ad sacerdotem parochialem, vt multipliciter est ostensum suprà. Vnde in decretali illa proprium non accipitur secundùm quòd diuiditur cōtra cōe: sed secūdū ꝙ diuiditur cōtra alienum. Vnde qui confessus est episcopo suo, vel alicui habenti vicē eius, aut papę, aut cōmissarijs, sicut pœnitētiarijs, aut priuilegiū habētibus ab eo audiēdi cōfessiones, cōfessus est proprio sacerdoti, & ita ratio nō ꝓcedit.

¶Quòd prętер Romanū pontificēs sunt in ecclesia necessarij alij prælati. Cap. LXVIII.

SVM

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Prælati alij præter Romanum pontificem quòd sint in ecclesia necessarij, ostenditur.*

QVoniam fortasis ex hoc, q̃ diximus Romanorum pontificem immediatum pastorem ac judicem omnium fidelium, omniaq; posse, quæ singuli alij prælati apud fideles sibi subiectos perficere possunt, videretur aliquibus sequi, quòd alij prælati in ecclesia aut superflui forẽt, aut nõ necessarij: opportunũ duximus declarare, quòd non obstante tanta amplitudine potestatis Romani pontificis quantam nos esse diximus, adhuc præter eũ, qui vniuersalis pastor est, necessarij sunt in ecclesia alij prælati: & hoc ratione multiplici. ¶ Primò iuxta sanctũ Tho. in.4.di.19.hic. Ea quæ circa singularia oportet operari, non eodem modo omnibus competunt. Vnde sicut præter generalia medicinalia præcepta oportet adhibere medicos, quibus præcepta vniuersalis medicinæ singulis infirmis, secũdum quòd debent aptentur: ita in quolibet principatu præterillum, qui vniuersaliter præcepta legis tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis secundùm quòd debent adaptent. & propterea etiam in cælesti hierarchia sub potestatibus, qui indistinctè præsunt, ponuntur principatus, qui singulis prouincijs distribuũt, & sub his angeli, qui singulis hominibus in custodiam deputantur. Vnde & ita debet esse in prelatione militantis ecclesiæ, vt apud aliquẽ esset prelatio indistinctè in omnes, & sub hoc essent aliqui, qui super diuersos distinctã potestatem acciperent. ¶ Secundò hoc idem necessarium ostenditur ex eo, quòd impossibile erat totum populum Christianum per vnũ solum hominem immediatè regi, atq; gubernari. Quocirca manifestè apparet pro bono ecclesiæ regimine fuisse necessarium, vt præter summum ac vniuersalem prelatum Romanum pontificem alij in ecclesia instituantur prælati. ¶ Tertiò hoc etiam luce clarius appareret ex ipsa diuersitate actionum necessariarũ in ecclesia Dei, ad quas cùm vnus simul & semel sufficere sit impossibile: necesse fuit diuersos ministros in ecclesia deputari ad hoc q̃ expediẽtius, & sine cõfusione omnia peragãtur rectè. Qua ratione beatus Grego. papa inquit c. Singula. di. 89. Singula ecclesiastici iuris officia à singulis quibuscunq; personis sigillatim committi iubemus: sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in ecclesiæ spirituali corpore conferẽdum est hoc officium vni: alij committẽdum est aliud: nec enim quantumlibet exercitatæ vni personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt. Quòd si totum corpus oculus, vbi auditus? hæc ille. ¶ Quartò hæc conuenientia arguitur ex decentia: decens enim est, vt sicut in vniuerso inueniũtur diuersæ causæ mediæ præter causam primam, licet ipsa per se posset immediatè in effectum cuiuscunq; causæ efficientis: ita in vniuersali ecclesia præter potestatem papalem institui debuerunt diuersi gradus aliarum potestatum. ¶ Quintò huiusmodi conuenientia arguitur: quia sic nobilior redditur principatus ecclesiasticus, dum plures in eo diuinæ cooperationis participes fiũt dispensatores diuinorum mysteriorũ. ¶ Sextò hoc idẽ arguitur: quia ex tali varietate potestatum & graduum sponsa Christi ecclesia pulchrior, & ornatior consurgit. Hanc rationem assignat beatus Gregori. in capit. Singula. distinct. 89. ita dicens. Sicut varietas membrorum per diuersa officia & robur corporis seruat; & pulchritudinem representat ita varietas personarũ per diuersa nihilominus officia distributa & fortitudinem, & venustatẽ sanctæ Dei manifestat ecclesiæ. ¶ Septimò hoc factum est propter vtilitatem ecclesiæ, cuius vniuersitati satisfieri non posset, nisi præter summum pastorem papam forent alii qui alij.

¶ Quòd omnes in ecclesia Dei aliæ à papali potestates ecclesiasticæ subijciuntur potestati Romani pontificis quantum ad qoedientiam præceptorũ: quantum ad correctionem, & quantum ad subuentionem in necessitatibus. Cap. LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Prælati ecclesiæ omnes tam maiores quàm minores quòd Romano subijciantur pontifici tam quo ad obedientiam præceptorum, & quo ad correctionem abusus, quàm quo ad subsidiorum adminiculationem in casibus necessarijs, ostenditur.*

Aperte

APERTE satis ex superiùs iam explicatis tam de summitate Apostolici principatus, quàm de depẽdẽtia & deriuatione omnium potestatum aliarum ecclesiasticarum ab Apostolica sede colligitur, quòd omnes ecclesiæ prælati tam maiores quàm minores subijciantur Romano pontifici, tam quo ad obedientiam præceptorum & quo ad correctionem abulus, quàm quo ad subsidiorum ad-
1 miniculationem in casibus necessarijs. ¶ Quo ad obedientiam præceptorum patet. Tum ex his quæ dicta sunt suprà in cap. 48. &. 50. Tũ ex illo, quod sanctus Calixtus Papa scribens omnibus episcopis dicit in capit. Non decet. d. 12. Nõ decet mẽbra à capite discedere, sed iuxta scripturæ testimoniũ omnia mẽbra caput sequãtur. Nulli verò dubiũ est, q̃ Apostolica ecclesia mater sit omniũ ecclesiarũ, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. hæc ibi. Quam obedientiã debitã esse Romano põtifici Imperator Iustinianus intelligẽs ait in epistola scribẽs Papę Ioh. quæ habetur C. de sum. tri. & fi. ca. inter claras. Omnes sacerdotes orientalis tractus & subijcere & vnire sedi vestræ sanctitatis properamus, eo q̃ caput est omniũ sanctarũ ecclesiarũ. Et subdit. Per omnia properamus, vt dictũ est, honorẽ & authoritatẽ crescere vestrę sedis. hæc ille. Quocirca Papa Ioh. vbi suprà Iustiniano scribens in epistola. inter claras. ita ait. Inter claras sapientię & mansuetudinis vestræ laudes Christianissime principũ puriore luce tãquã aliquod sidus irradiat, q̃ amore æternæ fidei, q̃ charitatis studio edocti ecclesiasticis disciplinis Romanæ sedis reuerentiã conseruatis, & ei cũcta subijcitis, & ad eius deducitis vnitatẽ, ad cuius authorẽ principẽ, hoc est Apostolorum primũ domino loquẽte præceptũ est. pasce oues meas. quẽ esse verè omniũ ecclesiarũ caput, & patrũ regulæ, & principum statuta declarant, & pietatis vestræ reuerendissimi testantur affatus. hæc ille. ¶ Quo verò ad correctionẽ abusus patet quidẽ. Primò, quoniam ad supremũ iudicem, apud quẽ suprema potestas residet, & maximè à qua omniũ inferiorũ iudicũ authoritas omnis pendet, spectat correctio abusus cõmissi per inferiores potestates: patet hoc: sed Papa est supmus iudex in ecclesia, à cuius potestate tanquam à radice singulæ aliæ potestates originem sumunt: sicut in superioribus notum fecimus: ergo omnes potestates inferiores quo ad correctionem abusus potestatis subiectæ sunt Romano Pontifici. Cõsequentia bona. Hinc in cap. Sola. 9. q. 3. dicit textus. Romana ecclesia sua authoritate valet iudicare de omnibus. & in ca. Cũcta. ea. causa. &. q. dicit textus. Cũcta per mũdũ nouit ecclesia, q̃ Romana ecclesia de omnibus phas habet iudicare. Vnde beatus Bernardus ad Eugeniũ scribens, hoc confirmãs, ita dicit. Iuxta canones tuos alij in partẽ sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es: aliorũ potestas certis arctatur limitibus, tua extenditur: & in ipsos, qui super alios potestatẽ acceperũt, nõ ne si causa extiterit tuipse cęlum claudere: tu episcopũ ab episcopatu deponere, & etiã tradere potes? hæc ille. Quia autem ad præstationem adminiculi ac subsidij in casibus necessitatis cæteri subijciantur Apostolicæ sedi, facile est ostendere. Cũ enim respublica, & quęlibet potestas in ea teneatur ad cõseruationem illius potestatis, à qua totius reipublicæ bonum dependet: & bonũ reipublicæ Christianæ maximè pendeat ex Romani pontificis potestate, quæ vniuersam ecclesiam ordinare, regere, ac gubernare habet. Quocirca sanctus Bonifa. martyr in capit. si Papa. dicit, q̃ pro Papæ perpetuo statu vniuersitas fideliũ tantò instantius orat, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit perpensius pẽdere. Ergo videtur, quòd omnes aliæ ecclesiæ ad conseruationem, tuitionem, atque defensionem ecclesiæ Romanæ adminiculari teneãtur. Vnde Symmach⁹ Papa in. c. aliorũ. rationem huius assignãs, inquit episcopis. Si hæc humiliatur, ad cuius cõfugietis auxiliũ? & vbi relinquentis gloriã vestram? Hoc etiã sanctus Tho. in. 2. 2. q. 85. ar. 4. ostendit tam exẽplo veteris legis, quàm ratione naturali, ita dicens. In veteri lege primitiæ debebantur sacerdotibus, decimæ autem leuitis. Et quia sub sacerdotibus leuitæ erant, Deus mandauit, vt ipsi loco primitiarum soluerent summo sacerdoti decimã decimæ. Vnde nunc eadẽ ratione clerici tenentur summo pontifici decimas dare, si exigeret. Naturalis enim ratio dictat, vt illi, qui habet curã de cõmuni multitudinis statu, prouideatur, vt possit exequi ea, quæ pertinent ad cõmunem salutem. hæc S. Tho. Ad idem est Iohan. an. in nouella super. c. 1. extra de deci. vbi quærens. Nunquid à clericis summo pon. decimæ sint soluendæ. respondet quòd sic: quia cùm inferior teneatur soluere suo superiori spiritualia ministranti, Papa autem cuilibet intelligitur spiritualia ministrare, cùm omnis anima immediatè subdatur ei. Tum etiã, quia summus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdos est, ipse tamen hoc iure non vtitur: forsan ideo, quia totum habet. 9. q. 3, cuncta. & cap. per principalem. Vnde quandocunq; placet, decimam, vel vicesimã omnium prouentuum ecclesiarum, vel aliam quotam partem pro subsidio terræ sanctæ, vel necessitatibus suis, vel alterius exigit, sicut quotidie experimur. hæcille. Præterea alia ratione probatur præfata cõclusio. Secundũ legem naturæ membra capiti debẽt præstare subsidium, & filij parẽtibus in necessitatibus: sed omnes fideles sunt mẽbra corporis ecclesiæ, cuius ipse Romanus Pont. caput est: sunt etiam eius spirituales filij: vnde pater patrum nominatur: ergo non solùm clerici, sed etiam vniuersi fideles tenentur Romano Pont. in necessitatibus auxilium præstare & adminiculari quilibet secundũ facultatem suam cũ fuerit requisitus, sicut in fine huius secũdi libri plenius dicetur. Ex quibus apertè confutatur præsumptio diabolica eorũ, qui Romano Pon. patri ac principi omnium fidelium non modò in necessitatibus adminiculari refugiunt, sed illius iura, & priuilegia, prouentus, atq; emolumenta solita violare, vsurpare, aut diminuere temerè quomodolibet præsumunt: quos videtur inuoluere sententia illa Deutero. 27. Maledictus qui non honorificat patrem suũ & matrem: & dicet omnis populus. Amen.

¶In quo obijcitur cõtra id quod dictum est superiùs, quòd solus Romanus Põtifex in ecclesia habeat plenitudinem potestatis. Cap. LXX.

SVMMARIVM.

1 *Papa, seu Romanus Pontifex quòd solus in ecclesia plenitudinem potestatis non habeat, ab aduersarijs obijcitur.*

QVanquam superiùs habita conclusio in cap. 53. dicens quòd apud solum Romanũ pontificem resideat plenitudo potestatis ecclesiç, fuerit tam sanctorum patrum testimonijs, quàm rationibus plenè demõstrata: nihilominus aduersarij illam impugnare multipliciter nituntur: ponentes hanc cõclusionem, videlicet, q̃ plenitudo potestatis clauium non solũ sit in Papa capite & pastore vniuersalis ecclesiæ, sed in ipsa vniuersali ecclesia, & in conciljo vniuersali. Sed istorum duplex est modus dicendi. Quidã enim numero magistrorum, qui fuerunt in cõcilio Constãtien. prout ex eorũ tractatibus colligitur, dicunt, q̃ potestatis plenitudo est sic in Papa & in ecclesia vniuersali & in cõcilio vniuersali illã repræsentanti: aliter tñ & aliter. Pro quo distinguunt, q̃ aliquid tripliciter potest esse in aliquo. Primo tanquã in subiecto, sicut virtus est in anima, & accidens in substãtia subiectiuè. Secundò tanquã in obiecto: sicut effectus dicit esse in sua causa vel in suo fine: qa in illum tendit tanquam in suum obiectum finale. Tertiò tanquam in exemplo: sicut res visa dicitur esse in speculo, vel aliqua doctrina in libro, quia ibi est representatiuè. Primo ergo modo (vt aiunt) plenitudo potestatis est in Papa tanquam in subiecto eam recipiente, & ministerialiter exercente. Secundo modo est in ecclesia tanquam in obiecto cau saliter & finaliter continẽte. Tertio est in generali concilio tanquam in exemplo ipsam representante, & regulariter dirigẽte. Primũ patet: quia Papa, propriè loquendo, est minister hanc potestatem subiectiuè recipiens, & administratiuè dispensans. iuxta illud. Qui præcessor est in vobis, fiat sicut ministrator. Secundum patet: quia plenitudo põtestatis non est causaliter & finaliter propter Papam sed Papa & eius potestas propter ecclesiam, & ad eam ordinatur sicut ad finem, id est ad eius ædificationem: quia secundùm sententiam Apostoli hanc potestatem dedit dominus in ædificationem ecclesiæ, & non in destructionem. Tertium patet ex eodem verbo Apostoli: quia si Papa vteretur hac potestate ad destructionem ecclesiæ, generale concilium esset in exemplum vel speculum dictam vniuersalem ecclesiam representans, & eius vice & nomine abusus huiusmodi plenitudinis potestatis coercens, regulans, & dirigens, & etiam puniens. hæc illi. Sed istorum positio & imaginatio videtur nobis (saluo semper meliori iudicio) omnino fine intellectu: quia multa implicat, quę simul stare non possunt: imò partes adinuicem sibi contradicũt. Implicant autem contradictionem. Primò. nam in ea parte, in qua dicunt, quòd plenitudo potestatis sit in Papa vt in subiecto administrante illam, & in ecclesia sicut in obiecto finali, & in concilio sicut in exemplo, contradicit eorum opinioni in ea parte, in qua dicunt, quòd plenitudo potestatis principaliùs & excellentiùs sit in ecclesia, aut in concilio,

Primus modus dicendi qui hîc improbatur. 1

Luc. 22.

2. Cor. 10. & vlti.

Improbatio dicti modi dicendi.

cilio, quàm in Papa. Patet, quia potestas quæcunque propriùs & principaliùs dicitur esse vbi est subiectiuè & administratiuè siue dispẽsatiue: quemadmodum est in artifice, aut duce exercitus, aut magistro operis, quàm sit in obiecto siue in exemplo: sicut potestas medicandi propriùs & principaliùs habet esse in medico, quàm in corpore infirmo, ad cuius curationẽ ordinata est, & quàm in libro medicinæ. Ars etiam ædificandi principaliùs & propriùs hẽt esse in artifice, quàm in domo, ad cuius ædificationem ordinatur. Cæterùm falsum dicunt, quòd ecclesia sit obiectum finale potestatis Papalis: quoniã licèt potestas Papalis sit ei data in ædificationem ecclesiæ, non tamen ipsa ecclesia dicitur finis vltimus intẽtus potestatis eius, sed est ipsa beatitudo, ad cuius pascua ipsa vniuersalis ecclesia per pastorem suum atque rectorem, qui est Papa secundùm illud. Pasce oues meas. & est dirigẽda & deducenda, sicut inferiùs plenius ostendemus. Præterea falsum esse videtur, quòd potestatis plenitudo sit in concilio sicut in exemplo & speculo: sed potiùs hoc modo dicenda est esse in lege Christi siue euangelica, secundùm quam tota ecclesia est regulanda. Vnde in persona ecclesiæ dicit Propheta de ea. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Secũdò positio illa implicat contradictionem. Nam in ea parte, vbi in Papa & in ecclesia vniuersali & in concilio ponunt vnam & eandem potestatem cõtradicunt ei, quod dicunt, quòd concilium vniuersale potest corrigere, coercere, refrænare, & punire abusus potestatis Papalis. Patet: nam cùm huiusmodi nõ possit in Papam nisi qui sit altioris potestatis, iuxta. ca. inferior. dist. 21. impossibile est, quòd concilium ista posset facere, si non habet nisi eandem numero potestatem quam habet Papa. Tertiò positio illorũ implicat. Nam in ea parte, in qua dicunt plenitudinem potestatis in cõcilio esse, non sicut in subiecto & administrante, sed sicut in exemplo, siue in speculo, contradicit ei, quod dicunt, quòd concilium potest coercere, refrænare abusus Papæ, & abutentẽ corrigere. Patet: quia licèt per modum concilij adiuuare & dirigere quis possit alium nõ habẽs aliquam authoritatem iurisdictionis super eum corrigere: tamen correctione, quæ est actus iustitiæ, & coercere, refrænare, & huiusmodi non potest nisi is in quo est potestas iurisdictionis, sicut in subiecto administrante & exercẽte illam: vt manifestè patet. cuius enim est potestas, eius est actus, inquit Philosophus. Propter quæ, sicut suprà diximus, positio illa aduersariorum videtur nobis sine intellectu. ¶Alij verò ã numero magistrorum nouellorum qui Basileæ fuerunt, altiùs sapere præsumentes, quàm illi, qui fuerunt in Cõstantia, vtpote cupidi gloriæ & principatus, dixerunt, quòd potestatis plenitudo esset in ecclesia, non modò sicut in obiecto finali, aut in cõcilio sicut in exemplo, sicut predixerãt supradicti, sed sicut in subiecto administrante & exercente: sicut practica demonstrarũt omnem Papalis potestatis administrationẽ & exercitium sibi assumentes. Dicunt enim, quòd ipsi vniuersali ecclesiæ, quæ dicitur collectio omnium fidelium, in omnibus membris suis cõiunctim data sit ipsa potestas clauium in plenitudine, etiã principaliùs, quàm Papæ. Sicut si dicamus, quòd vni collegio data sit aliqua authoritas alicuius iurisdictionis exercendæ, vel electionis celebrãdæ. Ad quã conclusionem probandam, perlectis multis eorum tractatibus, reperimus eos multis medijs in varijs suppositionibus fundatis procedere. ¶Prima suppositio est, quòd ea, quæ dicta sunt Petro aut Apostolis, trahenda sunt ad ecclesiam. Hanc suppositionem probant per id, quod dicit Beatus Augustin. in epistola ad Elitium de die nouissimo: ait enim sic. Verba quæ locutus est Christus ad Apostolos, oportet de successoribus intelligere, sicut illud: Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et illud: Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria &c. sicut & illud: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. quod tamẽ eum vniuersæ ecclesiæ promisisse, quæ alijs morientibus, alijs nascentibus vsque in seculi consummationem futura est quis non intelligat? Hæc ille. ¶Item super psalm. 18. idem Augusti. ita inquit. Quædam dicuntur, quæ & si ad Apostolum Petrũ propriè pertinere videantur, non tamen habent illustrem intellectum, nisi cùm referuntur ad ecclesiam. ¶Ex hac suppositione arguunt aduersarij sic. Si dicta Petro & alijs Apostolis trahenda sunt ad vniuersam ecclesiam: ergo dicta Petro, per quæ designatur in eo plenitudo potestatis, intelligenda etiam veniunt de vniuersali ecclesia: & per consequẽs potestatis plenitudo non tantùm apud Petrum fuit, sed etiam apud vniuersam ecclesiã. ¶Secunda suppositio est, quòd omnia dicta Petro importantia authoritatem eius sunt etiam dicta alijs Apostolis, & in illis toti ecclesiæ. Quam suppositionem ostendunt veram, maximè in duobus, in quibus potissimè

Iohan. vlti.

Luc. 8.

Secundus modus dicendi de quo c. 71

Prima suppositio aduersariorũ quæ improbatur infra cap. 73. Probatio prima.

Probatio secunda.

Ratio aduersariorum.

Secũda suppositio quæ improbatur cap. 74.

Universidad de Deusto
Biblioteca

data Petro potestas exprimitur. Primò de illo Matth. decimosexto. vbi Christus ait Petro. Tu es Petrus, & super hanc. & cætera. Sequitur. Tibi dabo claues. & cætera. Quod verò hoc sit dictum omnibus, probant ex eo: quòd cùm Petrus non solùm fuerit interrogatus, sed etiam omnes Apostoli, & Petrus pro omnibus respondet, vt dicit gloss. sequitur, quòd cùm collatio clauium videatur fuisse ob meritum confessionis fidei, quòd non solùm pro Petro, sed etiam pro alijs Apostolis dictum sit illi. Tibi dabo claues. & cætera. Quod ita confirmant authoritate Beati Augustin. sermone decimo. super Iohan. ita dicentis. Cùm esset ipse numerus duodenarius, id est quatripartitus inter nos, & omnes essent interrogati, solus Petrus respondit: Tu es Christus filius, & cætera. & ei dicitur: tibi dabo &c. tanquam ligandi & soluendi solus acceperit potestatem: cùm & illud pro omnibus dixerit: & hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius vnitatis accepit. Secundò hoc confirmant authoritate Leonis Papæ, qui in sermone quodam Apostolorũ tractans illud: Quodcunque ligaueris. & cætera. ita dicit. In Apostolos alios ius huiusmodi potestatis & ad omnes ecclesiæ principes huius decreti constitutio commeauit. Tertiò authoritate Rabani, qui in gloss. Matth. decimosexto. ita dicit. Quanuis soli Petro potestas data videatur, cæteris tamen Apostolis datur. Consequenter præfatam suppositionẽ verificare nituntur ex illo Iohan. vltim. vbi dictum legitur Petro: Pasce oues meas. Quod verbum ad omnes etiam dictum esse probãt per beatum Augustinum, qui in libr. de Agone Christiano. ita dicit. Non ei fine causa inter Apostolos ecclesiæ catholicæ personam sustinet Petrus: huic enim ecclesiæ claues datæ sunt, cùm Petro datæ sunt. & cùm ei dicitur, ad omnes dicitur: amas me, pasce oues meas. Item ad idem videtur esse beatus Ambrosius in principio pastoralis sui, ita dicens. A domino dicitur Petro: Petre amas me? & ille. tu scis quia amo te. & cùm responsio fuisset subsecuta, repetitum est à domino: pasce oues meas. quas oues & quẽ gregem non solùm tunc suscepit beatus Petrus, sed & nobiscum eas suscepit, & nos cum illo eas suscepimus omnes. ¶ Tertia suppositio, quòd omnia dicta Petro ad potestatem spectantia sint ei dicta in figura ecclesiæ, id est in nomine, siue in persona ecclesiæ. Ad quam suppositionem probandam inducunt multa dicta Augustini: quoniam ipse solus videtur vsus hoc modo loquendi. Et in primis inducunt illud quod Augustinus dicit super Iohãnem, & habetur in capitul. quodcunque. vigesima quarta quæstione prima. vbi ita dicit. Quodcunque liganeris super terram, erit ligatum & in cælis: si hoc tantùm Petro dictum est, non hoc facit ecclesia. si autem in ecclesia fit, vtiq; quæ in terra ligantur, & in cælo, & quæ soluuntur in terra, soluta sunt & in cælis. si ergo hoc in ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, ecclesiam sanctã significauit. vbi Archidiaconus exponit, id est sub signo & nomine ecclesiæ Petrus claues accepit. ¶ Secundò ad idem inducunt illud Augustini in sermone quodam Apostolorum Petri & Pauli sic dicentis. Dominus Iesus discipulos suos ante passionem suam sicut nostis elegit, quos fratres appellauit: inter hos penè vbique Petrus solus totius ecclesiæ gestabat personam: & propterea audire meruit. tibi dabo claues regni cælorum. Has enim claues non ipse vt homo vnus, sed vnitas accepit ecclesiæ. Hic ergo Petri excellentia prædicatur: quia ipsius vnitatis & vniuersalis ecclesiæ curam gessit, quando ei dictũ est: tibi dabo claues regni cælorum, quod omnibus traditum est. Nam vt noueritis ecclesiam recepisse claues regni cælorum, audite in alio loco quid dominus dicat omnibus Apostolis. accipite spiritum sanctum. & continuò subiungit. si cuiremiseritis peccata, remittuntur ei: si cui tenueritis, tenebũtur. hoc ad claues pertinet, de quibus dictum est: quæ solueritis in terra, soluta erũt in cælis: & quæ ligaueritis in terra, ligata erũt in cælo. ¶ Tertiò inducunt illud Augustin. in libr. quinto. de vnico baptismo, dum inquit. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. hoc cùm dixisset, spirauit, & ait illis: Accipite spiritum sanctum, cui remiseritis. & cætera. ergo si personam ecclesiæ omnes gerebant Apostoli, & sic eis hoc dictum est tãquam ipsi ecclesiæ, diceretur pax ecclesiæ dimittit peccata, & ab ecclesiæ pace alienatio tenet peccata, non secundùm arbitrium hominum, sed secũdùm arbitrium Dei. ¶ Quartò inducunt illud Augustin. super Iohan. sermone. 124. vbi de ecclesia loquens, ita ait. Huius ecclesiæ Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatũ gerebat figurata generalitate personam: quãtum verò ad ipsum proprie pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus idemque primus Apostolus. Sed quando ei dictum est. tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram. & cætera. vniuersam significat

Tertia suppositio improbãda in fra cap. 75.
Prima authoritas.
Secunda.
Tertia.
Quarta.

cat ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationibus quatitur. ¶ Quarta suppositio est quòd quæ dicuntur apud sanctos doctores esse in vniuersali ecclesia, aut vniuersali ecclesiæ data, intelliguntur data vniuersali ecclesiæ vt vniuersitati, siue omnibus membris eius coniunctim. Quam suppositionem veram esse credunt: quia nomen ecclesiæ est nomen collectiuum: & quia signum vniuersale videtur distribuere pro omnibus. Qua suppositione præsupposita, pro conclusione eorum inducunt multas authoritates sanctorum patrum. In primis est illa Hieronymi in capitu. omnibus. vigesimaquarta quæstione prima. vbi dicit sic. Omnibus consideratis puto me non temerè dicere aliquos ita esse in domo Dei, vt ipsi sint eadem domus Dei, quæ dicitur ædificari supra petrã. Et post pauca. Quę domus etiam claues accepit, atque potestatem soluendi & ligandi. Secundo inducunt illud Augustini de doctrina Christiana, vbi ita dicit. Est ecclesia corpus Christi, sicut Apostolica doctrina commendat, quæ corpus etiam dicitur. Et sequitur infrà. Has ergo claues dedit ecclesiæ suæ, vt quæ solueret in terra, essent soluta & in cælo: & quæ ligaret in terra, ligata essent in cælo, vt quisque in ecclesia eius peccata dimitti non crederet, non ei dimitterentur. ¶ Tertiò inducunt illam authoritatem Augustin. super canonicam Iohan. homilia decima. ita dicentis. Vbi fit remissio peccatorum, ibi est ecclesia. quomodo ecclesia? Illi enim datæ sunt claues regni cælorum, vt quæ solueret in terra, essent soluta in cælis: & quæ ligaret in terra, essent ligata in cælis. ¶ Quartò inducunt illud extra de summa trinitat. & fide catho. in. c. firmiter. vbi dicit, quòd sacramentum eucharistiæ nemo potest conficere nisi sacerdos, qui fuerit ordinatus secundùm claues ecclesiæ: non dicit Petri (inquiunt) nec concessę Petro, ac per eum alijs, sed Apostolis, ac eorum successoribus. vnde Iohannes An. in gloss. dicit. quòd non soli Petro claues concesit, sed & cæteris Apostolis. ¶ Quintò inducunt illud Actuum vigesimo. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. ¶ Sextò inducunt illud, quod habetur in præfatione, quam in celebritate singulorum Apostolorum cantat ecclesia. Gregem tuum pastor æterne non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. ¶ Quinta suppositio eorum est, quòd nunquam legitur aliqua potestas data Petro, nisi simul cũ alijs Apostolis. ¶ Probant hanc suppositionem sic. Quoniam si de concessione potestatis promissæ Petro quæratur, nõ reperitur alius locus aptior, quàm ille Matthæi decimo octauo. Quæcunque alligaueritis. vnde videtur, quòd promissio illa: tibi dabo claues. & cætera. debeat intelligi prout declarant verba concessionis: sed illa non ad solam personam Petri, sed ad ecclesiam diriguntur principaliter, cùm dicit: Amen amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram. & cætera. ex qua authoritate dicunt aliqui aduersariorum notari aliqua. Primum, quòd claues regni cælorum, de quibus dixerat Matthæi decimosexto. Tibi dabo claues. & cætera. hic ecclesiæ sunt concessæ, cùm eadem verba, sub quibus facta est promissio, hic exprimant: nec in toto sacro canone bibliæ reperitur locus alius, vbi expressiùs legatur, quòd potestas clauium sit data Petro, aut ecclesiæ sub eisdem verbis, quibus promissa fuit. Secundò notatur, quòd concessio ista fit in omni stabilitate firmata: quia additur verbum iuramenti, vel assertionis: Amen. Tertiò, quòd in verbis intelligitur potestas concessa ecclesiæ non limitate, & in certis casibus, sed in omni plenitudine: quod probare nituntur ex signis vniuersalitatis: quæcunque alligaueritis, & quæcunque absolueritis: sic arguendo. Si ex illo verbo, quodcunque ligaueris super terram: notatur in Petro plenitudo potestatis illimitatæ: ergo pariter ex alijs verbis notabitur plenitudo potestatis in ecclesia, cùm non sit minoris continentiæ quæcunque, quàm quodcunque. ergo non solùm in Roman. Pontifi. residet plenitudo potestatis, sed etiam in ipsa vniuersali ecclesia. ¶ Sexta suppositio eorum est, quòd sicut Deus cuilibet creaturæ, cui dedit certam periodum, qua determinatur quandiu posset viuere vel durare, dedit propriam virtutem innatam & intrinsecam, qua posit se in suo esse conseruare, & contra destructionem sui aduersantibus resistere: ita ecclesiæ, quam voluit vsque in finem seculi durare, dedit virtutem & potestatem, qua se in suo esse posset conseruare, & potestatem qua posset se regere, & potestatem qua aduersantibus siue conantibus ad sui destructionem resistere. Patet (inquiunt) hoc ex euidentia terminorum: imò à fortiori cùm Christus ipsam ecclesiam plus alijs diligat. Hoc etiam videtur notari (inquiunt) in verbis de ecclesia dictis in sua fundatione.

Quarta suppositio quæ improbabitur cap. 76
Authoritas prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.
Quinta suppositio improbãda. c. 77.
Probatio.
Sextæ suppositionis cui respõdetur ca. 78
Prima pars
Secũda pars
Probatio prima.
Secunda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cętera. cùm enim dixisset super se petram ædificare ecclesiam, subiungit statim: Et portæ inferi nō prævalebūt aduersus eam. ¶ Ex hoc etiam (aiunt) dicitur in Canticis de ecclesia, quòd est perfecta, terribilis, vt castrorum acies ordinata. quomodo autem (inquiūt) esset perfecta in se & terribilis, si ad conseruandum se & tuendum non haberet in terra virtutem ac potestatē? sed oporteret ab extrinseco subsidium quæritare. Nam si ecclesia ex se authoritatem non haberet se conseruandi, tunc pro tempore, quo ecclesia sine Papa esset, aut ipse nollet eam tueri, non posset se in esse conseruare: quod nemo sanæ mentis assereret. Habet ergo ecclesia virtutem à Christo fundatore eo ipso quòd fundata est ad se conseruandum in suo esse, nec per creationem Papæ eam perdit: quia principia essendi & conseruandi intrinseca sunt cuilibet rei. Sicut ergo ecclesia propter creationem Papæ non deficit à virtute essendi: ita nec à virtute & potestate se regendi & conseruandi in suo esse. Postea verò declarantes quæ sit ista virtus & potestas se tuendi, dicunt, quod est cōmunis sentētia doctorum, quòd est potestas clauium, videlicet scientia discernendi, & potentia iudicandi, ligandi, & soluendi. Ex hac suppositione arguunt concludēdo, quòd potestas clauium, & eiusdem potestatis plenitudo sit data ipsi communitati, siue corpori vniuersitatis ecclesiæ. ¶ Septima suppositio est, quòd plenitudo potestatis semper debet manere in ecclesia: quia aliàs nō videretur ecclesiæ sufficienter ¸ puisum: sed in Papa nō pōt semper manere, vt patet, cùm ipse non semper maneat: ergo oportet dicere, quòd maneat in ecclesia. Confirmatur hoc ab alijs dicentibus, quòd quemadmodum regimen ciuitatis consistit penes congregationem ciuium, vel ipsius congregationis partem valentiorem, vt dicunt haberi ex sententia Aristotel. tertio politic. capit. octauo. Et conformiter dicendum est, quod regimen orbis penes congregationem hominum totius orbis vel ipsius partem valentiorem consistat: ita regimen vniuersalis ecclesię vacante Papatu penes ipsam vniuersalem ecclesiam, quæ repręsentatur per concilium generale, & ipso concilio congregato, consistit penes ipsius concilij partem valentiorem. Ex his omnibus concludunt, quòd potestatis plenitudo non tantùm apud Romanum Pontificem resideat, sed etiam apud vniuersalem ecclesiam, & multò principaliùs: vtpote qa in ea est immobiliter, & indefectibiliter. Vnde ad authoritates sanctorum dicentium, quòd soli Petro data sit à Christo plenitudo potestatis, aut quòd solus Romanus Pontifex sit vocatus in plenitudinem potestatis, respondent, quòd per ly solus, fit exclusio inferiorum siue particularium personarum, non autem ipsius communitatis ecclesiæ: & etiam quod ly nullus, non distribuat pro communitate, sed pro singularibus personis.

Tertia. Tertia pars. quarta pars. Quīta pars. Septima sup positio de ij capitul. 79. Cōfirmatio.

¶ In quo impugnatur præfata conclusio aduersariorum dicentium, quòd in alio q̄ in Romano Pontifice resideat plenitudo potestatis in ecclesia. Cap. LXXI.

SVMMARIVM.

1 Potestas clauium quibus & quomodo conueniat, diuersis conclusionibus ostenditur.
2 Potestatis tres species ponuntur.

QVoniam principalis & quasi fundamentalis pūctus huius materiæ est intelligere qualiter potestas clauiū data sit ecclesiæ, siue qualiter sit in ecclesia: ideo nos pro ampliori illustratione huius materiæ & veritatis, quā de Apostolico principatu, vt suprà tam authoritatibus sanctorū, quàm rationibus firmauimus, talē ordinē tenebimus. ¶ In primis in hoc cap. positis quibusdā notabilibus impugnabimus modum aduersariorum ponendi in ecclesia vniuersali potestatē clauium, & per consequens plenitudinem potestatis. Secūdò impugnabimus responsiones datas aduersariorum ad authoritates sanctorum patrū inductas pro conclusione nostra. Tertio in sequenti cap. explicabitur modus verus, & catholicus, quo potestas clauium sit data vniuersali ecclesiæ, siue sit in ecclesia. Quartò per diuersa capitula sequētia pro pleniori danda responsione respondebitur ad obiecta aduersariorum. ¶ Circa primum in primis est considerandum, quòd de ecclesia, quæ dicitur claues recepisse, potest esse sermo duplex. Aut enim capitur ibi ecclesia in sua vniuersalitate, put scilicet dicitur vniuersitas, siue collectio omnium fidelium generaliter, prout in capitulo. ecclesia. de consecratione.

Quatuor principalia continuè discussa. Circa primum principale.

tione. distinctio. prima. Aut capitur ibi sub minori vniuersalitate, scilicet pro vniuersitate tantùm omnium clericorum, siue sacerdotum, vt alij volunt. ¶ Secūdò est notandum, quòd potestas clauium est duplex, vt in primo libr. distinximus: videlicet potestas ordinis, quæ propriè, & immediatè, ut dicunt doctores, dicitur clauis regni cælorum: quia immediatè extendit se ad ipsum cælum, removendo impedimenta introitus in cælum per dimissionem peccati: vt sanctus Thom. dicit in quarto. distinction. decimanona. in primo articulo. Alia est potestas iurisdictionis: & hæc est duplex. Quædam in foro conscientiæ: alia in foro exterioris iudicij, siue causarum. ¶ Tertiò notandum, quòd de plenitudine potestatis possumus loqui dupliciter. Vno modo prout plenitudo potestatis includit tam potestatem ordinis, quàm potestatem iurisdictionis. Alio modo prout solùm includit potestatem iurisdictionis. Quartò est notandum, quòd licèt aliqua similitudo sit corporis mystici ecclesiæ ad corpus naturale hominis, videlicet in multitudine membrorum, & aliquali vnione eorum adinuicē, & in officiorum diuersitate, iuxta illud Apostoli. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi sumus vnum corpus in Christo, singuli autē alter alterius membra. nihilominus multiplex est differentia & dissimilitudo. Vna quidem est, vt dicit sanctus Thom. in tertia parte. quòd membra omnia corporis naturalis sunt omnia simul: membra autem corporis mystici non sunt omnia simul, nec quantum ad esse naturæ: quia corpus ecclesiæ constituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio mundi vsque in finem eius: nec quantum ad esse gratiæ: quia etiam eorum qui sunt, vno tempore quidam gratia carent, alijs eam iam habentibus. Secunda differentia est: quia membra corporis humani constituunt aliquod vnum numero reale totū, quod subiectiuè in se toto capax est alicuius formæ aut qualitatis, siue influxus realis, quod est ipsum corpus humanū. Non autem sic membra, quæ dicuntur corporis mystici: quoniam licèt fideles fide, spe, & charitate, vt dicit Augustin. vniantur, tamen cùm distinguantur personis & locis, nō dicuntur constituere aliquod reale vnum numero totū, quod subiectiuè in se toto capax sit alicuius formę, aut qualitatis, aut influxus alicuius effectus realis. Vndequando ecclesia dicitur vna vnitate fidei, spei, & charitatis, nō est intelligendum, quòd vnus numero habitus fidei, vnus numero habitus spei, & vnus numero habitus charitatis in toto ipso corpore sit: quoniam ipsum corpus ecclesiæ nō potest esse talium formarum subiectum. Vnde etiam iuristæ dicunt, quòd vniuersitas nō habet animam. glos. super capit. Romana. §. in vniuersitatem. sed sunt tot numero habitus distincti virtutum fidei, spei, & charitatis, quot numero sūt fideles. Quod ergo dicitur: vna fides ecclesiæ, vna spes, vna charitas: non accipitur vnitas ex parte vnius subiecti numero earum, quia nullum tale est, sed ex parte obiecti: quia videlicet omnes fideles, qui numero & merito sunt in ecclesiæ corpore idem credunt, idem sperant, idem amant. sic dicit sanctus Thom. in tertio. distinction. 13. Per hanc planè considerationem euanescunt multæ phantasiæ aduersariorum nouellorū magistrorum, atque doctorum canonistarū, sicut videbitur infrà. ¶ Quibus notatis, restat ostendere, quòd positio aduersariorum falsa sit. quod vt plenius fiat, ponemus aliquas cō clusiones, quas probando improbabimus positionem ad plenum aduersariorum. ¶ Prima conclusio sit ista. Potestas clauium ordinis quæ propriè dicitur clauis cæli, quia ea fit remissio peccatorum, nō est data toti corpori ecclesiæ sic vt singulis eius membris data sit. Probatur ista conclusio. Primò authoritate beati Ambros. libr. de pœnitent. & habetur à magistro sententiarum in quarto. distinct. 19. & à magistro Gratiano de pœniten. dist. prima. §. nemo. ita dicentis. Ius ligandi, & soluēdi solis sacerdotibus pmissū est. Patet etiā ex eo, qolim soli sacerdotes iudicabāt inter leprā & non lepram. vnde dīs inquit leproso. Vade, ostende te sacerdotibus. & Luc. 17. vbi inquit etiam decem leprosis. Ite, ostendite vos sacerdotibus. vbi dicit glos. interlin. Qui erant figura sacerdotij futuri in ecclesia. Item patet ex eo, quòd dominus non nisi Apostolis sacerdotibus iam cōstitutis ait. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ratione sic probatur iuxta sanctum Thom. & Albertum magnum. Gratia, quæ in sacramentis datur à capite, in membra descendit. ergo solus est minister sacramētorum, in quibus gratia datur quæ habet ministerium super corpus Christi verum: sed hoc est solius sacerdotis, qui consecrare eucharistiā potest. ergo solus sacerdos est minister sacramenti pœnitentiæ, & per consequens solus ipse habet potestatem ligandi & soluendi à peccatis. Non enim est opus ad hanc conclusionē

Romān. 12

Cōclusio pri ma authoris 1

Contra conclusionē ad uersariorū.

Matth. 8.

Iohann. 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

inducere plures probationes: quoniam ita nota est, quòd oppositum eius nõ tam est hæreticum habitum, & condemnatum in reprobatione errorum Valden. qui dicebãt omnes bonos homines habere potestatem clauium, quàm derisorium. ¶ Secunda conclusio. Potestas clauium ordinis, id est potestas ligandi & soluendi à peccatis non est data vniuersali ecclesiæ vt vniuersitati, siue omnibus eius membris coniunctim. Probatur ista conclusio ex præcedentibus sic. Prædicta potestas clauium solis sacerdotibus conuenit, ergo nõ conuenit communitati ecclesiæ vt vniuersitati, siue in omnibus membris suis. Consequẽtia patet: quia quod vni soli parti vniuersitatis conuenit, non potest dici conuenire toti vniuersitati in omnibus membris suis. Secundò sic. Potestas prædicta datur in consecratione sacerdotij, vnde cùm ordinantur sacerdotes, dicuntur eis illa verba, quæ dominus dixit Apostolis. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. sed communitas ecclesiæ non consecratur, nec insignitur sacerdotio, ergo non potest dici, quod vniuersali ecclesiæ vt vniuersitati sint datæ claues ordinis, siue potestas ligandi & soluendi à peccatis. ¶ Tertiò sic. Nulla vniuersitas potest dici cum veritate habere perfectè aut plenè aliquam potestatem, in cuius exercitium nunquam per se potest exire. Istud assumptum patet: quoniam vt inquit Aristoteles de somno & vigilia, cuius est potentia, eius est actus. sed tota communitas ecclesiæ non potest exire in actum potestatis ligandi & soluendi à peccatis. Tum, quia solus sacerdos est minister sacramenti pœnitentiæ: vt in capitulo. omnis vtriusque sexus. extra de pœniten. & remis. Tum, quia actiones suppositorum sunt. ergo conclusio vera. Quod autem dicitur à quibusdam aduersarijs: quòd licèt ecclesia vniuersalis non habeat exercitium potestatis clauium absoluendo aliquem à peccatis, potest tamen mandare, quòd fiat per aliquem sacerdotem, nihil valet: quoniam ex hoc cùm sit imperatiuè facere, non elicitiuè, non arguitur, quòd communitas ipsa haberet potestatem, sicut nec potestatem consecrandi ex hoc, quòd mandaret alicui celebrare: sicut nec electus aut Archidiaconus nondum in sacerdotio constituti, licèt possint mandare alicui sacerdoti absoluere aliquem à peccatis, non propter hoc dicerentur habere potestatem clauium, de qua loquimur. Non est autẽ opus hîc multiplicare argumenta: quia conclusio clarissima est apud theologos. Vnde Albertus Magnus, sanctus Thom. & dominus Bonauentur. in quarto. distinctione de cimanona. quærentes, vtrùm soli sacerdotes habeant claues: non solùm dicunt, quòd soli sacerdotes habeant claues, quod diximus in prima conclusione, sed etiam quòd non sit possibile quòd conueniant alicui communitati, quod dicit ista secunda conclusio nostra. Pro hac etiam conclusione in primo libro aliquas rationes induximus. Ex istis duabus conclusionibus sequuntur aliqua correlaria. ¶ Primum est, quod prædicta potestas clauiũ nec subiectiue, nec formaliter, nec radicaliter, nec fundamentaliter, vt omnibus verbis vtamur aduersariorũ, potest esse in ecclesia vniuersali, nec in vniuersitate clericorum, aut collegio sacerdotum in quodam subiecto communi. patet correlarium manifestè ex dictis. ¶ Secundum correlarium est, quòd omnes authoritates sacræ scripturæ, quę de potestate clauium ordinis, quæ dicitur potestas ligandi & soluendi à peccatis loquuntur, non possunt veraciter exponi de vniuersali ecclesia pro omnibus suis membris siue diuisim siue cõiunctim, nec de aliqua alia quacũq; communitate minùs vniuersali. Patet correlariũ ex præfatis cõclusionibus: & per cõsequẽs non põt de ecclesia vniuersali exponi prędicto modo authoritas illa Ioh. 20. Quorũ remiseritis peccata, remittãtur eis. cũ loquatur de potestate præfata ordinis. Quod patet: Tum ex glo. interli. quæ ita hẽt, id est quos dignos remissione iudicaueritis: duabus videlicet claubus, scilicet potestatis & discretionis, dimittẽtur eis. Tũ ex eo, q̃ huiusmodi verba omnibus sacerdotibus dicuntur, dum ab episcopis ordinantur: quibus tamẽ omnibus nõ cõmittitur aliqua potestas iurisdictionis. Tertiũ correlariũ est, q̃ auctoritates sanctorũ, dicẽtiũ q̃ Petrus in figura ecclesiæ, susceperit huiusmodi potestatẽ clauũ impossibile est eas intelligi cũ veritate ad intellectũ aduersariorũ sæpe dictum. patet & dictis. Quartũ correlariũ est, q̃ plenitudo potestatis ecclesiasticæ vt includit potestatem clauium ordinis non potest esse in ecclesia vniuersali ad intellectum dictum aduersariorum, patet ex superioribus. ¶ Tertia conclusio. Potestas clauium iurisdictionis ecclesiasticæ, siue in foro conscientiæ, siue exterioris iudicij, non est sic data vniuersali ecclesiæ, quòd singulis eius membris sit data vt singulis. Ista conclusio licet per se nota videatur, nihilominus probatur sic.

Secunda cõ clusio.

Primũ correlar.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Tertia conclusio.

Iohan. 20.

Inter

Inter ecclesiæ membra omnes fideles tam clerici quàm laici tam viri, quàm fœminæ includuntur. Vnde Apostolus ad Galat. 3. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Et ait Augustinus ad Bonifaciũ. & ponitur in. c. nulli. de cõse. di. 4. in baptismate quisq; efficitur mẽbrũ Christi. sed non omnibus fidelibus est data potestas clauiũ iurisdictionis spiritualis: patet, quia non fœminis, nec laicis, nec clericis omnibus etiã sacerdotibus vt patet, ergo conclusio vera.

Quarta cõ. ¶ Quarta cõclusio. Potestas iurisdictionis ecclesiasticæ nõ est data toti ecclesiæ vt vniuersitati, siue omnibus mẽbris ecclesię simul iunctis. ¶ Probatur ista cõclusio ex præcedenti sic. Nulla potestas potest cõuenire alicui vniuersitati siue in omnibus mẽbris eius simul, ad quã est inhabilis magna pars illius vniuersitatis: sed ad potestatẽ iurisdictionis ecclesiasticæ siue in foro conscientiæ siue exterioris iudicij magna pars vniuersitatis ecclesiæ est inhabilis, nec est capax illius, ergo talis potestas non potest dici cõuenire vniuersitati ecclesiæ vt sic. Consequentia est bona. Maior etiam nota. & potest colligi ex cap. cùm dilectus. extra de consue. & capit. constitutis. extra de appel. Minor verò patet. Tum ex cõclusione præcedenti. Tum, quia cùm ecclesia, vt inquit Beda in glo. super Luc. & etiã dicit Hugo de sancto Victore. lib. de sacramentis. parte. 2. duos complectatur ordines, scilicet laicos & clericos, quasi duo latera corporis vnius, maior pars, scilicet laicorum est inhabilis siue incapax iurisdictionis ecclesiasticæ. vnde in cap. bene quidem. di. 97. tota synodus protestatur, q̃ laicis personis nulla facultas data est de disponendis ecclesiasticis officijs. idem in cap. sequenti. Patet etiam hoc manifestiùs de mulieribus, quæ quantacũq; polleant sanctitate, inhabiles sunt ad claues recipiendas. mulier enim non est subiectum idoneum principatus, sed magis subiectionis. Quamobrem dicit Apostolus. 1. ad Corinthio. 14. Mulieres in ecclesia taceant, non enim permittitur. glo. ab aliqua authoritate eas loqui, sed subditas esse. Etiam dicit in politi. Philosophus, quòd corruptio vrbanitatis est, cùm regimen, siue dominium ad mulierem peruenerit. Non videtur aũt intelligibile, quòd potestas clauium sit data ecclesiæ vt vniuersitati, siue in omnibus mẽbris eius: & quòd excludantur à participatione prædictæ potestatis fideles laici viri & mulieres, qui sunt non modò vera membra corporis Christi, quod est ecclesia, sed etiam in maiorinumero, siue maior pars. Secundò probatur sic præfata conclusio. In qualibet vniuersitate, cui data est aliqua potestas vt vniuersitati, omnes de illa vniuersitate æqualiter se habent ad ius illius potestatis. Patet: quia canonici omnes æqualiter se habent in actu cuiuslibet potestatis quam habent vt collegiũ: sed non omnes fideles, imò nec omnes clerici, imò nec omnes sacerdotes, qui includuntur intra ambitum corporis ecclesiæ, æqualiter se habent ad ius potestatis clauium, vt patet manifestè: quoniam aliàs non fuisset distinctio potestatis inter Apostolos, nec fuisset distinctio inter sacerdotes maiores & minores, nec Petrus fuisset magis caput ecclesiæ, quàm aliquis cæterorum. Quæ omnia nedum falsa sunt, sed etiam tanquam hæretica per ecclesiam condemnata. Ergo sequitur, quòd vniuersali ecclesiæ vt tali, id est vt in omnibus membris suis simul non sit data potestas talis clauium à Christo. Consequentia est bona & formalis. Tertiò sic. Quando cũq; alicui vniuersitati in cõi vt vniuersitati est data aliqua potestas, siue aliqua clausula, nõ potest quicũq; illius vniuersitatis exire in actũ siue in executionẽ potestatis, nisi simul omnibus cõcurrentibus, aut saltem vocatis, aut nullo contempto ex omnibus illius vniuersitatis membris. hoc videtur manifestum, vt colligitur ex capit. quia propter. & capit. coram. extra de electio. sed si vniuersali ecclesiæ in communi vt vniuersitati data esset potestas clauium iurisdictionis, sequeretur, quòd nec Papa, nec ecclesiæ prælati possint exire in actum siue exercitium eiusdem potestatis, nisi ad minus conuocatis omnibus fidelibus tam laicis quàm clericis. Sed hoc est falsum, vt patet: cùm hoc non obseruetur in ecclesia, nec etiam ad vniuersalia concilia omnes fideles vocantur nec omnes clerici, nec etiam omnes sacerdotes: nec tamen reputantur contempti, si non vocantur. Nec etiam Papa requirit quoruncunque consensum ad executionem potestatis sibi datæ nec etiam alij prælati: ergo falsum est, quòd toti ecclesiæ in communi, aut toti collegio clericorum aut sacerdotum data sit potestas clauium vt vniuersitati. Quartò sic. Quandocunque omnibus membris alicuius vniuersitatis est data potestas aliqua vt vniuersitati, cùm omnes ad ius potestatis æqualiter se habeant regulariter, maior pars communitatis præponitur minori in iudicio. Arg. ex. c. qa propter. extra de ele. & c. cũ in cũctis. extra de his quę fiũt à maio. par. c. si ergo corpo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri vniuersalis ecclesiæ data esset potestas clauium huiusmodi aut collegio omniũ clericorũ siue sacerdotũ in cõmuni: sequeretur q̃ ad maiorem partem huius vniuersitatis quæ est pars laicorũ, vel ad minores sacerdotes seu clericos, qui sunt maior pars collegij eorum tandem posset deuolui regimen & potestas iudicij totius ecclesiæ, quod est absurdum. iuxta c. cùm inferior. et. c. deniq;. di. 21. ¶ Quinta cõclusio. Plenitudo potestatis clauiũ iurisdictionis non est data vniuersali ecclesiæ vt vniuersitati siue in omnibus eius mẽbris cõiũctim. Hæc conclusio licẽt pateat ex præcedenti: quia probato q̃ ecclesię vniuersali vt cõmunitati non sit data potestas clauiũ: probatum relinquitur, q̃ nec plenitudo potestatis clauium illo modo sit data illi: nihilominus probatur multipliciter. Primo sic. Regimen ecclesiæ est à Deo institutum monarchicum, sicut suprà sæpe probatum est. patet: quoniã hoc regimen est nobilius reputatũ tam à philosophis vt patet. 8. Ethi. &. 3. politi. quàm à theologis. & credendũ est, q̃ Deus instituerit regimen ecclesiæ suæ in nobiliori specie regiminis: sed in principatu monarchico plenitudo potestatis non est apud omnes, siue apud communitatem, sicut est in regimine politico, sed solùm apud vnum. s. apud principem, qui solus principatur. ergo sequitur, q̃ ex institutione Christi plenitudo potestatis non sit data vniuersitati ecclesiæ in omnibus mẽbris eius, sed tantùm in vno. s. Romano pontifice, qui princeps ecclesiæ à Christo institutus est, vt suprà ostendimus. Secundò sic confirmando rationem factam. Si plenitudo potestatis est apud vniuersalem ecclesiã totam, sequitur, q̃ non est apud Papam. consequẽs est falsum. cùm sit cõtra apertissima testimonia sanctorum patrum, vt suprà visum est. ergo antecedens est falsum: cum ex vero non sequatur nisi verum. Probatur consequentia. Cõtia si apud totam multitudinẽ populi christiani, quę dicitur ecclesia vniuersalis, quę est collectio omnium fidelium, reideat, sequitur q̃ principatus ecclesiæ sit politicus, & non monarchicus, & per cõsequẽs in nullo quàm in ipsa tota cõmunitate est ponenda potestatis plenitudo. Hæc autem differentia ponitur ab Aristo. 8. Ethi. &. 3. politi. inter tres species principatus quas ponit, videlicet monarchicam, quæ dicitur à monos, quod est vnus, & archos quod est principatus, quasi principatus vnius: in quo solo residet plenitudo potestatis. Secunda dicitur aristocratia: quæ dicitur ab aris quod est virt⁹, & cratos: quod est potestas, quasi potestas siue principatus plurium secundùm virtutẽ imperantium, ita quòd nullius. Tertia species communi nomine dicta politia, in qua multi vt populus principantur: ita quòd apud nullum residet plenitudo potestatis, sed apud omnes, vt ibidem dicitur, & sic patet consequentia. Tertiò sic. Nulli communitati, cuius cura, regimen, & gubernatio à superiori suo est cõmissa alicui particulari, est data potestas regiminis sui & gubernationis. Ista videtur nota. sed regimen vniuersalis ecclesiæ est cõmissum Romano pon. vt tota clamat sanctorum patrũ doctrina. ait enim beatus Grego. ad imperatorem Mauritium scribens. Cunctis euangelium scientibus liquet, q̃ voce dominica sancto & omnium Apostolorum principi Petro Apostolo totius ecclesiæ cura commissa est: ipsi quippe dicitur: Petre amas me? pasce oues meas. ergo videtur q̃ vniuersali ecclesiæ vt cõmunitati non sit data potestas vniuersalis regiminis totius ecclesiæ, sed tantùm Petro & successoribus eius. Quartò confirmando hanc rationem arguitur sic. Illi soli videtur data potestatis plenitudo, qui solus est pastor totius gregis dominici: sed solus Petrus est pastor totius gregis dominici, & nullus alius: nec ipsa communitas ecclesiæ, quæ est ipse grex pascendus & gubernandus, ergo videtur q̃ solus Petrus & ita solus Ro. pont. sit vocatus à Christo in plenitudinem potestatis clauium. Quintò sic. Impossibile est q̃ in aliqua vna vniuersitate prelatus & subditi haberent eandẽ plenitudinem potestatis. potet. quoniã nõ capit ratio, q̃ illud, per quod quis cõstituitur superior & prelatus aliorũ, sit cõmune prelato & subditis in eadẽ plenitudine: sed in tota vniuersitate Christiana Ro. pon. est prælatus & cæteri omnes alij fideles sunt subditi, vt in superioribus est demõstratũ, ergo cõclusio vera. Sextò cõfirmando præcedentẽ rationẽ arguitur sic. Plenitudo potestatis, quæ ponitur in ecclesia, aut est vna & eadẽ numero cũ eo, quę ponitur in Papa, aut est alia. Sed non potest dici q̃ sit alia: quia sic essent duæ supremæ potestates, siue plenitudines potestatis, quod esse non potest. Tũ quia quod per superabundãtiã dicitur in vnoquoq; genere vnũ tantùm est. Tũ quia pluralitas principatuũ nõ est bona. 12. metaphy. Tum quia duas supremas potestates non patitur vnitas ecclesiæ. Non potest etiam dici, quòd sit vna & eadem numero plenitudo potestatis: quia si sit, tunc neque Papa esset superior & prælatus ecclesiæ, nec ecclesia posset dici-

Quinta cõclusio.

superior potestate ipso Romano pon. quod tamen aduersarij volunt. patet: quia si par in parem imperium nõ habet, multo minùs vbi est identitas potestatis. Respõsio autem, quã ad hanc rationem dant quidã aduersariorũ, dicentes, q̃ licet sit eadẽ, quia tamẽ vt dicunt illa potestas est excellentiori modo in ecclesia. s. inuariabiliter & inobliquabiliter quo modo non est in Papa, ecclesia habet iurisdictionem supra Papam: non valet aliquid. Tũ primo: quia præsupponit falsum: quia vt iam probauimus, talis potestatis plenitudo non potest esse subiectiuè & formaliter in vniuersitate ecclesiæ, sed solùm in Romano pontifice, & per consequens sicut superius circa. c. 7. est probatum, non potest esse excellentiori modo in vniuersitate ecclesiæ, quàm in Romano põtifice. Tum secundò: quia etiã dato q̃ esset. s. vna & eadẽ numero potestas ecclesiæ in vtroq; sicut in vno subiecto, est impossibile intelligere, q̃ ecclesia habeat iurisdictionem super Romanũ pontificẽ, nec econuerso: nec potest circa vnam & eandem potestatem numero in vno & eodem subiecto pro eodem tempore attendi talis comparatio, vt in vno dicatur esse excellẽtiori modo, quàm in alio. Præterea dato etiam quòd sit: cùm talis differentia, puta esse inuariabiliter & variabiliter non augeat nec minuat potestatẽ ipsam, non potest ex tali differentia argui, q̃ vnus habeat iurisdictionẽ super aliũ: alias qui sanctior esset, aut diuturniorem haberet potestatẽ in ecclesia, diceretur iurisdictionẽ maiorẽ habere, quod est & falsum, imò inter errores Iohannis Hus & Witcleff cõdemnatũ. Septimò arguitur sic. Ex tota scriptura sancta nõ potest hoc haberi, q̃ vniuersali ecclesiæ in communi siue in omnibus membris eius simul sit data plenitudo potestatis, sed magis contrarium. ergo hoc non videtur asserendũ. Consequentia patet: quoniam vt ait Hieronymus, quod de sacra scriptura firmitatẽ non habet, eadem facilitate contemnitur qua probatur. Antecedens patet: quoniã si aliqua scriptura talis esset, per aduersarios esset inducta. Quòd autem nulla earum quas inducũt faciat ad propositum positionis eorum, nos ostendemus infrà cùm ad argumẽta eorũ respondebimus. ¶ Ex his conclusioni bus sequuntur aliqua correlaria. Primum, q̃ authoritates sanctorum patrum, quæ videntur attribuere toti ecclesiæ in cõmuni potestatem clauium aut authoritate iudicij aut magisterij, non sunt accipiendæ sic, quod omnibus fidelibus, nec omnibus clericis, aut vt singulis, aut in vnum simul coniunctis vt vniuersitati talis authoritas aut potestas diuina ordinatione data sit. Patet: quoniam vt probauimus multipliciter hoc non modò falsum est, sed etiam vt videtur erroneũ, cùm contra euangelium Christi, & sanctorum patrum doctrinam videatur negare beatum Petrũ esse caput vniuersalis ecclesiæ. Videatur etiam negare principatum ecclesiasticum esse monarchicum. Item videatur negare principatum ecclesię esse hierarchicè dispositum, & Roma. pont. potestatis plenitudinem habere. Quod etiam sit positio illa quasi impossibilis, partim ostendimus suprà, & infrà in responsione argumentorum clariùs videbitur. ¶ Secundum correlarium est, q̃ authoritates sacræ scripturæ & sanctorum, quas aduersarij inducunt, intelligentes modo præfato peruersè, & aliter quàm spiritus sanctus efflagitat, illas interpretari videntur: patet ex dictis, & plenius ex dicendis in responsione ad argumenta. ¶ Tertium correlarium est: q̃ falsum est, quòd aduersarij in secunda parte conclusionis eorum dicunt, videlicet, q̃ potestatis plenitudo principaliùs sit in ecclesia vniuersali, quàm in summo pontifice. Patet. Tum ex dictis. Tum sic. Potestatis plenitudo clauium non est in vniuersali ecclesia ad intellectum eorum, vt probatum est, ergo nec est in ea principaliter, nec minùs principaliter ad intellectũ eorum: videlicet in omnibus membris ecclesiæ simul. Præterea falsitas illius manifestissima patet ex forma absolutionis, qua sacerdos quilibet vtitur in ecclesia in absolutione sacramentali. ait enim sic. Authoritate omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli. non autem dicit authoritate ecclesiæ vniuersalis. & tamen fiendum necessario esset, si potestas clauium esset principaliùs in vniuersali ecclesia ad intellectum aduersariorum, quàm in Petro siue eius successore. Et hęc de primo principali. ¶ Circa secundum, in quo impugnãda est responsio aduersariorum, quam dant ad authoritates sanctorum patrum dicentium, quòd solus Romanus pontifex vocatus sit in plenitudinem potestatis, aut quòd nulli alteri sit data plenitudo potestatis à Christo, est sciendum, quod responsio eorum stat in hoc, quod per ly solus, non fiat exclusio communitatis ecclesiæ, sed particularium personarum siue singulorum membrorum de ecclesia. Et similiter quòd cùm dicitur, quòd nulli nisi Petro sit data plenitudo potestatis, ly nulli, distribuat pro singulis

Primũ correla.

Secundum.

Tertium.

Circa secundum principale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gulis particularibus,nō aūt pro cōmunitate. Sed q̄ ista resp̄sio nulla sit & sit cōtraria mē tibus sanctorū patrū, quorū authoritates inductę sunt,patet. Tū primò:quia p̄supponit, q̄ potestatis clauiū plenitudo posit esse subiectiuè& formaliter ac dispēsatiuè in ipsa vniuersali ecclesia siue in omnibus membris eius simul:quod superius est improbatū sufficienter. Tū secundò:quia doctores p̄fati dicētes soli Petro datam esse plenitudinē potestatis,ponūt ecclesiæ principatū esse monarchicū iuxta euangeliū Christi. De ratione autē principatus monarchici vt sæpe est repetitū,est q̄ plenitudo potestatis relideat apud vnum scilicet principē,& non apud omnes. Tū tertiò,quia p̄fati doctores ponūt, q̄ Petrus sit princeps,pastor,& caput totius ecclesiæ vniuersalis,cum quibus non potest stare, q̄ in ipsa vniuersali ecclesia,cui ipse p̄sidet, sit eadē plenitudo potestatis cū eo: & maxime cum additione ista & principalius quàm in eo. Vnde sanctissimus Leo Papa in cap. ita dominus. dist. 19. apertissima luce dicit, q̄ ita dominus huiusmodi muneris sacramentū ad omnium apostolorū officiū pertinere voluit, vt in beatissimo Petro Apostorū omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi à quodā capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. hæc ille. Ergo ex intētione illorū patrū est, q̄ per ly solus,& per ly nullus,non solùm excluduntur alij particulares,sed etiā ipsa cōmunitas ad intellectū aduersariorum. Et ita patet, q̄ resp̄sio aduersariorum nulla sit.

¶In quo datur vera intelligentia huius quod à sanctis patribus dicitur, quòd ecclesiæ vniuersali sint claues datæ. Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ vniuersali quomodo claues datæ dicantur, sanctorum patrum dictis ostenditur.*

Mprobata sufficienter prout nobis visum est aduersariorū intelligentia huius quod dicitur, quòd vniuersali ecclesiæ claues date sint, iam restat explicare quæ sit vera intelligentia huius. Pro quo notandum, quòd huius p̄positionis, Ecclesiæ vniuersali datæ sunt claues, triplex potest esse intellectus. Vnus est, q̄ claues datæ sint ecclesię in singulis suis mēbris diuisim. Et iste intellectus est falsus,& erroneus,& iam cōdemnatus inter errores Valdensium, qui dicebāt singulos bonos homines habere claues siue potestatē absoluendi & ligandi. Secundus est, quòd vniuersali ecclesię in omnibus membris suis cōiunctim siue simul datæ sint claues, sicut dicitur de principatu politico, in quo potestas siue principatus dicitur esse apud communitatem. Sed iste intellectus, qui videtur esse aduersariorum, iam est improbatus non modò tanquam falsus, sed etiam quodammodo impossibilis. Nam ostēsum est clarissimè, quòd sit impossibile, q̄ alicui communitati siue cōgregationi fidelium simul siue omnium clericorum, siue etiam omnium sacerdotum collegio conueniat habere claues regni cælorū, quibus peccatorum sit remissio: quoniā ostēsum est nullam communitatem vt sic posse esse subiectū talis potestatis. Item ostensum est, q̄ nec communitati vniuersalis ecclesiæ, siue vniuersitati omnium clericorum, nec omnium sacerdotum collegio vt communitati, siue simul in omnibus membris datæ sint claues iurisdictionis,& minùs plenitudo potestatis. Tertius intellectus est, quòd vniuersali ecclesiæ datæ sint claues, non omnibus mēbris eius, sed in aliquibus membris eius tantùm, & plenitudo potestatis data sit illi in vno mēbro tantùm, scilicet principali, quod est caput in corpore: quod est Romanus pōtifex. Et iste est verus & catholicus sensus, & quem habent sancti doctores, cùm dicunt claues datas esse vniuersali ecclesiæ. Vnde de potestate ligandi & soluendi à peccatis dicit beatus Ambrosius libro de pœnitētia. quòd ius ligandi & soluendi solis sacerdotibus est permissum. Et beatus Hierony. & habetur in gloss. Matthæi. 16. quòd datæ sunt claues omni ecclesiæ in episcopis & presbyteris. De potestatis verò plenitudine dicunt sancti doctores, quos supra induximus, quòd soli Petro data sit, & in eo Romano pontifici eius successori. ¶Pro cuius intellectus pleniori notitia est sciendum, quòd potestas clauium, vt colligitur ex Apostolo. tam. 1. ad Corinthios. 4. quàm ad Ephe. 4. ponitur inter gratias gratis datas, quas Christus dedit corpori ecclesiæ. vnde ait. Dedit quosdam pastores. &c. gratiæ autem gratis datæ non sunt ita datæ cōrpori ecclesiæ, quòd omnibus ecclesiæ membris sint distributæ, sed qui busdam tantùm aliquę, & alijs aliq̄. vnde ait

1.Cor. 12. Apostolus. Diuisiones gratiarum sunt: idem autem spiritus. vbi dicit gl. gratias hic appellat diuersos gradus & ordines, qui sunt in officijs ecclesiæ. Et infrà inquit Apostolus. Posuit quidem Deus quosdā in ecclesia primùm apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, & exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nunquid enim omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes habent gratiam curationū? nunquid omnes linguis loquūtur? nunquid omnes interpretantur? Hæc Apostolus. q. d. non. Et ad Ro. 12. postquā dixit: multi vnum corpus sumus in Christo singuli autē alter alterius mēbra. Sequitur. Habētes donationes secūdùm gratiā quæ data est nobis differētes, siue prophetia secūdùm rationem fidei, siue ministeriū. gl. ecclesiasticum. habentes in ministrando. gl. assidue: siue qui docet in doctrina. &c. Ex quibus verbis Apostoli manifestū habetur. Primò q̄ huiusmodi gratiæ nō infundūtur nec sunt singulis membris ecclesię corporis communes. Secundò, q̄ huiusmodi gratię infunduntur singularibus membris corporis particulatim, nō autē vniuersitati, aut cōmunitati membrorū. Nullus enim doctus ignorat, q̄ talium gratiarum subiectum capax esse non potest ipsa communitas. Præterea notandum est, q̄ propter vnitatem ipsorū mēbrorum in ipso corpore ecclesiæ ipsum corpus ecclesiæ dicitur sæpe recipere, habere, & exercere, siue operari quæ officialia membra sua, vel aliquod etiam vnum membrorum recipit, habet, aut operatur: licèt illud tale conuenire non possit toti vniuersitati membrorum, nec etiam propriè veraciter posset dici de ea, sed tantùm per figuram Synecdochē, denominando totum à parte. Sicut etiam in corpore naturali hominis exēplū est manifestum: homo crispus dicitur vel caluus, licèt caluities & crispitudo vni tantùm membro hominis, scilicet capiti insint. ita similiter reperitur in corporibus per similitudinem dictis. plura nanque attribuuntur vni populo, licèt toti nō cōueniant, sed tantùm aliquibus illius populi. Vnde gl. ordinaria super illud Apli primę ad Cor. 10. Sedit populus mā ducare. dicit sic. Populus. i. quidam de populo, totum pro parte ponit. Sic in proposito propter vnitatem in corpore ecclesiæ multa quæ quibusdam tantùm conueniunt, attribuūtur ipsi toti corpori ecclesiæ, ut potestas ministerialis clauium ligandi & soluēdi à peccatis, quę solis sacerdotibus cōuenit, & in quibus subiectiuè & dispensatiuè esse potest, dicitur ecclesiæ data, cuius membra sunt ipsi sacerdotes. Vnde Ambro. vbi suprà. Ius ligandi & soluendi habet ecclesia, quæ veros habet sacerdotes: & similiter de alijs actibus. Vnde Archidiacon⁹ super illud. Ecclesię charitas. de cons. di. 4. dicit. Ecclesia dicitur facere quod eius ministri faciūt secundùm institutā: puta paruulos baptismo offerre, baptizare, peccata dimittere. hęc ille. Propter præfatam etiam vnitatem corporis mystici non solùm dicitur ecclesia habere illud quod singulariter prælati in ecclesia habent, sicut claues & plenitudinē potestatis, quā solus Papa habet, sed etiā q̄ Christ⁹ principale ipsius ecclesię caput habet. Vnde beatus Aug. tractās illud Apo. 2. Qui vicerit, & seruat opera mea vsq; in finē, dabo potestatē ei super gētes, & reget eos in virga ferrea, & vt vas figuli comminuētur, sicut & ego accepi à patre meo, dicit. Sic in Christo habet ecclesia hanc potestatē, sicut dicit Apostolis. cū illo omnia nobis donauit. Vbi cōsiderandū multū vtiliter venit ad vitādos multos errores, q̄ cū aliqua legantur attributa ecclesiæ, est aduertendū respectu quorū, vel respectu cuius illa talia attribuantur ei, cùm nō omnia omnibus cōueniant, sed quędam quibusdam, quędā alijs, & quędam vnialiàs faciliter quis posset errare. Cuius cōsiderationis defectus videtur nobis q̄ fuerit causa aduersarijs multorū errorum. Vnde valde cōueniēter venit in hoc loco notāda illa regula quæ ponitur in glo. psal. 17. quę originaliter est beati Augu. dicētis. Attēde regulam vnitatis capitis & corporis: quasi enim vna persona est caput & corpus. adeoque vna voce vtitur caput cum membris: licèt ea quæ dicuntur, ad diuersa referantur. ¶Quædam enim soli capiti conueniunt: quędam solis membris: quædam capiti & membris. Item quæ membris cōueniūt, quędā præteritis, quędā præsentibus, quędā futuris, quædā perfectis, quędā imperfectis cōueniunt: & tamen in tanta diuersitate vna vox est, & quasi vna persona loqui videtur. hæc gloss. Ex quibus omnibus manifestè patet qualiter intelligendæ veniant omnes authoritatet sanctorum, dicentes, quòd ecclesiæ catholicæ datæ sunt claues: quia non quidem in ipsa tota communitate, siue multitudine mēbrorū: sed in aliquibus tantùm. s. in principalib⁹. s. in episcopis & pbyteris: vt ait. Hier.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in istis vt singularibus non vt collegio: quoniam sicut apertissimè monstratum est, in communitate, siue vniuersitate nō potest esse subiectiuè nec dispensatiuè potestas ligādi & soluendi à peccatis: de qua authoritates sanctorum maximè loquuntur, vt patet ex ipsa litera.

¶In quo respondetur ad rationes fundatas in prima suppositione. Cap. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Petro quædam dicta ecclesiæ communitati conuenire non posse, ostenditur.*

Aggrediēs quartū principale nostrum. c. 71.

EXposita veritate intelligentię, sub qua accipiendæ sunt authoritates sanctorum patrum, dicentes claues esse datas ecclesiæ vniuersali: iā restat respōdere ad obiecta aduersariorum, & iuxta numerum suppositionū illarum, quibus veluti fundamentis vsi sunt arguendo, tot capitula subiungemus, respondēdo rationibus eorum. ¶In primis ergo respō-
Ad primam suppositionem positā supra. c. 70 dentes ad primum præsuppositum dicimus, q̄ falsum est quod dicunt, videlicet, q̄ omnia dicta Petro & Apostolis trahenda sunt ad ecclesiam ad intellectum quem aduersarij prætendunt, videlicet, q̄ conueniant communitati ecclesię: quoniam multa sunt quæ dicta sunt à Christo Petro & Apostolis, quæ nullo modo cōuenire possunt ipsi cōmunitati ecclesiæ, nec etiam singulis fidelibus. Nō enim potest vniuersali ecclesiæ aut alijs fidelibus cōuenire illud, quod Christus ait Petro Mat. 16. Beatus es Simō Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit. &c. vt est manifestū. Item nec potest trahi ad ecclesiā illud Luc. 21. Tu conuersus confirma fratres tuos. &c. Itē nec illud Iohan. vlt. potest trahi ad ecclesiam. Simon Ioh. pasce oues meas. &c. ecclesia enim grex est, non pastor. Item nec potest referri ad ecclesiam illud Matthæi. 5. quod dictum est Apostolis. Vos estis sal terræ: quod. &c. vbi, vt inquit Hilarius, & habetur in glo. cōti. apostolorum designatur officium. Vnde gl. ait. Sunt Apostoli sal terræ. i. hominum terrenorum, qui amando terram, terra vocantur. & Hiero. Sal dicuntur Apostoli: quia per illos vniuersum hominum conditur genus. Item nec potest referri ad ecclesiā illud Mat. 19. Amen dico vobis, vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israël. vbi licèt, vt dicit Augu. 20. de ciui. Dei. per numerū duodenarium significetur vniuersa multitudo iudicantium: huiusmodi tamen nō sunt omnes fideles: sed vt idem Augusti. dicit, illi intelliguntur, qui propter euangelium sua omnia diuiserunt, & secuti sunt Christum. Item nec potest referri ad vniuersam ecclesiam illud: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. vt patet. Item nec illud potest conuenire communitati ecclesiæ Lucæ. 22. Hoc facite in meam commemorationē. per quod verbum Apostoli dicuntur effecti sacerdotes. Item nec potest toti communitati ecclesiæ conuenire illud Ioh. 20. c. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. quoniam sicut suprà sufficienter ostēsum est, potestas ligandi & soluendi à peccatis nec omnibus fidelibus, nec ipsi communitati ecclesię modo prædicto data est. Item nec illud Matth. 18. Quæcunq; alligaueritis. &c. quoniā potestas hæc non data est ecclesiæ in omnibus membris eius: sed vt inquit gl. in episcopis & presbyteris. & ita non potest referri ad ipsam cōmunitatem ecclesiæ modo prædicto. Item nec potest ad communitatem ecclesiæ referri illud Matth. vltimo. Euntes docete omnes gentes. &c. Clarissimum autem est, quòd officium docendi & baptizandi non committitur toti ecclesiæ, nec isti sunt actus, qui omnibus fidelibus conueniant. Item nec illud Iohan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Licèt enim hoc Apostolis dictum sit & successoribus, qui dicuntur fungi legatione Christi, derisorium tamen videretur ad communitatem ecclesiæ esse hoc referendū, ita quòd Christus vniuersalem ecclesiam miserit ad pęrdicandum. & sic de multis alijs. In sequenti verò. capit. ostendetur hoc idem de eis quæ dicta specialiter leguntur Petro. ¶Patet ergo falsitas suppositionis aduersariorū, dicentium, quòd omnia quæ dicta sunt Apostolis, referenda sint ad ecclesiam tanquam toti communitati conuenientia. Et ad probationem primam quando dicitur, quòd quæ dicta sunt Apostolis oportet intelligere de successoribus, concedimus hoc, maximè de pertinentibus vel ad officium apostolatus, vel ad doctrinam veritatis, vel ad tolerantiam passionum. Quod verò dicunt consequēter,

Ad probationem primam. 1

consequenter, q̄ illud: Ego autem sum vobiscum vsque ad consummationem seculi. promissum esse vniuersæ ecclesiæ nullus ambigat, concedimus: sed ex hoc non sequitur, q̄ ea quæ dicta sunt Apostolis pertinentia ad potestatem siue ad officium apostolicū sint cōmunia ipsi toti cōmunitati, siue vniuersitati ecclesiæ, siue omnibus fidelibus simul iunctis. *Ad secūdā.* ¶Ad secundam probationem, cùm dicitur, quòd ea quæ dicta sunt Petro, non habēt illustrem intellectum *nisi* cùm referantur ad ecclesiam. respondetur quòd hoc non est sic accipiendum, quòd talia dicta Petro ad authoritatem siue potestatem clauium spectantia ipsi communitati ecclesiæ conueniant in communi, vt aduersarij prætendunt: quia vt suprà ostendimus, hoc non est possibile: sed intelligendum est sic, quòd illa, quæ dicta sunt Petro importantia authoritatē aut potestatem non habent illustrem intellectum, nisi etiam ad eius successores per totum ecclesiæ decursum referantur. & hoc verissimum *Ad rationē.* esse suprà ostendimus. Ex quibus patet, q̄ ratio aduersariorū, quæ fundabatur super suppositione prædictā, nulla sit, cùm falso fundamento innitatur.

¶In quo ponitur respōsio ad rationes fundatas in secūda suppositione. Cap. LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Petro omnia dicta importantia, aut designantia authoritatem, siue potestatem, quòd alijs Apostolis, & in illis toti ecclesiæ non sine dicta, ostenditur.*

EVacuatis argumentis aduersariorū fundatis in suppositione prima, respōdemus ad ea, quæ super secūda suppositione fundantur. In primis dici-
Ad secundā suppositionem positā supra. c. 70 mus, quòd suppositio ipsa secunda, in qua aduersarij dicunt, quòd omnia dicta Petro importantia aut designantia authoritatem siue potestatem sint etiam dicta
1 alijs Apostolis, & in illis toti ecclesiæ, falsa sit. vt patet exemplariter de multis. Et primò de illa, quę ponitur Ioh. 1. Tu vocaberis cephas, quod secundùm sanctos Anacletum & Isidorum caput sonat. manifestum est autē, quòd hoc nec alijs Apostolis, nec ipsi toti ecclesiæ dictum est. Item nec illud Mat. 16. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cęlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. hoc autem soli Petro dictum est, & non alijs Apostolis, nec ipsi communitati ecclesię, quæ super petram, aut Petri confessionem fundari dicitur. vnde beatus Chryso. ait. Vide qualiter Christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligentiam, hæc enim ei promittit se daturum, quę sunt propria Dei solius, scilicet peccata soluere, & ecclesiam immutabilē facere inter tot persecutionum & tentationū procellas. Item beatus Augustinus in sermone quodam Apostolorum Petri & Pauli ita propositum nostrum apertissimè confirmat dicens. Hic est Petrus in illa cælestium discipulorū schola pręcipuus ac primus idoneus, qui verba vitę ex Christi ore susċipiens, interpres legis, assertor gratiæ, destructor synagogę, ecclesiæ reparator: & ideo solus inter Apostolos meruit audire: Amen dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram. &c. Quod verò aduersarij dicunt, q̄ Petrus pro omnibus respondit: dicitur, quod verum est. Quoniam, vt ait beatus Ambrosius, licèt cæteri Apostoli siluerunt, Petrus tamen respondit pro omnibus. Vnde Chrysostomus super Matthæum ita inquit. Quando verò dominus de plebis opinione interrogat, omnes respondent: sed de omnibus discipulis interrogatus Petrus, tanquam os Apostolorum, & caput pro omnibus respondet. Vnde sequitur. Et respondens Simon Petrus. &c. Quod verò aduersarij subiungunt, quod non solùm pro se, sed etiam pro alijs dictum sit Petro: Tibi dabo claues regni cælorum. respondetur, quòd hoc est verū, sed differenter: quia Petro datæ sunt seu promissæ claues immediatè, & in plenitudine, siue in excellentia: alijs verò mediante Petro, siue in ordine ad eum, & iuxta mensuram dispensationis fiēdæ per eum. Sicut enim principalior fuit in confessione, ita principalior fuit in remuneratione. Licèt enim receperit pro omnibus, nihilominus etiam præ omnibus. Vnde gloss. super hunc locum ita inquit. Quia præ cæteris confessus est, præ cæteris collatis clauibus donatus est. Hoc etiam manifestè patet ex dictis sanctorum, quæ inducunt pro se, si non truncatè (vt moris est eorum) sed integrè recitentur. Patet de Leone Papa, qui in sermone tertio consecrationis suæ ita loquitur. Primus est in confessione domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini,qui primus est in apostolica dignitate:propter quod dicitur beatissimo Petro:Tibi dabo claues regni cælorum. &c. transiuit quidē in alios Apostolos ius potestatis istius, & ad omnes ecclesiæ principes decreti huiusmodi constitutio commeauit: sed nō frustra vni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim hoc singulariter creditur: quia cunctis ecclesiæ rectoribus Petri forma præponitur. hæc ibi. Item patet de Rabano, quem inducunt, si integrè ducatur in mediū: ait enim, vt in gl. conti. habetur. Hæc autem potestas ligandi & soluendi quanuis soli Petro videatur data à domino, tamen cæteris Apostolis datur, necnon nunc in episcopis & presbyteris omni ecclesię: sed ideo Petrus specialiter claues regni cælorum & principatum iudiciariæ potestatis accepit, vt omnes per orbem intelligant, quòd quicūq; ab vnitate fidei, vel societate eius quomodolibet se ipsos segregant, tales nec vinculis peccatorū absolui, nec ianuā regni cælestis ingredi possunt. Ecce q̄ dicta sanctorum inducta per aduersarios, cùm integre deducuntur in mediū, manifestè confirmant propositum nostrū, videlicet q̄ singulariter & specialiter Petro dictum sit: Tibi dabo claues regni cælorum. Quod etiam apertissimè ostenditur ex eo, q̄ solus inter Apostolos cum clauibus depingitur. Item de solo eo cantat ecclesia. Deus qui beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni cælestis ligandi & absoluendi pontificiū tradidisti. &c. Præterea q̄ suppositio aduersariorum, videlicet, q̄ dicta Petro importantia potestatem sint etiam dicta aliis Apostolis, & in illis toti ecclesiæ sit falsissimū, patet de illo, quod Christus ait Petro: Simon Iohānis diligis me plus his? pasce oues meas. Planissimum est autem, quòd ista verba soli Petro dicunt. Quod etiā manifestè sancti patres attestantur. vnde beatus Chyrsostomus super Iohan. tractās verbum hoc, ita inquit. Alios præteriens & transcurrens, huic de talibus loquitur: eximius Apostolorum erat Petrus, & os discipulorum, & vertex collegij. hæc Chryso. Ecce clarissimum testimonium, quòd soli Petro illud dictum fuerit à Christo. Præterea beatus Bernardus hoc idem testatur sic ad Eugenium libro. 2. de consideratione. scribens. Tu es, cui traditæ sunt claues regni cælorū: cui oues creditæ sunt. Sūt quidem & alij cæli ianitores, & gregum pastores: sed tu tantò glorioſiùs, quantò & differētiùs vtrūque præ cæteris nomen hęreditasti: habent alij assignatos greges, singuli singulos: tibi vniuersi crediti sunt: vnus vni nō modò ouium, sed & pastorum: tu vnus omniū pastor. Vnde id probē, quæris? ex verbo domini. Cui enim, nō dico episcoporū, sed etiā Apl̄orū sic absolutè & indistinctè totæ cōmissæ sunt oues? Si me (inquit) amas, pasce oues meas. &c. Quod verò aduersarij inducūt de beato Augu. libro de agone christiano, quòd ecclesiæ claues datæ sunt, cū Petro datæ sunt: dicimus quòd verum est, sed vt diximus suprà, & habetur in glo. Matt. 16. in episcopis & presbyteris, non autem in tota cōmunitate ecclesiæ. Et similiter id quod consequenter dicit Augustinus, quod cùm Petro dicitur ad omnes dicitur: Amas me, pasce oues meas. non est intelligendum, quòd tūc per se & immediatè ad omnes Apostolos Christus direxerit verbum illud, cum dicat beatus Chryso. vt visum est, quòd alios Apostolos præteriens Christus Petro fuerit locutus. Et dicit beatus Bernardus, quòd nulli Apostolorum quàm Petro ita absolutè & indistinctè oues commisit. Tum, quia si Christus omnibus Apostolis illud dixisset, tunc plures pastores vniuersalis ecclesiæ cōstituisset, contra illud Iohan. 10. Erit vnum ouile & vnus pastor. Præterea derisorium esset, quòd verbum illud intelligatur referri ad omnes fideles, cùm constet nō omnes positos esse pastores. Inquit enim Apostolus ad Ephe. 4. Quosdam posuit pastores, quosdā dixit, non dixit omnes. Nec etiam potest referri ad totam communitatem fidelium, sicut suprà ostendimus: ipsa enim non pastor, sed grex domini dicitur, cuius cura Petro commissa est, vt inquit Gregorius. Sed Augustini dictum est sic accipiendum iuxta eiusdem sancti doctoris sentētiā, q̄ illud, quod tūc soli Petro dictum est in persona propria, dictum sit etiam in figura omnium aliorum Apostolorum & futurorum prælatorum, quibus datas claues esse dicebat in ecclesia: secundùm proportionem tamen sollicitudinis, ad quam vocādi essent per Petrum. Vnde idem Augustinus in sermone quodam Apostolorum Petri & Pauli, qui incipit: Apostolum Petrum primum omnium Apostolorum. &c. tractās illud verbum Iohan. vlti. Petre amas me, pasce oues meas. dicit sic. Per singula dicebat Petro dominus Iesus dicenti: Amo te: pasce agnos meos: pasce ouiculas meas: in Petro figurabatur vnitas omnium pastorum. Hoc etiam vult dicere beatus Ambrosius in principio pastoralis, cùm ait: quòd oues non solùm tunc suscepit Petrus, sed nobiscum eas suscepit

suscepit, & nos cum eo. loquitur de pastoribus, cuiusmodi erat ipse Ambrosius. vnde liber ille pastoralis dicitur. Cùm enim Christo fuerit cura de ouibus suis non solùm pro tēpore Petri, sed etiam pro toto discursu temporis vsque ad finem seculi, certum est, quòd cùm Petro commiserit oues suas, in eo etiam omnibus alijs eius successoribus & prælatis in partem sollicitudinis suę euocandis intelligitur commisisse: & per consequens verum est, q̄ Petrus cùm oues pascendas suscepit, cùm alijs, & alij cum eo suscepisse dicuntur: sed cum hoc stat, q̄ Petrus pro tempore suo oues Christi vniuersas solus ipse absolutè & &indistinctè, sicut ait beat⁹ Bernardus, pascēdas susceperit. Cęterum, quòd suppositio prę
Luc. 22. fata aduersariorū etiam falsa sit, patet in eo, quod dictū est Petro à Christo: Tum aliquādo conuersus, confirma fratres tuos. hoc autem soli Petro dictum est, non alijs Apostolis, vt est manifestum ex ipsa litera: & tamen in hoc plurimum authoritatis datum est Petro. quod patet ex illo beati Ambro. in cap. fidelior. distinctio. 50. Fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit, ac ideo maiorem gratiam reperit, vt qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: vt qui se interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret. hæc Ambrosius. Ampliùs quòd falsa sit suppositio præfata aduersariorum, patet in eo, quod Petro legitur dictum Luc. quinto. Duc in altum. Quod autem hoc non sit dictum Apostolis, sed soli Petro, expresè gl. testatur ita dicens. Vnde etsi alijs imperatur vt laxent retia, soli Petro dicitur, duc in altū, id est in profundum disputationum. Et idem testatur beatus Ambrosius in capit. est aliud. 24. quæstio. 1. Ex quibus manifestè patet falsitas suppositionis præfatæ aduersariorum, & per consequens rationes in eadem fundatas nullius esse roboris vel momenti.

¶In quo respondetur ad rationes fundatas in suppositione tertia: vbi de multiplici modo, quo aliquid dicitur figurare, aut representare personam alterius, etiam habetur. Cap. LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Petro dicta designantia authoritatem aliquam aut potestatem quod sint ei in figura ecclesiæ dicta, quomodo illud sit intelligendum, ostenditur.*

2 *Errores duo principales & pernitiosissimi circa claues ecclesiæ notantur.*

Respon. ad tertiā suppositionem posta. c. 70

CEterùm vidēdum venit, quid veritatis habeat suppositio tertia aduersariorum, dicentium, q̄ dicta Petro designantia authoritatē aut potestatē aliquam, sint ei dicta in figura ecclesiæ. Et quoniam hæc suppositio potest esse vera in vno sensu, & in alio sensu nō modò falsa, sed etiam erronea, & hæretica, opus est discernere, in quo sensu vera sit, & in quo non. Pro quo notādum, q̄ multipliciter reperitur aliquis figurare aut representare personā alterius. Vno modo similitudine aut identitate eiusdem naturæ. Hoc modo filius dicitur figura patris. filius enim, vt ait Chrysostomus super Matthæ. dicitur q̄ sit vt ille scilicet pater. & ideo dicitur Ecclesiastici. 30. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit post se. vbi glos. interli. dicit. Qui eum dictis & factis representat. De filio etiā Dei dicitur ad Hebræos primo. Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. gl. id est patris. Secundo modo dicitur aliquid figurare aliud conuenientia aut similitudine alicuius proprietatis. sicut dicit Augustinus super psal. 130. tractans illud. Potabunt omnes bestiæ agri, id est gentes, quæ figura bestiarum intelliguntur, vt patet ex arca Noë, in qua omnes bestiæ fuerunt, quæ figurat ecclesiam, in cuius compaginis vnitate omnes gentes colliguntur. hæc Augustinus. Ecce q̄ bestias, gentes, & arcam ecclesiam figurasse dicit. Hoc modo figurationis multa in sacra scriptura & in dictis sanctorum reperimus figurare, siue significare. sicut Genes. 20. habet glos. quòd Abraham in multis significauit Christum, & Sara ecclesiam. Et hoc modo vnum & idem potest plura significare diuersis respectibus. Tertio modo dicitur aliquis figurare, siue representare alium, cuius scilicet potestate siue authoritate aliquid facit: sicut ministri in ecclesia dicuntur representare siue figurare Christum, cuius authoritate funguntur. Hinc Apostolus inquit. Pro Christo legatione fungimur. 2. Cor. 5. & Si quid donaui, in persona Christi donaui. dici- 2. Colos. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui. dicitur enim de pœniten. dist. 3. §. si quem. Quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam in ecclesia gerit. Hoc modo representationis dicitur vicarius representare episcopum, legatus Papam, cuius vices gerit. vt in capit. sanè. de offic. delega. & ita Papa Christum in tantum, vt dicit Hostien. in cap. quãto. extra de transla. præla. q̃ Papæ & Christi idem dicatur esse consistorium. Et idem satis apertè colligitur ex illo quod ait Origenes, & inducitur in gloss. conti. super Matthæũ. 16. capit. Vide quantam potestatem habeat petra, super quã fundat ecclesia, vt eius iudicia maneãt firma, quasi Deo iudicãte per eã. Hoc autem modo representationis siue figurationis non potest dici sine errore, q̃ Petrus significauerit ecclesiam: quoniam ipse cùm non ab ecclesia potestatem acceperit, sed à Christo immediatè, vt suprà monstratum est, & habetur in ca. sacrosanctã. distinctione 22. non ecclesiæ sed Christi vices gerit: & nõ ecclesiæ, sed Christi legatione fungitur: non ecclesiæ, sed Christi vicarius est, sicut cuius authoritate fungitur. Et ideo hoc modo figurationis non ecclesiæ, sed Christi in ecclesia Romanus pontifex representat personã. Quarto modo dicitur quis alium representare, cuius nomine aliquid accipit aut agit: sicut procurator in contrahendo matrimonium per verba de præsenti representat personam domini cuius nomine contrahit. vt in capit. vlt. de procura. lib. 6. vnde is dicitur agere, cuius nomine agitur. Item canonicus dicitur representare personam canonici, quæ interesse non potuit in causa electionis, & sibi commisit vicem suam in eligendo. In quo casu iste poterit eligere vnum ex persona sua, & alium ex persona mandantis, quam representat. Hoc autem modo representationis aut figurationis non potest dici sine graui errore, quòd beatus Petrus quando claues accepit, ecclesiam sanctam significauit: quo tamen errore multi aduersariorum inuoluuntur. Illud tamen patet manifestè ex eo: quia cùm qui procuratorio solùm nomine agit, aut accipit, nihil authoritatis aut dignitatis sibi acquirat, sed tantùm illius, cuius nomine aut accipit, vel agit: sequeretur quòd beatus Petrus ex collatione clauium sibi facta non solùm præ cæteris Apostolis nihil habuisset authoritatis, sed quòd nullum penitus ius potestatis sibi esset acquisitum, sed tantùm ecclesiæ, quam figurasse dicitur. Item nec ex collatione clauium aliquod dignitatis nomen, vt quòd esset caput ecclesiæ, aut princeps ac pastor, siue Papa esset sibi acquisitum, sed tantùm ecclesiæ, cuius nomine dicitur claues accepisse. Quæ omnia esse hæretica manifestum est, cùm sint contra sacram scripturam expresè, & fidem sanctorum patrum, ac sacras cononum diffinitiones, sicut ex superioribus patet. Quintò dicitur aliquid aliud figurare, quod non habet veritatem illius, sed similitudinem solam, sicut dicitur quòd agnus paschalis & manna fuerũt figura corporis Christi, vt inquit Apostolus. 1. Cor. 11. Et multa alia, quæ in veteri testamento figura fuerunt eorum, quę in nouo per Christum sunt adimpleta. secundùm illud. Hæc omnia 1. Cor. 10. in figura contingebant illis. Hoc autem modo figurationis dici non potest sine errore maximo, quòd beatus Petrus claues susceperit in figura. Quia cùm figura distinguatur hoc modo contra veritatem, sicut vmbra contra corpus, sequeretur ex illo, quòd Petrus non verè, sed figuraliter claues recepisset. Quod non modò falsum est, sed etiam hæreticum, cùm manifestè sit contra illud Tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris. &c. Matth. 16. Sextò dicitur aliquis in receptione alicuius beneficij gratię aut authoritatis alium vel alios figurare, in quem, vel in quos deriuanda est ex intentione donantis talis gratia, aut authoritas: sicut qui à rege accipit castrum pro se & ab eo descendentibus, dicitur in receptione castri figurasse omnes ab eo descendentes. Hic autem figurationis aut representationis modus cõuenit beato Petro in clauium receptione. Nam cùm dominus, vt suprà dictum est, claues quas Petro dedit, voluerit in ecclesia vsque in finem seculi permanere: manifestum est, quòd Petrus nõ tantùm pro se, sed etiam pro omnibus, in quos esset deriuanda clauiũ potestas claues accepit. Vnde beatus Ambrosius dicit, quòd omnes sacerdotes in Petro claues susscepimus. & Augustinus in sermone, quòd in vno Petro figurabatur vnitas omnium pastorum. Hoc etiam modo figurationis est intelligendum. capit. quodcunque. 24. quæstione. 1. vbi dicit Augustinus, quòd beatus Petrus quando claues accepit, ecclesiam sanctam figurauit, non quidem tamen in omnibus membris, sed vt inquit glo. videlicet in episcopis & presbyteris. Hoc etiam modo est accipiendum quod Archidiaconus super illud. capitu. quodcunque. dicit: quòd nomine & signo ecclesiæ Petrus claues accepit, quia non tantùm accepit nomine suo, sed omnium eorum, in quos perto-

per totam ecclesiæ posteritatem esset clauiũ potestas deriuanda. Septimò dicitur aliquis alium figurare siue representare, in cuius honore succedit pariter & dignitate. Hoc modo episcopi dicuntur figuram gerere Apostolorum. & presbyteri. 72. discipulorum. iuxta gloss. Lucæ. 10. & iuxta capit. in nouo. distinctio. 21. vnde successor intelligitur vna persona cum prædecessore. vt in capit. quoniam abbas. in gloss. super verbo. substitutum. de offi. delega. Hoc autem modo figurationis nullo modo dicendum est, quòd Petrus significauerit ecclesiam, sed Christum, cuius locum tenuit, & vices gessit in terris. Sic Romanus pontifex representare dicitur & Christum, cuius vicarius est, & Petrum, cui in honore & principatu succedit. Hinc beatus Bernardus ad Eugenium Papam scribẽs, inter alia dicit. Tu potestate Petrus, vnctione Christus. Octauò dicitur princeps representare prouinciam, rex regnum, caput corpus, & episcopus ecclesiam. dicuntur autem principes cõtinere populos, quibus præsunt. vnde Sapientiæ. 6. dicitur. Audite reges. glo. interli. prælati: intelligite iudices finium terræ: præbete aures vos qui continetis multitudines. vnde & beatus Augustinus libro quæstionum veteris & noui testamenti dicit de beato Petro, quòd sicut in Christo omnes erant causæ magisterij, ita post saluatorem omnes in Petro continẽtur: ipsum enim constituit caput vt pastor esset gregis dominici. hæc Augustinus. Hinc etiã dicit beatus Ambrosius, quòd nomine senioris, vnde cæteri pendent, tota domus intelligitur. Hac etiam ratione vt dicitur nono Ethicorum. Quod rector ciuitatis facit, dicitur tota ciuitas facere. Et simili ratione quod Papa facit, dicitur ecclesia facere: vt in capit. pia. extra de excepti. lib. 6. Hac etiam ratione cùm Papa & prælati maiores ecclesiæ congregantur, dicitur vniuersalis ecclesia congregari: & quę ibi stabilita sunt, vniuersali consensu dicuntur firmata; iuxta cap. sicut. distinctio. 15. Nonò aliquis dicitur alium figurare, sicut concilium ciuitatis dicitur representare totum populũ: vt senatus populum Romanum. sic habet gl. iuris ciuilis super rubrica. quæ sit lon. consue. Hoc autem modo figurationis siue representationis consistorium dominorũ cardinalium, quod est quasi senatus vniuersalis ecclesiæ. iuxta cap. ecclesia. 16. quæstio. 1. dicitur representare vniuersalem ecclesiam. Decimò dicitur aliquis representare alios, sicut capitulum personam episcopi sede vacante in omnibus casibus notatis in capit. in his. & in cap. cùm olim. de maiori. & obed. & in cap. episcopus. & in capit. vltim. Hoc modo dominorum cardinalium collegium dicitur representare Papam sede vacante in aliquibus: vt in cap. In nomine domini. distinctio. 23. & in cap. ne Romani. extra de elec. in clementi. & in casu in necessarijs, quorum expeditio sine grandi periculo expectare nõ posset creationem summi pontificis, vt notant doctores ibidem. His notatis, facilis patet respõsio ad singulas authoritates inductas per aduersarios, & ad omnes eius similes, vt patet per singulas discurrendo. ¶ Ad primam ergo, quæ est beati Augusti. super Iohan. & ponitur in capit. quodcunque. 24. quæstio. 1. dicimus, quòd huiusmodi dicti Augustini non est intelligentia quã aduersarij prętendũt, & in qua pro maiori parte fundãt somnia sua: quoniam sicut sæpe repetitum est, beatus Petrus non ita nomine aut signo ecclesiæ dicitur claues suscepisse tãquam procurator aut syndicus eius, cùm ipse præ cæteris omnibus tanquan caput plenius ea susceperit: nec etiã cùm claues suscepit significasse ecclesiam in omnibus membris eius: quia hoc est derisorium: sed tantùm in principalioribus: videlicet episcopis, & presbyteris, vt suprà commemorauimus. Sed vera & sana intelligentia illius dicti iuxta catholicam fidem hæc est: quòd data est Petro potestas clauium, nõ tantùm pro se, sed etiam vt significanti & figuranti vniuer[illegible] ecclesiæ prælatos, in quos eius potestas deriuanda esset: quemadmodũ qui suscipit à rege castrum, aut aliquam potestatem in alicuius ciuitate pro se & ab eo in recta linea descendentibus, dicitur in figura omnium talium castrum aut potestatem suscepisse. Ita in proposito quia Petrus pro se & omnibus eius successoribus legitimè intrantibus atque prælatis futuris in ecclesia claues accepit, Petrus cùm claues acceperit, dicitur ecclesiam significasse, siue nomine, aut signo ecclesiæ in principalioribus, scilicet eius membris, episcopis, & presbyteris. Quòd verò hæc sit intelligentia Augustini, colligere possumus ex multis. Primò ex ipsa litera Augu. integrè deducta. dicit enim beatus Augusti. super Iohan. sermone. 49. super illo verbo. Me autem non semper habebitis. sic intelligendum est. me autem non semper habebitis. noli expauescere, Iudæ dictum est. quare non dixit habes sed habebitis? quia non vnus est Iudas: vnus malus corpus malorum significat: quomodo Petrus corpus

Ad primam authoritatẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonorum corpus ecclesiæ. in vno corpus ecclesiæ, sed in bonis. Nam si in Petro nō esset ecclesiæ sacramentum, non ei diceret dominus: Tibi tradam claues regni cœlorū: quæcunque solueris in terra, soluta erunt in cœlo: & quæ ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlo. Si hoc Petro tantùm dictum est, non hoc facit ecclesia. Si autem & in ecclesia, fit vt quæ in terra ligantur, ligentur & in cœlo: & quæ soluuntur in terra, soluantur in cœlo: quia cùm excommunicat ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus: & cùm reconciliatur ab ecclesia, in cœlo soluitur excommunicatus. Si ergo in ecclesia fit, Petrus qñ claues accepit, ecclesiam sanctam significabat: si in Petri persona signati sunt in ecclesia boni, in Iudæ persona signati sunt in ecclesia mali: ipsis dictum est: Me aūt non semper habebitis. hæc Aug. Ex quibus manifestè colligitur, qi intentio Aug. nō sit, quam aduersarij interpretātur, sed ea quā nos explicauimus. Secūdo hoc idē patet ex eo, qp idē beatus Aug. dicit in homilia. 13. de verbis domini tractas illud. Absit à te domine ne fiat istud. vbi ita inquit. In eo quod dixit Petrus: Tu es Christus filius Dei viui. firmos significat in eo qp trepidat, & titubat, & Christū pati non vult morte timēdo, vitam non cognoscendo, infirmos ecclesiæ significat. In illo ergo vno Apostolo, id est, Petro in ordine Apostolorū primo & præcipuo, in quo figurabatur ecclesia, vtrūq; genus significādum fuit firmi & infirmi: quia sine vtroq; nō est ecclesia. hæc Aug. Ex quibus verbis clarissimè colligitur, qp Petrus significādo ecclesiam, aliquando figurabat eam quo ad aliquos tantùm, non quo ad omnes. & ita in proposito Petrus quando claues accepit, ecclesiam sanctam significauit, non quo ad omnes de ecclesia, sed quo ad aliquos tantùm, videlicet successores eius, & alios prælatos in ecclesia sancta futuros, in quos ab eo deriuanda erat ipsa clauium potestas. Tertiò quòd hæc fuerit sententia Aug. patet per Archi. qui exponens illud verbum. Si hoc tantùm Petro dictum est, ita dicit. Id est, vt eius personā non transgrediatur non hoc facit ecclesia, id est, eius authoritas. hæc ille. Planè hæc est argumentatio beati Augustini vt iste exponit: si potestas data Petro soli ei data fuisset, ita quòd eius personam non transgrederetur, protectò potestas ligandi & soluendi in ecclesia non esset: cùm ergo in ecclesia sit, quia continuè per prælatos fit ligatio & absolutio, sequitur manifestè, quòd Petrus quando claues suscepit, ecclesiam sanctā in prælatis suis significauit. Ex quibus omnibus patet, quòd authoritas illa non fauet aduersarijs. ¶ Ad secundam authoritatem, quæ est eiusdem beati Augustini. in sermone quodam Apostolorum Petri & Pauli. respondetur quòd bene intellecta, in nullo fauet aduersarijs. Nam quod in primis dicit, quòd solus Petrus vniuersalis ecclesiæ gestabat personam: verum est, quoniam cùm ipse solus inter Apostolos esset princeps & caput ordinatus à Christo totius ecclesiæ, ipsius solius erat vniuersalis ecclesiæ gestare personam: sicut suprà exposuimus in octauo modo representationis. Et ex hoc magna excellentia commendatur beati Petri, vt infrà dicetur. Quod verò consequenter dicit, quòd claues non vnus homo sed vnitas acceperit ecclesiæ: verum dicit ad hūc intellectum: quoniam Petrus non singulariter pro se tantùm claues accepit, quod designat verbum, non homo vnus, sed etiam pro omnibus futuris prælatis, intra tamen vnitatem ecclesiæ constitutis: quod designat verbum: sed vnitas accepit ecclesiæ: vt infrà plenius declarabitur. Quod verò subiungit: hinc Petri excellentia commendatur: quia ipsius vnitatis & vniuersalis ecclesiæ figuram gessit, quando ei dictum est: Tibi dabo claues regni cœlorum. quod omnibus traditum est, verum dicit ad intelligentiam datam, videlicet in successoribus, & alijs prælatis ecclesiæ. Quod autem subinfert, quòd ecclesia suscepit claues, quando dixit dominus Apostolis: Quorū remiseritis, &c. verum est ad intellectum datum: non scilicet in omnibus membris suis, sed in illis, & eorum successoribus, quibus dictum est: Quorum remiseritis peccata, &c. Clarissimum est autem, quòd illud non potest cum veritate intelligi dictum omnibus fidelibus diuisim aut communitim consideratis, sed tantùm discipulis Christi, sicut suprà plenè ostensum est. Et licèt ista sufficiant pro authoritate præfata, nihilominus pro pleniori intelligentia mentis beati Augustini in illa authoritate & similibus, est sciendum, a quòd duo errores principales circa claues ecclesiæ perniciosissimi fuerunt, quos beatus Augustinus in multis libris suis summo studio confutare & eradicare curauit. Vnus error fuit Nouatianorum, qui vt dicit Sanctus Thomas in tertia parte. q. 84. articulo. 10. negabant pœnitētiam post baptismū, dicentes nullam apud sacerdotes facultatem esse absoluendi à peccatis. Istum errorem

Ad secūdā.

tangit

tangit beatus Augustinus, & impugnat viriliter libro primo de pœni. vbi in principio. 2 c. ita dicit. Sunt quidā qui credunt vsq; in baptismū proficere, postea peccātibus cassam perseuerare. Item in principio. 3. ca. dicit sic. Adhuc sunt qui reclamant non esse peccatorum remissionem baptizatis. Ad quem errorem radicitùs eradicandum beatus Augustinus, vtpote subtilissimus argumentator, nisus est ostendere, qp nō soli personæ Petri claues datæ sint, sed in Petro etiam datæ sint toti posteritati ecclesiæ in prælatis ipsius ecclesiæ. vnde in. c. 40. præfati libri dicit sic. Scimꝰ autem & primos patres, & in omni tempore ecclesiam Dei semper vsq; septuagiessepties, quod est semper peccata dimittere: quā potestatem isti ab ecclesia auferre conantur. Cæterùm de errore istorum in fine lib. 2. de agone christiano sic dicit. Nec nos audiamus, qui negāt ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere: itaque miseri dum in Petro petram non intelligant, & nolunt credere claues regni cælorum esse datas ecclesiæ, ipsi eas de manibus amiserunt. hæc Augustt. Hoc tamen, sicut sæpe repetitum est, non est sic accipiendum, quòd ipsa vniuersalis ecclesia, quæ dicitur omnium fidelium collectio, in alijs membris quàm in sacerdotibus hanc habeat potestatem dimittendi peccata, sed ita, quòd toti posteritati ecclesiæ in sacerdotibus datæ sint claues ecclesiæ. Secundus error fuit eorum, qui in hæresi & schismate cōstitutos, & ita ab vnitate ecclesiæ diuisos dicunt ligare & absoluere posse à peccatis. Qui error est communiter omnium schismaticorum. Contra quem errorem beatus Augustinus in præfato tractatu de pœnitentia. ostendere volens necessariam esse vnitatem ecclesiæ tam ad vsum, quàm ad fructum consequendum clauium, ita inquit. Nemo pœnitere dignè potest, quem non sustineat vnitas ecclesiæ: ideoque non petat sacerdotes ab vnitate ecclesiæ diuisos. hæc ille. Ad destruendum ergo errorē primum dicentem nullam in ecclesia apud sacerdotes facultatem esse remittendi peccata, dicit Augustinus. Petrus quando suscepit claues, vniuersitatis ecclesiæ in prælatis scilicet & sacerdotibus figuram gessit. Ad excludendū verò secūdū errorē dicētē apud diuisos ab ecclesiæ vnitate claues esse ecclesiæ, dicit beatus Augustinus, qp Petrus quando claues accepit, etiam gessit figuram vnitatis ecclesiæ. Et ita patet quę fuerit intelligētia beati Augustini in dictis suis. Quòd autem illa fuerit, etiam ostenditur ex processu, quo beatus Ambrosi. vsus est in cōfutatione præfatorum errorum in libro suo de pœnitentia. vbi in capit. 2. ita dicit. Sed aiūt, scilicet Nouatiani se domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminū potestatem reseruant. Imò nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm qui eius volunt mandata rescindere, cassum munus refundere, id est euacuare. Nā ipse cùm in euāgelio suo dixerit. Accipite spiritum sanctum: & cui dimiseritis peccata dimittuntur ei: & cui retinueritis detenta sunt. quis magis hoc horreat, vtrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in vtroque obseruat obedientiam, vt peccatum & alliget & relaxet: hæresis in altero immitis, in altero inobediēs vult ligare, quod non resoluat, non vult soluere quod ligauit, in quo se suamque damnat sententiam: dominus enim par ius & soluendi esse voluit & ligandi, qui vtrunque pari ratione permisit: ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Ita istorum assertio seipsam strangulat: & quia soluendi sibi ius negant, negare debeant & ligandi: quomodo potest alterum licere & non licere alterum? Quibus vtrunque datur, vtrunq; licere manifestum est, aut vtrunque non licere certum est. Ecclesiæ autem vtrunque licet, hæresi autem vtrunque non licet: ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Rectè ergo ecclesia vtrunque vendicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet. hæc Ambrosius. Ex quibus omnibus patet tam quæ fuerit mens beati Augustini in præfatis authoritatibus, quàm quòd præfatæ authoritates nihil faciunt ad propositum aduersariorum. ¶ Ad tertiam authoritatem, quę est beati Augustini libro de vnico baptismo, patet responsio ex dictis: quoniam omnes illæ authoritates beati Augustini eandem intelligētiam habent. persuadere enim intendit duas conclusiones contra duos præfatos errores. Prima, quòd claues sint apud sacerdotes in ecclesia & esse debeant per totam posteritatem ecclesiæ vsque in finem seculi, & hoc cōtra primum errorem. Secunda conclusio sua est, quòd claues non sint apud omnes, sed tātum apud constitutos in vnitate ecclesiæ. & hoc contra secundum errorem. Istę duæ cōclusiones sequuntur ex hoc, quod dicit, quòd Apostoli quando eis dictum est: Quorum remiseritis peccata. &c. personam ecclesiæ gestabant: quia si personam ecclesiæ gestabant, tunc sequitur primò, quòd non tantùm

Ad tertiā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro seipsis,sed pro suis successoribus erat eis dictum à domino: Quorum remiseritis. &c. & sic error primus eliditur. Præterea secùdò ex hoc quòd personam gestare dicuntur ecclesiæ,quando eis dictum est: Quorum remiseritis, &c. cùm ecclesia sit vna,extra quam non est salus, sequitur necessariò, quòd claues nõ sint nisi apud in vnitate ecclesiæ constitutos: & sic destruitur secundus error. Et hoc est quod dicit, quòd cùm illis dictũ est: Quorum remiseritis,&c.idem est ac si ipsi ecclesiæ diceretur:Pax ecclesiæ dimittit peccata,&c. Et hoc est quod idem Augustinus dicit in libro de remissione peccatorum.& habetur in ca.ecclesiæ charitas.de consecra. distin.40. quòd ecclesiæ charitas dimittit peccata.Dicitur autem vnitas siue charitas ecclesiæ dimittere peccata:quia nec cõfitens consequitur fructum clauium, nec minister habet earum executionem,nisi intra vnitatem ecclesiæ fuerint ambo constituti:vt in ca.dicimus.& in.c.schisma.24.q.1. ¶ Ad quartam authoritatem Augustini super Iohan. in sermone vt dicitur cap.vlt.respondetur sicut ad superiores authoritates dictum est:quòd verum est quando Petro dictum est: Tibi dabo claues,&c.vniuersam significabat ecclesiam, ad intelligẽtiam datam superiùs,scilicet,non in omnibus eius membris, sed in principalioribus solùm,scilicet,episcopis & presbyteris. Et si dicatur,ꝙ August. dicit vniuersam significabat ecclesiam:ergo in omnibus. Respondetur,& est bene notãdum in huiusmodi authoritatibus beati August.ꝙ vniuersitas importãta nomine vniuersæ ecclesiæ,nõ est vniuersitas membrorum ecclesiæ, vt fiat distributio pro singulis membris ecclesiæ,aut pro ipsa communitate fidelium: quoniam, vt in superioribus apertissimè demonstratum est, impossibile est, ꝙ quæ Petro dicta sunt de clauibus ecclesiæ siue diuisim siue coniũctim consideratis conueniant, sed est vniuersitas locorum & successionis siue decursus ætatis ecclesiæ. Vnde est sensus, ꝙ quando Petrus claues accepit, accepisse designetur etiã pro omnibus successoribus suis, & alijs ecclesiæ prælatis: non tantùm in vno loco, aut prouincia vna, aut vno tempore, sed in vniuerso orbe,& per totam ætatem ecclesiæ, scilicet,vsque in finem seculi,& hoc est vniuersam figurare ecclesiam. & hoc modo accipit vniuersitatem glo.Matth.16.cùm ait, quod claues datæ sunt omni ecclesiæ in episcopis & presbyteris. De hoc modo vniuersalitatis loquitur idem beatus August. homilia.6.super Apoc.exponens illud. Stellæ ceciderunt in terram.ita dicens. Hoc est, stellæ ecclesiæ: sed à toto pars intelligitur.non enim tota ecclesia,sed qui mali sunt in ecclesia,ipsi cadunt de cœlo.Totam autem dixit:quia in toto orbe terrarum erit persecutio magna, & tunc qui iusti fuerint, manebunt in ecclesia tanq̃ in cælo. Hæc ille. Item super. 1. cañ. Iohan. in tractatu quarto. inquit. Totus mundus Christianus est, & totus impius: per totum enim mundum impij, & per totum mũdum pij. Ecce ꝙ totalitas ecclesiæ nõ accipitur ibi à totalitate siue vniuersitate membrorum eius,sed à totalitate locorum.Et ita in proposito nostro planè visum est nobis,ꝙ inaduertentia huius diuisionis vniuersitatis dedit occasionem magnam aduersarijs malè intelligendi multa dicta sanctorum Patrum, & maximè August. de vniuersali siue de vniuersa ecclesia loquentium.

Ad quartã.

¶In quo respondetur ad authoritates & rationes fundatas in quarta suppositione.

Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Claues quomodo toti ecclesiæ dicantur datæ,ostenditur.*

Consequenter restat videndum de suppositione quarta aduersariorum, & de authoritatibus, quas inducunt in fauorem eorum. Suppositio quarta eorum est,quòd quæ dicuntur apud sanctos doctores esse in ecclesia, aut data ecclesiæ vniuersali, intelligantur data ecclesiæ vt vniuersitati, siue in omnibus eius membris simul iunctis. Planè quòd ista suppositio non solùm est falsa, sed etiam derisoria sit,satis vnusquisq; ex supradictis intelliget:maximè vbi improbãdo aduersariorum positionem ostendimus multa fore,quæ in ecclesia esse,aut ecclesiæ data dicuntur, quæ nullo modo ipsi communitati ecclesiæ in omnibus membris suis conuenire possunt, imò illa communitati attribuere illo modo esset omnino stultum. Nam sicut in superioribus diximus,quemadmodum in corpore naturali hominis, ad cuius similitudinem ecclesia corpus nominatur, aliqua data

Ad quartã suppositionem positã. cap.70.

ta sunt corpori sic in vno membro,ꝙ non in alio membro, nec in omnibus simul:sicut visus datus est homini in oculo, auditus in aure,odoratus in naribus,ita quòd non in alijs: ita est in corpore ecclesiæ, multa data sunt ecclesiæ,sicut sunt gratiæ,quæ gratiæ gratisdatæ dicũtur,de quibus Apostolus ad Rom. 12.&.1. ad Corinth. 12. & ad Ephes.4. quas suprà commemorauimus, quæ non sunt ita corpori ecclesiæ datæ, vt omnibus membris eius simul conueniant,sed tantùm aliquibus aliquæ,& alijs aliæ. dicente eodem Apostolo. Diuisiones gratiarum sunt.vt superiùs plenè ostendimus. Falsa ergo est suppositio illa aduersariorum: nec probatio eorum est alicuius apparentiæ,cùm dicunt, quòd ecclesia sit nomen collectiuum: quia ex hoc non sequitur, quòd quicquid dicatur esse in ecclesia, aut datum ecclesiæ, ꝙ conueniat omnibus membris eius simul collectis.vnde Apostolus. Si totum corpus oculus, vbi auditus? si totum corpus auditus, vbi odoratus? Veritas ergo est,ꝙ multa sunt data ecclesiæ, aut in ecclesia esse dicuntur,aut ꝙ ecclesia illa habeat, quæ tamen non in omnibus membris simul collectis habet, sed in quibusdam tantùm. Quibus habitis dicendum est ad singulas authoritates, quæ ex aduerso inducũtur.

1. Cor. 12.

Ad primam authoritatẽ. ¶ Ad primam,quę est de.c.omnibus.24.q.1. respondetur,ꝙ verum est, quòd ecclesia claues recepit,& hoc nullus Christianus negat: sed dicitur,ꝙ non in omnibus eius membris, sed tantùm in quibusdam, scilicet, episcopis & presbyteris, sicut sæpe commemoratum est. ¶ Ad secundam, quæ est August.de doctrina Christiana.respõdetur eodem modò, concedendo ꝙ Christus dedit ecclesiæ suæ claues, vt quæ solueret in terra,&c. sed istas claues dedit sicut diximus, non in omnibus eius membris, sed in principalioribus, scilicet, episcopis & presbyteris. ¶ Ad tertiam, quæ est eiusdem August.super cañ.Iohann. respondetur eodem modo. ¶ Ad quartam, quæ est extra de sum.Trini. respondetur primò,ꝙ authoritas illa non videtur ad propositum facere: quoniam glo.super verbo,secũdum claues, exponit secundùm formam ecclesiæ.Secundò respondetur negando consequentiam: claues nominãtur ecclesiæ, ergo communitas ecclesię in se & in omnibus suis membris atq; principaliùs quàm Petrus claues habet. Ista consequentia nulla est: hoc enim commune est,quòd claues dicuntur ea stri aut ciuitatis:& tamen aperiendi facultas nec castro,nec ciuitati propriè ascribitur,sed ostiario. Sic in proposito licèt claues nominentur ecclesiæ sicut & sacramẽta:nihilominus potestas absoluẽdi à peccatis,& sacramẽta dispẽsandi solis sacerdotibus conuenit, & aliquorũ dispẽsatio solis episcopis,sicut aliàs dictũ est.Tertiò respõdetur,ꝙ claues non sic dicuntur ecclesiæ,ꝙ communitas ipsa ecclesiæ habeat in se subiectiuè formaliter & dispensatiuè illas, sicut aduersarij prætendunt: hoc autẽ modo bene fuerũt in Petro: & nũc sunt in eius successoribus, vnde sancti Petrũ nominant clauicularių & ianitorẽ regni cælestis. Verùm ꝙ claues regni cælorũ licèt solis sacerdotibus cõueniant,dicantur tamẽ datæ ecclesiæ,& dicãtur claues ecclesiæ, posśũt ãsignari plures rationes. Prima est propter vnitatẽ membrorum in corpore ecclesiæ, sicut suprà diximus:quia enim vt ait Apostolus,Multi vnũ corpus sumus in Christo,ideò quæ membris corporis data sunt, ipsi corpori,cuius partes sunt,data esse dicũtur. Secundò: quia claues datæ sunt potioribꝰ partibus cõmunitatis ecclesiæ:quia sicut ait Hier. datæ sunt omni ecclesiæ in episcopis & presbyteris.Solitũ est aũt,vt quod principaliores faciunt in cõmunitate,ipsa tota cõmunitas facere dicatur. quoniã vt inquit philosophus. 9. ethi. Ciuitas dicitur id quod principalissimũ est in ea. sicut homo dicitur suus intellectus:non quia intellectus sit totus homo,sed quia intellectus est principalior pars in homine, in quo virtualiter consistit tota hominis dispositio. Tertiò dicũtur claues ecclesię: quia potestas,quę nõ põt perpetuari in vno, aut in pluribus suppositis alicuius multitudinis,sed tãtùm per successionẽ, cõsueuit nominari potestas cõitatis,licet nõ omnibus de illa cõmunitate talis potestas cõueniat: sicut est in priuilegio perpetuo dato dignitati alicuius ecclesiæ,vel religionis. Quartò dicũtur claues ecclesiæ: quia ad bonũ totius ecclesiæ à Christo Petro & eius successoribus datæ sunt.vnde Apostolus dicit. Secũdùm potestatẽ quã dñs dedit mihi in ædificationẽ. Quintò dicũtur claues ecclesiæ sicut dicuntur claues domus: qa per eas datur ingressus in ecclesiam,vel excluditur quis ab ecclesia. Sextò claues dicuntur ecclesiæ: qa fides ecclesiæ multũ operatꝰ in ipsis,quomodo & sacramẽta dicũtur ecclesiæ. Patet ergo, ꝙ authoritas inducta ex parte aduersa nihil faciat ad propositũ ipsorũ aduersariorũ. Quod verò præfati aduersarij dicũt,ꝙ in authoritate illa non dicitur,ꝙ soli Petro cõcessæ sunt claues, nec ꝙ per ipsum alijs cõcessæ sint,nõ est dignum

1 Rom. 12.

2. Cor. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

responsione: quoniã omnibus doctis notum est, q argumentatio ab authoritate negatiuè nullius roboris est. Multa quippe beato Petro conueniũt, quæ negare esset hæreticum: licèt de eis nulla fit mentio in. c. illo allegato per aduersarios extra de sum. Trinit. & fi. ca. Præterea si ibi non dicitur, alibi dicitur. vt in ca. fundamenta. de elect. libr. 6. & in multis alijs locis, sicut suprà cõmemoratum est. ¶ Ad quintam authoritatẽ, quæ de actibus Apostolorũ inducitur, respõdetur q authoritas illa nõ facit aliquid cõtra propositũ nostrum. Licèt enim Spiritussanctus dicatur posuisse illos presbyteros regere ecclesiã Christi pro parte illa, in qua pastores, & rectores præfecti fuerũt, non propter hoc sequitur, q apud illos esset potestas clauiũ in plenitudine sua, sed tãtùm secũdùm partem sollicitudinis, ad quam essent vocati. Plenitudo verò potestatis est tantùm apud illũ, cuius regimini ipsa tota vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa cõmissa est, qui est Romanus põtifex. Vnde cũ alij à beato Petro dicũtur principes, aut rectores, aut pastores gregis dominici, non est intelligendum, q tales sint respectu totius ecclesiæ, sed respectu partis, aut partiũ, cui, vel quib⁹ præfecti sunt. vt puta respectu talis vel talis prouinciæ, aut diœcesis, aut parochiæ secundùm partem sollicitudinis, ad quam per vniuersalem totius ecclesiæ pastorem & rectorẽ vocati sunt. Vnde glo. super illo. 1. Petri. 5. Pascite qui in vobis est gregẽ. dicit sic. Sicut dominus Petrũ totius gregis curam habere iussit, ita Petrus sequẽtibus ecclesiæ pastoribus iure mandat, vt eum quisq; qui secũ est gregẽ domini sollicita gubernatione tueatur. ¶ Ad sextam authoritatem, quæ sumitur de præfatione, quæ in festo Apostolorũ dicitur, similis patet respõsio. Dicimus enim, q licèt alij Apostoli etiã fuerint ecclesiæ pastores sicut & modò episcopi sunt, nihilominus nõ vniuersaliter super totam ecclesiam, sed tantùm secundùm illam partem sollicitudinis, ad quam vnusquisq; vocatus est. Solus autem Petrus pastor fuit vniuersalis ecclesiæ, cui soli absolutè & indistinctè dictum est Iohan. vltimo. Simon Iohãnis diligis me? pasce oues meas. in qua vniuersalitate solus Romanus pontifex illi succedit.

Ad quintã.

Ad sextam.

¶ In quo respondetur ad obiectiones fundatas in suppositione quinta. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Clauium potestas quando sit data Petro, sex conclusionibus ostenditur.*

Improbat quinta suppositio posita. c. 70.

SVppositio autem quinta aduersatiorũ est, q nunq; aliqua potestas legatur data Petro nisi simul cum alijs Apostolis. Quòd autem hæc suppositio falsa sit, manifestè ostenditur. Primò: quoniã illud, quod Iohan. vlt. scribitur: Simon Iohannis diligis me plus his? pasce oues meas: in quo maximè tam secũdum doctores theologos, q canonistas Petro cura totius ecclesiæ & principatus committitur, soli Petro dictũ est, vt suprà ostensum est: tum ex litera, cùm ait Christus: Simon Iohãnis diligis me plus his, &c. tũ beati Chryso. testimonio, qui super Iohan. ita inquit. Alios. s. Apostolos præteriens, huic de talibus loquitur: eximius Apostolorũ erat Petrus, & os discipulorum, & vertex collegij. Ecce q inquit alios præteriens, ergo soli Petro est hoc dictũ. Itẽ Greg. ibidem. Petro sancta ecclesia est cõmissa, ipsi spiritualiter est dictũ: Pasce oues meas. Et cũ dicitur ex aduerso, q nõ sit alius locus apertior cõcessionis potestatis Petro cõmissæ Matt. 16. q Matt. 18. vbi dicitur ei & alijs simul: Quæcũq; alligaueritis, &c. Dicimus, q hoc videtur falsum: q a hic nõ videtur aliqua facta concessio potestatis, sed tũ promissio: sicut qũ Petro dictũ est: Quodcũq; ligaueris &c. Quod ex tribus videtur colligi. Tum primò: q a si tunc Matt. 18. cõcessio fuisset potestatis clauiũ, quæ promissa erat Matt. 16. cũ dictũ est Petro: Tibi dabo claues regni cælorũ. profectò non indignati fuissent adinuicẽ Apostoli, nec cõcertassent de primatu infrà Matt. 20. c. cùm iã certi essent de volũtate & dispositione Christi, ac de potestate sibi concessa: & tamen Christus indignatis discipulis aduersus filios Zebedæi ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Non ergo videtur, quòd Matthæi. 18. adimpleta fuerit promissio clauium facta Petro. Tum secundò: quia Matthæi. 16. vtraq; clauis, scilicet, tam ordinis quàm iurisdictionis ad regimen & tuitionem ecclesiæ promissa fuit Petro. vnde Chryso. & habetur in gl. continua. Vide qualiter Christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligẽtiam: hæc cũ se promisit daturũ, quæ sunt propria Dei solius. s. peccata soluere, & ecclesiã immutabilem

lem facere inter tot persecutionũ & tentationum procellas. sed Matth. 18. tantũ de claue iurisdictionis in exteriori iudicio fit mentio, vt patet ex litera. dicitur enim: si ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus. &c. Sequitur: quæcunq; alligaueritis. &c. glo. interlu. vincu lo anathematis. nõ ergo tunc adimpleta fuisse videtur promissio facta Petro. Tum tertiò: quia claues regni cælorũ, quę promissę erant Petro, nõ dantur nisi sacerdotibus: tales autẽ non erant Apostoli, quãdo dictũ est eis: quæcunq; alligaueritis. &c. cũ facti fuerint sacerdotes in die cœnę. ergo falsum est, q id quod promissum erat Petro Matth. 16. fuerit adimpletũ Matth. 18. quantũcunq; currat aliqua similitudo in verbis inter verba dicta Petro Matth. 16. & verba dicta omnibus Apostolis Matth. 18. Et si dicatur, q Hieron. dicit in gl. Matth. 18. q potestatẽ tribuit Apostolis. Dicendum q debet exponi. i. designatur, vel insinuatur danda Apostolis, & eorũ successoribus, & hoc in Petro, in quo, sicut ait Augu. figurabatur vnitas omniũ pastorũ. Si quæratur autem quando data est potestas clauium Petro & alijs Apostolis? Ibi respondendũ nobis videtur (saluo meliori iudicio) sub sex cõclusionibus sequẽtibus. ¶ Prima est: q Matt. 16. cũ dictũ est Petro: tibi dabo claues regni. 1 &c. nõ est Petro data potestas, sed promissa. Patet cõclusio ex ipsa litera. dicitur enim dabo, quod est futuri temporis. Patet etiam expresse ex superiùs dicto beati Chryso. qui ait promittit. &c. hoc etiam patet testimonio beati Hiero. qui super Matth. tractans præfata verba Christi Matth. 16. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. &c. dicit. Consideret qui hæc quærit, Petro illam benedictionẽ, & beatitudinẽ, atq; potestatẽ, & ædificationẽ super eum ecclesiæ in futuro promissam, nõ in præsenti datã. ¶ Secũda conclusio. Promissio illa potestatis facta Petro, fuit promissio tam potestatis clauium ordinis, quàm iurisdictionis. Patet conclusio ex dictis. Hæc conclusio videtur esse tam Alexandri de Alis in. 3. & sancti Thom. & Alberti ac Bonauenturæ in. 4. quoniam claues in sua plenitudine promissæ sunt tunc Petro. ¶ Tertia conclusio. Potestas iurisdictionis in foro exteriori designata Matth. 18. non videtur data tunc actu Apostolis, sed bene insinuata dari, siue promissa concedi Apostolis, eorumq; successoribus. Patet cõclusio ex superioribus dictis. ¶ Quarta conclusio. Potestas clauis ordinis fuit actu donata Petro & Apostolis alijs simul, quando Iohan. 20. dictum est illis: Accipite spiritũ sanctum, & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Super quo verbo dicit beatus Gregor. in homilia: quòd hic Apostoli primatum diuini iudicij sortiuntur: vt vice Dei qui busdam peccata retineant, & quibusdam relaxent. ¶ Quinta cõclusio est: quòd potestas iurisdictionis plena in vtroque foro data est Petro, cùm ei dicitur Iohan. vltim. Simon Iohannis diligis me? pasce oues meas. pascere enim propriè est regię potestatis. vnde olim reges pastores dicebantur. Pascere, vt inquit glos. est oues credentes in Christo, ne à fide deficiant, confortare: terrena subsidia, si necesse est, subditis prouidere: & exempla virtutum cum verbo prædicationis impendere: aduersarijs obsistere: errantes subditos corrigere. Ex quo habetur, quod hic, vt dictum est, plenitudo potestatis iurisdictionis data sit pe tro. Vnde beatus Gregor. inquit, quòd cura totius ecclesiæ & principatus Petro commititur. Et beatus Chrysost. super eodem loco inquit: pasce oues meas. negatione deleta, cõmittit Petro præsidentiam fratrum. ¶ Sexta conclusio. Adimpletio promissæ siue insinuatæ potestatis iurisdictionis dandæ alijs Apostolis à Petro fuit facta mediante Petro propter ecclesiæ vnitatem seruandam. Patet cõclusio tam ex illo Leonis Papæ in capitu. Ita dominus. dist. 19. quàm ex illo eiusdẽ in sermone. 3. ordinationis suæ ita dicentis. Magnum, & mirabile est dilectissimi, huic viro, scilicet Petro consortium potentiæ suæ tribuit diuina dignatio: & si quid cõmune cũ eo cæteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit quicquid alijs non negauit. ¶ Ad id verò, quod ex aduerso arguebatur ex prædicta suppositione, quòd cùm sub eadem vniuersalitate dictum esset Petro & Apostolis: quæcunque alligaueritis. & cætera. Matth. 18. sub qua dictum fuerat Petro Matthæi decimosexto. quodcunq; ligaueris. &c. non tantùm plenitudo potestatis residere dicenda est apud Petrum, sed etiam apud alios: respondetur dupliciter. Primò, quòd falsum est, quòd sub eadem vniuersalitate. &c. quoniam cùm Petro Matth. 16. promissio fiat vtriusq; clauis, tam scilicet in foro cõscientiæ, q in foro exterioris iudicij: & cùm dictũ est Apostolis Matth. quæcunque alligaueritis. &c. tantùm promissio sit iurisdictionis in foro exterioris iudicij: manifestum est, q quod cũq; dictũ Petro est maioris vniuersalitatis, q quodcũq; dictũ Apostolis. Et hoc notat etiã Origenes in glo. qui tractans illud Matth. 18

Conclusio prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæcunq; alligaueritis super terram alligata erunt in cælo. hic ait: in cælo dicit, non in cælis sicut Petro: quia non sunt tantæ perfectionis sicut Petrus. loquimur autem de perfectione potestatis & authoritatis. Secundò respõdet, q̃ dato q̃ Matt. 18. data esset Apostolis potestas actu Petro promissa Matth. 16. non propter hoc sequitur, quòd in eadem vniuersalitate aut plenitudine data esset Apostolis alijs dispersis aut simul collectis in qua Petro. Et ratio huius sumitur ex dictis domini Alberti Magni & beati Tho. Dominus autem Albertus Magnus respondens ad vnum simile argumentũ in. 4. d. 17. dicit, q̃ cùm dominus dicit Apostolis: Accipite spiritum sanctum, & quorũ remiseritis. &c. præsupponit esse ordinem in discipulis: quoniã antè præfecerat, siue ordinauerat Petrũ super omnes esse Matth. 16. Tibi dabo claues: & quodcunq;. &c. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. Cùm ergo hic ordo iurisdictionis à domino antè fuerit institutus, præsupponit illũ, vt secundũ illum conferret executionẽ officij, quando insufflauit, & dixit: Accipite spiritũ sanctum, & quorũ. &c. hæc Albertus. Sanctus verò Tho. in. 4. d. 29. respondens quasi ad idem argumentũ de æqualitate potestatis in Apostolis, dicit sic: q̃ quãuis omnibus apostolis sit cõmuniter data potestas ligandi & absoluendi: tamen vt in hac potestate significaretur aliquis ordo, primò soli Petro data est, vt ostendatur, q̃ ab eo in alios debeat ista potestas descendere. hæc sanctus Tho. Ex quibus verbis manifestè colligimus, quòd dato iuxta aduersarios, q̃ in verbo Matth. 18. daretur potestas Apostolis omnibus quæ Petro promissa fuerat Matt. 16. verba tamen dicta Petro Matth. 16. cùm ei sicut capiti, à quo in alios deriuanda erat potestas, dicta intelligantur, sunt extensioris vniuersalitatis, quàm dicta alijs Apostolis Matt. 18. quibus non absolutè sicut Petro, sed præsupposito ordine ad ipsum Petrum dicta necessariò intelligenda veniant.

¶In quo respondetur ad ea quæ inducũtur in suppositione sexta. Cap. LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatio rerum in esse suo quòd ab earum conditore Deo dependeat, ostenditur.*
2 *Ecclesiæ suæ quòd Deus non dederit virtutem, seu potestatem intrinsecam, qua in suo esse se conseruare possit, contra quosdam ostenditur.*
3 *Ecclesia quòd habeat uirtutem intrinsecam, & potestatem regendi seipsam, ac gubernãdi se, ut quidam aiunt, in quo sensu sit falsum, & in quo uerum, ostenditur.*
4 *Ecclesia quòd habeat intrinsecam uirtutem siue potestatem aduersantibus ad sui destructionem resistendi, ut dicunt quidam, in quo sensu sit uerũ, ostenditur.*
5 *Clauium potestas, scilicet scientia discernendi, & potentia iudicandi, quòd non sit potestas siue uirtus intrinseca ecclesiæ, qua se in esse suo conseruare posset ac tueri, ut quidam falsò & stultè autumant, ostenditur.*

RElinquum est explicare quid veritatis aut falsitati aduersariorũ suppositio. 6. cõtineat: & ita videbitur cuius ponderis sint obiecta quæ inde sumpta sunt. In primis dicimus, quòd suppositio illa in omnibus eius partibus est falsa: quod nos sic ostẽdimus. Pro quo sciendum, q̃ suppositio illa plures partes cõtinet. ¶In prima eius parte aduersarij dicũt: q̃ cuilibet creaturæ, cui Deus dedit certã periodum, qua determinatur quandiu possit viuere vel durare, dederit propriam virtutẽ innatam & intrinsecã, qua possit in suo esse se conseruare, & contra destructionem sui aduersantibus resistere. Ista pars videtur nobis falsa: quoniam conseruatio cuiuslibet creaturę depẽdet ab extrinseco, ab ipso scilicet Deo qui est causa subsistẽdi omni creaturæ, secũdùm illud ad Hebrę. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. vbi dicit glos. Sicut ab eo creata sunt, ita per eum immutabilia conseruantur. Item in lib. de causis dicitur. Omnis intelligẽtiæ fictio, id est permanentia, est per bonitatem purã, quæ est prima causa. Si ergo fictio intelligentiæ non est per virtutem aliquam innatã aut intrinsecã ipsi intelligẽtiæ, sed per causam primã, multo fortiùs aliarũ creaturarũ cõseruatio depẽdet ab extrinseco. Pro cuius suppositionis aduersariorũ euidẽtiori cõfutatiõe & ostẽsione falsitatis est sciendũ iuxta S. Tho. in prima parte. q. 104. art. 3. q̃ aliquid cõseruat ab alio dupliciter. Vno modo indirectè, & per accidẽs: sicut ille dicitur rem cõseruare, qui remouet corrũpens: putà si alius puerũ custodit ne cadat in ignem, dicitur eum conseruare. Et sic etiã Deus dicitur conseruare aliqua, sed non omnia: quia quædã sunt, quæ nõ habent corrũpentia, quę necesse sit amouere ad rei conseruationẽ. Alio modo

Ad sextam suppositionem factam capit. 70. De primâ parte.

1

modo dicitur aliquis rem aliquam conseruare per se & directè in quantum. s. id quod conseruatur, dependet secundũ esse à conseruante, vt sine eo esse non possit. Et hoc modo oẽs creaturæ indigent diuina cõseruatione: depẽdet enim esse cuiuslibet creaturæ, ita quòd nec ad momentũ existere possent, sed in nihilum redigerent, nisi conseruarẽtur operatiõe diuinæ virtutis in esse, vt dicit beatus Gregorius. Quo notato, perfacilè colligitur falsitas illius partis suppositionis aduersariorum, dicentiũ q̃ Deus dederit cuilibet creaturæ. &c. Nam si loquamur de modo conseruationis, quo aliquid per se & directè dicitur aliud conseruare, manifestè falsum est quod dicunt aduersarij: quia hoc modo conseruationis nulla res dicitur conseruari nisi ab eo, à quo dependet secundùm esse: sed nulli creaturæ data est virtus, qua à seipsa dependeat secundùm esse: ergo nulli creaturæ est data virtus, qua seipsam conseruet. Cõsequentia est manifesta, & confirmatur dictis aduersariorũ. Dicunt enim, & bene, q̃ eadẽ sunt principia essendi & conseruandi: sed non est intelligibile, q̃ aliqua creatura per quãcũq; innatã virtutẽ sit principiũ sibi essendi: ergo nec intelligibile est, q̃ per aliquam innatã virtutem seipsam in suo esse conseruet. Ex hoc fundamento sanctus Tho. in prima parte summæ vbi supra. cõfutat suppositionem præfatam aduersariorum sub his verbis: cùm propriè causa cõseruatiua sit sui effectus ab ea dependentis, sicut nullius effectui põt præstari q̃ sit causa suipsius: ita nulli effectui potest præstari q̃ sit conseruatiuus sui ipsius. Si verò loquamur de secũdo modo cõseruationis: scilicet indirectè & per accidens, quo aliquid p remotionẽ & impedimentum actionis corrũpentis dicitur aliud cõseruare. Suppositio etiã prædicta aduersariorũ videtur esse falsa: quia licèt naturale sit vnicuique conseruare se quantũ potest: tamẽ q̃ cuilibet creaturæ etiã corruptibili insit aliqua virtus siue potestas intrinseca, qua in esse suo se cõseruet hoc modo cõseruationis. s. resistendo aduersantibus & corrũpentibus, nõ videtur verum. Videmus enim quotidie innumeras res destrui, corrũpi, aut consumi, in quibus nulla apparet virtus, aut potestas, quæ corrũpẽtiũ se actionẽ impedire, aut amouere posset. Et ita apparet, q̃ suppositio aduersariorũ in prima sui parte sit falsa. ¶Secunda pars eiusdem suppositionis, in qua dicitur, q̃ ecclesię Deus dederit virtutẽ siue potestatẽ intrinsecã qua in suo esse se cõseruare possit, etiã q̃ sit falsa, facilè ostenditur. Et primò de illo modo conseruationis, quo aliquis dicitur aliquid cõseruare per se & directè. patet: quoniam dicere, q̃ hoc modo conseruationis ecclesia habeat potestatẽ & virtutem intrinsecã conseruandi se in esse suo, non modò est falsum, sed erroneum. patet: quoniã cùm hoc modo conseruandi ecclesiã conseruare in esse suo nõ competat nisi ei à quo depẽdet secundũ esse, dicere ecclesiam habere virtutẽ & potestatem intrinsecam se conseruãdi, est dicere ecclesiã dependere à seipsa secũdũ esse. quod manifestè est hæreticũ & stultũ. Planè sicut solus Deus ecclesiam fundauit in esse naturæ & gratiæ: ita ipse solus hoc cõseruationis genere cõseruat & custodit illã. Hinc Propheta sicut ait: *Psalm. 126* Nisi dominus ædificauerit domũ in vanum laborauerunt qui ædificant eam. ita subiungit: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. vbi glo. ait, psal. iste docet, quòd ædificatio & custodia ecclesiæ non nisi à Deo est. Patet ergo, quòd loquendo de hoc modo conseruationis, quo scilicet directè & per se dicitur aliquis conseruare aliquid, falsum sit, quòd ecclesia ipsa per virtutem aliquam intrinsecam sibi datã se conseruet in esse suo: sed conseruatio sua hoc modo soli virtuti diuinitatis attribuẽda sit. Ea verò quæ per aduersarios inducuntur ad probationẽ suppositionis suæ nulla sunt. ¶Non primum quidem: quia suppositio præcedens, ex qua arguunt hic de ecclesia, vt ostendimus falsa est. ¶Nec secũdum, videlicet illud quod dicitur Matth. 16. quòd portæ inferi non prævalebunt aduersus ecclesiã. facit ad propositum eorũ. Quia ex hoc, q̃ portæ inferi non pręualiturę sint aduersus ecclesiã, non sequitur, q̃ hoc sit eo q̃ ecclesia habeat aliquã talẽ virtutẽ aut ptãtem intrinsecã, qua seipsam conseruet in esse suo, sed hoc conuenit gratia fundamẽti sui, cui innititur, scilicet Christi. Vnde si bene textus ille ex integro legatur, apparet clarissimè, quòd tota fortitudo & virtus persistendi ecclesiæ pendeat nõ ex aliqua intrinseca sibi virtute, sed ex virtute fundamenti, super quo fundata est, quod est Christus. Vnde ibidem ita dicitur. super hanc petram. glo. i. Christum, in quẽ credis, ædificabo ecclesiam meã. sequitur. Et portæ inferi non pręualebunt aduersus eam. glos. i. non separabunt à charitate mea & fide. Fortitudo ergo tota ecclesiæ & firmitas eius pendet ex adhæsione eius per fidem & charitatẽ ad Christũ fundamẽtũ eius, & nõ ex alia virtute, aut ptãte sibi intrinseca, quæ fingitur ab aduersarijs. Vnde glo. super illud Matth. 16. &

De secunda parte.

Ad primam probation. Ad secundã

Universidad de Deusto
Biblioteca

& portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. ita dicit. Portę inferi sunt peccata, minę, blandimenta, hæreses, quibus infirmi ruunt in mortem: qui non verè supra petram, sed super arenam domum professionis suæ credendi sunt ædificatsse. Qui enim intimo cordis amore fidem Christi percepit, quicquid ingruit extrà, facilè vincit. hæc glo. Hoc apertius declarat beatus Augustin. tractans illud psalm. Qui fundasti terram super stabilitatē suam. ita dicens. firmauit terrā: terram intelligo ecclesiam. quæ est firmitas eius, super quā fundata est nisi fundamentum eius? an incongruè intelligimus firmitatem ecclesiæ super quam fundata est terra fundamentum vbi constituta est ecclesia? quod est illud fundamentum? fundamentum inquit Apostolus, nemo potest ponere aliud prēter id quod positum est, quod est Christus Iesus. hæc Augustinus. ¶ Tertiò inducunt aduersarij illud Cāti. 6. vbi dicitur de ecclesia terribilis vt castrorū acies ordinata. Sed nec illud facit aliquid pro aduersarijs: quoniam ex hoc non habetur, quòd ecclesia per aliquam virtutem aut potestatem sibi intrinsecā conseruet se in esse suo. Quod maximè patet ex glos. eiusdem textus, quæ sic habet. terribilis: quia per vnitatem charitatis compacta, nullum locum aperit per malum discordiæ hostibus, id est hereticis, vel immundis spiritibus. Quod verò aduersarij subiungūt: quomodo ecclesia esset perfecta & terribilis si oporteret ab extrinseco subsidium conseruationis suæ queritare. Videtur nobis valde insipienter dictum propter duo. Tum primò: quia licèt opera Dei perfecta esse dicantur, nihilominus conseruatio eorum ab intrinseco pēdet, scilicet à Deo, sicut dictum est. Vnde vt dicit sanctus Tho. in quæstione de potentia. inter alia, quæ ad perfectionem eorum pertinent, est hoc, quòd à Deo contineantur in esse. Et ita dicendum est de ecclesia: q̄ quantumcunq; perfecta esse dicatur, hoc ad perfectionem eius pertinet, q̄ continuè à Deo cōseruetur in esse: quoniam vt inquit Propheta vbi suprà: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Secundò: quia in hac sua argumētatione videtur aduersarius innuere vnum d duobus erroribus, videlicet, q̄ conseruatio rerum creatarum non dependeat à Deo: aut q̄ Deus sit principium intrinsecum rerum creatarum: quorum vtrumq; est hæreticū. Quod verò aduersarius dicit, q̄ principia essendi & conseruandi sunt intrinseca, falsissimum est. Principium enim primum, quod est Deus, à quo præcipuè esse & conseruatio rerum dependet, nulli creaturæ est intrinsecum: vnde etiam principium effectiuum siue causa efficiens distinguitur contra principia intrinseca: vt habetur. 2. phy. &. 5. metaphy. Secūdus autem modus conseruationis, scilicet indirectè, & per accidens, qui est per remotionem impedimentorum aduersantium saluti alicuius rei respectu ecclesiæ, bene potest attribui alijs à Deo: non tamen sine Deo: videlicet angelis, prælatis, ac principibus secularibus fidelibus. De angelis expressè dicitur. Super muros Hierusalem. glo. interlin. ecclesiam: cōstitui custodes tota die & tota nocte. Super quo verbo beatus Bernardus ita dicit: Benignus es domine, qui non es contentus nostrorum fragilitate murorum, sed ipsis hominum custodibus angelorum custodiam superponis. Planè hic est ordo diuinæ prouidentiæ, vt hierarchia humana iuuetur præsidijs angelicæ hierarchiæ. Custoditur etiā ecclesia hoc conseruationis modo ab hominibus sanctis & doctoribus, illam doctrinis illustrando, aut Deum continuis intercessionibus interpellādo. Vnde super illud. Mōtes in circuitu eius. dicit Augustin. Magnum aliquid est esse nos in ea ciuitate, quam circundederūt montes: mōtes mirabiles: montes excelsi: prædicatores veritatis siue euāgelistæ, siue Apostoli, siue prophetæ: ipsi sunt in circuitu Hierusalem: ambiunt illam: & quasi murum illi faciunt. De quo etiam Bernardus ita super Cantic. homilia. 78. loquitur. Bene tecum agitur ô mater ecclesia: bene tecum agitur in loco peregrinationis tuæ: de cælo & de terra venit auxilium tibi: qui custodiunt te, non dormitāt, neque dormiunt custodes tui angeli spiritus & animæ iustorum: nō errat qui te ab vtrisq; sentit custodiri. hæc Bernar. Quòd verò etiā prælatis tribuatur ecclesiæ custodia, manifestum est: cùm pastores eius esse dicantur, ad quorum officium nullus ambigit pertinere, tueri, ac conseruare greges sibi creditos. vnde beatus Augu. super illud psal. Nisi dominus custodierit ciuitatem. &c. dicit sic. Habet ecclesia custodes quomodo habet ædificantes: quomodo habet laborantes vt ædificetur, sic habet custodientes. Nam ad custodiam pertinet quod dicit Apostolus: timeo nē sicut serpens Euam seduxit astutia sua: sic & vestræ mentes corrumpantur à charitate, quæ est in Christo. Custodiebat: custos erat: vigilabat quantum poterat super eos, quibus præerat. Et episcopi hoc faciūt: nam inde altior locus positus est episcopis, vt ipsi superintendant &

Ad tertiam

Deuter. 31.

Esaiæ. 62.

Psalm. 124

& custodiant populum. hæc Augustin. Hinc est, q̄ Romano Pontifici, vtpote totius ecclesiæ pastori maximè conuenit hoc conseruationis genere ecclesiā tueri & custodire. Vnde dicit beatus Bonifa. martyr. & habetur in cap. si Papa. distinct. 40. q̄ pro perpetuo statu Papæ vniuersitas fidelium tanto instātiùs orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensiùs pendere. Verùm quia Papa & alij ecclesiæ prælati non sunt principales conseruatores ecclesiæ, sed solùm vt ministri: nec sunt conseruatores directè & per se tanquam hi, à quibus dependeat esse ecclesiæ, sed indirectè & per accidens: hinc est, q̄ si prælati nolint, aut negligant custodire, non propter hoc ecclesia deficiet, licèt interdum multipliciter molestetur, & varijs pturbationibus cōcutiatur: quoniā semper vigilat custos eius principalis, & conseruator, scilicet Christus, qui custodit eam, secundùm illud prophetæ: Non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel. vnde Augus. super illud psal. 126. Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum laborāt qui. &c. loquendo de prælatis ad populum, dicit sic. Quomodo ergo custodimus? quomodo homines, quantum possumus, quantum accepimus: & quia nos sicut homines custodimus & perfectè custodire nō possumus, ideo sine custode remanebitis? absit. Nam vbi est ille de quo dicitur: Nisi dominus custodierit ciuitatem in vanum laborant qui custodiunt eam? Laboramus in custodiēdo: sed vanus est labor noster, nisi ille custodiat, qui vidit cogitationes vestras. Custodit ille cū vigilatis: custodit ille cū dormitis. Ille enim dormiuit semel in cruce, & surrexit, iam nō dormit: esto te Israel: quia nō dormit neq; dormitabit qui custodit Israel. hæc Augustin. Cæterùm hic modus conseruationis ecclesiæ & tuitionis aliquo modo etiam conuenit sicut diximus principibus fidelibus secularibus. Vnde beatus Isidorus, & habetur in cap. principes. vigesimatertia. quæstio. quinta. dicit. Cognoscāt principes seculi Deo se debere esse reddituros rationē propter ecclesiā, quā Christo tuendā suscipiūt. Vtrū autē hoc cōseruatiōis genere. s. indirectè & per accidens possit quis dici cōseruare se in esse suo? Dicimus q̄ sic eo modo, quo qs naturalis rationis auxilio, aut alterius doctrina eruditus, aut diuinæ gratiæ præsidio munitus, præseruare se & custodire se à malis pōt, quæ ei aut in esse naturali, aut morali siue gratuito nocumenta inferre possunt, aut etiam vim vi repellendo: cū vnicuiq; naturale est conseruare se in esse quantū pōt. Sed ex hoc modo cōseruationis in esse cùm communis sit omnibus, nihil sequitur ad propositū aduersariorū. ¶ Tertia pars suppositio nis aduersariorū est: q̄ ecclesia habeat virtutē intrinsecā & potestatē regendi seipsam ac gubernādi se. Ista suppositio pōt bene vel malè intelligi, & secundū vnū intellectū erit falsa, & secundū aliū erit vera: nihilominus videtur nobis q̄ secundū intellectū, quē prætendunt aduersarij, sit falsa. Prætendūt enim, vt sæpe visum est, q̄ ecclesiæ in omnibus suis mēbris data sit potestas spiritualis gubernandi & regēdi more quo dicimus, q̄ in principatu politię potestas gubernationis est apud populū, & non apud aliquē vnū, qui toti populo præsideat. Pro quo sciendū, q̄ potestas regēdi & gubernādi dicitur dupliciter. Vna. s. quæ dicitur ptās publicæ administrationis, de qua dicitur. Grādis authoritatis es, & bene regis regnum Israel. Talis aūt potestas regēdi nō est data cuilibet indifferēter, nec cuilibet conuenit, sed his tātū, qui in cōitate publicā habent administrationē regiminis secundū diuersas species politiæ siue principatus. Sanè sine huius ordinis differentia nulla vniuersitas subsistere posset: vt dicit Bonifacius in ca. ad hoc. distinctio. 89. Ecclesia autem cùm credatur à Christo in optima dispositione regiminis & principatus constituta, incunctanter creditur regimen ecclesiæ ab ipso Christo monarchicum siue regale cōstitutum esse: ita quòd potestas suprema regiminis totius communitatis ecclesiæ in vno tantùm, & non in pluribus, aut in ipsa vniuersitate locatā sit, sicut superiùs multipliciter ostendimus. Et ita loquendo hoc modo de potestate regiminis, falsa est pars illa suppositionis aduersariorū. Alio modo dicitur potestas regendi se & gubernandi facultas, qua vnusquisque ratione vtens, potest virtuosè regere se in operationibus suis. De qua potestate dicit Prosper. Non caret regia potestate, qui corpori suo nouit rationabiliter imperare. & Gregorius in moralibus ait. Reges sunt, qui sibimetipsis præsident. Reges sunt, qui semetipsos regere sciunt: qui dum desideriorū motus in se temperant, super subiectas cogitationes lege virtutis regnant. & Seneca. Vis regnum? do tibi magnum, rege teipsum. Huius regiminis facultas, siue potestas communis est omnibus rationabilibus creaturis, & de tali veritatem habet suppositio aduersariorum: cùm ecclesia sit collectio, siue conuocatio rationabilium creaturarum fidelium. Sed ex tali

De tertia parte. 3

3. Reg. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex tali potestate regiminis nihil est ad propositum aduersariorum. ¶Quarta pars suppositionis aduersariorum est, quòd ecclesia habeat intrinsecam virtutẽ siue potestatem aduersantibus ad sui destructionem resistendi. Pars ista sicut superior potest habere duplicem intellectum. Quoniam vel loquitur de potestate resistendi per viam gladij spiritualis iurisdictionis, aduersantes compescendo, & puniendo: tunc dicimus, quòd ecclesia bene habet hanc potestatem, sed in prælatis suis, quibus dictum est: Quæcunque alligaueritis. & cætera. maximè hanc habet in prælato prælatorum, cuiusmodi est Romanus Põtifex, in cuius sede, vt habetur in capit. nolite errare. distinct. 11. Deus totius ecclesiæ posuit principatum. In cuius signum Petrus ad defensionem domini succensus, resistere volens turbæ venienti ad capiendum Christum, gladio percussit vnum de seruis principis sacerdotum. Super quo verbo dicit Gregor. & habetur in ca. si Petrus. 24. q. 1. Tollit Petrus aurem: quare Petrus? quia ipse est qui claues accepit regni cælorum. Ille enim condemnat qui & absoluit: quoniam ligandi & absoluendi idem est adeptus potestatem. Resistere autem hoc modo, scilicet gladio spirituali potestatis, non est cuiuslibet, cùm gladius spiritualis potestatis non sit datus cuilibet, nec etiam ipsi communitati ecclesiæ simul in omnibus membris, sicut superiùs apertissimè demonstratum est. Vnde ad hunc sensum, videlicet, quòd ipsi corpori ecclesiæ simul in omnibus membris suis data esset huiusmodi potestas, sicut videtur aduersarij prætendere, falsa est pars illa præfatæ suppositionis. Si verò potestas resistendi aduersantibus dicatur facultas quocunque modo contradicendi & resistendi aduersantibus & conantibus ad destructionẽ sui, suppositio aduersariorum vera est, sed non facit ad propositum: cùm talis facultas omnibus hominibus nõ modò fidelibus, sed infidelibus communis sit. naturale enim est vnicuique, vt suprà diximus, quòd conseruet se in esse quantum potest. Hinc etiam secundùm iura. Vim vi repellere licet: cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ.

De *quarta parte.*

4

Matth. 18.

¶Quinta pars suppositionis aduersariorum est: circa quid sit illa intrinseca data virtus, siue potestas data ecclesiæ, qua in esse suo se cõseruare posset ac tueri. Dicunt enim, quòd communis sententia doctorum sit, quòd talis potestas sit potestas clauium, videlicet scientia discernendi, & potentia iudicandi. Quòd autem ista pars non modò sit falsa, sed stulta, multipliciter ostenditur. Tum primò: quia præfata potestas se conseruandi in esse suo, vt ex aduersariorum dictis colligitur, semper insuit, & inest, & inerit ecclesiæ, cùm dicat, quòd sit virtus eius intrinseca: potestas autẽ clauium non semper fuit in ecclesia. Patet: qa nõ tempore legis naturæ, quo tamen tempore ecclesia erat, quæ ab Abel incœpisse dicitur. vt enim dicit beatus Augu. quandiu sancti fuerunt in terra, ecclesia fuit. sicut plenius in primo libro disputauimus. Non fuit etiam potestas clauium tempore legis, vt patet: quoniam cùm ante passionem Christi nõ esset apertum regnum cælorum, ad quod aperiendum ordinantur claues, sacerdotes illius temporis non dicuntur habuisse claues huius scilicet regni cælorum, sed claues tantùm templi materialis: & tamen pro illo tempore dictum est de ecclesia, q̃ est terribilis vt castrorum acies ordinata. Secundò q̃ potestas conseruandi se in esse inest cuilibet creaturæ rationali, vt dicit aduersarius: sed huiusmodi potestas non potest dici potestas clauium, ergo nec illa quæ toti communitati ecclesiæ dicitur inesse. Consequentia patet: quia virtus partis & virtus totius videntur esse eiusdem rationis. sicut Aristo. primo physic. de gleba terræ & de tota terra arguit. Tertiò: angeli, vt dictũ est, ptãtem ministerialẽ habẽt custodiẽdi ecclesiã, & tñ potestas illa non est ptãs clauium. Quartò potestas se conseruandi in esse ad bonam intelligentiam capta, vt superiùs patuit, est pluribus cõmunis in ecclesia, quàm potestas clauium, vt per se patet, ergo non sunt idẽ. Quòd verò dicitur ex aduerso quòd est sententia omnium doctorum, quòd talis potestas esset potestas clauium, manifestè patet esse falsum.

5

Cantic. 6.

¶In quo videndũ est de veritate septimę suppositionis aduersariorum: & valitudine eorum quæ inde cõcludebant. Capit. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Potestas & dignitas quomodo maneat in ecclesia mortuo Papa, ostenditur.*

De *septima suppositione posita. c. 70*

VLtimò iam de septima suppositione aduersariorũ, in qua aduersarij dicunt, quòd plenitudo potestatis semper debeat manere in ecclesia.

1

clesia. videndum est, quid veritatis habeat. Pro quo dicimus, quòd plenitudo potestatis semper manet aliquo modo in ecclesi etiã Papa mortuo, sed non ad mẽtem aduersariorum. Pro quo notandum, quòd de potestate ecclesiastica loqui possumus dupliciter. Vno modo quãtum ad ipsam potestatem, siue authoritatem. Alio modo quantum ad actualẽ administrationẽ plenitudinis eiusdem potestatis. Loquẽdo primo modo dicimus, quòd potestas & dignitas ipsius principatus ecclesiæ semper manet in ecclesia, etiã Papa mortuo, & hoc multipliciter. ¶Primò quidem in principali, videlicet in Christo sacerdote summo, & capite principali ecclesiæ. est enim Christus caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius, & plenitudo eius: qui omnia in omnibus adimplet. ad Ephes. 1. vbi dicit gl. Ideo dicitur esse omnia in omnibus: quia omnia ab ipso sunt in eis, cuius virtute sunt quod sunt: licèt enim deficiat vicarius, nõ deficit principalis. ã cuius potestate dicitur Dani. 7. Potestas eius potestas æterna, quæ nõ auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. ¶ Secundò dicitur potestas Papalis etiam Papa mortuo manere in ordinatione diuina, sicut dicimus quòd dignitas episcopalis manet in aliqua ecclesia, etiam episcopo mortuo, quandiu inuariata manet dispositio Apostolicæ sedis, quæ instituit, quòd in tali ecclesia dignitas episcopalis esse deberet. Sed si Apostolica sedes reuocaret dispositionem illam, iam dignitas episcopalis non diceretur ampliùs esse in præfata ecclesia: sicut patet de ciuitate, quæ priuata est dignitate episcopali. vt in capitulo. ita nos. vigesimaquinta quæstione secunda. Exemplum etiam de priuilegio reali, quod in hoc dicitur distinguì à personali, quòd non extinguitur cum persona. vt habetur in. l. sicut. ff. quod cuiusq; vniuersitat. & in. l. proponebatur. ff. de iudic. Est autem institutum à Deo, vt quandiu ecclesia catholica in hac peregrinatione durauerit, in ea sit vna suprema potestas regitiua cum ea plenitudine, quæ sufficere valeat ad regimen totius vniuersalis ecclesiæ: vt superiùs circa principium huius secundi libri ostẽsum est. Et ideo quantumcunq; fiat variatio in personis præsidentium summorum pontificum per mortem naturalem, siue ciuilem, semper summi Pontificatus potestas manet in ecclesia. ¶Tertiò dicitur eadẽ potestas etiã mortuo Papa manere in sede apostolica, quæ nunquam moritur. extra de rescript. capit. si gratiosè. lib. 6. vbi dicit glo. & concordat Archidiaconus, & Iohan. monachi. quòd licèt habens Papatum vel dignitatem sit corruptibilis, Papatus tamen, & imperiũ, & dignitas semper sunt. vt in authent. quomodo oportet episcopos. §. licentiam. colla. 2. & ideo corrupto subiecto hæc non dicuntur non existere, sed vacare: hoc est administratore iuris, vel facti carere. vt de concess. præbend. cum nostris. Vnde beatus Leo Papa in sermone secundo consecrationis suæ dicit: quòd in sede Petri viuit potestas & excellit authoritas. ¶ Quartò dicitur papalis potestas manere etiam Papa mortuo in ecclesia in potentia, siue habitualiter ad istum sensum: quia in ecclesia semper manet potestas ad eligendum personam, quæ succedat in tali dignitate. Alio modo possumus loqui de hac suprema potestate quo ad actualem eius administrationem. Et tunc videtur dicendum iuxta doctores notabiles tam canonistas quàm theologos: quòd quo ad plenam administrationẽ plenitudinis potestatis Papa mortuo nõ manet in ecclesia. vnde dicitur tũc sedes vacare, id est carere administratore, sicut dictum est ex præfato cap. si gratiosè. nec propter hoc quod nullus succedit Papæ in plenitudine administrationis potestatis suæ sequitur quod aduersarij dicunt, quòd non esset sufficienter prouisum ecclesiæ: quoniam nullum detrimentum patitur ecclesia, si per paucos dies vacet administratio plenitudinis illius potestatis, maximè cùm tam per officiales curiæ Romanæ, quàm per sacrum reuerendissimorum cardinalium collegium, quàm etiam per cæteros orbis prælatos, quos Apostolica sedes in partem sollicitudinis suæ vocauit, sufficienter in necessarijs prouideri possit ecclesiæ. ¶Id autem quod in confirmationem ad uersarij inducunt de potestate ciuitatis, aut communitatis terrenæ, nõ videtur facere ad propositum propter duo. Primò: quia potestas illa regiminis, de qua philosophus loquitur in politi. est potestas, quæ ex donatione populi ortũ habet. Potestas verò Papalis nõ est ab ecclesia, siue populo Christiano, *sed* à Deo solo, vt suprà declarauimus. Secundò: quia communitas ciuitatis aut vrbis est capax potestatis & regiminis ciuilis, siue terreni. Communitas autem ecclesiæ, siue vniuersitas tota fidelium non videtur esse simul in omnibus eius mẽbris capax ptãtis ecclesiasticę, sicut superiùs demonstrauimus: & ideo non est similitudo in hoc de potestate terrena, & de spirituali. Et ita patet, q̃ dicta aduersariorũ nullam necessitatẽ habent, imò viden-

Ad confirmatiões.

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in multis magis somnia(saluapace)quàm aliquid realitatis habentia.

¶Quòd Romanus Pontifi. iurisdictionis authoritate ac potestate superior ac maior existat tota vniuersali ecclesia. Capit. LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd iurisdictionis authoritate sit superior tota uniuersali ecclesia, ostenditur.*

CONsideratis bene his, quæ in superioribus amplissimè dicta sunt, luce aperta quisq; potest cognoscere, quòd Romanus Pōtifex superior ac maior iurisdictionis authoritate sit tota ipsa residua vniuersali ecclesia. Quam conclusionem de superioribus aliqua cōmemorando, sic probamus. ¶Primò, omnis pastor regiminis authoritate ac potestate iurisdictionis superior est grege, cuius est pastor: sed Romanus Pontifex est pastor ecclesiæ vniuersalis, ergo ipse est authoritate ac potestate iurisdictionis superior vniuersali ecclesia. Consequentia est bona. Maior etiam patet ex superioribus. dictum est enim à Christo Petro, & in Petro Romano Ponti. Pasce oues meas. *Iohan. ulti.* in quibus verbis & beatus Petrus pastor vniuersalis ecclesiæ fuit constitutus, & in eo quilibet eius in Apostolica sede legitimus successor. In cuius cōfirmationem ecclesia pro Romano Ponti. orans, ita inquit. Deus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum. N. quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti. &c. Et in oratione consecrationis Romani Pōtificis dicitur. Tribues ei domine cathedram pontificalem ad regendam ecclesiam tuam, & plebem tuæ sortis intra mundi limites vniuersam. ¶Secundò sic. Romanus Pontifex est caput vniuersalis ecclesiæ. ergo superior est vniuersali ecclesia. Consequentia est bona: quoniā caput supereminet toti corpori & authoritate regiminis, & amplitudine virtutis. Antecedens autem ostensum est authoritate multorum sanctorū patrum suprà à capit. 19. vsque ad cap. 24. Patet etiam ex illo, quod sanctus Marcellus Papa & martyr in capitul. rogamus. 24. quæstio. 1. scribens vniuersis episcopis per Antiochiam constitutis ait. Rogamus vos fratres dilectissimi, vt nō aliud doceatis, nec sentiatis, quàm quod à beato Petro, & reliquis Apostolis, & patribus accepistis. ipse enim est caput totius ecclesiæ, cui ait dominus. &c. Tu es Petrus. &c. Idem testatur beatus Calixtus Papa & martyr in capit. non decet. distinct. 12. Idem beatus Anacletus Papa & martyr in capitul. sacrosancta. distinctio. 22. ¶Tertiò sic. Romanus Pontifex est prælatus prælationem habens in totā ecclesiam, ergo superior est atq; maior authoritate tota ecclesia. Consequentia est bona. Antecedens patet, cùm prælatus sit, ac rector eiusdem. Vnde in Chalcedonēs. concilio legitur, quòd tota synodus acclamauit Leoni Papæ. Leo sanctissimus Apostolicus & œcumenicus, id est vniuersalis patriarcha, per multos annos viuat. Et Chrys. super Matth. inquit. Filius quod patris est & ipsius filij potestatem Petro vniuersaliter concessit vbique terrarum, & homini mortali omniū quæ in cœlo sunt dedit authoritatem, dando ei claues ad hoc, vt ecclesiam vbiq; amplificet. Item idem super actibus Apostolorum. Petrus à filio super omnes qui filij sunt potestatem accepit: non vt Moyses in gente vna, sed in vniuerso orbe. hæc ille. ¶Quartò confirmando sic. Romanus Pōtifex est princeps vniuersalis ecclesiæ, ergo habet primatum vniuersalis ecclesię, & per cōsequens maior est authoritate illa. Consequentia est bona. Antecedens patet ex illo primò, quòd Christus legitur in ecclesia Petro dixisse: & super plebem meam principem te constituī. plebs aūt Christi vniuersalis ecclesia est. Vnde veraciter Romanus Potifex est seruus ille, de quo dicitur. Fidelis seruus, quem constituit dominus super familiam suam. glo. id est ecclesiā. *Luce. 12.* Vnde Leo Papa in. 3. sermone consecrationis suæ ita dicit. Cùm itaque dilectissimi tantum nobis videamus præsidium diuinitus institutū, rationabiliter, & iustè in ducis nostri, scilicet Petri meritis dignitate lætamur, gratias agentes Deo redemptori nostro, qui tantam potentiam dedit ei, quem totius ecclesię principem fecit: vt si quid etiam nostris temporibus rectè per nos agitur, rectèq; disponitur, illius sit gubernaculis deputādum, cui dictum est: Cōfirma fratres tuos. &c. & Bernardus in epistola quadam ad Eugenium Papā, quæ est. 31. ita inquit. Locus in quo stas, terra sancta est. Locus Petri principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius, quem constituet Deus dominum domus suæ & principē possessionis suæ. hæc ille. Conuenit etiā huic loco, quòd Moyses ante mortem suam orās dominū

dīm, vt populo, in quo tūc ecclesia Dei erat, *Num. 17.* dicebat. Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc. Princeps ergo ecclesiæ super totam ecclesiam primatum & authoritatem habet. Hoc autem in tam immobili veritate stabilitum esse videtur, vt contrariū dicere erroneum esse censeatur. Vnde sanctus Thom. in tractatu contra errores Græcorum. cap. 63. ita inquit ad propositum. Similis est error dicentium Christi vicarium Romanæ ecclesiæ Pontificem non habere vniuersalis ecclesiæ primatum, errori dicentium spiritum sanctū à filio nō procedere. Ipse enim Christus Dei filius ecclesiam suam consecrat, & sibi consignat spiritu sancto quasi suo charactere & sigillo. Et similiter Christi vicarius suo primatu & prouidentia vniuersalem ecclesiam tanquam fidelis minister Christo subiectam seruat. hæc ille. ¶Quintò sic. Romanus Pōtifex habet supremam potestatem in ecclesia, ergo ipse est superior omni alio prælato, & tota ipsa vniuersali ecclesia. Consequentia est bona: cùm potestas suprema nō posset esse nisi vna, & non nisi in vno. Anteced̄s est articulus diffinitus in concilio Constantien. per dominum Papam Martinum. Vnde Papa Nicolaus in epistola ad patriarcham & clerum Constantinopolitanum ita scribit. Iudicate cui potiùs resistēdum sit, an potestati, quam in Petro Deus omnipotens ordinauit, quāq; super cunctam ecclesiam extulerit: an ordinationi Gregorij Syracusani, cui millies vę dicēdum est homini, per quem in ecclesia Christi tot scandala venerunt. hæc ille. Item habetur in cap. nolite errare. dist. 11. quòd in Apostolica sede totius ecclesiæ dominus posuit principatum. ¶Sextò sic. Solus Romanus Pontifex habet in ecclesia plenitudinem potestatis, ergo ipse omnibus alijs de ecclesia est superior potestate. Consequentia est bona, & antecedens superiùs est demonstratum in capit. 70. habetur etiam in cap. decreto. & in ca. qui se scit. 2. quæst. 6. ¶Septimò sic. Romanus Pontifex est generalis Christi vicarius in tota vniuersali ecclesia, ergo maior & superior est authoritate vniuersa ecclesia. Consequentia est bona: quoniam cùm idē tribunal censeatur Christi & Papæ in terris (secundū illud Matth. 16. Quodcunque ligaueris super terram. &c. super quod dicit Origen. Vide quantam potestatem habet Petra super quam fundatur ecclesia, vt etiam iudicia maneant firma, quasi Deo iudicante per eam) sequitur, q̄ Christus superior est tota ecclesia authoritate iurisdictionis: ita videtur etiā eius vicarius generalis.

¶In quo p aduersarios obijcitur cōtrà prædicta. Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd iurisdictionis authoritate non sit superior tota uniuersali ecclesia undecim argumentis ab aduersarijs obijcitur.*

ADuersus præfatam cōclusionem obijciūt aduersarij multipliciter. ¶Primò sic. Ecclesia dicitur esse corpus quoddam, & singuli fideles membra illius. Vnde Apostolus ad Roma. 12. Multi vnum corpus sumus, singuli autem alter alterius membra. Tunc sic. Papa est membrum ecclesiæ, non totum corpus: ergo sequitur, quòd vniuersalis ecclesia, quæ ipsum corpus ecclesiæ est, sit amplioris virtutis & potestatis, quàm ipse Papa. Consequētia patet: quoniam membrum cùm dicat partialitatē, minoris est virtutis & perfectionis ipso toto corpore. ¶Secundò sic Cōmunis animi cōceptio est, q̄ totum est maius sua parte: sed ecclesia dicit quoddam totum, Papa autem non est tota ecclesia, sed pars eius, ergo sequitur, q̄ ecclesia sit maior & superior authoritate & potestate ipso Papa. ¶Et confirmatur per illud Hiero. in ca. legimus. d. 93. Si authoritas quæritur: orbis maior est vrbe. vbi gl. colligit argumentū, q̄ statutū concilij præiudicat statuto Papæ si cōtradicant. Hāc autē rationem de toto & parte dicit quidam aduersariorū in Basilea in quodā tractatu suo tantæ esse efficaciæ, vt ab aliqbus doctoribus inferatur, q̄ cū Christus sit pars corporis, cuius est caput, q̄ tota ecclesia est nobilior Christo, inquantū est homo, & inquantū ipse etiā in mēbris corporis ecclesiæ cōprehēditur. secundū illud Apostoli primæ Cor. 12. Vos estis corpus Chri, & membra de mēbro. gl. dependentia de mēbro. i. Christo capite & cum mēbro nostro. Dicit cōsequēter præfatus aduersarius, q̄ ratio dictorū præfatorū doctorū pōt assignari: quia cū ecclesia includat assistētiam Dei, iuxta illud: Vbi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorū. nec est possibile intelligi ecclesiam sine hac assistētia & affluentia gratiarū intranea. Manifestū est, q̄ quicqd circa Deū

Argum. primum de quo capitu. præsenti. 1

Secūdum & quo cap. 82

Cōfirmatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

excogitari pōt, non posse ecclesiæ comparari in excellentia & dignitate. hæc aduersarius.

Tertium de quo cap.83 ¶ Tertiò sic. Papa est propter ecclesiam sicut pastor propter gregem. Secundū illud primę Corin.10. Potestatem nobis dedit Deus in ædificationem, nō in destructionē, & non ecō uerso. ergo, &c. Consequētia patet: quia semper deterius est gratia melioris, secundū philosophum in polit. ¶ Quartò. Vbi videtur esse maior sapientia & charitas, ibi videtur esse superioritas: sed in ecclesia est maior sapientia & charitas, quàm in aliqua alia creatura, siue Papa sit, siue quæcunq; alia persona, ergo

Quartū de quo cap.84

Quintū de quo cap.85 ecclesia est superior Papa. ¶ Quintò arguitur sic. Ecclesia vniuersalis dicitur mater omniū fidelium. vnde Ecclesiastī.24. dicitur. Mater pulchrę dilectionis. Et ad Galat.4. Illa autem quæ sursum est Hierusalē, libera est, quæ mater est nostra. glos.i. credentium. Et Prouerb. primo dicitur. Ne dimittas legem matris tuę. glo.i. ecclesiæ. Papa verò filius ecclesiæ dicitur. ergo ecclesia vniuersalis excellentia dignitatis & potestatis maior atq; superior est Papa filio suo. Consequentia videtur bona. Nec potest dici, quòd Papa sit pater ecclesię: cùm nullus sit pater suæ matris. vnde etiā saluator. Matth.23. dicit, quòd vnus est pater, videlicet qui in cælis est: sic autem in terris vna

Sextum de quo cap.86 est ecclesia omnium fidelium mater. ¶ Sextò sic. Ecclesia vniuersalis dicitur domina, secundùm illud Threnorū primo. Domina gētiū. Tunc arguitur sic: maior est potestas in domino quàm in seruo: sed ecclesia est domina, vt dictū est, Papa verò & alij prælati nō sunt domini, sed vt confitetur Apostolus primæ Corinth. 4. Ministri & dispensatores mysteriorum Dei. Vnde Christus cū de paruipendēda maioritate doctrinam Apostolis daret, dixit: quicūq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. videtur ergo, quòd Papa nō dominus, sed inter ministros summus minister dicendus sit. Vnde & Bernardus lib. de consideratione dicit in fine quarti lib. Consideres autem super omnia sanctam Romanā ecclesiam, cui Deo authore præes, matrem esse, non dominam: te nō dominū episcoporū,

Septimū de quo cap.87 sed vnum ex eis. ¶ Septimò aduersarij arguūt sic. Papa non est dominus rerum ecclesię: sed hoc dominium videtur esse apud ecclesiam: Papa enim solùm est dispensator. ergo idem

Octauum de quo ca.88. quòd prius. ¶ Octauò sic. Ecclesia dicitur esse regina, secundū illud psal.44. Astitit regina à dextris tuis i vestitu deaurato circūdata varietate. Tūc arguitur sic. potestas est in ecclesia sicut in regina: in Papa autem nō sicut in rege: quia regimen Papę respectu ecclesię nō videtur regale, sed politicū, dicente domino Apostolis de primatu cōtendentibus Matth. 20. Scitis quia principes gētium dominātur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: non erit ita inter vos: sed quicūq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Item Chr̄s fugit, ne faceret eū regē. ¶ No

Nonum de quo ca. 89. nō sic. Eadem ecclesia Dei vniuersalis dicitur spōsa Christi, vt patet in pluribus locis in lib. Canti. & Apocalyp. 21. dicitur. Vidi ciuitatē sanctam Hierusalem nouam descendentē de cælo tanquā sponsam ornatam viro suo. Papa verò non est sponsus, sed paranymphus sponsæ, vt beatus Bernardus libro de consideratione ad Eugenium dicit. Tūc arguitur sic. Maior est authoritas in sponsa, quàm in paranympho sponsæ, vt patet, sed vniuersalis ecclesia, vt iam ostensum est, est sponsa Christi, Papa verò paranymphus. ergo ecclesia potestate & authoritate est maior & superior

Decimū de quo ca. 90. Papa. ¶ Decimò sic. Ecclesia non potest errare, & ita est indeuiabilis à rectitudine fidei, Papa potest errare: vt in capitulo. si Papa. distinctio. 40. ergo videtur quòd ecclesia sit superior potestate ipso Papa. ¶ Vndecimò arguitur sic. Illius potestas est maior, ad quam vlti

Vndecimū de quo cap. 91. matē remittitur quilibet fidelis sicut quasi ad vltimum tribunal: sed hæc est potestas ecclesiæ, & non alicuius personæ cuiuscunque dignitatis sit etiam Papalis, ergo Papa non est maior potestate ipsa ecclesia, sed econuerso. Consequentia est bona. Maior patet. Minor probatur ex illo Matth. 18. vbi Christus inqt Petro. Si peccauerit in te frater tuus. &c. dic ecclesiæ, hoc autem non potest intelligi de

Probatio prima. Papa siue de prelato. Tum quia Petro hoc dictum sit, qui prelatus futurus erat ecclesiæ, &

Secunda. ad se nullus remitti dicatur. Item, quia nomē ecclesiæ. est collectiuum, & per consequens per ly ecclesiæ, non persona prælati, sed congregatio ipsa fidelium accipienda est. Tum

Tertia. tertiò: quia glo. ibi inquit: dic ecclesię. i. totiec clesiæ. Et ita patet, quòd per ecclesiam ipsa vniuersitas fidelium veniat intelligenda.

¶ In quo respōdetur ad obiectionem primam. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio prima aduersariorum, dicentium Papam iurisdictionis authoritate non esse superiorem tota uniuersali ecclesia, eo quòd papa sit membrum ecclesiæ, ut illi aiunt, diluitur.*

DAturi respōsa ad obiecta præcedentis cap. obseruabimus hunc ordinem pro pleniori illustratione veritatis: quia istæ rationes sunt potiores aduersariorum, respondebimus singulis obiectionibus per se per capitula distincta. ¶ Ad primam ergo obiectionem

Ad primū argument. cap.81.

1 cùm dicitur ꝙ Papa sit membrum ecclesiæ. &c. respondetur dupliciter. Primò conceden do antecedens, & negando consequentiam. loquēdo de maioritate potestatis iurisdictionis, de qua in præsentiarum loquimur. Quod pro tanto dicimus: quia non dubitamus hic, an ecclesia sit maior simpliciter Papa, puta perfectione gratię, & amplitudine virtutum: quoniā etiā vna vetula pōt esse hoc modo perfectior ac maior ipso Papa. Sed dicimus, ꝙ in potestate iurisdictionis, in qua vnus peccator potest esse maior multis iustis, Papa sit maior totō residuo corpore ecclesiæ. Et ad ꝓbationē cū dicitur ꝙ mēbrū cū dicat partialitatē minoris sit virtutis & pfectionis toto residuo corpore. Respondemus, ꝙ hęc probatio nō probat cōsequētiā. Et ratio est: quoniam licēt mēbra corporis partialiter se habent in

Roma. 12. participādo virtutes totiꝰ corporis: qa nō qd libet membrum omnia potest habere, sed singula singulis sunt distributa, dicente Apostolo. In vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra nō eundem actum habent. & per consequens nullum membrum potest simpliciter præferri toti corpori: nihilominus in virtute, aut gratia, quam vnum membrum recipit, potest ita excellere omnia alia membra, vt licēt nō simpliciter possit dici maius toto residuo corpore, possit tamē in tali gratia dici maius. Quod faciliter patet ex verbis Apostoli vbi suprà. ait enim. Singuli autem alter alterius membra: habentes dona tiones secundùm gratiam quę data est nobis differentes, siue prophetiam secundùm rationem fidei, siue ministerium. glos. ecclesiastici in ministrādo. siue qui docet in doctrina. &c. non est dubium, quòd cùm hoc quòd membra singula corporis ecclesiæ vt ait Apostolus partialiter & non vniuersaliter percipiāt donationes factas toti corpori ecclesiæ, stat bene, quòd aliquod mēbrum ecclesiæ in donatione sibi facta excedat omnia alia mēbra ecclesiæ. Sicut quòd in gratia prophetiæ vnꝰ sit excellētior propheta omnibus alijs. vnus doctor maior omnibus alijs, siue totō residuo corpore. Non ergo valet ista consequentia: Papa est membrum ecclesiæ, ergo sequitur quòd potestate iurisdictionis nonpossit esse maior toto residuo corpore ecclesiæ. Quod etiam exemplariter ostendimus in multis. Primò in capite corporis naturalis, quod caput & si membrum sit corporis, nihilominus præstantius & maius virtute sensitiua est toto residuo corpore: cùm in eo solo sit plenitudo sensuum: in alijs autem sit solus sensus tactus. vnde Ambros. lib.6. in hexameron. cap. 29. inquit. Caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus eminere, præstantissimūque esse omnium: & ex illo omnibus mēbris vigorem prudentiamq; deferri. Secundò hoc patet in quolibet principe respectu multitudinis cui præsidet: non est dubium, quin princeps sit membrum vniuersitatis reipu. quam Polycratus instar corporis dicit esse formatam, & tamen licēt non possideat omnes virtutes & gratias quę possidentur ab omnibus alijs illius vniuersitatis, sed partialiter fortè aliquas earum, nihilominus potestate iurisdictionis superior vniuersis alijs, siue tota illa vniuersitate est. Tertiò insufficientia præfatæ consequentiæ ostenditur in domino nostro Iesu Christo, qui cum hoc quòd sit caput super omnem ecclesiam, vt inquit Apostolus ad Ephes. 1. & dicatur etiam membrum eccle

1. Cor. 12. się ab eodem, qui de eo loquens ait. Vos estis corpus & membra de membro. gl. dependentia de membro. i. Christo capite, & cum membro nostro. & nihilominus nō modò falsum, sed hæreticum esset dicere Christum minorē esse perfectione, aut gratia, aut potestate ipsa ecclesia, cùm ab ipso dependeat totum bonū ecclesiæ. De plenitudine enim eius accepimꝰ

Iohann. 1. omnes. Est tamen hic notandum, sicut suprà tetigimus. libr. 1. cap. 47. vbi notauimus qualiter esse membrum ecclesię conueniret Christo, & qualiter non: quòd membrum importat duo. s. partialitatē virtutis respectu totius corporis, & distinctionem respectu aliorum membrorum: quæ duo explicantur cùm ait Apostolus vbi suprà: quòd omnia membra non eundem actum habent. Christus autem, vt dicit sanctus Tho. non dicitur membrum ecclesiæ, vt membrum importat partialitatē: quòniam in Christo bonum spirituale non est particularizatum, sed totaliter integrum: vnde ipse est totum bonum ecclesiæ, nec est aliquid maius cum alijs, quàm ipse solus, sed dicitur membrū, prout dicit, siue importat distinctionē ab alijs: distinguitur autē ab alijs membris & perfectione & officio. Perfectiōe quidem: quia, vt inquit S. Tho. in quæstione de veritate. in ipso est vniuersaliter gratia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non autem in aliquo aliorum membrorum. Officio verò: quia vt idem sanctus Tho. dicit in. 4. dist. 49. influit alijs vitam. Simili autem modo videtur dicendum de Romano Pontifice in duobus. Primò, quia licèt Papa sit mẽbrum ecclesię vt etiam partialitatẽ importat: quoniam virtus eius siue bonum spirituale non est vniuersaliter integrum sicut est bonum totius corporis ecclesiæ, sed est particularizatum, & ideo non potest dici maior perfectione simpliciter toto corpore ecclesiæ: nihilominus in donatione sibi specialiter præ alijs facta huiꝰ particularis gratiæ gratis datę videlicet potestatis iurisdictionis, ipse est maior toto residuo corpore ecclesiæ, cùm ipse solus sit vocatus in plenitudinem potestatis. Quemadmodum si alicui præ omnibus alijs membris ecclesiæ donaretur gratia curationis infirmitatum, talis etiam veraciter posset dici maior in hac particulari gratia potestatis curandi omnibus alijs fidelibus, siue coniunctis siue disperſis. Secundò posset dici, quòd Papa quo ad potestatem iurisdictionis non est membrum ecclesiæ, vt importat partialitatem, cùm potestas in eo non sit particularizata, sed sit plena & integra: sed dicatur membrũ, prout dicit distinctionẽ. Distinguit eñ ab alijs membris ecclesiæ in duobus, scilicet perfectione potestatis, & in officio. Perfectione quidem: quia in eo est plenitudo potestatis, vt sancti clamant, non autem in aliquo aliorum membrorum ecclesię: neque in omnibus membris alijs ab eo etiam simul sumptis. Officio verò distinguitur, inquantum ipse influit in totum corpus ecclesiæ potestatem iurisdictionis in eos, qui participes eius esse possunt: prout suprà in cap. 54. multis sanctorũ testimonijs & rationibus ostendimus, & maximè habetur in cap. ita dominus distin. 19.

¶In quo respondetur ad secundam obiectionem. Capitul. LXXXIII.

1 *Obiectio secunda aduersariorum contra Papæ superioritatem, refellitur.*

Respõd. ad secundũ argu. cap. 81.

ADsecũdam rationem aduersariorum, quæ apud eos Achilles reputatur, respondetur dupliciter. Primò negando assumptum. si capiatur vniuersaliter, videlicet, quòd communis animi conceptio sit, quòd totum sit maius sua parte. Dicimus enim quòd hoc verum est de toto integrali, non autem de toto potentiali. Vnde magister sententiarum in libr. 1. distinct. 3. comparando partes imaginis adinuicem, & vnam ad omnes alias, dicit sic. Æqualia sunt nõ solùm singula singulis, sed etiam singula omnibus. Contra quod sanctus Thom. in fine præfatæ tertiæ distinctionis sibi arguens: ad probandum quòd vna potentia animæ non sit æqualis omnibus alijs, vtitur hoc argumento. Omne totum est maius sua parte. Ad hoc ipse respondens dicit sic: quòd hoc verum est de totalitate quãtitatis dimẽsiuæ, vel numeralis, quæ eiusdem rationis sunt, & non de totalitate quantitatis virtualis. Potest enim contingere, quòd vna virtus potest in tot obiecta, quot aliæ plures. Et simili modo ad idem argumentum respõdit dominus Petrus de Tarantasia, qui fuit Innocen. quintus, vbi suprà. ita dicens, quòd id quod dicitur, quòd omne totũ est maius sua parte. verum sit de toto integrali, non autem de toto potentiali. Et ita secundùm hæc concedẽdo de toto integrali, quòd omne totum sit maius sua parte, argumentum aduersariorum nihil facit ad propositum: quoniam nos non loquimur de maioritate quantitatis dimensiuæ, vel numeralis, secundùm quam nõ est dubiũ, q̃ quælibet congregatio maior sit suo prælato, aut rectore: sed loquimur de maioritate quantitatis virtualis, siue potentialis, secundùm quam stat, q̃ vna virtus potestatiua sit maior omnibus alijs inferioribus, quę in partem tantùm vocatæ sunt sollicitudinis. Vnde si ratio illa aduersariorum valida esset, pari modo militaret contra Christum, sicut contra Papam, sic arguendo, sicut aduersarij arguunt. Communis animi conceptio est, q̃ totum maius sit sua parte. sed Christus est pars ecclesię. ergo ecclesia est maior Christo. Quòd verò Christus dicatur pars ecclesiæ patet. Tum ex illo, quod suprà induximus in præcedenti capitu. Apostoli. 1. ad Corint. 12. vbi dicitur membrum corporis Christi, quod est ecclesia. Tum ex eo, quod ait Bernardus in sermone quodam corporis Christi, qui sic ait. Est enim corpus Christi vniuersa ecclesia caput scilicet cum membris. Inueniuntur autem in isto corpore quasi tres partes, ex quibus totum corpus cõstat. vna pars est ipsum caput. caput enim caput est, & pars corporis. & cætera. Et tamen his non obstantibus conclusio est falsa & hæretica, scilicet q̃ ecclesia sit maior Christo. Vnde quod quidam aduersariorum in suo quodam tractatu dicit, vt in argumẽ

argumento tetigimus, quòd ecclesia sit maior siue nobilior Christo inquantũ ipse comprehenditur in membris ecclesiæ, erroneum est, & hæreticum, cùm manifestè sit contra scripturam sanctam. Dicitur enim ad Ephe. primo. quòd Deus omnia subiecit sub pedibus eius. scilicet Christi. vbi glos. inquit. q. d. non solùm præest hominibus, dignitate, sed etiam sub eo sunt. Et sequitur infrà in glo. ad propositum. sub pedibus eius, id est, sub humanitate eius, quæ signatur per pedes. Sequitur in Apostolo. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quę est corpus ipsius. glo. super omnem ecclesiam, quæ in cælo, & quæ in terra est. Item est contra scripturam eiusdem Apostoli dicentis. Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. sequitur ecclesia subiecta est Christo. Præterea, quomodo animus fidelis concipere potest, q̃ saluator non sit superior saluatis, sponsus sponsa, vir vxore, & caput toto corpore? Quod autẽ dicit præfatus aduersarius, quòd aliqui doctores hoc dixerint, falsum est, nisi fuerint aliqui hæretici. Verùm reperiuntur aliqui doctores, qui in. 4. sententiarum. dist. 13. super illo verbo quod inducit magister: quid melius corpore & sanguine Christi. quærũt: vtrùm corpus Christi verum sit melius corpore Christi mystico. Et respondentes dicunt: dominus Guillelmus Altisiodorensis, dominus Albertus, & sanctus Tho. q̃ corpus Christi mysticum si accipiatur cum ipso capite, est melius quàm corpus verum. Si tamẽ accipiatur corpus Christi verum sine diuinitate, cui est vnitum, aliàs non: Quia Deus & omnes creaturæ nõ sunt aliquid melius quàm Deus tantùm. Si autem accipiatur corpus Christi mysticum absque capite Christo, sic corpus Christi verum est nobilius. hæc sanctus Tho. formaliter, & eadem est sententia aliorum. Attendant docti viri q̃ contraria sit doctrina horum doctorum doctrinæ aduersariorum. Præterea id quod inducit aduersarius pro ratione ad colorandum præfatum errorem, est omnino stultum. Tum, quia supponit, quòd humanitas Christi, quæ est in eo dem suppositò vnita diuinitati, & cui nõ est datus spiritus ad mensuram, non includit assistentiã spiritussancti sicut ecclesia. Quod videtur omnino alienum nõ modò à fide catholica, sed à bono iudicio cuiuscunq; hominis docti. Cùm enim influẽtia gratiæ in corpus ecclesiæ proueniat à capite, magis intrinseca est assistentia spiritussancti, qui est fons omnium donorũ capiti Christo qui est sanctus sanctorum corpori influenti quàm recipienti ab eo sanctitatem. Quod autem dicit in fine aduersarius manifestum esse, quòd quicquid citra Deum excogitari potest, non posse in excellentia & dignitate comparari ecclesiæ, falsissimum est, & hæreticum iudicio nostro: quoniam humanitas Christi, quæ est citra Deum, nobilitate & perfectione nobilior & dignior est ipsa ecclesia militante. de quo dicit psalm. 44. q̃ est speciosus forma præ filijs hominum. Secundò angelica, siue cælestis hierarchia citra Deum est, & nihilò minus excellentior & dignior ecclesiastica. Item beata virgo, quæ exaltata legitur super choros angelorum, excellentior, & dignior est tota residua ecclesia. Vnde de ea exponitur illud Apoc. 12. à sanctis. Mulier amicta sole. & luna, id est, ecclesia sub pedibꝰ eius: quoniam supereminet toti ecclesiæ. & ita in proposito. Secundò respõdetur ad rationem negando minorem, scilicet q̃ papa sit pars ecclesiæ, si referatur ad rationem potestatis: quoniam in ratione potestatis est magis dicẽdus papa tota ecclesia virtualiter: cum in eo solo sit totalitas & plenitudo totius potestatis ecclesiasticæ. iuxta dicta Leonis papæ, beati Gregorij, Iulij, & beati Bernardi superiùs cõmemorata. sicut in solo capite corporis naturalis est plenitudo sensus. propter quod, vt inquit beatus Ambrosius in hexameron, totus homo in capite dicitur esse. Quòd autem totalitas potestatis ecclesiæ in papa sit, facile ostendimus, tam ex ordine potestatis papalis, quàm ex conditione & natura totius potestatiui. Ordo nanq; inter potẽtias hoc habet, vt dicit Boetius, q̃ quicquid virtutis potestatinæ sit in inferioribus, est in superiori. Vnde in suprema potentia quãtitas omniũ aliarum inferiorum potẽtiarum includitur: & ita cùm potestas papalis sit suprema, in ea continentur virtute omnes aliæ potestates ecclesiæ: & ita ipsa in ratione potestatis non habet rationem partis, sed potiùs totius. Vnde beatus Dionysius dicit. Ipsa autem hierarchica ordinis dispositio in omnibus locatur sanctis totalitatibus. Secũdò hoc idem ostenditur ex natura totius potestatiui. Potestas enim ecclesiæ non est arbitranda, siue existimanda quasi sit aliquod totum integratum ex particularibus potestatibus, vt peruersè multi aduersariorum intelligũt, sed ad instar potestatiui. Cuiusmodi natura, vt ait sanctus Thomas, talis est, quòd secundùm completam rationem est in vno: in alijs autẽ est quædam participatio ipsius. Et ponit exemplum

Ephes. 5.

Diony. 6. ecclesiast. hierar.

Thom. in. 4 dist. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sacramento ordinis dicens quòd tota plenitudo huius sacramenti est in vno, scilicet, sacerdotio: sed in alijs est quædam participatio ordinis. & hoc dicit esse signatū in hoc, Num. 11. quo dominus dicit Moysi. Auferam de spiritu tuo, & tradam eis vt sustentent tecū onus populi. hæc sanctus Thomas. Secundum exemplum ponitin sequenti responsione de regno dicēs, q̄ in regno quāuis tota plenitudo potestatis relideat penes regem, non tamen excluduntur ministrorum potestates, quæ sunt participationes quædam regiæ potestatis: in aristocratia autem apud nullum residet plenitudo potestatis, sed apud oēs. hæc Sanctus Thomas. Patet ergo, quòd loquendo de maioritate quantitatis virtutis: sicut caput in corpore naturali est maius toto residuo corpore: licèt non maioritate quantitatis dimensiuæ siue numeralis: sic papa maior est maioritate potestatis toto reliduo corpore ecclesiæ: sicut pastor autoritate vniuerso gregesuo. ¶ Restat iam respondere ad *Ad confirmationem.* cap. legimus. distinctione nonagesimatertia. vbi dicit Hieronym. quòd si authoritas quæritur, &c. Ad quod respondentes dicimus, q̄ hoc dictum Hieron. licèt sæpe & maxime inducunt illud aduersarij pro se, in nullo tamen fauet eis, nec præiudicat veritati posituræ. Nam Hieronymus non loquitur de authoritate potestatis aut iurisdictionis orbis respectu ecclesiæ Romanæ siue Apostolicæ sedis: sed loquitur de authoritate consuetudinis, quæ tantò maioris authoritatis esse dicitur, quantò generalior est, siue à pluribus obseruatur. sicut de canonicis scripturis loquitur Augustinus. & habetur in cap. in canonicis. dist. 19. secundùm quam regulam non est dubium, quin cōsuetudo orbis maior sit consuetudine vrbis, quam nec Apostolica sedes seruat, nec obseruari mandauit. Quod verò Hieronymus non de authoritate orbis respectu Apostolicæ sedis sed de authoritate consuetudinis orbis respectu vrbis loquatur, patet ex multis. Primò ex intentione ipsa loquentis. loquitur enim Hierony. contra consuetudinem, quæ in vrbe Romana regnabat, qua quidam diaconi præferebantur presbyteris. Ex qua cōsuetudine aliqui diaconi per orbem sumebant occasionem preferendi se presbyteris suis, cùm tamen contraria consuetudo esset per orbem, de qua Hieronymus ad episcopum Euandrum scribens, sic ait. vt patet ex tex. allegati. c. Quid mihi profers vnius vrbis consuetudinem? quid paucitatem, de qua ortum est supercilium in ec-

clesiæ leges vendicas? omne quod rarum est plus appetitur. Pulegium apud Indos piperе pretiosius est: diaconos paucitas honorabiles facit: presbyteros verò turba contemptibiles facit. hæc Hierony. Secundò hoc idē colligitur ex glo. cap. quæ sic ait. maior est, & ideo magis sequenda consuetudo generalis, vt hic. Tertiò potest idem colligi ex cap. hæc est fides. 24. quæst. 1. quod est ipsius Hieronimi. Ad gloss. verò inducta dicimus, quòd gloss. illa argumentando loquitur. vnde refert se ad ea quæ dicit. 9. quæstione tertia. nemo. sed de hac glo. & similibus in tertio libro, vbi de authoritate conciliorum, o̅pitulante Deo, loquendum est, plenius dicetur.

¶ In quo respondetur ad obiectionem tertiam. Cap. LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio tertia aduersariorum dicentium Papam esse propter ecclesiam, unde argumentum illum non esse iurisdictionis authoritate totā vniuersali ecclesia superiorem, diluitur.*

Resp. ad tertium argumentum positum ca. 81. 1

AD tertiam rationem, qua sicut maxima quadā potissimè aduersarij vtuntur in confirmationem suarum opinionum, qua sic arguunt, quòd papa sit propter ecclesiā, &c. Respondetur negando consequentiam. Et cùm dicitur, quòd deterius est gratia melioris. Respondetur quòd dupliciter dicitur aliquid finis alicuius rei. Vno modo id, in quod tēdit res illa ex ordine sibi dato naturali aut supernaturali, siue id quod est intentum ab agente. Alio modo dicitur finis id, ad cuius vtilitatem est ordinatum opus agentis. Cuius exemplum possumus dare in potestatibus secularibus, in quibus finis, ad quem tendit regimen præsidentis & gubernantis, est ipsa pax & tranquillitas vniuersitatis, siue fœlicitas politica: cùm hoc sit bonum principale, ad quod vniuersum regimen gubernatoris intendere & respicere videtur. Ipsa verò vniuersitas dicitur sicut finis regiminis sicut ad cuius vtilitatem est ordinatum vniuersum opus præsidentis & gubernantis.

Ita applicando proposito nostro dicimus, q̄ finis, propter quem est papa cōstitutus, & ad quem ordinatur potestas papalis sicut principale intentum ab instituēte, non est ecclesia ipsa vniuersalis, sed est beatitudo ipsa cælestis, ad quam per vsum & regimen potestatis papalis ipsa, scilicet vniuersalis ecclesia est dirigenda. Est autem ipsa ecclesia vniuersalis finis secundo modo, videlicet sicut id, ad cuius vtilitatem est ordinatum opus papalis potestatis. Hic duplex modus finis satis apertè designatur in definitione illa, quæ datur etiam per quosdam ex aduerso in tractatibus suis, ita dicentes. Quòd potestas ecclesiastica sit quæ à Christo supernaturaliter & specialiter collata est Apostolis & suis discipulis atque eorum successoribus legitimis ad ædificationem. Ecce vtilitatem ecclesiæ, ad quam ordinatur potestas ecclesiastica. Et sequitur. pro consecutione felicitatis æternæ. ecce finem vltimū & principalem. Hac distinctione habita, ad probationē consequentiæ cùm dicebatur, id quod est deterius sit propter melius. dicimus, quòd hoc nō sit verum, quando hac ratione aliquid dicitur propter aliud sicut propter id, ad cuius vtilitatem est ordinatum opus agentis: quem admodum papa siue papalis potestas dicitur esse propter ecclesiam. Quod patet exemplariter in multis. Primò quidem patet in pastoribus, qui propter gregem dicuntur instituti: nihilominus non minores, sed maiores, ac nobiliores sunt gregibus, quorum pastores sunt. Secundò patet in principibus. princeps enim tam secularis quàm ecclesiasticus dicitur esse propter vniuersitates sibi cōmissas regendas, & non econuerso, & nihilominus non sunt inferiores, sed maiores authoritate subiectis sibi populis. Tertiò angeli, qui vt ait Apostolus sunt in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. & tamen non sunt hominibus inferiores, sed superiores sunt, ac nobilitate naturæ præstantiores. Quartò patet in Christo: qui licèt aduenerit de cælis in terram propter ecclesiam, & mortuus fuerit propter ecclesiam. *Hebræ. 1.* *Ephes. 5.* ait enim Apostolus. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea vt illam sanctificaret. nihilominus Christus non est inferior ecclesia, sed omni maioritate perfectionis, & virtutis, ac authoritatis superior. vt in superiori capitulo ostensum est. vnde Bernardus in sermone de nuptijs loquēs de Christo spōso ecclesiæ, dicit sic. Multò hæc sponsa inferior sponso suo: inferior genere, inferior specie, inferior dignitate. Ex quo patet, quòd hoc modo esse aliquid propter aliud, potest competere etiam superioribus, & nobilioribus respectu inferiorum, & minùs nobilium, vt inquit dominus Albertus in secunda parte summæ suæ. tractando de custodia angelorum. & etiam Sanctus Thomas in prima distinct. secundi. Respondetur etiam secundò: quòd licèt ecclesia sit melior papa maioritate gratiæ, aut perfectionis gratuitæ, nō tamen maioritate authoritatis iurisdictionis, de qua ad præsens loquimur, sicut plenius dicetur in responsione ad quartam obiectionem.

¶ In quo respondetur ad quartam obiectionem sumptam ex eo quòd apud ecclesiam sit maior sapientia & charitas. Cap. LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio quarta aduersariorum dicentium vniuersalem ecclesiam esse iurisdictionis authoritate Papa superiorem, refutatur.*

Respon. ad quartum argumentū factum. c. 81. 1

QVarto loco arguebatur. vbi videtur esse maior sapientia & charitas, ibi, &c. Ad hoc respondetur negando hoc assumptum: quoniam non modò falsum est, sed etiam sapit hæresim Valdensium. Quòd sit falsum, patet sic. Vt enim in. 1. libr. capit. 99. argumentati sumus, homo dicitur bonus vel malus, sapiēs vel stultus, sanctus vel impius: secundùm virtutem vel vitium, quæ sunt habitus, quidam. Habitus autem à potentia in hoc differt: q̄ per potentiam sumus potentes aliquid facere: per habitum autem non reddimur potentes vel impotentes ad aliquid faciendum, sed habiles vel inhabiles ad id quod possumus bene vel malè agendum. Per habitum ergo nec datur, nec augetur, nec tollitur à nobis aliquid posse, sed hoc per habitū accipimus, vt bene vel malè aliquid agamus. Non ergo ex hoc quòd aliquis homo aut populus sit bonus, sapiēs, & sanctus, aut malus, insipiēs, & peccator, est aliquid potens aut impotens, vtputa ad dispensandum sacramenta, vel ad regendum populum: sed idoneus, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus idoneus ad huiusmodi dispẽsandum. Falsum est ergo illud assumptum aduersariorum, quòd vbi maior est sapientia aut charitas, sit maior authoritas iurisdictiõis. Quod manifestè colligitur ex illo, quod habetur de pœnit. & remiss. cap. noua quædam. Secundo idem ostenditur sic. Si potestas ecclesiastica sequeretur gradum sapientiæ & sanctitatis, cùm iste gradus inter homines sit incertus (ignoramus enim quis quo sanctior sit aut sapientior) sitq; gradus iste sæpe transmutabilis: quia qui hodie sanctior est altero, eras malus aut minus sanctus esse potest: nulla stabilitas, nulla certitudo esset potestatis ecclesiasticæ in ministris ecclesiæ: quod horret fides Christiana, sicut plenius disputauimus libr. 1. cap. 99. Manifestè ergo patet falsitas præfatæ suppositionis aduersariorum. Quòd verò eadem suppositio sapiat hæresim Valdẽ. patet: quoniam si vbi est maior sapientia & charitas est maior authoritas, sequitur, quòd solùm apud sanctos viros essent claues ecclesiæ: quod fuit error Valdensium, & Iohan. Witcleff. Consequentia tamen patet. Contra quos & illud quod
Matt. 23. ait dominus, Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi: quæ ergo vobis dicunt seruate, & facite, &c. Quibus prælatis malis obediendum non iuberet Deus, nisi etiam cum malitia in eis integra maneret authoritas potestatis. Secundò sequeretur, quòd cùm Paulus sapientiæ fuerit sublimioris, vtpote qui raptus est vsque ad tertium cælum, maioris fuisset authoritatis quàm Petrus: quod est falsum. Tertiò etiam sequeretur ex illo, quòd apud laicos, qui sæpenumero sapientiores atque sanctiores sunt multis prælatis, maior authoritas, ac plenior clauium potestas esset, quàm apud prælatos minùs laicis sapientes, aut sanctos. quod etiam fuit error illorum Valdensium. Præterea non est impossibile, imò possibile, q vnus pro aliquo tempore in ecclesia esset sapientior & sanctior toto residuo militantis ecclesiæ, & quòd huiusmodi esset papa. Præterea apertissime ostendit fundamentum illud aduersariorum esse falsum ac erroneum illud, quod beatus Innocen. papa dicit in ca. noua quædam. de pœni. & remiss.

¶ In quo respõdetur ad quintam obiectionem sumptam ex eo, quòd ecclesia dicitur

mater fidelium. Capitulum. LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio quinta eorum, qui dicunt Papam iurisdictionis authoritate tota vniuersali ecclesia inferiorem, eo quòd ecclesia (ut aiunt) dicatur mater fidelium, resellitur.*

2 *Papa quomodo pater est & filius ecclesiæ, ostenditur.*

QVintò obiectum est per aduersarios ex illa nominatione, qua ecclesia Dei dicitur mater omnium fidelium, & per consequens papæ. Ad quam obiectionem respondetur negando consequẽtiam. Pro cuius intelligentia duo faciemus. In primis ostendemus pro pleniori illustratione veritatis, qualiter ecclesiæ vniuersali conuenit ratio maternitatis respectu papæ & aliorum fidelium. Secundo explicabimus, quòd ex tali maternitate nulla authoritatis aut potestatis iurisdictionis superioritas necessariò arguat in ecclesia supra papam. ¶ Circa primum notandum, quod ecclesia dicitur mater fidelium vt dicit beatus August. super psalm. 127. quia per baptismũ cõtinuè dicitur parere Christianos. vbi secundum quod ait Augustinus super Iohannẽ tractans illud Iohan. 3. Nunquid potest homo in ventrem matris suæ iterato introire. A qua baptismi locum materni vteri habet, & ideo baptismus dicitur, vt inquit Apostolus ad Titum. 3. lauacrum regenerationis. Sed nec hoc ita ecclesiæ attribuitur, q ipsa vniuersitas ecclesiæ ministeriũ baptismatis per seipsam alicui tribuat, hoc enim non videtur bene possibile: sed pro tanto mater dicitur: quia baptismus, quo quis regeneratur in filium Dei & ecclesiæ à quocunque detur, in fide ecclesiæ tribuitur, & efficaciam habet. Vbi aduertendũ: q sicut in generatione carnali hominis concurrit virtus patris principaliter, & virtus matris quasi dispositiue: sic in generatione ista spirituali concurrit virtus diuina tanquam semen. Vnde Augustinus super Iohannem vbi suprà dicit. Ex semine enim veri Abrahæ sunt nati fideles siue per liberam, siue per ancillam. Et in fine libri de Trinitate inquit ipse. Sacri fontis irriguum illa, qua dudum Mariam lo cupletauit, virtute fœcundat. Hinc est, quòd per

Resp. quinto argumẽto facto. c. 81. 1

per baptismum dicuntur generati filij Dei,
Iohan. 1. & per consequens consortes naturæ diui-
2. Pet. 1. nitatis. vt inquit beatus Petrus. Est ergo agens in generatione ista spirituali ipse Deus per authoritatem, & ipse Christus secundùm q̃ homo meritorie, cuius meritum in baptismo operatur. Secũdò cõcurrit tanquam virtus dispositiua fides ecclesiæ, secũdùm illud.
Roma. 3. Iustitia Dei per fidẽ Iesu Christi. Fides enim præcipuè operatur in sacramentis: quoniam per illam quodammodo sacramenta suæ causæ principaliter agenti continuantur, & etiã
Thom. in. 4 ipsi recipienti. Vnde sanctus Thom. ad pro-
distin. 1. positum ita loquitur. Instrumentum non recipit virtutem nisi secundùm q̃ principali agenti continuatur, & virtus eius quodammodo in instrumentum transfunditur. Principale autem & per se agens ad iustificationẽ est Deus, sicut causa efficiens, & passio Christi sicut meritoria: huic autem causæ continuatur sacramentum per fidem ecclesiæ, quæ instrumentum refert ad principalem causam vt signum ad signatum. Et ideo efficacia sacramentorum, vel virtus est ex tribus, videlicet ex institutione diuina sicut ex principali agente, ex passione Christi sicut ex causa meritoria, ex fide sicut ex continuante instrumentum principali agenti. Et hoc est quod dicit sanctus Thom. in. iij. parte. q̃ virtus passionis Christi, quæ operatur in sacramentis, copulatur nobis per fidem, secundùm illud,
Roma. 3. Quem proposuit propitiatorem per fidẽ in sanguine eius. Ex quibus hæc manifesta luce colligimus, q̃ fides ecclesiæ sit dispositio ad consecutionem effectuum sacramentorum, cuius ecclesiæ fidem representare videntur offerentes paruulos ad baptismum, qui interrogati pro paruulis, fidem ecclesiæ in persona eorum profitentur, dicẽtes, Credo. Vnde Augustinus in lib. de meritis & remissio. peccatorum. & habetur. de confecra. distin. 4. cap. mater. dicit sic. Mater ecclesia os maternum paruulis præbet, vt sacris mysterijs imbuantur: quia nondum possunt corde prorio credere ad iustitiam, nec ore proprio cõ
Tho. in. 3. fiteri ad salutem. Quare dicit beatus Thom.
part. q. 69. quòd pueri credunt non per actum proprium, sed per fidem ecclesiæ, quæ eis communicatur: & huius fidei virtute conferun-
Thom. in. 4 tur eis gratia, & virtutes. Et idem dicit, quòd pueris pro dispositione ad salutem est fides ecclesiæ, pro effectiuo salutis virtus passionis Christi. Cùm ergo gratia, qua iustificamur in baptismo, & efficimur filij Dei, à Deo infundatur disponente fide vniuersalis ecclesiæ vt sic sit quodammodo conformitas geniti ad gignentem: patet, quòd rectè dicatur, quòd in generatione ista spirituali Deus sit pater, & ecclesia mater. Vnde etiam si hæreticus, aut infidelis baptizet, dum tamen intendat facere quod ecclesia facit, Christo & ecclesiæ dicitur parere filios, non autem hæresi, aut infidelitati suæ. Sicut enim Iacob genuit filios per liberas & ancillas: ita Christus per catholicos & hæreticos bonos aut malos. vt Augustinus dicit contra Donatistas. Mater ergo omnium fidelium est ecclesia. Vnde idem Augustinus libro. de symbolo. dicit. Si quis ab ecclesia inuentus fuerit alienus, alienus erit à numero filiorum Dei: nec habebit Deũ patrem, qui ecclesiam noluit habere matrẽ. Et hoc sit pro primo. ¶ Iam videndum est se 2
cundo loco, quòd ex præfata ratione maternitatis nulla necessitas sit dicendi, quòd vniuersalis ecclesia superior sit authoritate, siue potestate iurisdictionis Romano pontifice, quod etsi satis de se appareat, ostenditur tamen ex hoc: quòd etsi ratio maternitatis attribuatur ecclesiæ, vt dictum est, ministris tamen ratio paternitatis conuenit. vnde Augu. in sermone de epiphania. vt refert sanctus Thomas in. 3. parte. quæstio. 67. Locum patris obtinet qui baptizat: matris autem aqua baptismi. Et maximè ratio paternitatis conuenit summo ministro Dei, scilicet Romano pontifici, quocirca dicitur pater patrum. Vn de clarè patet, quòd esse prædicto modo matrem, nõ arguit superioritatem potestatis iurisdictionis spiritualis super filios: imò stat bene, q̃ aliquis sit filius ecclesiæ, & alia ratione pater ecclesiæ. Sicut quòd conueniat sæpe, q̃ aliquis sit genitura filius alicuius mulieris, & sit cura spiritualis regiminis pater eius. Et q̃ ita sit de ecclesia, exemplariter ostenditur in multis. Primò quidẽ in Christo: Christus enim quandoque dictus est filius synagoge. vnde gl. super illud Iob. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meę. dicit sic. Mater Christi synagoga est, quæ in se eum opertum litera tenuit, nec nudum in diuinitate vidit, sed ab ea nudus ad gentes exiuit. Item Christus quandoque est dictus filius ecclesiæ. vnde ipse ait Mar. 3. de discipulis suis: ecce mater mea & fratres mei. vbi dicit gloss. soror & frater credendo, mater prædicando, dum per verba prædicationis amor Christi quasi ipse Christus in corde auditoris generatur. Itẽ hoc verbum per tractãs beatus Augu. psal. 127. dicit, quomodo mater eius est ecclesia, nisi q̃ ipse Chrus est in christianis, quos p baptismũ cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinuè parit ecclesia? Item ipse Christus est filius beatissimæ virginis Mariæ: nihilominus super omnes istas matres superior est authoritate & eminentia potestatis. Similiter non est inconueniens, quòd papa cùm sit hoc ꝙ filius ecclesiæ, quia sacramento baptismi regeneratus, sit etiam pater ecclesiæ. vnde etiã pater patrum appellatur, & ipse vniuersitati fidelium scribens ait in cunctis literis suis, dilectis filijs, &c. Nec hoc videtur magis inconueniens, quàm quòd dicatur princeps, caput, pastor, & magister ecclesię, quę à sanctis patribus attributa leguntur Romano pontifici. Verùm hoc etiam authoritate scripturæ firmamus. Scribitur enim Psalm. 44. & est dictum prophetæ ad ecclesiam. Audi filia, & vide, &c. vbi dicit glo. August. Sic alloquitur propheta reginam istam: Audi filia & vide. alloquitur eam tanquam vnus de patribus. Item in eodem psalm. super illud. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. dicit idem August. & habetur in cap. quorum vices. distin. 68. Sic genuerunt te apostoli: ipsi missi sunt: ipsi prædicauerunt: ipsi patres. sed nunquid nobiscum corporaliter esse poterant vsque in posterum? ergo illorum absessu deserta est ecclesia? Absit. Pro patribus tuis (inquit) nati sunt tibi filij: patres missi sunt Apostoli. pro Apostolis filij nati sunt tibi: constituti sunt episcopi. hodie enim episcopi qui sunt per totum mundum vnde nati sunt tibi? ipsa ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Nõ ergo putes te desertam quia nõ vides Petrũ: quia non vides Paulum: quia non vides eos, per quos nata es: de prole tua tibi creuit paternitas. pro patribus tuis nati sunt tibi filij. hæc August. Ex quibus clarissimè patet simul ista stare, quòd Romanus pontifex sit filius ecclesiæ, quia per baptismum regeneratus, & sit pater ecclesiæ ratione prælationis & authoritatis, qua præest ecclesiæ vt rector & gubernator. Vnde beatus Bernardus scribens ciuitati Pisanæ in quadam epistola ita inquit de Innocẽtio papa. Honora tuum & vniuersitatis patrem. & ideo non mirum sicut ratione filiationis papa veneretur ecclesiam vt matrem: & ratione prælationis præseratur ecclesiæ: ut pastor gregi, vt princeps plebi, & vt rector familiæ. Ad quod satis opitulatur illud quod Apostolus ad Roma. vltimo. salutando quosdam obseruauit: filium enim quia erat in ordine ecclesiastico constitutus præponit in salutando matri suæ sic dicens. Salutate mihi Rufum electum in domino, & matrem. scilicet carne, secundùm glo. & meam, scilicet beneficijs. vbi glo. ordinaria dicit, quòd Apostolus filium matri prę ponit pro ecclesiastico officio. Quòd autem dicit aduersarius, quòd papa non potest dici pater ecclesiæ: quia nullus potest dici pater suæ matris. Dicendum est, quòd falsum est: diuerso enim respectu, & secundùm aliã, & ãliam rationem potest quis dici pater alicuius, & filius illius. Nam Christus dicitur & filius Dauid, & pater Dauid, & filius beatæ virginis, & pater eius, & episcopus filius est mulieris, cuius est pater spiritualis. Quod autem inducitur ex saluatore. Vnus est pater, &c. non est ad propositum: quoniam Christus in illis verbis, vt habetur ex glo. nõ vult dicere nisi quòd vnus sit pater principalis author vitæ, naturæ, & gratiæ, & gloriæ, vtpote in quo viuimus, morimur, & sumus: non autem vult negare, quin aliquo modo, participatione scilicet quadam aliquibus alijs nomen & ratio paternitatis conueniat. Vnde Iacobi. 1. dicitur. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum, à quo est omnis paternitas in cœlo & in terra. Præterea scriptura sancta plena est de honore impendẽdo patri & matri Exo. 20. Et in proposito dicimus, ꝙ papa participatione potestatis diuinæ sibi datæ à Deo est pater omnium fidelium. Non est autem hic prętereundum, quòd ecclesia Romana dicitur mater nostra, siue fidelium. vnde Mar. 7. super illud: mulier eũ statim vt audiuit eos. dicit glo. Mulier est mater nostra Romana ecclesia. Quod ideo putamus dictum esse. Tum primò, quia ecclesia Romana est magistra fidei, per quam efficimur filij Dei. vt in cap. omnes. dist. 22. Tum secundò, quia ipsa est mater omnium ecclesiarum Christi, in quibus fit generatio filiorum Dei. vt in cap. non decet. distin. 12. dicit Calixtus papa. Tum tertiò, quia veluti mater omnibus fidelib⁹ subuenire solita est. Vnde Zepherinus papa in decretis suis inquit. Tantam à domino huiusmodi sanctæ sedis & Apostolicæ ecclesiæ fundatore beato Petro Apostolorum principe accepimus fiduciam, vt pro vniuersali Christi sanguine redempta ecclesia impigro vigilemus affectu: & omnibus domino famulantibus succurramus, & cunctis pie viuentibus opem feramus. hæc ille. Quocirca Adrianus papa in epistola quadam ad Basilium imperatorem 4. inquit. O inquam est laudabilis & meritò à cunctis mortalibus efferenda Apostolica sedes, *Matth. 23.*

sedes, quæ semper catholicis subuenire consueuit: quæ semper gaudere cũ gaudentibus, & flere cum flentibus non cessauit. hæc ille. Propter quam rationem inquit sanctus Sixtus papa in. c. omnes. 2. q. 6. Omnes episcopi, qui in aliquibus pulsantur vel criminantur grauioribus causis quoties necesse fuerit, libere apostolicam sedem appellent, atq; ad eam quasi ad matrem confugiant. hæc ille. Et papa Zepherinus in. c. ad Romanam ecclesiam. eadem causa. &. q. ita ad propositum inquit. Ad Romanã ecclesiam ab omnibus maximè tamen oppressis est appellandum & concurrendum quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, & authoritate defendantur, & a suis oppressionibus releuentur: quia non potest, nec debet mater obliuisci filium. hæc ille.

¶ In quo respõdetur ad sextam rationem sumptam ex eo, ꝙ ecclesia dicitur domina. Cap. LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio sexta aduersariorum, qui obijd, quòd ecclesia dicitur domina, infertur, Papam non esse illa iurisdictionis authoritate superiorem, confutatur.*

Respõ. sexto argumẽ. ca. 81.

1 ADsextam rationẽ, quæ inducitur, ꝙ ecclesia sit dña, &c. & papa nõ sit dominus, sed minister, &c. Respõdetur negando vtrãq; partem antecedentis. Videlicet primò, ꝙ ecclesia vniuersalis sit domina. Secũdo ꝙ papa non sit dñs. Et ad probationẽ primæ partis dicimus, ꝙ authoritas illa Threnorũ. 1. ad literam intelligitur nõ de vniuersali ecclesia, sed de ciuitate Hierusalem, & vniuersitate populi iudaici, cuius ruinam lamẽtabatur propheta. vnde glos. ita inquit. Quomodo sedet sola ciuitas Hierusalem. s. populo expoliata, ignominia plena, inter hostes humiliata, olim populosa, & inter hostes gloriosa facta, quasi vidua domina gentiũ, regibus destituta, sacerdotibus desolata, templo prophanata, & vasorũ gloria spoliata, &c. & ita secundùm literalẽ sensum (Vnde sumitur efficax argumentum vt ait Augustinus) authoritas illa non est ad propositum. Cæterùm licet allegoricè authoritas illa exponatur in glo. de ecclesia vniuersali, nõ tamen ad intelligentiã aduersariorum, videlicet, ꝙ cõmunitas ecclesiæ per orbem diffusa, aut collecta synodaliter sit domina gentiũ, & princeps prouinciarum. Sed exponitur, & intelligitur sic: ꝙ ecclesia sit domina. vt glo. inter. habet in prælatis. Non em̃ ecclesia dominatur instar vnius communitatis in omnibus mẽbris suis, sed in prælatis tantũ, & maximè in summo prælatorum, scilicet Romano põtifice: quoniam regimẽ & principatus ecclesiæ non est institutus, vt suprà declarauimus, ad modum regiminis Aristocratij, in quo summus principatus non est apud aliquẽ singulariter, sed apud multos: sed ad modum regiminis regalis, in quo summus principatus est apud vnum videlicet Romanũ pontificẽ: sicut habetur in. c. nolite errare. dist. 11. vnde ipse dicit princeps ecclesiæ, & vocatur dñs noster. Vnde synodus vniuersalis vocat Romanam ecclesiã dominã. in. c. oportebat. dist. 79. Vbi ad sciendum quomodo Romanus pontifex possit & debeat dici dñs ecclesiæ, & alij prælati suarũ ecclesiarum, & quomodo non, est notãdum, ꝙ vt tangit S. Tho. dominium dupliciter accipitur. Vno modo secũdùm ꝙ opponitur seruituti. & sic dñs dicitur, cui aliqs subditur vt seruus. & hoc modo prælati ecclesiæ non sunt dñi aliorum. Alio modo accipitur dominiũ secundũ ꝙ communiter refertur ad subiectũ qualitercũq;. & sic etiam ille, qui habet officiũ gubernãdi, & dirigẽdi liberos, dñs potest dici. & hoc modo Romanus pont. cùm sit vniuersalis gubernator & director omniũ fideliũ, potest dici dñs ecclesiæ, siue fideliũ, & ita appellatur ab omnibus. Qui modus dominationis etiã fuisset in statu innocentiæ sicut etiam est inter angelos, inter quos vn⁹ ordo dominationũ vocatur. Quòd verò dicũt aduersarij, ꝙ prælati ecclesiæ sunt dispẽsatores & ministri, & per consequẽs papa, & ita non dñi. Dicẽdum est, ꝙ ista consequentia nulla est. Tum primò: quia bene stat cum dñio, ꝙ aliquis sit minister alterius superioris dñi, sicut de principibus tã spiritualibus ꝙ secularibus, qui oẽs sunt ministri Dei, sicut Apostolus innuit ad Ro. 13. Tum secũdò: qa bene stat cũ dñio secũdo modo dicto, ꝙ aliquis sit etiã minister eorũ, quorũ dicitur dñs, eorũ vtilitati seruiẽdo. vnde papa dicitur seruus seruorũ Dei. Præterea Christus, ꝙ fuit regũ terræ princeps & dñs dominorũ ministrum nostrũ se vocat. vnde inquit. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. *Tho. in pri mu part. q. 96. art. 4.* *Matth. 20.*

Stat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stat ergo, q̃ papa sit seruus seruorũ Dei ministerio charitatis, & dominus superioritate authoritatis. Vnde falsum est quod aduersarij dicunt, q̃ papa sit minister ecclesiæ, sicut cuius vice aut nomine agat. Hoc enim modo solus Christi minister est & vicarius, cuius vices agit in terris, vt in superioribus ostendimus in.c.37. Ad id quod inducitur de Bernardo libro de consideratione: respondetur, q̃ beatus Bernar. dicens, q̃ papa non sit dominus, aut Romana ecclesia domina: capit dñium primo modo sumptũ, videlicet secũdũ q̃ opponitur seruituti: dñi autẽ ad seruũ, vt dicit Arist. 8. Ethi. est prælatio tyranni ad subditum. Differt autem tyrannus à rege, vt ibidem dicit philosophus: quia rex ordinat prælationẽ suam ad bonũ gentis, cui præest, propter eorum vtilitatem statuta & leges faciens. Tyrãnus autem dominatur ad vtilitatem propriã: & talis dominatus non est nec esse debet in ecclesia. Et iste est dominatus, q̃ *Matth.20.* prohibetur Apostolis à domino cùm ait. Scitis quia principes gentiũ dominãtur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos. & de tali dominio loquitur beatus Bernar. & nõ de dominio secundo modo dicto. Quod patet ex eo, quod dicit in epistola quadam ad Eugenium papam. vbi de duplici dominio præfato distinguens: ita loquitur. Si Christus te misit, æstimabis te nõ ministrari, sed ministrare venisse: & miuistrare nõ solũ substantiã, sed ipsam quoq; animam. Verus successor Pauli dicet cũ Paulo: non quia dominamur fidei vestrę, sed auditores sumus gaudij vestri. Petri hæres audiet Petrũ dicentem, nec vt dominãtes in clero, sed forma facti gregis. Ecce vbi primum modum dominij excludit à papa. Deinde subiungit sic parum post in eadem epistola. Terribilis prorsus terribilis est locus iste: locus in quo stas, terra sancta est: locus Petri, locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius: locus illius, quem cõstituit dominus dominũ domus suæ & principem omnis possessionis suæ. hæc ille. Ecce q̃ Petrum nominat dominum domus Dei. & ita patet quid dicendum sit ad dictum Bernardi. Præterea ad dictũ beati Bernardi respondit Archidia. super capit. fideli. extra de sum. Trini. & fi. ea. in. 6. post recitatum præfatum verbum Bernardi in glo. dicentis, q̃ Romana ecclesia nõ est domina. dicit sic. Quicquid Bernardus dicat, ecclesia Romana in canone domina nuncupatur. 79. dist. oportebat.

Lib. II. Cap. LXXXVIII.

¶In quo respõdetur ad obiectionem septimam ex eo, quòd ecclesia est domina rerum ecclesiasticarũ. Cap. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa an sit dominus rerum ecclesiasticarum cuidam aduersariorum obiectioni respondendo, ostenditur.*

A D septimam aduersariorum obiectionem pari modo faciliter respondetur: *in qua, cùm dicitur, q̃ papa non sit dominus rerum ecclesiæ, sed ipsa ecclesię communitas, & per consequẽs, q̃ ecclesia ipsa superior papa dicenda veniat.* Respondetur dupliciter. Primò negando antecedens pro vtraque parte. Primo videlicet, q̃ papa non sit dominus ecclesiæ: quoniam quẽadmodum dicitur papa dominus ecclesiæ. i. rector, atq; gubernator eius: ita debet dici dominus rerum ecclesiæ. Vnde Bernardus in epistola ad Eugeniũ suprà commemorata dicit: q̃ Romanus pontifex locum tenet eius, quem constituit dominus dominũ domus suæ, & principẽ omnis possessionis suæ. sed bona oblata pertinent ad ius sacerdotum, iuxta. c. nulli. 12. q. 2. Secundò respõdetur ad obiectionem prędictam negando consequẽtiam: quoniam dato q̃ apud ecclesiam vniuersalem dominium esset rerum ecclesiasticarũ, & non apud papã, sed sola dispensatio, non sequitur propter hoc, q̃ ecclesia esset superior authoritate prælatiõis, aut iurisdictionis ipso Romano põtifice, hoc maximè considerato, q̃ authoritatem ipsam dispensandi sicut & pascendi gregem ipsum dominicum non ab ecclesiæ cõmunitate, sed ab ipso omnium summo pastorum Christo habet, dicente sibi in Petro: Pasce oues meas. *Iohan. vlti.* alias quælibet diœcesis authoritate maior esset suo episcopo, aut parochia suo presbytero curato: cùm communitatibus ecclesiarum talia bona data sint, non singulari personæ. Vnde fundatores ecclesiarum intenderunt dominium & proprietatem bonorum ablatorum trãsferre primò & directè in cõmunitatem collegij, scilicet talis, vel talis ecclesiæ ad vsum Deo seruientium, & non in aliquam personam singularem. vt satis colligitur ex cap. pontifices. 12. quæst. 3. & si singularis persona,

persona, scilicet vt pars & membrum cõmunitatis habeat in ipsis ius vtendi ad sustentationem sui status, sed authoritas est in ipsis pontificibus, quibus claues collatæ sunt. Et ita ista consequẽtia nulla est. Apud communitatem ecclesiæ est dominium rerum ecclesiasticarum, & non apud Papam: ergo apud communitatem ecclesiæ authoritas superior iurisdictionis est, quàm apud Romanum pontifi.

¶In quo respondetur ad obiectionem octauã sumptam ex eo quòd ecclesia dicitur regina. Cap. LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Papa quomodo est rex, & ecclesia regina, diluendo quandam aduersariorum obiectionem, ostenditur.*

Respõde. octauo argu. facto. c. 81.

A Am ad obiectionẽ octauam sumptam ex eo, q̃ ecclesia nominatur regina, respondeamus. Dicimus autẽ hanc consequẽtiam nullam esse: Ecclesia dicitur regina: ergo est maior Papa authoritate iurisdictiõis. Pro 1 quo & multis similibus est notãdum, quòd cum dona gratiæ gratum faciẽtis sint distincta à donis gratiæ gratis datæ: dona gratiæ gratum facientis non arguunt dona gratiæ gratis datæ. patet: quoniam ex hoc quòd aliquis est in charitate, non sequitur q̃ sit propheta, doctor, aut prælatus: neq; econuerso ex hoc quòd quis sit propheta, doctor, aut prælatus, sequitur quòd sit in charitate: aut ex hoc quòd quis sit excellẽtior doctor, aut propheta, aut sublimior prælatus, sequitur q̃ sit in maiori charitate. Vnde Sãctus Tho. in quæst. de veritate. q. 12. artic. 2. respondẽs ad authoritatem illam Matth. 11. Non surrexit maior Iohanne Baptista. dicit: q̃ etsi Iohãne Baptista nullus fuit simpliciter maior, propter hoc non sequitur, q̃ nullus fuerit eo excellentior in gradu prophetiæ. Et ratio sua est: quia cùm prophetia non sit donum gratiæ gratum facientis, potest esse maior propheta qui est minor in merito. hæc sanctus Thomas. Secundò notandum, quòd nomen reginæ sicut nomen regis potest attribui alicui dupliciter. Vno modo ratione virtuosi regiminis, quo quis bene se regit, secundùm illud Senecæ. Si bene te rexeris, es dignus nomine regis. Et Cassiodorus dicit psal. 37. Reges terræ sunt, qui corporibus suis diuinitatis munere dominantur. Et Gregorius in moralibus libro. 11. Qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, non immeritò reges vocantur. Hoc modo esse reginam legimus attribui & animæ rationali deuotæ, & ecclesiæ vniuersali, quæ ex sanctis animabus vnà colligitur: vt ait August. super psalm. 44. Quod verò animæ sanctæ reginæ nominentur, habetur Canti. 6. vbi dicitur. Sexaginta sunt reginæ. vbi glo. interli. ait, filios ex amore sponti & regni generantes. De ecclesia verò vniuersali sequitur immediatè. Vna est columba mea, perfecta mea. vbi glo. Aymonis ita habet. Vna columba mea, hæc vna est catholica per vniuersum orbem diffusa ecclesia: quæ ex reginis, & adolescẽtibus constat. De hoc satis, quoniam quomodo vniuersalis ecclesia regina dicatur, plenè diximus in primo libro. cap. 43. Tertiò considerando, q̃ hoc modo esse reginam, respicit dona gratiæ gratum faciẽtis, sicut patet ex ipso prophetico tex. qui inductus est per aduersarios. dicit enim propheta. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate, id est auro charitatis decorata, & varietate circundata meritorum. vt inquit glo. 2. Et hinc est, quòd ecclesia non dicitur regina in omnibus membris suis, sed in illis, quæ in gratia & charitate sunt. Vnde glos. ordina. super illud Cant. 6. Sexaginta sunt reginæ, &c. dicit sic. Reginæ sunt, quæ intuitu regni cælestis inseruiunt. Et ideo dicuntur sexaginta: quia sola dilectione præceptorum Dei perfectionem operum habent. Vel quia corporeos quinque sensus ad regulam Apostolicæ doctrinæ obtemperant. Ex quibus patet, quòd ecclesia in eis membris dicetur regina, quæ quinque suorum corporum sensus ad regulam diuinæ legis disponentes per gratiam & charitatem thoro æterni regis appropinquant. Ex quibus apertissimè colligitur, quòd sæpe contingit, quòd ecclesia habet altiorem gradum authoritatis & potestatis ecclesiasticæ in quibus nõ habebit præfatum nomen reginæ, vtpote in prælatis malis, siue malè viuentibus, malè se regentibus: & econuerso in multis erit regina, in quibus nihil habet authoritatis ecclesiasticæ: sicut patet de multis sanctis. Quocirca arguere ex hac appellatione reginæ altiorem gradum superioritatis potestatis ecclesiasticæ, videtur sapere errorem Valdensium, &

Iohan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iohannis Witcleff, dicētium apud solos existentes in gratia gratum faciente esse claues ecclesiæ. Habemus ergo manifestum, ꝙ ista consequentia nulla est. Ecclesia est regina: ergo superior est papa authoritate potestatis. maximè si attendamus, ꝙ etsi beatissima virgo Maria non modò hominum, sed etiam angelorum regina sit, claues tamen regni cælorum non sunt ei datæ, sed Apostolis. vt habetur extra de pœni. & remiss. ca. noua. Secūdò modo potest attribui ecclesiæ nomen reginæ ratione prælationis, aut principatus, & hoc in prælatis, q̄ sunt rectores eius, sicut sæpe diximus, & maximè in Romano pontifice, cui omnes primates mundi iure diuino caput inclinant: qui etiam reges dici possent. sicut suprà in c. 33. plenè ostendimus, secundum illud psal. 44. Delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. vbi dicit glo. ordin. Reges dicit Apostolos, qui se & alios in virtutibus regunt: quorum filiæ sunt omnes ecclesiæ per eos in fide genitæ. Quod verò dicunt aduersarij, ꝙ papa non possit vocari rex, negatur tanquam falsum: quoniam sicut suprà ostendimus, cùm rex à regēdo dicatur, vt ait Isido. & Romanus ponti. rector sit vniuersalis ecclesiæ, rex conuenientissimè posset appellari. Et ad probationem cùm dicitur, ꝙ regimen ecclesiæ respectu papæ non sit regale, sed politicū: dicimus, ꝙ hoc sit falsum, sicut sufficienter probatū est in superioribus, maximè circa. c. 2. Et ad probationem quam inducunt ex illo Matt. 20. Scitis, &c. respondetur, ꝙ probatio illa nullius virtutis est: quoniam per illa verba Christi nō negatur principatū ecclesiæ esse regalē, aut monarchicū, sed tantùm, ꝙ principatus & dominium prælatorum ecclesiæ nō debeat esse more dominorum, seu principum huius mūdi: qui ideo fiunt, vt dominentur in minoribus suis: prælati verò vt seruiant. Vnde beatus Chryso. super illo verbo ita ait. Principes mundi ideo fiunt, vt dominarētur minoribus suis: principes autē ecclesiæ, vt seruiant minoribus suis, vt suas vtilitates negligant, & illorum procuret. hæc Chryso. Quod verò vltimò inducūt, ꝙ Christus fugit, ne facerent eum regem, insipienter inductum est, nec facit ad propositum: quoniam ideo fugisse dicitur, ne facerēt eum regem, vt inquit Sanctus Thom. super Iohan. Primò, quia cùm ipse esset verè rex, derogasset suæ dignitati, si regnum ab hominibus recepisset: qui sic rex erat, vt eius participatione reges omnes essent. Prouerb. 8. Per me reges regnant. Secundò, quia præiudicasset suæ doctrinæ, si claritatem, & robur ab hominibus accepisset: sic enim operabatur & docebat, vt totum diuinæ virtuti ascriberetur, & non fauori humano. Iohan. 5. Claritatem ab hominibus non accipio. Tertiò, vt erudiret nos mundanas contemnere dignitates. Iohann. 13. Exemplum enim dedi vobis. &c. Ecclesiastici. 7. Noli quærere ab homine ducatum. Et ita patet, quòd authoritas illa nullo modo probat propositum aduersariorum.

¶ In quo respondetur ad obiectionem nonam sumptam ex eo, quòd ecclesia dicitur sponsa Christi. Cap. XC.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio aduersariorum, qui arguunt Papam ideo dici ecclesia uniuersali iurisdictionis authoritate esse inferiorem, eo quòd ecclesia dicitur Christi sponsa, &c. diluitur.*

NOnò arguebatur per aduersarios ex eo, quòd ecclesia dicitur sponsa Christi, papa autem non sponsus, sed paranymphus, &c. ¶ Ad hanc obiectionem respondentes dicimus, quòd ratio illa in nullo fauet proposito aduersariorum. Quod ex multis colligitur. Primò: quia ecclesia, quæ dicitur sponsa Christi, non dicit aliquam personam, aut communitatem, seclusō papa: cùm dicat Bernardus super Canti. homilia. 69. Quid sponsa nisi cōgregatio iustorum? quid ipsa nisi generatio quærentium dominum quærentium faciem sponsi? Secundò: quia ratio & dignitas sponsæ conuenit etiam personæ Papæ si sit in amore Christi. Vnde ipse Bernardus in sermone de nuptijs dicit sic. Sponsa Christi ipsi nos sumus, & omnes simul vna sponsa, & animæ singulorum singulæ sponsæ. hæc Bernardus. Tertiò quia ratio huius sponsalitatis non arguit superioritatem authoritatis, de qua loquimur. de quo rationem suprà assignauimus in superiori ca. quia hoc respicit gratiam gratum facientem, cùm sponsa dicatur propter dilectionem. Ait enim Bernardus super Cant. homilia. 77. Ecclesia dicitur ciuitas propter collectionem: sponsa propter dilectionem: oues propter

Respōde. no argu. facto. c. 81. 1

propter māsuetudinem: superioritas autem & excellentia authoritatis innititur dono gratiæ gratis datæ. Et inde est, ꝙ ecclesia dicitur sponsa Christi in omnibus membris, quę in Christi amore florent. id est in his membris, quæ numero & merito sunt Christi mēbra. Vnde glo. super illud. Despondi enim vos vni viro, &c. dicit, ꝙ ecclesia in omnibus veris mēbris virginitatem mentis seruat, etsi non corporis. & infrà. Singulariter dicit virginem, quia omnes sunt vna virgo propter fidei integræ vnitatem, solidæ spei, sinceræ charitatis, Virgo sunt: quia à prauitate erroris, et ab opere malo incōtaminati. casta: quia non habent æstum malæ volūtatis. hæc glo. Et nihilominus ecclesia non habet in omnibus istis potestatem clauium: quinimò habet in multis, quæ non sunt inter membra vera sponsæ, sed odientium Deum. Esse ergo sponsam Christi licèt arguat fidē per dilectionem operantem. Sponsabo te mihi in fide. non tamen arguit authoritatem iurisdictionis, aut superioritātē principatus: aliàs personæ sanctæ, quæ sponsæ Christi sunt, & vocantur, superiores essent & potestate & authoritate iudicij multis prælatis, qui sunt peccatores: quod est error Valdensium. Consequentia ergo illa aduersariorum: Vniuersalis ecclesia est spōsa Christi, ergo superior est authoritate Romano pontifice. nulla est. Vnde etiam tempore veteris legis ecclesia dicebatur sponsa: sicut in multis locis habetur in libro Cantico. & nihilominus Moyses superior erat authoritate tota illa multitudine ecclesiæ: sicut in superioribus sæpenumerò inductum est. Et cùm dicitur, ꝙ maior sit potestas regiminis in sponsa q̄ in paranympho: dicimus, ꝙ verum est, nisi sponsus aliter ordinauerit, sicut factum est hic: quoniam ipse sponsus, scilicet Christus, regimen, & gubernationem, ac curā sponsæ suæ Romano pontifici tanquàm vicario suo plenè commisit. Præterea falsum dicūt, ꝙ papa non sit etiam sponsus ecclesiæ: sicut superiùs ostendimus. cap. 27. Vnde Bonifacius in ca. quoniam. extra de immunita. eccle. lib. 6. dicit. Nos iustitiam nostram, & ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere.

2. Cor. 11.

Osee. 2.

¶ In quo respondetur ad obiectionem decimam sumptam ex eo quòd ecclesia errare non possit. Cap. XCI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia catholica quomodo in fide & moribus errare non possit, elidendo quandam aduersariorum obiectionem, &c. ostenditur.*

DEcimò obijciebatur sic. Ecclesia non potest errare, & per consequens indeuiabilis est: papa errare potest, & deuiare à rectitudine tam morum, quàm fidei, ergo ecclesia est superior potestate, &c. Ad hoc respondentes dicimus, quòd ratio ista nulla est: quoniam hæc argumentatio nullas vires habet: ecclesia vniuersalis errare non potest in fide, papa verò sic, ergo ecclesia est maior & superior potestate clauium aut authoritate iurisdictionis Romano pōtifice. Cùm enim, vt suprà diximus, ista pertineant ad diuersas gratias gratis datas: distincta nanque est gratia confirmationis à gratia potestatis clauium: vna non arguit aliam, vt est manifestum: aliàs quicunque esset in gratia confirmatus, non modo claues haberet, sed etiam in clauium potestatē superior esset omni nō confirmato: quod absurdum est, & à fide vniuersalis ecclesiæ alienum. Vnde istę consequentiæ aduersariorum non modo sunt nullæ, sed etiam videtur sapere errorem. De hoc autem quod dictum est, quòd ecclesia vniuersalis errare non potest in fide, licèt plura dixerimus libro primo. c. 18. vbi apertissimè declarauimus, quòd in ecclesia Dei fides, sanctitas, doctrina, prælatio, & sacramenta vsque in finem essent duratura, nihilominus duximus hoc hic explicandum, qualiter iuxta sanctorum patrum doctrinam sit accipiendum: quòd ecclesia errare non possit. Dicimus autem hoc, quòd ecclesia in fide & moribus errare non potest, sic accipiendum esse: quòd Deus ita assistet ecclesiæ vsque ad consummationem seculi, vt nūquam vera fides deficiat in ea: nullum enim erit tempus vsque ad finem seculi, in quo nō sint aliqui, etsi non omnes, qui veram fidem per dilectionem etiam operantem, siue charitatem formatam non habeant. Quod pulchrè ostendit Aug. sup illud psal. 108. Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq;. sic dicens. Ex ore suo quippe dicit, ꝙ vnitas corporis loquitur, in cuius mēbris etiam illi deputantur, qui defecerunt ad horam negādo: sed pœnitendo postea reuixerunt, vel etiam martyrij quam perdiderunt palmā reparata confessione sumpserunt. Non igitur vsque valde,

Respōde. de decimo argu. facto. c. 81. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

valde, sed sicut quidam codices habent non vsquequaq; , hoc enim non omnimodè ex ore Petri,in quo erat typus ecclesiæ,verbum veritatis ablatum est:qui etsi ad horam negauit timore turbatus,tamen flendo est reparatus,& confitendo postea est coronatus. Totum itaq; corpus Christi loquitur.i. ecclesiæ sanctæ vniuersitas, in quo toto corpore siue quia negantibus plurimis remanserunt fortes,qui vsque ad mortem pro veritate certamẽ certarent:siue quia ex his, q negauerunt, multi reparati sunt, non est ablatum ex ore eius verbũ veritatis vsq; valde. hæc Augusti. De isto etiã ecclesiæ priuilegio habetur Matthæi.16.vbi Petro Christus ita ait. Tu es Petrus,& super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam:& portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.glos.interli.non separabunt eam à charitate mea,& fide.Super quo verbo dominus Archidiaconus in capit.ita dominus. distin.19.ita dicit.Portæ inferi peccata mortalia sunt,quæ dicũtur portæ inferi: quia per ea paratus est aditus ad inferos: hæc autẽ nõ prævalebunt contra ecclesiam sic,quòd non sint aliqui boni semper in ecclesia. Vel portę inferi dicũtur hæreses & schismata: quia per ea similiter est aditus ad infernũ. Hæc similiter nunquam contra ecclesiã prævalebũt sic, vt eam totaliter polluãt. 24.quæst.1.à rectà. hęc ille. Item eodem modo exponit sanctus Thomas in.4.dist.6.loquendo de baptismo, vtrũm possit dari ab hæreticis,dicens sic. Nõ requiritur fides personalis offerẽtium ad baptismũ, nec alicuius personæ determinatę, sed solùm fides ecclesiæ militantis, quam nõ est possibile deficere totaliter, Deo ordinante,qui dicit Matth.vlt.Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

¶In quo respondetur ad vltimam obiectionem fundatam super illo Matth.18.Dic ecclesiæ. Cap. XCII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ authoritas an maior probetur authoritate Papali ex illo Matth.18.Dic ecclesiæ.respondendo cuidam aduersariorum obiectioni, per quinq; puncta principalia ostenditur.*

Respõde. ad undecimum arg. factum c.81.

RElíquum iam restat, vt vltimæ satisfaciamus obiectioni, qua aduersarij potissimè fulciũtur ad probandũ quòd vniuersalis ecclesia authoritate & iurisdictionis potestate superior sit Romano Põtifice, dicentes, q ad vniuersalẽ ecclesiam sicut ad supremũ iudicem quilibet fidelis,& per consequens etiã Romanus pontifex remittatur. Ad quam respondẽtes dicimus hoc esse falsum.Et ad probationem,quã faciunt ex illo Mtth.18. Dic ecclesiæ.Dicimus quòd authoritas bene & catholicè intellecta non facit pro aduersarijs. Alia nempe est intelligentia præfatæ authoritatis iuxta sanctorum & clarissimorum doctorum interpretationem, quàm aduersarij prętendant.Pro cuius declaratione, quia hac 1
authoritate maximè aduersarijarmantur,est notandum,quòd illud dictum Christi.Dic ecclesiæ. exponitur dupliciter iuxta glos.ordina.& expositores.Primò sic. Dic ecclesiæ.scilicet tanquam iudici, denuntiando illi peccatum fratris corrigẽdum.Alio modo : Dic ecclesiæ:id est, coram ecclesia obiurga fratrem delinquentem : vt iuxta Hiero. in glo. ordi. detestationi eum habeat: & qui non potuit pudore saluari,saluetur opprobrijs.Quo notato,faciemus quinq;.In primo probabimus quòd exponendo illud.Dic ecclesiæ.tãquàm iudici secundùm literalem sensum: ex quo solo efficax argumentum sumitur vt inquit tam Dio.quàm Aug. per ecclesiam nõ possit vniuersalis ecclesia per orbem diffusa intelligi.Secũdò probabimus,q etiam per hoc Dic ecclesiæ. non possit intelligi ad literam vniuersalis ecclesia concilialiter cõgregata.Tertiò probabimus, q per ecclesiam in prædicta authoritate intelligatur prælatus.Quartò soluemus rationes inductas contra hanc intelligẽtiam.Quintò ostendemus etiam,q ex sensu literali non possit rectè intelligi illud. Dic ecclesiæ.iuxta secundam expositionem, qua exponitur : id est coram ecclesia obiurga,de vniuersali ecclesia,siue dispersa, siue synodaliter collecta. ¶Pro deductione omnũ istorum præsupponimus cum omnibus sacræ scripturæ doctoribus, q correctio fraterna, de qua in præfata authoritate datur generalis doctrina,cadit sub præcepto.Qua supposition posita,sit ista conclusio.Per ecclesiam, cui tanquam iudici præcipitur denuntiari cuiuslibet fratris delinquẽtis peccatum, ex sensu literali,aut ex intẽtione Christi non potest accipi ecclesia vniuersalis per orbem diffusa.

Quinq; facturus est principalem.

Circa primum principale.

diffusa.Ista conclusio probatur multipliciter. Et primò sic. Nullus potest intelligi rectè assignatus ab aliquo sapiente iudex in causa aliqua, cui est impossibile vel quasi denuntiari culpam deliquentis.hoc est manifestum,quia talis frustra assignaretur iudex : sed ecclesiæ vniuersali dispersæ per orbem non est quasi possibile simul denuntiari posse peccatum cuiuslibet fratris delinquentis, vt patet,ergo ex intentione Christi sapientissimi legislatoris non potest intelligi per ecclesiam,cui tanquã iudici est denuntianda culpa deliquentis fratris, vniuersalis ecclesia per orbem dispersa. Consequentia est bona. Et confirmatur. Tũ, quia de ratione legis est, quòd sit possibilis, vt in cap. erit autem lex.dist.4.dicit Isidorus. Tum, quia vt inquit Hiero.anathema sit,qui Deum dixerit aliquid impossibile præcepisse. Secundò sic. Ad nullum tãquam ad iudicem sapiens legislator remittit aliquem qui non potest exire in actum siue exercitium iudicij, audiendo querelas, condemnando reum, vel absoluendo innocentem,& ista videtur manifesta,sed vniuersalis ecclesia per orbem diffusa non potest exire in actum iudicij,vt est manifestum, cùm non esset in vno loco congregata, ergo legislator Christus nullum hominem remittit ad ecclesiam vniuersalem,quæ per orbem diffusa est, tanquam ad iudicem, ergo per ecclesiam,de qua christus in euangelio inquit,Dic ecclesiæ.non potest verè intelligi ecclesia vniuersalis. Tertiò sic. Vniuersali ecclesiæ,quæ dicitur collectio omnium fidelium,nec in singulis membris, nec in omnibus simul vt vniuersitati sunt datę clauis regni cęlorũ,aut potestas ecclesiasticę iurisdictionis, vt manifesta luce ostẽdimus in superioribus, ergo ad eam vt ad iudicem nullus remittitur. Consequentia est bona: quoniam cuius non est potentia, eius nõ est actus,vt dicit Aristoteles in libr. de somno & vigilia. ergo falsum est,quòd ad ecclesiam vniuersalẽ remittatur quis sicut ad iudicem.Et hæc de primo. Secũdum verò,quòd per ecclesiam,ad quam vt ad iudicem dicitur remitti quilibet fidelis nõ possit intelligi ex intentione Christi siue ex sensu literali vniuersalis ecclesia concialiter cõgregata,probatur ex multiplici capite.Primò ex raritate congregationis vniuersalis ecclesiæ.Planè non est credendum,quòd sapientissimus legislator eum vniuersalem iudicem, & supremum poneret in ecclesia ad correctionem peccatorum, quę quotidie est necessaria in ecclesia, quem rarissimè contingit pro tribunali sedere, & maximè eum,qui per plures annos non conueniret ad iudiciũ. Patet:quia sic periret iustitia, & correctio non haberet locum: sed vniuersalis ecclesia rarò congregatur,imò quandoque plusquam per centũ annos non fuit celebratum vniuersale conciliũ: ergo nullo modo credendum est, quòd ad talem iudicem sapientissimus Christus fideles suos remitti voluit,siue ordinauerit.Secundò idem ostẽditur : dato etiam quòd semper celebraretur synodus aliqua vniuersalis, ex eo quòd insupportabili onere grauaretur populus Christianus,si pro adimplendo præcepto de correctione fraterna tenerentur fideles venire ad ecclesiamvniuersalẽ actu congregatã. Planè huiꝰ insupportabilis grauitas repugnat suauitati legis Christi.iuxta illud.Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie,nõ est supra,nec procul positum in cælo situm,vt possis dicere, Quis nostrum ad cælum valet conscendere,vt deferat illud ad nos,vt audiamus, & opere compleamus? nec trans mare positũ vt causeris,& dicas:Quis ex nobis transmeare poterit,& illud ad nos deferre,vt possimus audire & facere quod præceptum est? sed iuxta est valde.glo.interli.Mãdata Dei temperata,& moderata sunt humanis viribus.& dicit ipse legislator, Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.Planè non leue esset præceptum diuinæ legis de correctione fraterna, si fidelis quilibet illud adimpleturus, ad vniuersale concilium actu existens venire teneretur.Ad quod proculdubio obnoxius esset venire,si per ecclesiam,cui denuntiandũ est peccatum fratris delinquentis, vniuersalis ecclesia synodaliter congregata ex Christi intentione veniret intelligenda.Quocirca manifestum videtur non esse de intentione legislatoris Christi per ecclesiam in prædicta authoritate designare vniuersalem ecclesiam siue dispersam siue congregatam.Quæ ratio maximè ex eo loco diuinæ legis confirmatur, vbi Deuter.17.iudices in portis esse.& primi Machabæorũ.14.in plateis sedere legũtur:quod ideò à Deo stabilitum esse creditur,vt ãdministratores iustitiæ in promptu,& sine difficultate haberi possent, quod de concilijs vniuersalibus contingere non potest. Tertiò sic: ita fœminæ tenentur ad correctionem fraternam quemadmodum viri, & pauperes sicut & diuites: hoc est manifestũ: sed fœminæ nõ remittuntur ad ecclesiam nec dispersam, nec synodaliter congregatam tanquam ad iudicem,cui proximi denũtianda est culpa commissa, vt patet, ergo sequitur,quòd per illud: Dic ecclesiæ.non potest rectè accipi vniuersalis

Circa secundum principale.

Deuter.30

Matth.11

Universidad de Deusto
Biblioteca

salis ecclesia etiam actu synodaliter congregata. Consequentia est bona: quia aliàs fœmine tenerentur ire ad vniuersalia concilia ad denuntiandum delinquentium virorum aut mulierum culpas & malificia: & ita omnes fideles siue pauperes siue diuites, quod est absurdum. Quarto: Nihil quod est impeditiuũ iustitiæ, perturbatiuum pacis ecclesiæ, occasio multorum schismatum, & per quod ratione appellationum quæ interuenirẽt in omni causa ad illum supremum iudicem, vacarent omnia tribunalia à prælatorum & iudicum, creditur institutum à Christo, qui est rex iustitiæ & pacis amator: sed omnia ista mala sequerentur, si ecclesia vniuersalis congregata esset instituta iudex ad, quem cum frater delinquens non audiret fratrẽ corripientem esset recurrendum. Patet: quia ecclesia rarò cõgregatur & congregata non diu manet congregata, nec ad eam possent omnes fideles orbis concurrere, nec etiam mittere denuntiationes omnium fidelium fratrum delinquentium, vt patet, ergo nullo modo est dicendũ, quòd per ecclesiã intelligatur vniuersalis ecclesia congregata, etiam cum dicitur: Dic ecclesiæ. Quintò sic. Concilium vniuersali institutionem & robur authoritatis accipit à papa: vt distin. 17. per totum. & extra de capitul. significasti. ergo sequitur, quòd papa nõ remittatur ad concilium vniuersale sicut ad iudicem suum superiorem. Consequentia est manifesta. Sexto arguitur sic. Cõcilia vniuersalia sunt humana institutione introducta, vt patet in capit. Canones. distin. 16. &. 17. ergo non potest rectè intelligi secundum sensum literalem per ecclesiam, cùm dicit: Dic ecclesiæ. concilium vniuersale. Patet consequentia: quia aliàs institutio & celebratio concilij esset diuina lege, & non tantùm humana institutione, quod non videtur: ergo manifestũ est, quòd per ecclesiam, cui tãquam iudici peccatum delinquentis fratris incorrigibilis denuntiandum est ex sensu literali & ex intentione legislatoris Christi, non posset intelligi ecclesia vniuersalis nec dispersa per orbem, nec synodaliter congregata. Et hæc de secundo. ¶ Tertium verò, quòd scilicet per ecclesiã, cui tanquam iudici denuntiandum est peccatum fratris delinquentis & incorrigibilis ex intentione Christi sit intelligendus prælatus, multiplici sanctorum & clarissimorum doctorum testimonio probatur. Primò ex eò arguitur manifestè, quod Christus non vniuersali ecclesiæ dispersæ aut congregatæ, sed Apostolis, & eorum successoribus ecclesiæ prælatis ait: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo. vbi glo. Hieronymi dicit sic. hic potestatem tribuit Apostolis. Prælati ergo vniuersitatum sunt, ad quos tanquam ad iudices fideles remittuntur, & non ipsę vniuersitates. Secundò hoc idem ostenditur authoritate beati Chrysostomi, qui super Matthæum, vt habetur in glossa. continua exponit sic: Dic ecclesiæ. id est his, qui ecclesię præsunt. Tertiò idem arguitur ex glossa. decreti in capit. si peccauit. 2. quæstio. 1. quæ ita habet: Dic ecclesiæ. id est sacerdoti. ¶ Quartò idem ostenditur ex interpretatione Apostolicæ sedis in capit. nouit. extra de iudi. vbi ly, Dic ecclesiæ. de pastore & rectore vniuersalis ecclesiæ interpretatur, & exponit. ¶ Quintò ostenditur authoritate beati Thomæ, qui tam in. 4. distinct. 19. quàm in. 2. 2. quæstio. 24. in materia de correctione fraterna. exponit: Dic ecclesiæ. id est prælato in iudicio præsidenti. ¶ Sextò authoritate eiusdem sancti Thomæ in tractatu de correctione fraterna. vbi exponens prædictam authoritatem dicit. Præceptum de correctione potest pertinere ad omnes, vel ad prælatos: si ad omnes communiter, tunc ecclesia nõ vocatur hic cõgregatio, sed prælatus: si istud pertineat ad prælatos, tunc sensus est: Dic ecclesiæ. id est congregationi fidelium. & debet coram ea excommunicari, vt sit diuisus ab ecclesia per sententiam excommunicationis: & donec redeat ab ecclesia debet vitari, & haberi sicut ethnicus & publicanus. Ad idẽ sanctus Thomas super Matthæum sic dicens: Dic ecclesiæ. id est toti multitudini, vt confundatur, & qui noluit sine confusione corripi, cum confusionẽ corripiatur. est enim confusio adducens gratiam. Vel Dic ecclesiæ. id est iudicibus vt corrigatur, secundum illud. Si genuerit homo filium contumacem & proterum apprehendet eum, & adducet ad seniores ciuitatis. Hæc sanctus Thom. ¶ Septimò patet ex sententia domini Altisiodoren. in summa sua. 3. libr. 31. rubrica. quomodo sit intelligẽdum hoc præceptum, Si peccauerit in te frater. &c. cuius sententia est eadem quasi in forma cum illa quæ posita est sancti Thom. in tractatu de correctiõe fraterna. ¶ Octauò ad idem est sententia domini Hugo. Cardinalis primi postillatoris Bibliæ: qui iuxta duas gl. quæ ponuntur in glo. continua. quarum vna dicit: Dic ecclesiæ. id est his qui ecclesiæ præsident. & alia dicit: Dic ecclesiæ. id est toti ecclesiæ, vt maiorem erubescentiam habeat. dicit sa-

Circa tertiũ principale.

Deuter. 21

cit super Matthæ. sic. Si priuata persona corripit, si exponendum est: Dic ecclesiæ. id est, coram prælato ecclesiæ eum conuince per testes, quos noluit audire corripientes. & hoc iuxta primam glossa. Si verò prælatus corripit, sensus est: Dic ecclesiæ, id est coram ecclesia, scilicet congregatione fidelium excommunica. Nono eandem sententiam quasi formaliter persequitur venerabilis magister Nicolaus Gorra super Matthæ. ¶ Decimò ad idem est dominus Albertus Magnus, qui super Matthæ. ita exponit: Dic ecclesiæ. id est, prælato in conuentu siue in synodo: & si ecclesiam non audierit, vt secundùm arbitrium prælati corrigatur: sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Hæc Albertus. ¶ Vndecimò ad idem est communis postillator magister Nicolaus de Lyra, qui super Matthæ. ita exponit: Dic ecclesiæ. id est prælato. ¶ Duodecimò confirmatur ex practica, & consuetudine obseruatis à sanctis patribus, & ab vniuersitate fidelium ab ipso nascentis ecclesiæ exordio. Manifestum est autem, quòd practica obseruata in ecclesia Dei circa obseruantiam Præcepti siue ordinis de correctione fraterna semper fuit, & est denuntiare prælato & non vniuersali ecclesiæ siue dispersę siue congregatæ fratris delinquentis peccatum. Cùm ergo consuetudo obseruantiæ sit interpres legis, vt dicit Augustinus libro de mẽdacio, ex factis sanctorum colligemus, quid in scripturis sentire debeamus. Manifestum est, quòd verus, & proprius, ac principalis intellectus præfatæ authoritatis sit, vt per ly ecclesiam, cui tanquam iudici denuntiatio fienda est, siue ad quem fidelis remittitur, prælatus ecclesiæ intelligi debeat, siue accipiendus veniat, & non vniuersalis ecclesia aut per orbem dispersa, aut synodaliter congregata. Quibus testimonijs consideratis, valderidiculum est & satis abominabile, quòd aduersarij, contemptis tantorum sanctorum ac patrum & doctorum testimonijs & assertionibus, præsumant sacram scripturam ad propriam voluntatem exponere: similis illis de quibus clemens papa in capitu. perlatum. distinct. 37. loquitur, dicens. Perlatũ nobis est, quòd quidam in partibus vestris commorantes sanis doctrinis aduersantur, & prout videtur, non secundum traditionem patrum, sed iuxtà suum sensum docere videntur. Et hoc tantum dictum sit de tertio articulo. ¶ Quartò restat respondere ad rationes aduersariorum.

Circa quartum principale in quo respõdetur

¶ Ad primam cùm dicitur, quòd non positi per ecclesiam intelligi prælatus, quia Christus loquebatur Petro, qui futurus erat prælatus ecclesiæ, & nullus ad se remittatur, per consequens non prælatus, sed vniuersalis ecclesia sit intelligenda eo modo, quo haberi potest, scilicet synodaliter. Ad hoc respondetur, quòd ratio non militat. Pro quo primò notandum, quòd hæc doctrina de correctione fraterna datà à Christo, generalis est, omnes fideles respiciens, & nõ solum Petrum, licèt ad ipsum specialiter in figura totius ecclesiæ directus sit sermo in signum principatus sui, ad quem à domino erat electus: & ita legislator Christus tam subditos quàm prælatos ad obseruantiam huius præcepti astringere voluit. Verum vt superius commemorauimus ex sententia beati Thomæ in tractatu de correctione fraterna. & Hugonis Cardinalis, & magistri Nicolai Gorræ super Matthæum exponentis iuxta duas gloss. ordina. dupliciter hunc text. Alia est intelligentia huius nominis ecclesia: quando priuata persona corrigit, & alia quando publica persona. Nãsi priuata persona corrigit, tunc est sensus: Dic ecclesiæ. id est, prælato. Si verò publica persona corrigit, tunc est sensus: Dic ecclesię. id est, coram congregatione, siue multitudine eum obiurga: vt sic, quemadmodum ait glossa. maiorem erubescentiam patiatur. Vel coram congregatione eum excommunica, vt sic, quemadmodum ait Hieronymus in gl. multorum de testatione habitus, opprobrijs saluetur, qui pudore saluari non potuit. Sed cùm hoc modo prælatum remitti ad ecclesiã nõ sit remitti ad superiorem siue ad iudicem vt de se pareat, manifestum, quòd ratio aduersariorum non probat intentum. Præterea secundò ratio præfata non procedit: quoniam non videtur inconueniens, quòd remittatur ad seipsum secundùm aliam & aliam habitudinem consideratum. Prælatus enim, vt ait sanctus Thomas in. 4. distinctio. 19. quæstio. 2. dupliciter potest considerari: aut secundùm quòd in iudicio præsidet, & sic dicere prælato inquit, est dicere ecclesiæ, per quem modum persona in prælatione constituta potest à se, vt est priuata persona, remitti ad se, vt est persona publica. & tunc dicere ecclesiæ nihil aliud est, quàm exire in actum iudicij, puniendo, & corrigendo fratrem delinquentem, qui denuntiatus est. Quod beatus Gregorius scribens Iohanni Patriarchæ Constantinopolitano super vsurpatione vocabuli vniuersalis. epistola. 265. ostendit, sic dicens. Nos quidem in quibus talis tantaque ansium nepharium culpa committitur, seruamus quòd pręcipit

ad probatio nes. 11. argumenti fa cti. c. 81.

Ad primã

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipit veritas dicens: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum: si autem te non audierit, dic ecclesiæ: si verò ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethinicus & publicanus. Ego itaque per responsales meos semel & bis verbis humilibus hoc quod in tota ecclesia peccatur, corripere studui: per me scribo quicquid humiliter facere debui, non omisi: si in mea correctione despiciar, restat vt ecclesiam debeam adhibere, hæc Gregorius. Vbi ecclesiam adhe, vel adhibere, est censuram ecclesiasticã apponere, sicut fecit nõ cõuocãdo super hoc aliquod concilium vniuersale. Præterea hoc modo ait Nicolaus papa in capitu. præcipuè. vbi ita dicit regi Lothario. Cæterùm caue, ne quando nobis secundùm præceptum domini duos vel tres testes adhibeamus, imò vero hoc sanctæ ecclesiæ dicamus: & (quod nõ optamus) de cætero cunctis sias ethnicus & publicanus. Quod verò ibi per ecclesiam non alium iudicem quàm seipsum intelligat, patet ex glosſ. quæ in eo loco dicit sic. Ergo in causa denuntiationis idem potest esse iudex, & accusator, & testis: vt extra de simo. capit. licet. Cæterùm ipse beatus Petrus, in cuius persona hæc constitutio diuina primò emanauit, absque hoc, quòd vniuersali ecclesiæ diceret, aut vniuersale cõcilium conuocaret, Ananiam & Sapphiram eius coniugem sua authoritate damnauit. Nimium planè foret periculosum asserere beatum Petrum alios que sanctos patres trãsgressores esse diuini præcepti, qui ad correctionem peccatorum absque denuntiando vniuersali ecclesiæ sua authoritate processerunt. Et hæc ad primam rationem dixisse sufficiat.

Ad secũdã. ¶Ad secundam rationem cùm dicit, quòd nomen ecclesiæ sit collectivum, & per consequens non possit per ecclesiam intelligi prælatus sed vniuersitas. Respondetur, quod ratio nulla est: quoniam sæpe nomine communitatis exprimitur & intelligitur prælatus, aut princeps eius. Et ratio est: quoniam vt inquit Aristote. 9. Ethico. Ciuitas est id quod principalissimum est in ea. vnde quod facit prælatus, dicitur facere ecclesia. Adde quòd intelligitur de ea parte vniuersitatis, quæ iurisdictionis est capax, non de tota quæ non est capax. Vel de tota ecclesia intelligi potest, prout ecclesiæ sententia iudicis denuntiatur.

Ad tertiam ¶Ad tertiam rationem cùm dicit, q glosſ. ordina. dicit. dic ecclesiæ, id est toti ecclesiæ. & ita per consequens non est exponenda illa litera de prælato. Respondetur q ratio illa non militat: quoniam glosſ. illa non fauet proposito aduersariorum, sed magis eorum intentionem infirmat: si glosſ. illa more eorum, qui non contentionibus, sed inquisitioni veritatis studeant, integrè legatur. Glosſa autem illa habet: Dic toti ecclesiæ. vt maiorem erubescentiam patiatur. in quo verbo nihil authoritatis attribuitur communitati. Vnde sequitur in glosſ. hæc omnia sequatur excommunicatio, quæ fieri debet per os ecclesiæ, id est per sacerdotem. vbi manifestè innuit, quòd non per communitatem illam ecclesiæ, sed apud prælatum, qui os & vertex est ecclesiæ, sit authoritas iudicij: quo excommunicante, siue puniente, tota illa ecclesia, quæ est corpus eius, cuius assensu & approbatione in contumacem fratrem condemnationis sententiam profert, dicitur cum eo operari. Et ita patet, quòd illa glosſ. non intendit dicere, quòd quando communitati ecclesiæ præcipitur denuntiari fratris delinquentis peccatum, quòd denuntietur ei sicut coram quo frater ipse contumax obiurgandus, aut excommunicandus veniret. Qualiter autem etiam intelligenda veniat illa totalitas ecclesiæ, de qua glosſ. loquitur, cum ait. Dic ecclesiæ, id est toti ecclesiæ. infrà in sequenti articulo explicabimus. Et hæc de quarto. ¶Restat iam declarare, quod quinto loco polliciti sumus, videlicet, probare, quòd ex sensu literali illud. Dic ecclesiæ, id est coram ecclesia obiurga, siue excommunica: nõ possunt rectè intelligi de vniuersali ecclesia dispersa, siue synodaliter collecta. Quod facilter ostendimus ex rationibus, quibus probauimus, quòd etiam iuxta expositionem primam non poterat vniuersalis ecclesia accipi nomine ecclesiæ, cùm dicitur. Dic ecclesiæ. scilicet iudici. Primò ex impossibilitate denũtiandi aut obiurgandi aliquem coram tota vniuersali ecclesia per orbem dispersa. fidelibus enim in diuersis regionibus orbis constitutis hæc adimplere non esset possibile. Secundò ex insupportabili onere, quo grauaretur populus christianus, & etiam prælatorũ, si fideles tenerentur venire ad vniuersalem ecclesiam congregatam ad obiurgãdum quemlibet fratrem contumacem, aut singuli prælati ad excommunicandum illum. plane hoc esset insupportabile onus, quod non patitur suauitas diuinæ legis, sicut superiùs ostendimus. Tertiò: quia ex huiusmodi difficultatibus periret iustitia & omnis disciplina à repub. christiana, cùm rarò posset fieri iustitiæ executio. Non est ergo illa totalitas ecclesiæ, de qua dicitur in glosſa præfata, Dic ecclesiæ.

Circa quintum principale.

accipienda

accipienda ita vniuersaliter, vt per totam ecclesiam intelligatur vniuersalis ecclesia: sed est accipienda strictè, videlicet quandoque pro collegio dominorum cardinalium: quandoque pro congregatione conuentuali, quandoque pro congregatione vnius communitatis vnius populi: quandoque pro congregatione vnius familiæ. Hoc enim modo accommodata locutione sæpenumero sacra scriptura vtitur nomine vniuersalis ecclesiæ, sicut Apostolus ad Roma. vltim. ait. Salutat vos Gaius hospes meus, & vniuersa ecclesia. vbi per vniuersam ecclesiam solam prouinciam Gaij intelligit, vt ait glosſ. Et hoc de quinto articulo, & per consequens de responsione ad authoritatem illam Matthæi. 18. capitulo. Dic ecclesiæ.

¶Quòd Romanus pontifex extra casum hæresis non habeat iudicem superiorem in terris. Cap. XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa, q. extra casum hæresis nõ habeat iudicem superiorem in terris ostenditur.*

Elucidata in superioribus amplitudine & superioritate primatus Romani pontificis, luce clarissima patet, quòd Romanus pontifex verus, & indubitatus extra casum hæresis pro sublimitate principatus sui iudicem non habeat superiorẽ in terris. Quæ conclusio licèt in superioribus apertissima sequela habeatur: nihilominus pro ampliori illustratione veritatis multiplici via demonstratur. Primò rationibus. Secundò sacrę scripturæ exemplis. Tertiò sanctorum patrum authoritatibus. Quartò sacrorum conciliorum diffinitionibus. Quintò apostolicæ sedis determinatione. Sextò clarissimorum doctorum sententia & doctrina. ¶Circa primam viam scilicet per rationes, arguitur. Primò sic. Ille qui est omnibus superior in terris, non habet iudicem superiorem in terris. Ista propositio patet: quoniam idem non potest respectu eiusdem vel eorundem esse superior & inferior: sed papa est omnibus catholicis superior, cùm sit princeps & caput eorũ, vt superius tam ex sacræ scripturæ quàm sanctorum patrum testimonijs ostendimus: ergo romanus pontifex non habet iudicem superiorem in terris. Vnde glosſ. super illud psalm. Tibi soli peccaui. inquit: quia rex est omnibus superior, ideo à Deo tantùm, qui est maior eo, puniendus est si quis de populo erraverit, & Deo peccat & regi. Rex verò non habet hominem, qui sua facta dijudicet. & ideo ait. tibi soli peccaui. ¶Confirmatur ista ratio. Si papa haberet iudicem aliquẽ in terris extra casum hæresis superiorẽ, ille iudex aut esset potestas alicuius principis, aut potestas concilij vniuersalis: hoc videtur manifestum à sufficienti diuisione. Non potestas secularis, vt patet, & aperta luce colligitur ex multis: vt ex capit. suscipitis. distinctione decima. qd est Gregorij Nazanzeni. & ex. c. diffinimus. quod est octauæ synodi vniuersalis. Non potest etiam dici, quòd sit concilĩ vniuersale. patet: quia concilium non habet potestatem superiorem potestate papæ: imo potestas ipsa concilij cùm sit à potestate papæ, vt in capitulo. significasti. de electione. & distinctione decimaseptima. per totum. vna & eadem est cũ illa vnitate ordinis & dependentiæ, sicut de lumine stellarum & solis dicimus: & per consequens concilium vniuersale non potest esse iudex papę veri & indubitati, cùm ordinarium iudicium non habeat fieri nisi per potestatem superiorem: vt in capit. inferior. distinctione vigesimaprima. Secundò sic. In omnibus ordinatis adinuicem prima agunt in posteriora, & nõ econuerso: sed Romanus pontifex est primus & supremus in toto ordine ecclesiæ, ergo ipsius est corrigere & iudicare alios, & non econuerso. Consequentia est manifesta. Et antecedens patet. ¶Tertiò sic confirmando eandem rationem. Sicut in ordine totius vniuersitatis quo ad esse naturæ in genere mobilium & mouentium non est processus in infinitum, nec ordinis retrogradatio, vt Aristoteles demonstrat, sed deuenitur ad vnum, quod sic omnia mouet, quòd à nullo alio mouetur in genere illo: ita videtur dicendum in ordine vniuersitatis ecclesiasticæ quo ad esse disciplinę, quòd sit deueniendum ad vnum, qui omnes habet corrigere, & iudicare, & à nemine in ordine isto iudicari possit. Consequentia videtur nota: quoniam non minùs resplendet pulchritudo diuinæ sapientiæ in genere gra-

Prima via argumẽtãdi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ,quàm in genere naturæ:hic autem est Romanus pontifex,qui in genere rectorum & iudicum habet supremum locum, vtpote totius ecclesiæ princeps, & rector,ergo in terris non habet iudicem superiorem.¶Quartò sic. Ille cuius authoritate maius non est iudicium in terris,nō habet iudicem superiorem in terris.Ista est manifesta de se,& colligitur apertè ex capit. cùm inferior. distinctio. 19. sed Romanus pontifex est hic. dicit enim Nicolaus papa in capit. patet. 9. quæstione. 3. Patet profectò sedis apostolicæ, cuius authoritate maius non est iudicium à nemine fore retractandum, nec cuiquam liceat de eius iudicio iudicare. ergo sequitur, quòd Romanus pontifex non habet iudicem superiorem in terris. ¶Quintò sic.Ille qui solius Dei reseruatus est iudicio non habet iudicem in terris, cuius iudicio sit subiect⁹:sed causæ papæ sunt singulariter reseruatę diuino iudicio:ergo quā diu manet Papa, solum Deum habet iudicē. Consequētia est nota.Maior patet.Minor habetur in.c.aliorum.9.q.3. vbi sic ait Symmachus Papa. Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari: sed sedis istius præsulem suo fine quęstione reseruanit arbitrio.voluit beati Petri apostoli successores cæteros tantùm debere innocentiam,id est,rationē de sua innocentia,vt exponit Archidiaconus. ¶Sextò sic.Romanus pontifex est primus & supremus vicarius Christi vices eius gerens in ecclesia,vt superiùs ostensum est: & ita potestas sua non est primaria,sed delegata, seu vicaria:sed talis potestas non habet supra se nisi potestatem principalem eius, à quo instituta est,nisi principalis illam alteri submiserit. Sed non reperitur,quòd Christus, qui principalis est ecclesiæ rector & pastor,Romanum pontificem vicarium suum alicui personę, aut cōmunitati submiserit, sed vt sancti patres dicūt vt in cap. aliorum. iam inducto. & in cap. facta subditorum.Deus reseruauit sibi iudicium illius:ergo sequitur idem quod prius.¶Septimò sic. Ille,à quo non licet appellare,non habet superiorem in terris. Patet, quia ab inferiori ad superiorem est licitum appellare. 2. quæst.7. placuit. sed à Papa appellare non licet.9.quæst.3.cap.ipsi sunt.& cap.cuncta.ergo papa nō habet iudicem superiorem in terris. ¶Secūda via,videlicet sacræ scripturæ authoritate siue exemplis,patet eadem conclusio. Dicitur enim Exod.19.Bestia quæ tetigerit montem,lapidabitur.&.2.Regum.6.habetur,quòd Oza percussus est à domino, quia arcam tetigit.Per arcam & montem intelligitur prelatus:per bestiam autem & Ozam designantur subditi:vt notatur.2.quæst.7.§. exhis.vbi manifestè ex ipsa animaduersione instruimur grauiter eos diuinā maiestatem offendere,siue dispersos, siue congregatos, qui prælatū suū tactu correptionis tangere præsumunt. Præterea hoc ipsum nos docet regū historia, vbi habetur, quòd licèt Saul iam à domino reprobatus esset, & ex inuidia Dauid electum quæreret ad perdendum: nihilominus Dauid grauiter dolens percussit cor suum, quòd oram chlamydis præscidisset illius:dixitq; ad viros qui Saul extinguere moliebantur: propitius sit mihi dominus ne faciam hanc rem domino meo Christo domini, vt mittam manū meam in eum:quia Christus domini est. Viuit Deus, quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit ,vt moriatur, aut descendens in prælio perierit, non mittam manum meam in Christum domini.Per Saul,vt dicit Gratianus in loco prenominato, prælati intelliguntur: per Dauid subditi.Chlamydem verò regis præscidit,qui prælatum suum sententia damnationis ferit. quod minimè subditis licet: quia facta pastoris gladio ferienda non sunt, quanquam reprehendēda rectè videantur: vt in.c.oues.2.q.7.quod inferiùs inducetur. Quæ historia maximè proposito nostro seruire censebitur, si Augustinum audiamus libro primo quæstionum noui & veteris testamenti, ita quærentē & respondentem: qua ratione Dauid Saul postquam Deus ab eo recesit, Christum domini vocat,& defert ei,non nescius Dauid diuinā esse traditionē in officio ordinis regalis, idcirco Saul in eadē adhuc traditione positū honorificat,ne Deo iniuriā facere videret,qui his ordinibus honorē decreuit. Dei enim imaginē habet rex, sicut & episcopus Christi: quandiu ergo in ea traditione est, honorandus est si non propter se, vel propter ordinem. Vnde Apostolus omnibus inquit potestatibus sublimioribus subditi estote: non est enim potestas nisi à Deo. Quæcunque sunt à Deo,ordinata sunt. Cæterùm hoc confirmatur ex illo Lucæ. 12. vbi ait saluator.Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam? gloinsterli. id est ecclesiam. vt det illis in tempore tritici mensuram: beatus ille seruus , quem cùm venerit dominus. &c. Et sequitur. Si dixerit seruus ille in corde suo : moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere pueros & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari. Et sequitur. Veniet dominus serui illius in die,

Secūda uia. *1.Reg.24.*

die, qua non sperat, & hora, quam nescit. glos. iudicij,vel mortis, & diuidet eum: glo. à consortio fidelium,partemque eius cū infidelibus ponet. hæc ibi. Ecce quòd saluator iudicium sibi reseruat serui delinquentis, scilicet summi pontificis, quem super familiam suam ,id est ecclesiam pastorem constituit, atque rectorem. ¶Tertia via, videlicet sanctorum patrum & Romanorum pontificum authoritatibus sic præfata conclusio demonstratur. Est in primis ad hoc beatus Anacletus papa & Christi martyr, qui vt habetur in canone,electionem. distinctione. 79. ita dicit. Electionem summorum pontificum sibi dominus reseruauit, licèt electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessisset. vbi inquit glos. & ita fallit regula, ad quam spectat institutio & destitutio. decimasexta quæstione secunda. visis. Secundò ad hoc expressè est authoritas beati Bonifacij papæ & martyris, qui vt in cap. si papa. habetur, dicit. Huius scilicet Romani pontificis culpas redarguere presumit nullus: quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius. Ad id verò quod dicit hic glos. respondebitur infrà. Tertiò ad idem est authoritas Innocentij, qui in capit. ne mo. nona. quæstione tertia. sic dicit. Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto , nec ab omni clero, nec à regibus, nec à populo iudex iudicabitur. Quæ verba veniunt intelligenda diuisim & coniunctim. Vnde gloss. hic ait argumentum quòd concilium non potest papam iudicare. vt extra de electio. significasti. Quartò adidem est Gelasius papa eadem causa.& quæstio.in capit.ipsi sunt. vbi ita inquit. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius ecclesię ad huius sedis examen voluerunt deferre:ab ipsa verò nusquam prorsus appellare debere sanxerunt, ac pro hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsamque ad nullius commeare iudicium, nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque eius constituerunt,nec oportere dissolui, cuius potiùs sequenda decreta mandarunt . Ex quibus manifestè datur intelligi, quòd Romanus pontifex superior sit omnibus, & iudex totius ecclesiæ , & non conuerso. Quintò ad idem est papa Gelasius eadem causa & quæstio. in capit. cuncta. vbi sic ait omnibus episcopis scribens. Cuncta per mundum nouit ecclesia, quòd sacrosancta Romana ecclesia de omnibus fas habet iudicandi, nec cuiquam de eius liceat iudicare iudicio . Ex quibus verbis habetur idem quod prius: vbi tamen singulariter ponderandum est illud quod ait: cuncta per mundum nouit ecclesia. Ex quo manifestè colligitur, quòd aduersariorum doctrina sit contra antiquam vniuersalis ecclesiæ fidem, & doctrinam. Sextò hoc colligitur ex allocutione tertia papæ Adriani in concilio Roma. quæ lecta fuit etiam in octaua synodo. vbi inquit. Siquidem Romanum pontificem de omnium ecclesiarum præsulibus iudicasse legimus:de eo verò quenquam iudicasse non legimus. Licèt enim Honorio ab orientalibus post mortem anathema dictum sit, sciendum tamen est, quia super hæresi fuerat accusatus, propter quam solam licitum est minoribus maiorum suorum motibus resistendi, vel prauos sensus eorum liberè respuendi. hæc ille. Nota tamen, quod dicit, quòd ab orientalibus, & post mortem: quoniam Honorius ille nunquam nec dum viueret, nec post mortem repertus fuit posuisse in Christo vnam tantùm voluntatem & vnam operationem: vnde nec ab apostolica sede, nec à patribus occidentalibus talis iudicatus est. Imò Agatho papa, sub quo sexta synodus illa celebrata est, cùm condemnauit ponentes vnam voluntatem tantùm in Christo, & vnam operationem , videlicet Sergium, Pyrum, Paulum, & Titum nullam mentionem fecit de illo Honorio, quem orientales dicunt fauisse erroribus Sergij: vnde creditur, quòd hoc fecerint orientales ex mala & falsa ac finistra informatione de præfato Honorio decepti. Vnde Emmanuel Caletus & Græcus vir magnæ sapientiæ frater ordinis prædicatorum in tractatu suo contra Græcos,dicit quòd beatus Maximus, qui fuit eo tempore, quo sexta synodus conflata est, in disputationibus aduersus Pyrum Constantinopolitanum patriarcham, qui in eadem synodo damnatus fuerat,Honorium præfatum, quem aliqui vt hæreticum causabantur, purgat, cùm hæreticus Pyrus Constantinopolitanam tunc ecclesiam regeret,& munimen erroris sui Honorium proferret, ei verò iste respondit. Honorium pietatem colere, sibique ipsi in his quæ dixit illius sensum congruere,simulque & illius Pyro verba proposuit quosdam asserens illius sensum ignorantes siue etiam calumniantes falsam de illo desseminasse famam. hæc ille. Septimò idem te-

Tertia uia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

statur Innocẽtius tertius, qui in sermone consecrationis Romani pontificis, qui incipit. Quisputas fidelis est seruus. ita inquit. Intantum mihi fides est necessaria, vt cùm de cæteris peccatis Deum iudicem habeam, propter solum peccatum, quod in fide committitur, possem ab ecclesia iudicari: nam qui non credit, iam iudicatus est. hæc ille. Octauò testatur idem dominus Innocentius in sermone alio eiusdem solennitatis, cuius principium est. Qui habet sponsam, sponsus est. vbi ita inquit. Propter solam fornicationem, non dico carnalem, sed spiritualem, quia nõ est carnale sed spirituale coniugium, id est propter infidelitatis errorem: quoniam qui non credit, iam iudicatus est. & hoc intelligitur in euangelio, quod audistis. Vos estis sal terræ, quod si. &c. hæc ille. Nonò testatur hoc idem sanctus Eusebius papa, qui in capitulo. oues. secunda quæstione septima. ita inquit. Oues quæ suo pastori cõmissæ sunt, eum nec reprehendere nisi à fide exorbitauerit, nullatenus accusare possunt: quia facta pastoris gladio ferienda non sunt, quanquam reprehendenda rectè videantur. Ex quibus manifestè patet, quòd quandiu romanus pontifex à fide non exorbitauerit, à nullis fidelibus quantuncunque simul cõgregatis, cùm omnes sint oues eius suæ commissæ, po-
Quarta via test iudicari. ¶Consequenter præfata conclusio ostenditur quarta via, scilicet sacrorum conciliorum diffinitionibus. Primò quidem patet hoc ex diffinitione concilij vniuersalis romani, in quo beato Syluestro præsidente ita legitur diffinitum, & est canon vltimus eiusdem concilij. Nemo iudicabit primam sedem: quoniam omnes à prima sede iustitiã desiderant tãperari: quoniã nec ab omni clero nec ab omni populo iudex iudicabit. & subscripserũt. 284. episcopi &. 42. presbyteri &. 5. diaconi, & Augustus Constantinus, & mater eius Helena. Secundò hæc eadem sententia colligitur ex professione synodi, quæ occasione beati Marcellini papæ, qui mortis timore idolis thurificasset, Romæ copiosa conuenerat. De qua in capit. nunc autem. distinctione. vigesimaprima. vbi papa reatum suum confitente, & se offerente paratum suscipere quicquid patres concilij sibi voluissent imponere, synodus non est in eum ausa proferre sententiam. Et rationem assignans ait: quoniam prima sedes non iudicatur à quoquam. vbi Archidiaconus ait, nisi de hæresi. distinctione quadragesima. capit. si papa. Tertiò eadem confirmatur ex Chalcedonen. concilio in sententia contra Dioscorum, in qua sancti patres grauissimè notarunt Dioscori præsumptionem, qua ausus fuit in secunda synodo dare excommunicationem in Leonem papam, de qua in capit. tantum. distinctione vigesima prima. Quartò hæc eadem sententia roboratur professione synodi illius, quæ super obiectis contra Symmachum papam mandato regis Theodorici stetit Romæ congregata: in qua cùm præfatus rex iuberet, vt sancta synodus iudicaret de his, quæ venerabili Symmacho ab aduersarijs impingebantur, concorditer synodus ipsa respondit, Apostolicæ sedis antistitem minorum non subiacere iudicio. de quo in. 9. hinc etiam. distinctione decimaseptima. vbi dicit Hug. super verbo, subiacere nisi in crimine hæreseos. vt distinctione. 40. si papa. Quintò hæc eadem sententia confirmatur diffinitione synodi illius, quæ super criminibus, quæ quidam mali homines obijcere contra Sixtum papam tentarũt, Romæ legitur conuenisse, vbi cùm præsens imperator Valentinianus audisset synodum dicentem non licere aduersus romanum pontificem sententiam dare, surrexit, & in arbitrio præfati antistitis tribuit iudicare iudicium suum. de quo in. 9. prædicto. nunc autem. distinctione vigesima prima. Sextò hæc eadem sententia synodaliter diffinita habetur ex synodo romana. 219. episcoporum præsidente sanctissimo papa Symmacho temporibus Theodorici regis, vbi ita habetur. Non est necesse super his noua condere, sed veterea recitare, atque firmare. Est enim à multis ex nostris antecessoribus synodaliter decretum, atque firmatum, vt oues, quæ pastori suo commissæ fuerũt, cũ nec reprehẽdere, nisi à recta fide exorbitauerit, præsumant. Septimò hæc eadem sententia roboratur diffinitione octauæ synodi vniuersalis Constantinopolitanæ, in qua inter alia ita legitur diffinitum. Porrò si synodus vniuersalis fuerit cõgregata, & facta fuerit de sancta Romanorum ecclesia quæuis ambiguitas, oportet venerabiliter, & cũ cõuenienti reuerẽtia de proposita quæstione scisci tari, & solutionẽ accipere, & ,pficere, vel profectũ facere: non tamẽ audacter sententiã dare contra summos senioris Romæ pontifices. Vbi notanda sunt verba huius sanctæ synodi. Dicit enim, quòd non sit audendum, siue præsumendum dare sententiam contra

contra romanum pontificem. Et hæc rationabiliter valde dicit: quoniam si romanus pontifex ab alio quàm à Christo extra casum hæresis iudicandus veniret, iam non summus pontifex, nec summus & generalis Christi vicarius esset, cùm superiorem iudicem haberet in terris. Octauò eadem sententia colligitur ex concilio illo vniuersali Lateranensi, in quo Alexander tertius, vt in capitu. licet, extra de electio. ita inquit. In ecclesia romana aliquid specialiter constituitur: quia non potest ad superiorem haberi recursus. vbi glossa. Hosti. quia nulla superior est, sed ipsa super omnes est. Et idem Iohannes Andræ. addens. ideo iudicio Dei relinquitur. nona quæstione tertia. Nonò hæc eadem sententia habetur ex diffinitione habita in concilio Constantiensi per omnes patres vtriusque obedientiæ, & confirmata per papam Martinum, in qua vt habetur in epistola, quam præfatus Martinus edidit, habetur tanquam pro articulo fidei habẽdo, quòd papa canonicè electus habeat supremam authoritatem in ecclesia Dei. Ex qua determinatione clarissimè habetur, quod romanus pontifex extra casum hæresis, in quo à papatu decidit, nullius potestatis, quàm solius Dei subiaceret iudicio: alàs non esset suprema potestas ecclesiæ in eo, sed in alio, cuius iudicio subijceretur. Quoniam, vt habetur in ca. inferior. distin. vigesimaprima. Sola potior sedes inferiorem conuenienter absoluit: nec potest quisquam, qui minoris authoritatis est, cum qui maioris potestatis est, iudicijs adijcere, aut proprijs diffinitionibus
Quinta via subijcere. hæc ibi. ¶Quinta via, videlicet apostolicæ sedis determinatione, probatur eadem veritas. Papa nanque Bonifacius octauus in epistola sua decretali extrauagante, quæ incipit. Vnam sanctam. inter alia diffiniens ita inquit. Si deuiat terrena potestas, iudicatur à spirituali: si deuiat spiritualis, iudicatur minor à superiori: si verò suprema, à solo Deo, & non ab homine potest iudicari. hæc ibi. De sanctionibus autem apostolicæ sedis dicit Agatho papa in capitulo. sic. distinctione decimanona. quòd sic omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuina voce Petri firmatæ.
Sexta via. ¶Amplius via sexta, videlicet clarissimorum doctorum doctrina, & apertissimis sententijs & determinationibus. Ait enim in psalm. venerabilis Hugo de sancto Victore literis & religione clarissimus, secunda parte de sacramentis, sic. Potestas summi pontificis à Deo primùm instituta est, & & cùm deuiat, à solo Deo iudicari potest. Eandem sententiam sequuntur alij clarissimi, & præcipuè in theologica facultate magistri. vt dominus Albertus, sanctus Thomas in quarto. distinctione decimanona. Alexander de Alis in tertio. dominus Bonauentura Cardinalis in quarto. Petrus de Tarentasia. Innocentius quintus in quarto. dominus Vlricus in summa sua. dominus Richardus de Alta Villa in quarto. dominus Petrus de Palude patriarcha Hierosolymitanus in tractatu suo de potestate ecclesiastica. Magister Hereus in tractatu suo de ecclesiastica potestate. magister Augustinꝰ de Anchona in summa sua de ecclesiastica potestate. frater Alexander de Alpidio in tractatu suo de ecclesiastica potestate. Qui omnes apertissimè tradunt, & attestantur romanum pontificem verum & indubitatum extra casum hæresis strictè sumptæ nullum in terris iudicem habere superiorem, sed tantùm Deum in cælis, cuius vices gerit in terris. Sunt præterea huius conclusionis omnes præcipui doctores iuris canonici. vt Hostiensis, Iohannes Andræ. Guido, Archidiaconus, Innocentius in diuersis passibus, & etiam dominus Aluarus in libro de statu & planctu ecclesiæ. Qua sententia tantis & tam irrefragabilibus testimonijs firmata, manifestè conuincitur aduersariorum præsumptuosa assertio, qua contra rationes manifestas, contra sanctorum patrum traditiones, contra sanctorum conciliorum & apostolicæ sedis diffinitiones, necnon contra clarissimorum doctorum ac præcipuorum in tota Dei ecclesia sententias dogmatizare non sunt veriti romanum pontificem verum & indubitatum extra casum hæresis pro quocunque peccato mortali, de quo incorrigibilis apparet, hominum subiacere iudicio.

¶In quo obijcitur contra prædicta, & primò quòd imperator sit iudex ordinarius papæ.

Cap. XCIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMAMRIVM.

1 *Imperator quòd sit iudex ordinarius Papæ, veritatis aduersarij multipliciter ostendere conantur.*

VEritatis aduersarij multiplici via nitũtur infringere conclusionem prędictam: quorum quidã præcæteris magis à fidei veritate exorbitantes, asserũt, quòd imperator, vel princeps secularis aut populus sit iudex ordinarius summi pontificis. Quorum rationes sunt quæ sequuntur. Prima. Papa non est magis exemptus à iurisdictione imperatoris, quàm fuerit Christus inquantum homo mortalis fuit: sed Christus inquantum homo mortalis fuit subiectus iurisdictioni imperatoris: ergo & per consequens imperator est iudex ordinarius papæ. Consequentia videtur bona. Maior etiam patet: quoniam vicarius non est maior eo, cuius est vicarius. Minor vero probatur authoritate Christi dicentis Pilato Iohannis. 19. Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi esset tibi datum desuper. &c. Ex quibus verbis manifestè colligitur, quòd Pilatus iurisdictionem habuit coactiuam super Christum. ¶Secundò sic. Ille est iudex ordinarius papæ, à quo papa habet super alias ecclesias principatũ: sed papa ab imperatore videt habere huiusmodi principatum, scilicet per priuilegium Constantini imperatoris concessum Romano pontifici. de quo habetur. 96. capitu. Constantinus. ergo. &c. ¶Tertiò sic. Imperator fuit ordinarius iudex sancti Petri: ergo imperator est iudex ordinarius papæ. Consequentia videtur euidens: quia papa non videtur magis exemptus, quàm fuit beatus Petrus. Antecedens probatur: quia omnes apostoli quantum ad hoc, quòd essent subiecti vel non subiecti iurisdictioni imperatoris, fuerunt pares: sed beatus Paulus fuit subiectus iurisdictioni imperatoris: quia ad Cæsarem tanquam ad superiorem appellauit: ergo & beatus Petrus fuit subiectus eidem. ¶Quartò sic. Sicut in nouo testamento potestas summi sacerdotis pendet immediatè à Deo: sic etiam in veteri testamento præeminentia summi sacerdotis fuit à Deo instituta, sicut patet Exod. 18. sed non obstante prædicta eminentia summus sacerdos in veteri lege potuit ab homine iudicari, imò & deponi sicut patet de Abiathar, qui erat verus & legitimus sacerdos, & tamen fuit depositus & electus de summo sacerdotio per Salomonem, non propter crimen hæresis, sed quia conspirauerat cum Adonia. vt patet. 3. Reg. 1. & 2. ergo similiter in nouo testamento summus sacerdos subiectus erit in casibus criminalibus potestati seculari. ¶Quintò arguitur ex illo, quod Leo papa scribit imperatori Ludouico in capit. nos. 2. quæstione. 7. vbi ita inquit. Nos si incompetenter aliquid agimus, & in subditis iustæ legis tramitem non seruauimus, vestro, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio. Vbi papa missorum ab imperatore voluit subire iudicium: ergo videtur, quòd papa subdatur iudicio potestatis secularis.

Arg. primũ quod soluetur cum sequentibus c. 96.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Qz inimo.

¶In quo præfatus error dicentium, quòd imperator aut secularis potestas sit iudex ordinarius papæ, confutatur. Cap. XCV.

SVMMARIVM.

1 *Imperator quòd non sit summi pontificis, seu papæ iudex ordinarius, ut quidam falsò autumãt, ostenditur.*

LIcèt luce clarissima ex superioribus tam in primo lib. circa. c. 90. quàm in hoc secũdo libro circa. c. 38. & manifestè appareat præfati erroris stulticia, vt non sit opus ad illius improbationem alia inducere: maximè cùm iam condemnatus sit per apostolicam sedem in extrauagante Iohan. 22. quæ incipit. Licèt iuxta doctrinam apostoli. nihilominus pro ampliori veritatis illustratione aliquibus authoritatibus & rationibus, paucis tamen, illum improbare curabimus. ¶Primò occurrit nobis diffinitio octauæ synodi vniuersalis, quæ vt in capit. diffinimus. distinctione. 22. habetur, ita ait. Diffinimus neminem prorsus potentum quenquam eorum, qui patriarchalibus sedibus præsunt, inhonorare, aut amouere à proprio throno, tentare, præcipuè quidem sanctissimum papam senioris Romę. &c. Ex qua definitione manifestè colligitur, quòd ordinarius iudex papæ non sit imperator, aut potestas secularis. ¶Secundò ad idem est beatus Gregorius Nazanzenus, qui scribens imperatoribus Constantinopolitanis ita inquit, vt habetur in cap. suscipitis. distinctio. decima. Suscipitis ne libertatem verbi Dei libenter? accipitis quòd lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atq; istis tribunalib⁹ subdit. dedit enim & nobis potestatem: dedit principatum multò perfectiorem principatibus vestris. Ex quibus manifestè patet præfati erroris stultitia: quoniam si lege Christi principatus secularis spirituali potestati subijcitur, impossibile est, quòd potestas secularis sit iudex ordinarius potestatis spiritualis. ¶Tertiò ad idem est quod in ca. continua. vndecima quæstio. 1. legitur de Constantino: qui cùm in sancta synodo, quæ apud Nicænam congregata est, querelam quorundam clericorum conspiceret coram se deferendam, ait. Vos autem à nemine diiudicari potestis, qui ad solius Dei iudicium reseruamini. Eadem etiam historia ponitur in capit. sacerdotibus. vndecima quæstio. 1. Ex quibus manifestè patet, q⁹ Constãtinus Imperator christianissimus non fuit illius opinionis, quòd Imperator esset iudex ordinarius papæ, aut clericorum. Et qua ratione concludit Nicolaus papa in capit. satis. distinctio. 96. Satis euidens est à seculari potestate non solui prorsus nec ligari pontificem, quem constat à pio principe Constantino, quem longè superius nominauimus Deum appellatum, cùm nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum sit. hæc ille. ¶Quartò contra præfatum errorem sunt omnes authoritates sanctorum patrum & sacrorum conciliorum, quæ ponuntur. vndecima quæstione prima. quæ sunt plures, quibus strictissimè prohibetur episcopos, aut reliquos clericos in sacris constitutos apud iudicem secularem pertrahi, aut accusari. Vnde in capit. placuit. vndecima quæstione prima. expresse canon concilij Aphricani dicit. Placuit, vt quicunque clericus ab imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio priuetur. Quæ prohibitio iusta & rationabilis, cùm à sanctis patribus edita sit, manifestè ostendit stultitiam erroris præfati dicentium imperatorem, aut potestatem secularem iudicem esse ordinarium papæ & clericorum. ¶Quintò contra præfatum errorem est cap. si imperator. distinctio. 96. vbi papa Iohannes ita inquit. Si imperator catholicus est (quod salua pace ipsius dicimus) filius est, non præsul ecclesiæ: quod ad religionem cõpetit, discere ei competit, non docere. Ex quibus etiam manifestè patet præfati erroris stultitia: quia si imperator catholicus est filius papæ, non potest esse iudex ordinarius patris sui. filius enim patrem non corrigit, sed econtra. Erubescit enim lex filios correctores parentum in auct. de nupt. §. si verò. Quocirca beatus Gregorius ad Hermannum episcopum Metensem scribens in capit. quis dubitat. distinctio. 96. ad propositum dicit. Quis dubitat sacerdotes Christi regum, & principum, omniumque fidelium patres & magistros censeri? nonne enim mirabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, si discipulus magistrum conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere, à quo credit nõ solùm in terra, sed & in cælis se ligari posse & solui? hæc Gregorius. ¶Sextò fatuitatem præfati erroris apertissimè ac sapienter confutat Innocentius in capit. solitæ. extra de maio. & obedien. vbi scribens Constantinopolitano imperatori post multa ita subiungit. Præterea nosse debueras, quòd fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cæli: luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti: vtrunque magnum, sed alterum maius. Ad firmamentum ergo cæli, hoc est vniuersalis ecclesiæ fecit Deus duo luminaria. id est duas instituit dignitates, quæ sunt pontificalis authoritas, & regalis potestas: sed illa, quæ præest diebus, id est, spiritualibus, est maior: quæ verò nocti, id est, carnalibus, minor est: vt quanta est inter solem & lunam, tanta inter pontifices & reges differentia cognoscatur. hæc ille. ¶Septimò ratione sic argui potest contra præfatum errorem. Inferior non est iudex ordinarius superioris sui: sed papa est superior imperatore, & omni seculari potestate: ergo imperator siue potestas secularis nõ potest esse iudex ordinarius papæ. Consequentia est bona. Maior est manifesta. Dicit enim papa Nicolaus in capit. inferior. distinctio. 21. Sole clarius exhibuimus, nõ posse quenquam, qui minoris authoritatis est, eum qui maioris est potestatis iudicijs suis adij-

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

adijcere,aut proprijs diffinitionibus subiugate. Minor etiam patet ex capitulis suprà inductis,maximè ex cap.si imperator,& cap. duo sunt.distinctio.96.& in capit.solitæ. extra de maio.& obedien. ¶Octauò sic.Potestas spiritualis habet iudicare terrenam potestatem si bona non fuerit:ergo terrena potestas nõ est iudex ordinarius papæ, in quo spiritualis potestas in plenitudine residet.Consequentia est bona. Antecedens patet in cap.duo. & in ca. si imperator.distinctio.96.& in cap.alius. 15. quæstio.1. Iterum patet authoritate venerabilis Hugonis de sancto Victo.lib.2.de sacramentis.ita dicentis. Spiritualis potestas iudicat terrenam si bona non fuerit:ipsa verò spiritualis à Deo primò instituta est: & cùm deuiat, à solo Deo iudicari habet & potest, sicut scriptum est infrà. 1. Corinthio.2. Spiritualis homo omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur. ¶Nonò. Sicut papa non est de foro imperatoris,nec ratione papatus,quẽ non tenet ab imperio, sed à solo Deo. Pasce oues meas.& distinctio.21.in nouo. nec ratione alicuius rei terrenæ,quã ab imperatore teneat. Nam & si imperator donationem fecit ecclesiæ de temporalibus, ipsam tamen donationem liberam eam fecit, nec fecit papam feudatarium aut emphyteutam,aut vasallum,vt est expressum.distinctio.63. ego Ludouicus. distinctio.96. Constantinus.Si ergo papa nõ est de foro imperatoris, falsum est, quòd imperator sit iudex ordinarius eius.extra de foro competen.per totum.

Iohan.ulti.

¶In quo respondetur obiectionibus aduersariorum dicentium,quòd imperator, aut secularis potestas sit iudex ordinarius papæ. Cap. XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Obiecta aduersariorum,qui dicunt,quòd Imperator,aut secularis potestas sit iudex ordinarius Papæ,refelluntur.*

IMprobato sufficienter præfato aduersariorum errore : reliquum est respondere obiectionibus eorum. ¶Ad primam , cùm dicitur quòd Christus subiectus fuerit iurisdictioni Pilati & Cæsaris , respondetur dupliciter. 1 Primò negando consequentiam. Tum primò : quia subiectio illa, qua Christus subfuit iurisdictioni Cæsaris, non fuit ordinaria, sed voluntariè assumpta. Ex summa enim charitate & humilitate Christus ei subijci voluit, vt in hoc ostenderet, quantam ad humanum genus charitatem habuit : quia à non suo iudice iudicari voluit, & absque causa morte turpissima condemnari. vnde Isai. 53. dicitur. Oblatus est quia ipse voluit . Simile habetur circa obseruantiam legalium, quibus voluntariè subijci voluit, vt alios ab horum onere liberaret, dicente Apostolo. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum de muliere, factum sub lege:vt eos qui sub lege erant, redimeret.Clarum est autem , quod ex opere supererogationis non arguitur debitum in eo,nec in eius vicario , aut eius discipulis . Secundò, ratio illa non procedit: quoniam vt dominus Aluarus in libro de hæresibus parte quinta respondet . Pilatus non iudicauit Christum vt personam publicam, aut dignitatem præeminentem, sed tanquam personam priuatam, accusatam sibi à principibus synagogę, & à populo Iudæorum tanquam malefactorem: quia in hoc erat de foro Cæsaris & Pilati: quia præses erat in Iudæa pro imperatore. Vnde ipse Pilatus ait Lucæ vigesimotertio. Obtulistis mihi hunc hominem . hunc inquantum hominem quasi priuatum, & non pontificem : non in dignitate constitutum. Tunc enim, vt dicit dominus Aluarus, Christus non gerebat personam papæ, sed simpliciter hominis coram suo iudice accusati: nec in hoc papa Christo succedit, aut vices eius gerit, sed in pontificatu, sed in potentia, in authoritate, non autem in maligna accusatione facta de eo. Cùm ergo Christus nec coram suo iudice fuerit vt sacerdos, vel vt pontifex accusatus, nec à iudice suo vt talis iudicatus, in isto exemplo nihil potest concludi de subiectione Papæ aut cleri potestate Cæsaris, aut principatus secularis . Sicut si laicus iudex ferat sententiam mortis contra clericum , putans cum non esse clericum , vtputa in quo nulla clericalis disciplinæ vestigia apparent, non potest ex hoc actu acquirere in clericos aliquã iurisdictionem. Secundò potest respõderi ad prædictam obiectionẽ negando minorem:videlicet,q̃ Christus secũdùm q̃ homo mortalis fuerit

Ad primã arg.c.94

Galat.4.

fuerit ordinaria subiectione subiectus iurisdictioni imperatoris . Christus enim ab instante conceptionis constitutus est iudex vniuersalis viuorum & mortuorum. vnde Act. 10. dicitur de eo.Hic est qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Et Matthæ. vltim. dicit ipse. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hoc autem licèt post resurrectionem Christus dixerit, quia tunc eius potestas manifestata est, & notificata:nihilominus potestatem ipsam ab instante conceptionis in quo erat homo mortalis authoritatem habuit.vt tam magister sententiarum , quàm sanctus Thomas in.3. dicunt . Quocirca manifestum videtur falsum esse quod aduersarij dicunt, Christum subiectum fuisse iurisdictioni Cæsaris tanquam sui iudicis ordinarij. Hoc etiam manifestè videtur colligi ex Matthæ.cap. 17. vbi Christus ostendit & probat se non esse obnoxium siue obligatum ad soluendum tributa Cæsari: ad quod tamen videretur fuisse obnoxius, si Cæsar eius ordinarius iudex fuisset. census enim signum est subiectionis.extra de censi.omnis anima. ait autem sic Christus Petro: Quid tibi videtur Simon ? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, à filijs suis , an ab alienis? At ille dixit ab alienis. Dixit illi Iesus:ergo liberi sunt filij. vt autem non scandalizemus eos. &c. vbi glo.ita inquit. Dominus noster. &c. secundum carnem filius regis erat , ex Dauid natus, & omnipotentis verbum . Ergo vt filius regum tributa non debebat , sed pro humilitate carnis : decet enim implere omnem iustitiam.hæc ibi . Et ad probationem aduersariorum quam inducunt ex illo Iohãnis. 19. Non haberes potestatem aduersus me. &c. respondetur, quòd ex hoc loco non habetur, quòd Pilatus aut Cæsar fuerit iudex Christi ordinarius:quoniam licèt Pilato dicenti. Mihi non loqueris, qui potestatem habeo crucifigere te & potestatem habeo dimittere te? Christus respondit.Non haberes potestatem aduersus me vllam , nisi esset tibi datum desuper, puta à Cæsare , cuius erat vicarius in Iudæa , vel a Deo permisiuè : non sequitur ex hoc,quòd Cæsar fuerit Christi iudex ordinarius. Sicut nec alij imperatores nec iudices seculares per hoc quòd permisi sunt à Deo perimere multos martyres , sequitur quòd fuerunt ordinarij iudices sanctorum martyrum. Et ita in proposito : quoniam concessio illa potestatis à Deo:intelligenda est per permissionem . vt dicit Chryso. & habetur in gloss. continua: nisi tibi desuper datum esset, id est concessum : ac si diceret . permisit hoc fieri. hæc Chrysosto.Nec facit ad propositum aduersariorum quod inducunt de Bernardo ad archiepiscopum Senonen̄.quoniã dato quòd ita dicat beatus Bernardus, magna differentia est inter ordinatum & ordinarium : cùm enim omnia quæ à Deo fiant, aut fieri permittantur , necesse est omnia esse ordinata: nihilominus tamen non omnia dicuntur ordinaria . Dicitur enim ordinarium non tantùm quod sit ordinatum , sed quod sit ordinatum secundùm communem legem, aut ordinem institutum in repub. Clarum est autẽ, quòd tali lege aut ordine vniuersitatis Christus,in cuius femore scriptum est:Rex regum & dominus dominantium. Apocal. 19. non fuit subiectus Cæsari,sed Deo patri.de quo ait Iohãnis.14.Pater maior me, scilicet homine est , vt inquit gloss. ¶Ad secundam obiectionem de priuilegio Constantini , respondetur negando minorem. Romanus enim pontifex primatum suum non habet à Constantino,sed à Christo,qui beato Petro , & in Petro suis successoribus ait Iohanis vltim. Pasce oues meas. Et ad probationem de capit.Constantinus. distinctio. 96. respondetur quòd in toto capit. non habetur , quòd Romanus pontifex habuerit primatum à Constantino: imò cõstantinus asserit, quòd beatus Petrus, cui succedit Romanus põtifex , habuit à Christo primatum. Vnde ait sic. Sicut beatus Petrus in terris vicarius filij Dei dicitur esse constitutus.&c. vnde ipse non dedit priuilegium primatus, sed id, quod à Christo credidit donatum esse romano pontifici , præcepit obseruari, & venerari per omnes orbis ecclesias. Et ita non fuit institutor primatus, sed magis executor legis & ordinationis Christi : prout etiam dictum est suprà circa cap. 42. ¶Ad tertiam respondetur negando assumptum: videlicet, quòd imperator fuerit iudex ordinarius beati Petri.Et ad probationem respondetur dupliciter . Primo negando assumptum, in quo dicitur , quòd omnes apostoli fuerunt quo ad subiectionem pares . Dicimus enim, quòd beatus Petrus , in quo erat summa potestas spiritualis , & vicarius Christi , magis repugnabat sibi esse subiectum iurisdictioni Imperatoris , quàm cæteris apostolis, qui non erant assumpti ad vniuersalem principatum , & generalem Christi regis regum vicariatum . Et ita non est simile de Petro & de alijs Apostolis. Secundò respondetur, negando quòd Paulus fuerit subiectus iurisdictioni imperatoris sicut iudicis ordinarij,

Ad secũdã.

Ad tertiũ.

Et cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et cùm dicitur, quòd ad Cæsarem appellauit tãquam ad superiorem dicimus, quòd appellauit cõtra iniuriã sibi factã ad Cæsarem tanquàm ad superiorem ordinarium, non suum, sed iudicis illius, à quo appellauit, à quo patiebatur iniuriam. & ita ratio non procedit. Posset tertiò responderi negando consequentiã: quoniam si consequentia illa esset bona, sequeretur, quòd potestatibus, siue principibus infidelibus, cuiusmodi fuerunt Cæsar & Pilatus, tam papa, quàm totus clerus subiectus esset, quod est fatuum dicere. Licèt enim, vt dicit sanctus Thomas ante præfatam diuisionem fidelium prælatio non cessasset in totum propter conuersionem aliquorum conuersorum ad fidem: nihilominus post aucta multitudine fidelium, non sequitur quòd idem sit. Vnde. 1. ad Corin. 6. in principio reprendit Apostolus fideles Corinthios, quòd auderent prouocare proximos suos coram iudicibus infidelibus dicens. Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum iudicare apud iniquos, id est, infideles, & non apud sanctos, id est, fideles. ¶ Ad quartam de sacerdotio veteris legis, respõdetur iuxta magistrum Alexandrum de Alis, & suprà inducta est similis responsio ex domino Bonauẽtura, quòd non est simile de sacerdotio veteris testamenti, & noui: sacerdotium enim veteris legis erat carnale, & per carnalem propagationẽ succedebat, & continuebatur, quantus esset ordinatum ad spirituale obsequium, scilicet diuinum cultum, & figuram spiritualis sacerdotij noui testamenti: & ideo ex parte illa, in qua carnale erat & terrenum, subiectum erat terrenæ potestati, scilicet regali. sicut enim dicit Augustin. ideo dicitur vetus testamentum propter promissionem terrenam, quæ pertinet ad veterem hominem, & ideo in veteri testamento summa potestas terrena, in nouo autem testamento non, vbi est spirituale sacerdotium, & promissio spiritualium. In nouo enim testamento non promittuntur terrena in mercedem, sed addutur ad sustentationẽ & necessitatem: iuxta illud.

Tho. 2. 2. q. 10. ar. 10. in princ.

Ad quartũ

Matthæ. 6. Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. vnde non subditur status ecclesiasticus temporali, & multo minus princeps status spiritualis principi cuicunque terreno. Concordat sanctus Thomas secundo libro de regimine principum. Secundo respõdetur, quòd Salomõ hoc fecit ex speciali Dei præcepto, qui ei hæc prædixerat. Vnde. 3. Regum. 2. sic dicitur. Eiecit igitur Salomõ Abiathar vt non esset sacerdos domini, vt impleretur sermo domini, quæ locutus est super domum Heli in Sylo. & ita ratio non est ad propositum. ¶ Ad vltimam obiectionem de Leone papa respondetur iuxta magistrum Alexandrum de Alis, quòd Leo papa se submiserat iudicio Ludouici imperatoris siue nuntiorum eius: hoc fuit opus supererogationis & non debiti. Vnde ex tali opere argumentum non procedit, sicut superiùs dictum est.

Ad quintũ.

¶In quo ponuntur aduersariorum rationes ad probãdum quòd papa extra casum hæresis habeat iudicem in terris, videlicet ecclesiam vniuersalem.

Capitulum. XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd extra casum hæresis iudicem habeat in terris, videlicet ecclesiam vniuersalem, ad uersarij authoritatibus sacræ scripturæ, conciliorum, doctorum, rationibus, & exemplis ostendere conantur.*

SVNT alij aduersarij, qui licèt non asserant papam subiectum iurisdictioni imperatoris, aut alicuius potestatis secularis, nihilominus affirmare contendunt, quòd Romanus pontifex non tantùm pro hæresi, sed pro quocunque notorio crimine, de quo incorrigibilis appareat, aut ecclesiam scandalizaret, iudicem habeat ecclesiam vniuersalem, quæ ipsum iudicare, & punire posset. Et circa hoc faciunt duo. ¶ Primò enim nituntur respondere ad omnes authoritates, quæ dicere videntur, quòd papa à nemine potest iudicari nisi à fide deuiet: dicentes primò, quòd ista nomina distributiua, nemo, nullus, sumuntur pro singulis hominibus ipsius congationis fidelium: nõ autem pro ipsa congregatione, quæ vnita plurificari non potest. & ideo dicunt, nomen distributiuum ei competere non potest, sicut non potest dici

Prima responsio aduersariorum ad authoritates sanctorum.

Secunda responsio eorundem.

dici propriè omnis Deus, cùm non possit esse nisi vnus. Concludunt ergo, quòd in prædictis authoritatibus aut similibus fiat comparatio papæ ad alias personas ecclesiæ tanquam membri & partis ad alia ecclesiæ membra & partes: non autem ad ipsum corpus totũ, quod est ecclesia. ¶ Secundò dicunt, quòd præfatæ authoritates non militant: quia iudicium vniuersalis ecclesiæ dicitur iudicium Dei. Secundo loco nituntur hanc eorum opinionem multiplici via verâ ostendere. Primò authoritatibus sacræ scripturæ. Secundò authoritatibus conciliorũ. Tertiò authoritatibus doctorum. Quartò rationibus. Quintò exemplis. Prima via sic. & primò ex illo Matthę. 18. vbi Christus sic ait Petro: Si peccauerit in te frater tuus. &c. Si autem te non audierit. &c. Sequitur: Dic ecclesiæ. Certum est autẽ, quod papa frater noster est: cùm vnus pater scilicet Deus: & vna mater scilicet ecclesia omnibus fidelibus sit. ergo sequitur quòd ad ipsum se extendat præfata authoritas: Si peccauerit. &c. vbi ergo de peccato correptus emendare se noluerit, dicendum est ecclesiæ, sicut fit alijs confratribus, & hoc non nisi vt iustitia fiat: quia aliàs frustra diceretur: sed iudicium fit per superiorẽ: ergo videtur quòd papa habeat in terris iudicem superiorem, scilicet, ecclesiam vniuersalem, quę ipsum incorrigibilem existentem iudicare & punire valeat. ¶ Secundò argumentatur ex illo ad Galat. 2. vbi Paulus legitur Petro in faciem restitisse, quia reprehensibilis erat. ergo si hæc egit Paulus, multò fortiùs poterit ecclesia vniuersalis resistere papæ, vbi eum contingeret errare, & ecclesiæ immineret periculum, aliàs esset in potestate vnius hominis ecclesiam destruere, aut confundere, quod est absurdum. ¶ Tertiò arguitur ex illo Act. 11. vbi legitur quòd illi qui ex circuncisione venerant, reprehenderunt Petrum, disceptantes cum eo dicentes: quare intrasti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis? ergo multò magis hoc posset facere vniuersalis ecclesia. ¶ Secunda via arguunt authoritate vt aiunt sacrorum conciliorum: dicunt enim, quòd cõtra præfatam conclusionẽ sit decretum concilij Constantiensis, in quo dicunt esse decretũ, quòd generalis synodus in spiritu sancto legitimè congregata potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis etiam si papalis existat, obedire tenetur. &c. Item secundò est cõcilium Basilien. in quo tam in secunda sessione, quàm in duodecima resumitur decretum

Secunda.

Tertia.

Secũda uiæ. Prima authoritas cui respondebitur c. 99.

Secũda, cui respondebitur c. 100.

Tertiæ uiæ Prima authoritas, cui & sequenti bus respondebitur ca. 101.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quartæ uiæ. Prima ratio cui, & sequẽtibus respondebitur ca. 102.

Probatio prima.

Secũda pro batio.

præfatum concilij Constantiensis. Ex quibus manifestè sequitur, quòd papa superiorem iudicem habet in terris. ¶ Tertia via, scilicet authoritate doctorum arguunt. Et primò authoritate beati Petri: qui ita dicitur locutus ad beatum Clementem, vt dicitur in Epistola eiusdem Clementis ad Iacobum. Si enim mundanalibus curis fueris occupatus & teipsum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris ea quæ ad salutem pertinent plenius quibuscunque distinguere, & ex eo fit, vt tu tanquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent, deponaris. ¶ Secundò arguunt ex authoritate glossæ. in capi. si papa. distinctio. 40. quæ ita habet. Credo quòd si notorium sit crimẽ eius scilicet papæ quodcunque vnde scandalizatur ecclesia, & incorrigibilis sit, quòd possit inde accusari. nam cõtumacia dicitur hæresis, vt. 81. distinctione. si qui presbyteri. ¶ Tertiò arguunt hac via authoritate beati Gregorij, quæ habetur in capit. si quis. 2. quæstione. 7. ita dicentis. Si quis super hoc nos redarguere voluerit, vel extra authoritatem facere nos contenderit, veniat ad sedem Apostolicam, vt ibi ante confessionem beati Petri mecum iustè disceptet, quatenus vnus ibi ex nobis suscipiat sententiam suam. Ergo videtur quòd papa habeat iudicem superiorẽ in terris. ¶ Quartò arguũt eadem via authoritate beati Thomę de Aquino: dicunt enim, quòd idem doctor dicit libro de regimine principum. quòd si ad ius alicuius communitatis pertineat sibi prouidere de rege, ab eadem rex institutus si fuerit in tyrannum conuersus poterit destitui, & refrenari eius potestas, si potestate regia tyrannicè abutatur. Sed ad communitatem ecclesiæ spectat per Cardinales ius eligendi papam: ergo ad eadem spectat corrigere, & punire eum, si ecclesiam scandalizaret. Et ita apparet, quòd papa habet iudicem superiorem in terris. ¶ Rationibus autem arguunt. Primò sic. Papa si est deuius à fide, potest iudicari ab ecclesia per capitulũ si papa. distinctione. 40. ergo pariter si aliquo alio crimine, de quo ecclesia scandalizaretur, fuerit deprehẽsus. Probatur consequentia. Tum, quia non legitur in sacra scriptura, quòd in causa fidei Deus dederit maiorem potestatem ecclesiæ, quàm in alijs casibus, Christus enim in datione potestatis generalibus terminis vsus est, dicens: Quæcunque alligaueritis. &c. Matthæ. 18. Tum secundò: quia qui potest maius, potest minus: & vbi maius conceditur, minus concessum videtur: vt dicit tex in cap. ex parte. ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda ratio. te. extra de deci. ¶Secundò arguunt sic. Nulli corpori videtur sufficienter prouisum, nisi membrum putridum, quod totum corpus valet inficere, posset abscindi: sed tota ecclesia militans est vnum corpus ordinatū per Christum, dicente Paulo, Omnes vnum corpus sumus in Christo. istius autē corporis papa est vnum membrum, quia caput: ergo illud sit damnosum, scandalizans notoriè ecclesiam, sequitur quòd non est sufficienter prouisum corpori ecclesiæ, nisi per ipsam abscindi posset. Cùm ergo Christus non defecerit in necessarijs ecclesiæ militanti, sequitur quòd per ecclesiam papa nedum si sit hæreticus, sed etiam vbi aliquo alio crimine notorio scandalizat ecclesiam, iudicio vniuersalis ecclesiæ est subiectus. ¶ Tertiò sic. Si papa peccans non posset per alios, putà per ecclesiam corrigi, & puniri, sequitur quòd non perfectè ac sufficienter eam Christus ordinasset, nec ei debitè prouidisset: sed hoc est hæreticum, cùm Dei perfecta sint opera. Probatur tamen consequentia: quia illa communitas non videtur sufficiē ter ordinata, aut prouisa, quæ suæ perditioni, aut demolitioni non potest occurrere: sic autem esset de ecclesia posita in casu quo papa præter hæresim manifestam, aut tyrannidem notoriam, aut aliud crimen notorium ecclesiam subuertere aut scandalizare conaretur, & vniuersalis ecclesia ei resistere non posset, ipsum corrigendo, & deponendo: hoc enim esset concedere potestatem datam esse in destructionem contra Apostolum & Actum. 20. ¶ Quartò sic. Omne quod debemus papæ pro vitāda morte corporali, debemus ei pro vitanda morte spirituali: sed in casu, vbi papa iniustè & sine causa quacunq; vellet proximū interficere, quilibet tenetur, & potest de iure papam impedire. ergo vbi papa notoriè scandalizat ecclesiam, vbi animas fideliū ducit ad baratrum inferni, potest, & debet quilibet eum impedire. ¶ Quintò sic. Si papa vellet vxorem alicuius cognoscere, vel propria illius rapere, licitū est ei resistere. ergo vbi ecclesia videt ipsum papam malis moribus scādalizantē fideles, potest ei resistere, & ipsum impugnare, maximè cū dicat Apostolus, Peccantem coram omnibus argue. ¶ Sextò sic. Si papa infamatur per viros prouidos & honestos de aliquo crimine vnde ecclesia scādalizatur, quæro an papa teneatur purgare se de hoc, an non? Si dicas quòd nō. Contra: qui tenetur scandalum vitare, tenetur suscitatū tollere, & sedare si potest. ergo debet se purgare: sicut legitur de papa Damaso accusato à subditis de adulterio, vt refert Hierony. libro de viris illustribus. sed purgatio pertinet ad sententiā iudiciorum. ergo sequitur quòd in terris papa habeat iudicem superiorem. ¶ Septimò arguitur sic confirmando rationem factam. Prælatus qui tenetur subditos à minori damno vel periculo liberare, à fortiori tenetur à maiori: sed papa tenetur suos subditos à damno, & periculo temporali eripere, secundùm illud: Eripite egenum & pauperem. ergo multò fortius à spirituali, vt puta à scandalo de ipso habito, sed hoc se purgando. ergo idem quod prius. vnde ita fecerunt Sixtus Leo & Symmachus Romani pontifices. vt habetur. 2. q. 8. ¶ Quinta via scilicet exē plis, aduersarij etiam ostendere nitūtur, quòd Romanus ponti. in terris iudicē habeat, quoniam (vt aiunt) ecclesia vniuersalis sæpenume ro summos pontifices siue à fide delirantes, siue prauis moribus notoriè ecclesiam scandalizantes correxit, iudicauit, & puniuit.

Quarta.

Quinta.

Tertia.

Deute. 32.

Sexta.

Septima.

Quinta via cui respondebitur ca. 103.

¶ In quo reprobantur responsiones aduersariorū datæ ad authoritates sanctorum patrum & iura inducta pro conclusione nostra: & respondetur obiectionibus ipsorum aduersariorum sumptis ex authoritatibus sacrę scripturæ.

Cap. XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Responsiones aduersariorum datæ ad authoritates tam sanctorum patrum, quàm alia iura pro conclusione illa inducta, scilicet, quòd Papa extra casum hæresis non habeat iudicem in terris. &c. diluuntur.*

Conclusio superiùs posita, videlicet, quòd Romanus pontifi. pro sui principatus excellentia extra casum hæresis iudicem non habeat in terris: tantis est suprà sanctorum patrum roborata testimonijs, tam irrefragabilibus fulcita rationibus, & sanctorum canonum luminibus illustrata, vt superuacuum censeatur alia

Contra primam responsionem aduersariorū.

alia inducere testimonia. Vnde nō restat nisi aduersariorum obiectionibus respōdere. Faciemus autem hic duo. In primis ostendemus, q̄ respōsiones datæ per aduersarios ad iura dicta sanctorum patrum dicentium papam à nemine iudicandum, intelligenda sint de singulis personis, & non de tota cōmunitate ecclesię: quod ex multis facilè colligitur.

1 Tum primo ex eo, q̄ ratio superioritatis & dependentiæ papatus à solo Deo assignata per doctores quare à nemine papa est iudicandus, ita currit de ipsa communitate, sicut de singulis personis. Nam Romanus ponti. non modò est singulis personis authoritate superior, sed etiam toto ecclesiæ corpore, vtpote qui pastor, & caput est totius ecclesiæ. Tum secundò: responsio illius ostenditur vacua ex text. cum glo. ait enim sic text. Nemo iudicabit primam sedem. sequitur. Non enim ab Augusto, nec ab omni clero, nec à regibus, nec à populo iudex iudicabitur. Ecce q̄ textus excludit à potestate iudicandi papam singulas personas, & omnem cōmunitatem tam spiritualem, quæ designatur nomine cleri, quàm secularem designatam nomine populi. Præterea glo. super verbo: ab omni clero, ait. argumentum q̄ concilium nō potest papam iudicare. vt extra de elect. significasti. Hæc glo. Ex quo patet, q̄ ly nemo, in authoritatibus præfatis non solùm accipiendum est pro singulis personis diuisim, sed etiam pro singulis coniunctim, siue collectiuè. Quòd autē dicūt aduersarij, quòd nomina distributiua propriè competere non possunt congregationi fidelium, quæ vnica, & implurificabilis est, parum valet: quia nomina, siue signa talia addita nominibus collectiuis, vt sunt populus, clerus, domus, ecclesia, &c. non distributiuè, sed collectiuè tenētur: significant enim id quod totum, sicut est illud quod habetur ad Hebræ. 3. Sicut Moyses: supple fidelis fuit in omni domo sua. q̄d exponitur: id est in tota domo, scilicet synagoga Iudæorum. Item eodem modo videtur sumi illud. Conuertitq; rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ. Item illud Præcepit autē vniuersæ ecclesiæ, benedicite Deo nostro: & benedixit omnis ecclesia domino patrum suorum. Item illud Turbata est cum illo omnis Hierosolyma: id est tota. Et ita in authoritate suprādicta illud: nec ab omni clero: exponitur, id est nec à toto clero. iuxta etiam glo. quæ dicit. argumentum q̄ concilium non potest iudicare papam. Tertiò: q̄ talis intellectus sit præfatorum iurium luce clarius, colligitur ex confessione & testimonio tam concilij congregati Romæ tempore Marcellini, de quo distinct. 22. in ca. nunc autem. q̄ concilij congregati tempore Symmachi papæ, de quo dist. 17. in. §. hinc etiam, quæ manifestè confessa sunt à nemine præsulem Romanum posse iudicari, includendo etiam concilium vniuersale, aliàs non loqueretur ad propositum. Quartò colligitur idem ex cap. papa. dist. 40. vbi dicit tex. q̄ papa à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius. Clarum est autem, q̄ nō est cuiuscunq; singularis personæ papam iudicare, etiam si deprehendatur à fide deuius, sed solius concilij vniuersalis: ergo per ly neminem, non solùm excipiuntur singulares personæ, sed etiam ipsa vniuersitas fidelium. quod etiam ex hoc manifestè habetur, vt scilicet sit conformitas huius text. ad iura alia & determinationes conciliorum, de quibus parum antè factus est sermo. ¶ Præterea secunda responsio aduersariorum, in qua respondentes ad authoritates dicentes, q̄ papa reseruatur iudicio diuino, dicūt, q̄ iudicium ecclesiæ congregatæ est iudicium Dei, & ita non videtur absolutus papa à iudicio vniuersalis ecclesiæ, nulla est. Quia licèt iudiciū ecclesiæ sit etiam Dei, sicut etiā de quolibet sacerdote dicitur. de pœniten. distin. 3. §. sed quem. q̄ quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam gerit. & in ca. nemo. 11. quæst. 3. dicit beatus Chryso. Nemo contemnat ecclesiastica vincula: non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit: & dominus fecit homines tāti honoris, est tamen hoc iudicium Dei per homines. In authoritatibus autem suprādictis loquentibus de papa, excluduntur omnes homines à iudicio suo. vnde in ca. aliorū. 9. q. 3. habetur, q̄ aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari: sed sedis istius præsulem suo sine quæstione reseruauit arbitrio: voluit beati Petri successores sibi tantùm debere innocentiam. Nota verbum, tantùm. Item in cap. electionē. dist. 79 dicit beatus Anacletus papa & martyr. Electionem summorum pontificum sibi dominus reseruauit: licèt electionem eorum bonis sacerdotibus concessisset. Ecce q̄ manifestè responsio aduersariorum non respondet authoritatibus sanctorum patrum, sed manifestè est oppositа. & hoc idem ostenditur per alias authoritates, quas supra induximus. Et hoc de primo. ¶ Reliquum autē est aduersariorum obiectionibus respondere: quibus pro pleniori

3. Reg. 8. 1. Para. 19

Matth. 2.

Contra secundam aduersariorū eorundem.

Ad authoritates primæ uiæ. c. 97.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niori illustratiõe veritatis distinctè p quinq; capitula iuxta quinq; vias, quibus procedũt, respondebimus. ¶ Ad primam ergo obiectionem sumptam ex illo capitulo. Matthæi. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Respondetur negando consequentiam. Et ad probationem cùm dicitur, quòd papa sit frater, dicimus, quòd hoc non militat: quoniam cùm hoc, quòd papa est frater noster naturæ conformitate, & fidei religione, est etiã princeps & caput totius vniuersalis ecclesiæ supremam potestatem habens in ecclesia. Ratione primi: videlicet, quia est frater noster, extendit se ad eum authoritas præfata in ea parte, in qua simplex tangitur fraterna correctio, quæ dicit simplicem quandam admonitionem, quæ cùm sit actus charitatis, extẽdit se ad omnem proximũ, siue superiorem, siue æqualem, siue inferiorẽ sicut & ipse charitatis effectus. Ratione verò secundi, videlicet, q̃ princeps & caput est supremam potestatem habens in ecclesia, non extendit se ad eum authoritas præfata in ea parte, in qua contra non suscipientẽ correctionem frater nam iubetur denuntiationem fieri: quia cùm denuntiatio non acquiescentis fraternæ correctioni ordinetur ad finem, vt talis punitio ne corrigatur, qui per simplicem admonitionẽ non corrigitur, nõ fiat nisi superiori, non potest denuntiari prælatus, qui superiorem non habet, nisi sit tale peccatum eius, per quod à superioritate cadat, cuiusmodi est peccatum hæresis. Quare consequẽtia illa aduersariorum, quæ apud eos Achilles existimata est, nulla prorsus est. processus enim positus in euangelio de correctione fraterna, non habet locum in eo, qui non habet in terris superiorem. Clarissimum est autem ex superioribus, q̃ nullus in ecclesia est superior papa nisi Christus, cuius generalis vicarius est in terris. Nec potest dici, q̃ congregatio subditorum suorum, aut ouium suarum superioritate authoritatis sit illo maior, nisi quis vellet euertere, vt aliàs deductũ est, doctrinam Christi, & diceret, quòd licet Christus dicat Matthæi. 10. Non est discipulus super magistrum, nec seruus supra dominum suum. nihilominus discipuli sunt supra magistrum, & subditi supra prælatum suum. Hinc est, q̃ vt clarissimè sanctorum & sacrorum conciliorum & doctorum excellentissimorum apertissimè testimonia proclamant, pontificũ Romanorum causas Deus dicitur suo reseruasse iudicio. Vnde dominus Albertus Magnus in. 4. dist. 19. vbi quærit, vtrùm correctio fraterna sit omnium: respondens ita dicit. Omnis homo omnem hominem cum reuerentia & mãsuetudine tenetur admonere & corrigere de delicto, sed nõ vlteriùs potest denuntiare si est inobediẽs, quãdo prælatus supremus est: quia non habet iudicẽ. Hæc Albertus. Ad idem est sanctus Thom. in. 4. eadem dist. sic dicens. Quanuis prælati sint corripiendi à subditis, nõ tamen est ei pœna infligenda, sed recurrendum est ad superiorem denuntiãdo, vel si non habet superiorem, ad Deum, vt eum emendet, aut de medio tollat. Item magister Vlricus in summa sua excellentissima theologiæ. qui lib. 6. tractatu. 3. c. 15. de accusatione loquens ita inquit. Accusari etiam non possunt aliqui propter excellentiam dignitatis: vt papa non potest accusari nisi de crimine hæresis. vt dicitur in gestis Bonifacij martyris. & ponitur authoritas dist. 40. ca. si papa. tamen apparatus dicit ibi, q̃ licet specialiter dicatur de hæresi, eo q̃ de illo potest accusari, etiã si occulta sit cùm non vult corrigi, aliàs enim non posset accusari: tamen etiam de alio crimine potest accusari si sit notorium per confessionem, vel facti euidentiam: & incorrigibilis sit, & ecclesia inde scandalizetur, probat per hoc, quòd contumacia dicitur hæresis. distinct. 91. qui presbyteri. & cõtumax dicitur infidelis. 27. dist. nullus. ideo quidam dicunt idem de quo libet crimine notorio, de quo ipse non corrigit se propter correctionem fraternam. Sed hoc non credo verum esse: quia cùm stabilis maneat sua authoritas quandiu in petra, quæ Christus est, fundatur, & hoc etiam fit per informem fidem, ipsa sola fide manente non habet superiorem à quo iudicari possit. Insuper quòd soli infidelitati tribuit, de alijs criminibus negatur. Symbolica autem & transsumptiua locutione contumacia dicitur infidelitas, vel hæresis, & argumenta ex talibus tanquam sint propriè dicta nihil valent. hæc dominus Vlricus. Item idem lib. 6. tractatu. 3. c. 17. vbi de denũtiatione euangelica loquens dicit sic. Primum, scilicet admonitio priuata habet locũ etiã in prælato non habẽte superiorẽ: sed quia mẽbra non habẽt ibi locũ: quia nõ habet superiorẽ, cui ipse denũtietur, vel corã quo cõicetur, vel à quo ex cõmunicetur: & ideo si p admonitionẽ non corrigitur, nõ restat nisi orare pro eo vt emẽdetur, vel vt subtrahatur de medio, ne ecclesiã suo exẽplo perdat. hæc ibi. Itẽ hac de causa dicit Hostien. quòd denũtiari non potest crimen papæ si corrigi vellet. Item Iohann. in

Ad primũ.

in summa confessorũ lib. 3. tit. 9. §. 9. vbi dicitur, q̃ licèt principũ scilicet admonitio locũ habeat in prælato non habente superiorem, tamen sequentia non habent ibi locum, quia superiorem non habet, &c. sicut dicit dominus Vlricus. Ad idem plures alij illuminatissimi doctores, sicut dominus Petrus de Palude, dominus Herueus, magister Augustinus de Anchona in libris suis de potestate ecclesiastica. Præterea hæc sentẽtia manifestè colligitur ex beato Bernardo, qui scribens domino Innocentio papæ ita dicit. Quis faciet mihi iustitiam de vobis? si haberem iudicem, ad quem vos trahere possem, iam nũc ostenderem vobis. Vt parturiens loquor quid mihi eminet: extat quidem tribunal Christi, sed absit vt ad illud appellẽ vos, &c. Ecce quàm manifestè innuit beatus Bernardus, q̃ papa iudicem non habet in terris. Et ita patet, q̃ ratio aduersariorum nulla erat: quia cùm papa aliquid plus habeat dignitatis q̃ cæteri homines: quia cum hoc, q̃ est frater, est etiam pater & princeps: non est mirum, si plus se extendat ad alios fratres authoritas præfata, Si peccauerit in te frater, &c. quàm se extendat ad papam. De vera autem intelligentia præfatæ authoritatis in ea parte, in qua dicitur. Dic ecclesiæ: amplissimè superiùs contra minus bene sapientes circa illam disputatũ est.

Ad secundã

¶ Ad secundam obiectionem, quæ sumitur ex illo Galat. 2. vbi Paulus dicitur restitisse in faciem Petro, respondetur, quòd authoritas illa nihil facit pro aduersarijs. Aliud quippe est resistere, & se opponere papæ, vbi imminueret periculum fidei: aut si aliquid præciperet contra legem domini: & aliud est iudicare per coertionem pœnæ, siue punire: quia primum potest esse inferioris, secundum autem non nisi superioris, iuxta. c. inferior. dist. 11. & 1. ad Cor. 4. dicitur. Qui autẽ iudicat me, dominus est. Vnde concedimus, q̃ vbi imminueret periculum fidei manifestum, posset vniuersalis ecclesia, siue synodus vniuersalis resistere Romano pontifici, sicut Paulus Petro: sed ex hoc nulla superioritas authoritatis arguitur in ecclesia super verũ Romanũ põti. sicut nec in Paulo ex præfata correctione supra Petrum: sed bene arguitur & commendatur in Paulo charitas & libertas, & in Petro in susceptione patienter correctionis humilitas. Vnde glo. quæ est Augustini in epistola ad Hieroñ. super illud. Dixi Cephæ coram omnibus: dicit sic. Ipse Petrus quod à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis sanctæ atque benignę pietate humilitatis accepit, atque ita exẽplum posteris tribuit, quod non dedignarentur, vbi fortè rectum tramitem reliquissent, à posterioribus corrigi. laus vtique iustæ libertatis in Paulo, & sanctæ humilitatis in Petro. hæc glo. Item idem Augustinus super epistolam ad Galat. de obiurgatione ista Pauli coram omnibus facta Petro loquens ita dicit. Quòd autem hæc ei coram omnibus dixit, necessitas coẽgit, vt omnes illius obiurgatione sanarentur: non enim vtile erat errorem, qui palàm noceret, in secreto emendare: huc accedit, quòd infirmitas & charitas Petri, cui ter à domino dictum est: Amas me pasce oues meas: obiurgationem talem posterioris pro salute gregis libentissimè sustinebat. hæc Augustinus. Hanc Augustini doctrinam secutus beatus Thom. dicit in. 4. sententiarum. distinct. 19. quòd beatus Paulus Petro in faciem restitit, excedit modum fraternæ correctionis, quæ prælatis à subditis debetur. non enim prælati à subditis corã multitudine, sed humiliter in priuato corripiendi sunt, nisi vbi immineret periculum fidei. ¶ Ad tertiam obiectionem, quæ sumitur ex obiurgatiõe facta Petro. Actuum. 19. quòd ad gentes diuertisset: respõdetur, quòd authoritas illa nihil facit pro aduersarijs, sicut manifestè colligitur ex dictis beati Gregorij. qui vt habetur in ca. Petrus. 2. q. 7. sic inquit. Petrus potestatẽ regendi acceperat, & tamen idem Apostolorum primus querimoniæ contra eum factæ, cur ad gentes introisset: non ex potestate officij, qua posset dicere oues pastorem suum non accusent, nec reprehendant: sed ex authoritate diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant Spiritũ sanctum respondit dicens. Eandem gratiam quam vobis dedit eis dominus. Hæc Gregorius. Ex quibus patet, quòd cùm, vt ait Gratianus ibidẽ, beatus Petrus ex officio potuerit repellere quærelas illorum, & sola dispensatione humilitatis illas sustinuerit, non potest accipi argumentum ex illorum reprehẽsione, quòd prælati cogantur reprehensionem subditorum suscipere: & minùs ex hoc potest accipi argumentum, quòd vniuersalis ecclesia extra casum hæresis ponat papam iudicare.

Ad tertiam

¶ In quo respondetur aduersariorum obiectionibus fundatis in decretis conciliorũ Constantien. Cap. XCIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum (fundatæ in decretis conciliorum Constantien. & Basilien.) qui dicebant, quòd papa extra casum hæresis habeat iudicem in terris, refelluntur.*

Resp. authoritatibus secundæ uiæ. cap. 97.

DAta responsione ad authoritates sacræ scripturæ, quas aduersarij in eorũ fauorem inducunt, consequens est, vt responsa demus ad ea quæ inducunt secunda via, videlicet ex decretis conciliorum Constantien. & Basilien. Ad quæ respondentes dicimus, q̃ nihil eorũ, quæ inducunt, militat contra conclusionem præfatam. Quòd verò non militẽt ea quæ inducuntur de cõcilio Constantien. apertissimè ex multis ostenditur. ¶ Primò quidem: quia non est verũ, imò falsum, quod aduersarij dicunt, videlicet, q̃ Constantiæ declaratum sit, siue decretatum, q̃ vniuersalis synodus in Spiritu sancto legitimè congregata, generale concilium faciens, ecclesiã militantem representans, potestatem à Christo habet immediatè, cui quilibet cuiuscunq; status, siue dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur, &c. Planè nũquam in Constantia sub hac forma legitur aliquod decretum factum. Declaratio autem facta per patres illos sub obẽdientia Iohan. 23. congregata emanauit sub hac forma. Hæc sancta synodus Constantiensis generale concilium faciẽs pro extirpatione præsentis schismatis, & vnione ac reformatione ecclesiæ in capite & in membris fienda declarat, q̃ ipsa in Spiritu sancto cõgregata generale concilium faciẽs, & ecclesiam catholicam militãtem representãs, potestatẽ à Christo habet immediatè, cui quilibet, &c. Ecce manifestè, q̃ decretum illorũ patrũ non loquitur vniuersaliter de quolibet synodo vniuersaliter, sed de illa singulariter, pro cuius tempore non erat in ecclesia vnus pastor totius ecclesiæ indubitatus. Et ita patet primũ: videlicet, q̃ falsum sit, q̃ tale decretum in forma, qua proponitur, fuerit factum Constantiæ. Secundò non militãt quę inducuntur de concilio Constantien. quoniam dato q̃ tale decretum licut dicitur pro aduersarios ibi fuisset factum, nõ habet necessitatem: quoniã hoc, quod aduersarij præsupponunt, videlicet, q̃ fuerit ab vniuersali concilio legitimè congregato, & representante vniuersalem ecclesiam militãtem, est valde dubium apud multos: imò plurimorum iudicio, scilicet eorum, qui fuerunt de obedientia Gregorij & Benedicti falsum. Quoniã sicut apertissimè patet ex gestis illius cõgregationis decreta illa, sĩ ita sint appellãda, facta sunt solùm à patribus aliquibus obedientiæ Iohan. 23. Pro quo notandum, q̃ congregatio illa Constantiæ celebrata tria tempora habuit. Primum fuit, in quo sola obediẽtia præfati Iohann. Balthasar Constantiæ conuenerat. Secundum tempus fuit: in quo Angelus Corasius vocatus in obedientia sua Gregorius, 12. iuri suo cedens præfatæ congregationi sub certis modo & formis se coniunxit. Tertium tempus est, in quo reges, & principes, ac prælati obedientes Petro de Luna Benedicto. 13. vocato in obediẽtia sua per suos oratores noua facta cõuocatione concilij se vnierunt præfatæ congregationi ad pacem dandam vniuersali ecclesiæ: & fuimus nos tunc præsentes in minoribus constituti. pro quo solo tempore conuenientibus omnibus simul tribus obedientijs fuit certum dicere, q̃ vniuersalis ecclesia representatiue congregata esset Constantiæ. nullus autem dubitat, quin asserere, q̃ sola obedientia Iohannis faceret concilium vniuersale vniuersalem ecclesiam representans, esset temerariũ, & scandalosum alijs duabus obedientijs. Tertiò ea quæ inducuntur de decretis concilij Constantien. non militant: quoniam authoritati illius aliæ duæ obedientiæ, scilicet Gregorij & Benedicti apertissima contradictione in plena congregatione se opposuerunt, & eorum contradictio fuit acceptata. Contradixit ac reclamauit in primis Gregorius ita in sua obedientia vocatus, qui verum se Romanum ponti. asserens & scribens, mittens post præfatam declarationem factam ab illis de obedientia Iohannis oratores suos ad Constantiam, committit eis dominis, scilicet cardinali sancti Sixti Iohan. electo patriarchæ Constantinopolitano. archiepiscopo Treuereñ. comiti palatino Carolo de malatesta authoritatem cõgregationem ipsam Constantien. inquantum per serenitatem regiam, & non per Balthasar se nuncupari facientem Iohan. 23. vocatam vice sua conuocandi & authorizandi in generale concilium, remota tamen omnimodè inde prædicti Balthasar præsidentia & præsentia ab eisdem, &c. Verba sunt formalia bullæ datæ authoritatis præfatis oratoribus, quæ inserta est in gestis præfati concilij. Quod autem hæc verba & gesta domini Gregorij præfato decreto contradicant, & opponãtur, manifestum est. Contradixit præterea eidẽ decreto obediẽtia dominorum

Ad primam 1

norum regum, prælatorum, & principum, & communitatum, qui Petro de Luna Benedicto. 13. vocato tanquam vero summo pontifici vniuersalis ecclesiæ adhærebant. Nam vt ex gestis eiusdem cõcilij patet, pro eo q̃ tenebant præfatos patres Constantiæ congregatos sub obedientia Iohãnis siue etiam Gregorij non facere cõcilium vniuersale, nec eorum cõgregationem representare ecclesiam Dei catholicam noluerunt se vnire illi, nisi priùs iuxta compacta in Narbona cum bo. me. domino imperatore Sigismũdo noua fieret per eos, apud quos veram esse arbitrabantur Dei ecclesiam concilij cõuocatio sicut & factum est nobis præsentibus in minoribus constitutis. Quæ omnia ita facta esse, & ab omnibus acceptata synodus ipsa Constantien. per diuersas sessiones apertissimè testatur. Quibus tribus obedientijs tandem ita in nomine Christi Constantiæ conueniẽtibus sub intentione celebrandi concilium vniuersale habita est certitudo & fides apud omnes Christi fideles vniuersale concilium vniuersalem ecclesiam representans Constantiæ celebrari & non ante concurrente ambigua inter fideles concertatione apud quem trium pro Romanis pontificibus se gerẽtium Apostolicæ sedis authoritas resideret & principatus. Vt enim testatur deuotissimus Bernardus libro quinto de cõsideratione. Fides ambiguum non habet: aliàs si habet, fides nõ est sed opinio. Ex qua contradictione aliarum duarũ obedientiarũ clarissimè percipit quisque doctus, quàm præsumptuosa sit illa assertio quòd obedientia illa Balthasar Constantiæ conueniens faceret concilium vniuersalem ecclesiam representans. Quartò ea quæ inducũtur de decretis concilij Constantien. nullius sunt roboris aut momenti: quoniam in illorum determinatione non modò non interuenit vniuersalis ecclesia, sed obedientia vna tantùm, scilicet Iohan. 23. vt dictum est: sed etiam non integrè tota illa obedientia: quoniam plures patres doctissimi illius obedientiæ illis non præstiterunt consensum aut assensum suum. Item nec ipse in sua obedientia vocatus Iohan. 23. quoniam cùm post recessum suum à Constantia Scaphusæ constitutus audiret præfatam declarationẽ conclusam dominis oratoribus Christianissimi regis Franciæ visitantibus eum: videlicet domino duce Bauariæ domino Nicolao de Calauilla alijsq; eorũ collegis amaro animo conquestus est falsa quædam & erronea aduersus authoritatem Romani pontificis decreta per æmulos suos post recessũ eius esse conclusa. Quintò præfata decreta concilij Constantien. non militãt: quoniam nunquam fuerunt per omnes alias obedientias simul approbata imò nec repetita: imò tota synodus ex tribus obedientijs congregata statutis suis videtur designasse decretũ illud nunquam in mente sua insedisse. Quod patet ex duobus. Primò ex eo quod in sessione. 36. ita dicitur. Sacrosancta Constantien. synodus statuit & decreuit, q̃ futurus Romanus pontifex, per Dei gratiam de proximo assumẽdus cum hoc sacro concilio vel deputandus per singulas nationes debeat reformare ecclesiam in capite Romanæ curiæ secundùm æquitatem & bonũ regimen ecclesiæ, &c. Et sequitur in. 13. art. propter quæ & quomodo papa posset corrigi, vel deponi. Ecce q̃ manifestè datur intelligi q̃ synodus illa hoc discernẽs non approbauerit aut mẽte habuit illa decreta prima Constãtiæ. Secũdò ex illo, q̃ præfata synodus Constantien. postquã papa Martinus fuit creatus morem obseruando antiquorũ conciliorũ humiliter petiuit ab eo cõfirmationem & roborationẽ omniũ quæ fecerat. Cùm autem confirmare & roborare superioris authoritatis sit: planissimũ est q̃ synodus illa integra ex omnibus obediẽtijs Christianitatis nõ erat huiusmodi fidei, q̃ concilium vniuersale habeat à Christo immediatè potestatem, cui etiã papa obedire teneretur. Sextò præfatum decretũ Constantien. non militat: quoniam per Apostolicam sedẽ non fuit approbatũ: imò videtur per dñm Martinũ reprobatum, siue annullatum in condẽnatione erroris Iohãnis Witcleff, & Iohannis Hus: inter quos, vt patet in bulla, quã approbante cõcilio Constantien. dñs Martinus misit vniuersis prælatis nationis Germaniæ: vnus articulus condemnatus est. Quòd Petrus nõ est nec fuit caput ecclesiæ sanctæ catholicæ. Secundus articulus, de quo mãdat præfatus dñs Martinus prælatis & inquisitoribus fidei, vt inquirãt suspectos de præfatis erroribus: vtrũ credant, q̃ papa canonicè electus, qui pro tempore fuit eius proprio nomine expresso sit successor beati Petri habens authoritatẽ supremam in ecclesia Dei. hæc ibi. Clarissimũ est autẽ, q̃ hi duo articuli per dñm Martinum assentiẽte & approbante concilio plenario Constantien. videlicet, q̃ papa sit caput sanctæ sedis catholicæ. i. vniuersalis, & q̃ habeat supremã potestatẽ in ecclesia Dei: non possunt simul stare cum decreto illo, quod Constãtiæ factũ legi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur per quosdam de obedientia Iohan. Balthasar de superioritate cõciliorum supra papam: quoniam vt habetur in.c.inferior. dist. 21. sola sedes potior inferiorem conuenienter absoluit: nec potest quisquã, qui inferioris authoritatis est, eũ qui maioris potestatis est, adijcere, aut proprijs subiugare diffinitionibus. Si papa manens papa alterius iudicio præterquã Dei subiacet, nõ potest stare in veritate articulus ille diffinitus Constãtiæ per dominũ Martinũ: q̃ papa habeat supremam potestatem in ecclesia, vt in superioribus etiã deduximus. Septimò præfata decreta, quæ inducũt aduersarij de concilio Constãtiensi, non militãt: quoniã expresè sunt contra sacrorum cõciliorum canones, & Apostolicæ sedis diffinitiones, sicut in superioribus est demonstratum: quare quicquid diffinitũ sit in contrarium, quibuscũq; viribus caret. iuxta cap. hæc est fides pater beatissimè. 24. q. 1. Octauò decreta illa non militant: quoniam sanctorum patrum sententijs, quorum doctrinam in his quæ fidei sunt, vniuersalis iam approbauit ecclesia, manifestè cõtradicunt: sicut patuit exẽplariter in superioribus, vbi pro principatu Romani pontificis testimonia induximus de beatis Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Cyrillo, Chrysostomo, Theophilo, & Cypriano, atq; Leone primo: quorum sententiæ in materia fidei cùm iam ab vniuersali ecclesia sint firmatæ, vt patet in quinta synodo, nulla authoritate, nulla hominum diffinitione possunt repelli. Omnis quippe contradictio facta horũ patrũ sentẽtijs, fieret profectò fidei ipsius vniuersalis ecclesiæ. prima nanq; salus, vt habetur in.c. prima. 25. q. 1. est rectæ fidei regulam custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare. Nonò præfata decreta locũ nõ habent: quoniam contradicunt communi doctrinæ clarissimorum doctorũ tam iuris diuini, quàm humani: qui vt in superioribus declaratũ est, de venerabili Hugone de sancto Vict. de Alberto magno, de sancto Thom. de magistro Alexãdro d Alis, de sancto Bonauẽtura, &c. qui testimonijs scripturarum sanctarum & canonum reuerentia totius orbis consecratorum & authoritatibus summorum pontificum clarissima luce demonstrãt Romanum pontificem ita principatũ habere in vniuersa ecclesia, vt extra casum hæresis, in quo à papatu cadit, solum Deum iudicem superiorẽ habeat, cuius vicarius immediatus existit. Est autem mirabile, q̃ patres illi Constantiæ congregati voluerunt vno ictu non solùm delere, sed hæreticare tantorum patrum doctrinam. Est autem hic non prætereundum quod habetur in ca. placuit. 36. q. 2. q̃ authoritas concilij nõ præiudicat authoritati Hieronymi, & maximè cùm diminæ scripturæ innitatur: vbi dicit glo. q̃ hæc ratio est: quia roboratur authoritate veteris testamenti, & concilij Meldensis. Si aũt vnius doctoris sancti authoritas roborata authoritate sacræ scripturæ, & authoritate vnius concilij præiudicat authoritati vnius concilij vniuersalis, vt ibidem dicitur: quantò magis authoritas tantorum doctorum & sanctorum roborata, & sacra scriptura, & concilijs vniuersalibus & diffinitionibus Apostolicæ sedis præiudicare debet decreto vnius obedientiæ tantùm, & tempore schismatis. Ex quibus omnibus liquidò colligitur, q̃ præfata decreta, quæ ex aduerso allegantur à patribus aliquibus Constantiæ edita vnius obedientiæ tantùm tempore schismatis, nec necessitatem habẽt, nec virtutem euertendi fidem, quam de Romani pont. principatu semper seruauit sanctorum patrum authoritas, & vniuersalis ecclesiæ pietas venerata est.

¶In quo respondetur obiectionibus aduersariorum sumptis ex decretis concilij Basilieñ. Cap. C.

SVMMARIVM.

1 *Obiectus aduersariorum sumptus ex decretis concilij Basilieñ. aduersus id qđ dicitur, scilicet, q̃ Papa extra casum hæresis iudicem non habeat in terris, refelluntur.*

AMpliùs secũdò ea quæ inducuntur de concilio Basilieñ. ex diuersis sessionibus eius minimè etiam militant propter multa. ¶Primò cùm dicunt, quòd sancta catholica ecclesia in sancto Constantiensi concilio, &c. præsupponunt duo. Quorum primum est manifestè falsum vt dicunt, quòd in cõcilio Constantieñ. fuerit vniuersaliter diffinitum, q̃ concilium generale, &c. quoniam non vniuersaliter, aut indiffinitè, sed singulariter facta fuit illa diffinitio, siue declaratio: vt in responsione ad ea quæ inducuntur de concilio Constantiensi plenè in præce-

Resp. secundæ authoritati secundæ uic. c. 97.

1

denti. c. dictũ est. ¶Secundò supponunt, q̃ illud decretum factum fit à sancta vniuersali ecclesia. Hoc enim (salua pace eorũ quicũque opinati sunt) nullo modo potest probari verũ esse, sicut iam antè diximus, imò temerarium videtur, plurimũq; scandalosum velle diffinire, q̃ obedientia sola Iohãnis Balthasar, quæ sola Constãtiæ conueniẽs fecit id decretum tempore schismatis esset vniuersalis ecclesia catholica legitimè à vero & indubitato pastore vniuersalis ecclesiæ cõgregata sanctum vniuersale concilium faciens, hoc enim esset dicere, q̃ sola obedientia Iohãnis Balthasar inter tres obedientias fuisset ecclesia & thalamus Christi: & aliæ obedientiæ, scilicet Gregorij, & Benedicti fuissent prostibula, & synagoga sathanæ. & hoc non est aliud, q̃ suscitare antiquum schisma in ecclesia Dei. Secundò non militãt præfata decreta Basilieñ. concilij: eo q̃ cõcilium illud noluit recipere præsidentes papæ in authoritate sua debita iuxta morem antiquorum cõciliorum vniuersalium, de quorũ authoritate in actione sexta cõcilij Chalcedoneñ. vt refert Isido. in lib. cõciliorum ita habetur. In omnibus synodis apocripharij Apostolici decretas sentẽtias primò propter summam authoritatem sanctæ eiusdem sedis confirmabant & subscribebãt: quia aliter nullum robur habebãt. vnde scribit Paschasius, &c. Ex quibus patet decreta illa omnino vacua esse authoritate. Tertiò patet idem: quia non fuerunt cõclusa vnanimi consensu totius synodi. Si autem concilium nõ agant, vt inquit Isidorus. 6. etym. & in cap. 1. distinct. 15. qui non consentiunt in vnum non potest dici conclusio concilij vniuersalis maximè in materia fidei, cuius vnitas maximè requiritur in corpore ecclesiæ, quæ ex vniuersali consensu non emanat. Quòd autem vniuersalis consensus in decretis illis Basilieñ. nõ iteruenerint, patet. Tum, quia multis prælatis & doctoribus in vtroq; iure graduatis sapiẽtia & virtutibus clarissimis non consentiẽtibus edita sunt: quorum plures eorum attendentes prædicta decreta aduersa esse sanctorum patrũ doctrinis non modò in deputationibus suis contradixerũt, & reclamauerunt, verum etiam in sessionibus ipsius concilij, in quibus talia decreta ad furorem quorundam hostium Apostolicæ sedis cum multitudine populi parui pretij & nullius authoritatis publicata sunt, interesse noluerunt. Secundò non fuerunt vnanimitate vniuersali concluſa: quia non expectata plenè vniuersali ecclesia, nec integrè synodo congregata. non enim expectatis plurium regum & principũ oratoribus concluſa fuerũt, licèt aliquos eorum nouerint iam in via constitutos. vnde Basilieñ. cupidi renouare decreta sua postquàm sanctæ memoriæ dominus Eugenius ad principum preces reuocauerat dissolutionem cõcilij quam fecerat, timentes dominorum Castellæ & Angliæ oratores, quos iam propinquos nouerant, pro eorum sapiẽtia & zelo ad fidem & Apostolicam sedem conclusionibus eorum non præbituros consensum practicauerunt, vt ante aduẽtum præfatorum dominorum oratorum innouatio fieret suorum decretorum: quod factum est in sessione. 18. Nullus profectò sanæ mentis vir qui nouit cum quanta grauitate, integritate, & modestia fidei iudicia tractanda sunt, iudicabit esse vniuersali consensu totius ecclesiæ concluſa, spirituq̃ sancto dictata, in quibus huiusmodi factiones & practicę interuenerũt. ¶Quarto decreta Basilienſium inualida esse monstrantur eo quòd eis non interuenit assensus Apostolicæ sedis, quæ vnamquamque synodum sua authoritate confirmat: vt in cap. consideremus. 25. quæst. 1. Quod verò ad hoc dicunt aduersarij Basilieñ. quòd in sessiõe. 17. quando præsidentes domini Eugenij fuerant admissi, iurauerunt defendere decreta præfati concilij, & specialiter decretum de authoritate conciliorum, nullius est ponderis, & inter alia ex hoc, quòd vt in gestis eiusdem cõcilij habetur profati domini iurauerunt nominibus proprijs, vt scilicet particulares personæ, & hoc necessitate maxima compulsi: quia aliter in maximum scandalum totius ecclesiæ non admittebantur ad præsidẽtiam: non autem iurauerunt illa tenere vt nuntij Apostolici: imò inquantum huiusmodi protestati sunt in contrarium, nec interesse voluerunt sessionibus, in quibus talia concludebantur. Quis autem iam etiam patrum in sanctorum patrum literis doctus dicet vnanimi consensu vniuersalis ecclesiæ esse concluſa, quæ Apostolica sede, in qua dominus totius ecclesiæ principatum posuit, non consentiente, sed potiùs contradicente per suos oratores & reclamante concluſa sunt? sicut patet ex dist. 19. per totum. Sed replicant aduersarij Basilieñ. q̃ imò in decretis eorum interuenit consensus Apostolicæ sedis: quoniã dominus Eugenius per bullas suas de concilio & assensu dominorum cardinalium tunc secũ in curia existẽtiũ decreuit & declarauit multa circa præfatũ Basilieñ. concilij. ¶Pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mò ꝙ generale cõcilium Basilieñ. fuerit pro extirpatiõe hæresum, pro pace populi Christiani, ac generali reformatiõe ecclesiæ in capite, & in membris, & pertinentibus ad ea legitimè inchoatum. ¶ Secundò ꝙ à tempore suæ inchoationis legitimè inchoatum extiterat, & esse, prosecutionemque semper habuisse & habere, &c. ¶ Tertiò prædictam dissolutionem irritam & inanem declarauit. ¶ Quartò ꝙ ipsum generale concilium purè, & simpliciter, & cum effectu, ac omni deuotione & fauore prosequi intendebat. ¶ Quin tò reuocauit quicquid per eum, aut eius nomine in præiudicium & derogationem prædicti concilij Basilieñ. seu contra eius authoritatem esset. ¶ Ad ista facilis est responsio, maximè si vera sunt, quæ à pluribus magnæ probitatis & grauitatis viris dicta sunt in curia: videlicet, ꝙ præfatæ bullæ magis extortæ fuerunt minis, quàm de mente domini Eugenij emanauerint. Nam (vt fertur) dominus Andreas Venetus dominij Venetorum tũc orator, & aliqui domini cardinales tũc apud dominum Eugenium præsentes, timentes futurum magnum scandalum in ecclesia, minati sunt prælato domino Eugenio, ꝙ nisi bullas illas adhæsionis concederet, ipsum solum recedentes relinquerent. Vnde præfato domino in lecto decumbente, præfati domini referuntur bullas illas taliter qualiter expedisse, & misisse Basileam. Sed dimissis istis, nos aliter respondemus, dicentes, quòd nihil eorum, quæ in præfatis bullis continentur, suffragatur aduersarijs: quoniam dominus Eugenius nunquam præbuit consensum decretis concilij Basilieñ. nec ipse, vt Basilienses fabulantur & garriunt cum sancta catholica ecclesia fuit complexus doctrinam, quam aduersarij de authoritate conciliorum fingunt: quoniam nec ipse summus pontifex, nec vnquam vniuersalis ecclesia complexa est talem doctrinam, sed ipse semper tenuit cum sancta catholica ecclesia, quod scriptura sancta, & sacrorũ antiquorum canonum firmat authoritas, & sanctorum patrum ac clarissimorum doctorum ab ipso nascentis ecclesiæ exordio communis tenet doctrina. Et ad probationem, quam inducunt ex partibus bullarũ adhæsionis, respõdetur, negando ꝙ ex aliqua illarũ partiũ cum veritate potest argui, ꝙ dñs Eugenius complexus fuerit aut approbauerit præfatã Basilieñ. doctrinã. Quod per singulas partes discurrẽdo facimus manifestũ. Non quidem ex prima, in qua dicit concilium Basiliense congregatum esse legitimè pro extirpatiõe hæresum patet: quoniam ex hac concessione nullo modo sequitur ꝙ ipse summus pontifex complectatur, aut approbet quicquid per illud concilium fuerit institutum aut diffinitum. Licèt enim vniuersale concilium Ephesinũ secundũ extirpandi hæresis gratia fuerit legitima authoritate inchoatum, nihilominus Leo papa nõ complexus est præfati concilij diffinitiones: imò illas in concilio Chalcedoneñ. sequenti tanquam hæreticas reprobari instituit, & damnauit. Præterea licèt sancti patres in concilijs vniuersalibus legitima cõtinuatione processerint: nihilominus pro suorũ canonum robore atque firmitate ad Apostolicam sedem leguntur semper habuisse in fine recursum: sicut liber conciliorum & summorum pontificum apertè testatur: quod etiam nos in tertio sequenti libro ostendemus. Cæterùm nec ex secũda parte bullarum adhæsionis aduersarij habent intentum: quoniam licèt dominus Eugenius declararet præfatum concilium fuisse continuatum, & continuari debere: propter hoc non sequitur, ꝙ decreta sua aut statuta super quibus eius sedes nũquam fuerit cõsulta approbauerit: & tamen vt felicis & sanctæ memoriæ Nicolaus papa in epistola, quam Michaëli imperatori scribit à sanctis patribus in cõcilijs obseruatum extitit, vt absq; Romani pontificis consensu nullius insurgentis deliberationis terminus daretur. vnde ipse videlicet Eugenius Florentiæ in disputatione publica, de qua nos in minoribus constituti respondebamus alleganti in fauorẽ Basilieñ. reuerendissimo domino Iuliano de Cæsarinis sanctæ Sabinæ prsbytero cardinali præsentibus dñis cardinalibus pluribusq; alijs prælatis & officialibus curiæ ad argumentum de huiusmodi bullis respondit ita dicens. Nos quidem bene progressum concilij approbauimus, volentes vt procederet vt incœperat, non tamen approbamus eius decretum: hoc sapientissimè fecit. Quis enim nisi imprudentissimus princeps approbaret decreta: quæ nunquam vidisset, aut quæ priùs non examinasset si quid in eis minùs rectum, minùs verũ, aut minùs expediẽs contineretur? Vnde mos fuit summorũ pontificum cum cõfirmaturi essent decreta conciliorum vniuersalium, quibus personaliter non interfuerant, congregare synodum prælatorum, qui erant sub patriarchatu Romano, & ibidẽ diligenti examinatione facta illa confirmabant, sicut de beato Syluestro legitur, cũ decreta concilij Nicæni approbasset,

Item

Itẽ diebus posterioribus papa Clemẽs quintus ita fecisse legitur: vt Ioh. An. in principio cle. ponit de constitutionibus factis in concilio Viennen. quæ quia, vt inquit, aliquæ earum erant ineptæ aliquæ prolixæ aliquæ defectiuę compositæ, aliquę etiã non expediebant, fecit illas Clemens recenseri per peritiores, qui aliquas illarum in toto reseruauerũt, aliquas in toto resecarunt, aliquas mutauerunt quo ad verba mente seruata: aliquibus verò earum quibusdam detractis quo ad verba & quo ad mentem aliqua sunt addita. Præterea quòd dominus Eugenius approbando processum concilij non approbauerit decreta illius, exinde manifestè colligitur, quòd licèt Basilien. cum maximo studio repetitis vicibus supplicauerunt, orauerunt, & requisierunt per oratores suos: vt dominus Eugenius eorum decreta approbaret & confirmaret, nunquam tamen talem approbationem aut confirmationem habere ab eo potuerũt. Et meritò: quia sedes apostolica, in qua religio christiana semper immaculata permanlit, & permanebit, talia decreta, quæ ab euangelica veritate, & sanctorum patrum doctrina aliena videbantur, nullo modo ab eo passa fuisset confirmare. Cæterùm nec ex tertia particula bullarum prædictarum habẽt aduersarij intentũ. Tum, quia nõ ideo dominus Eugenius dissolutionẽ factã concilij irritam esse declarauit: quia ipse, qui princeps erat ecclesiæ, facere illã nõ potuerit, sed quia agnouit ex non veris causis licèt veris æstimatis ex aliquorũ relatione illã fecisse. vnde cognita nõ existẽtia causarum, & ꝙ vtin bulla inquit ex prædicta dissolutione ortæ erant graues dissensiones, & grauiores oriri possent: necnõ ꝙ præstabat impedimentũ executioni sanctorũ operũ ad quæ synodus fuerat cõgregata data promissione à synodo & securitate à principibus, ꝙ apostolicę sedis honor & sanctitatis suæ illibatus seruaretur, mutauit sententiam, & voluit dissolutionẽ factam pro bono pacis ecclesiæ nullam haberi nec habuisse firmitatem, reuocans illam, ac irritans. Non enim est nouũ, ꝙ sententiæ summorum pontificũ pro cõsideratione tẽporũ, & locorũ, & personarum, ac grauiũ occurrentiũ necessitatũ in meliùs commutentur. Ait enim papa Nicolaus in. c. sententia. 25. q. 7. Sententiam Romanæ sedis non negamus in melius posse cõmutari, cùm aut surreptũ aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, & temporum, seu grauium necessitatum dispensatorie quædam ordinare decreuit: quoniam & egregium apostolum Paulũ quædam fuisse dispẽsatorie legimus, quę postea reuocasse legitur. Amplius nec ex quarta particula eedit aliquid fauoris aduersarijs: quoniam licet dominus Eugenius diceret se velle prosequi cũ omni deuotione & fauore illud concilium: hoc tamẽ intelligendum est in his, quæ iussẽ, & rationabiliter salua fide, salua sanctorum patrum doctrina, salua apostolicæ sedis authoritate & reuerentia per concilium constituerentur. Præterea dato ꝙ papa tunc promisit concilio illud cum omni deuotione & fauore prosequi intelligatur approbasse illius decreta: illa intelligatur approbasse, quę iurisdictionem & authoritatem papalem non offendunt, & honori atque præeminentiæ apostolicæ sedis non repugnant seu obuiant, quę vt suprà repetitum est, superiorem nullum præter Deum recognoscit. de electio. cap. licèt. Item nec ex quinta particula aduersarij habent propositum suum: quoniam ex tali ratione & cessatione eorum quę attentata fuerunt in præiudicium cõcilij Basilien. nõ sequitur, quòd dominus Eugenius asserere voluerit, aut credere voluerit ea de consilio Basilienſi, aut quocunque alio quæ cum veritate concilijs non conueniunt, nec contra authoritatem concilij fit, negando ei conuenire, quæ iuxta sanctorum patrum doctrinam ei non competunt. Cæterùm nec per illam reuocationem voluit dominus Eugenius à se & à sede sua abnegare, quæ iuxta scripturas sanctas, & sanctorum patrum sententias apostolicæ sedi diuinitus sunt concessa, cùm hoc non posset facere: inter quæ est illud de dependentia authoritatis conciliorum à papa, & non econuerso: vt patet distinctio. 17. per totum. de quo etiã duce Christo plenior tractatus erit in sequẽti huius summæ libro tertio. ¶ Quintò decreta Basilieñ. prædicta non sunt valida: quoniam sicut de decretis factis Constantiæ per patres aliquos obedientiæ Iohannis Balthasar, qui dictus est apud illos Iohannes. 23. dictum est: sunt sanctorum patrum sententijs, & præstantiorum doctorum in tota schola theologica doctrinæ aduersa, & contraria. Vbi non parum admirandum aduersarios Basilienses, tanta caligine mentis inuolutos & excæcatos malitia, vt in materijs fidei diffiniendis & declarandis maluerunt sequi homines ab ecclesia Dei in doctrina sua damnatos: sicut fuit Marsilius de Padua Ockam cum complicibus suis: ex quorum doctrina extracta sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro magna parte decreta illa præfata Basili. & quosdam alios nouellos doctorellos præfati Ockam & aliquorum fratricellorum opiniones erroneas renouantes: quàm doctores sanctos ab ecclesia approbatos, & alios præstantissimos doctores antiquos & reputatissimos in schola theologica, quorum doctrina fulget ecclesia vt sol & luna. Contra quos ait Hierony. & habetur in canone. non asseramus. 24. quæstio. 1. Non asseramus stateras dolosas, nec appendamus quod volumus, pro arbitrio nostro dicentes, Hoc graue, hoc leue est: sed asseramus diuinam statera ex scripturis sacris tanquam de thesauris dominicis, & in illa quid sit grauius, æppẽdamus. hæc Hierony.

¶In quo respondetur aduersariorum obiectionibus sumptis ex authoritatibus doctorum. Cap. CI.

SVMMARIVM.

1 *Obiecta aduersariorum ex doctorum authoritatibus decerpta, contra dictum illud, quòd Papa extra casum hæresis non habeat iudicem in terris, diluuntur.*

Respond. authoritatibus tertiæ uiæ. c. 97. Ad primã. 1

IAm respondeamus ad authoritates doctorum, quas aduersarij in eorum fauorem induc̃ut. ¶Et primò ad illam, quæ dicitur esse beati Petri ad Clementem, respondetur, quòd authoritas illa non militat contra conclusionem nostram propter multa. Tum primò, quoniam cùm beatus Iacobus multo tempore fuerit mortuus ante beatum Petrum bene scilicet ad minus octo annis, vt colligitur ex chronicis, non videtur verisimile, quòd beatus Clemens scripserat illam epistolam post mortem beati Petri beato Iacobo. Tum secũdò: quia multi tex. habent vbi aduersarij ponunt deponaris puniaris: & hoc intelligitur à Deo, & non ab alijs. Etiam si dicatur deponaris, intelligendum est scilicet à Deo. Et q ita sit intelligendum, patet satis testimonio beati Anacleti, qui immediatè secutus est beatum Clementem, qui ait in capit. electionem. distinctio. 79. Electionem summorum põtificum sibi Deus reseruauit. Tum tertiò: quia dato quòd dicatur in authoritate prædicta deponaris, & intelligatur per ecclesiã, non sequitur quòd extra casum hæresis veniat deponendus per ecclesiam. vnde solus casus hæresis tangitur in authoritate prædicta, cùm dicitur: Ex eo fit, quòd & tu tanquam qui non docueris quæ ad saltem homi num pertinent, deponaris, vel puniaris. hoc enim concedimus, quòd si papa non docuerit quæ ad salutem hominum pertinent, sed errores, & hæreses, meritò puniendus tanquam hostis Christi, & euersor fidei eius veniat. Etita ratio non procedit contra conclusionem nostram. ¶Ad secundam, quæ sumitur ex glo. cap. si papa. dist. 40. respondetur, q de glo. illa parum curandum est. Tum primò: quia vt patet ex modo loquendi non assertiuè, sed opinatiuè loquitur. ait enim credo. Secundo: quia non firmatur aliqua ratione. Contumacia enim non proprie dicitur hæresis, sed symbolica, & transumptiua locutione. vnde argumenta sumpta ex talibus tã quã sint propriè dicta nihil valẽt: vt dicit Augu. ad Vincen. Tum tertiò: quia manifestum est cõtra textum, vnius summi pontificis & martyris, qui multò præstantioris authoritatis est, q glossator ille. Quartò: quia est cõtra multos tex. & canones sacrorum conciliorũ, & sanctorum patrum. de quibus superiùs in c. 93. multa cõmemorata sunt. Tum quintò: quia contraria est doctrina doctorũ vtriusq; iuris clarissimorum, sicut patet ex superioribus. Vnde etiã Archidia. in Rosario super illud glo. Nunquid potest denuntiari crimen papæ. dicit, q denuntiatio fit ad correctionem, ad quam compelli non potest, cùm superiorem non habeat. Tum sextò: quia contraria est multis alijs glo. vt illi in. c. mãdastis. 2. q. 5. quæ dicit, q papa nõ potest ab aliquo iudicari, nec etiam ab vniuersali concilio. Itẽ illi in capit. nemo. 9. q. 3. super verbo: ab omni clero: quæ dicit argumentum q concilium non potest papam iudicare, vt extra de electio. ca. significasti. vnde si totus mundus sentiret in aliquo negotio contra papam, videtur sententiæ papę standum esse. vt. 34. quæstio. 1. hæc est fides. hæc glo. prædicta. Item contraria est glo. in cap. si quis pecuniã. distin. 79. quæ vult, q tantum pro stricta hæresi papa possit iudicari & deponi, id est si peccat cõtra articulos fidei. Quarum glo. contra traditionem visa, siue sint vni⁹ glossatoris, siue diuersorũ, illa sentẽtia magis tenẽda est, pro qua maior numerus glossatorũ facit. Secundò potest responderi ad illam gloss. vt quidam theologi respondent, & maximè magister Augusti

Ad secundã

Augustinus de Anchona in summa sua de potestate ecclesiastica: q papam esse incorrigibilem potest intelligi dupliciter. Vno modo continuatione criminis, putà quia admonitus nõ desistit peccare peccato fornicationis, aut alio accusatione digno absq; hoc, q crederet licitè facere. Secundo modo p ipsius criminis pertinacem defensionem, vt dicat, & defendat tale crimen, quod circũuolutam habet malitiam non esse peccatum. Glo. verò non habet locum in primo modo, sed bene in secundo. tunc eñ concordat cum gloss. ca. si quis pecuniã. dist. 79. de qua parũ antè. Si autẽ dicatur, q papa sit incorrigibilis tantum primo modo per continuationem. s. in peccatis, adhuc scandalizaret, & ita videtur q veniret iudicãdus, respõdetur q non propter hoc veniret iudicandus, Tum, quia illud nõ esset scãdalum periclitatiõis ecclesię: hinc est, q licèt talia scãdala præuideret dñs in sua ecclesia, nihilominus dicit dñs de prælatis Matth. 25. Super cathedrã Moysi, &c. Et hoc est, quod apertè dicit. c. si papa. Tum secũdò: quia vt ait Grego. vtiliùs scandalũ nasci permittitur, q̃ veritas relinquatur. Cùm aũt iuxta canones sanctorũ patrũ, & sanctorum doctorum doctrinã papa nisi in fide deuiet, à solo Deo iudicãdus veniat, propter quodcũq; scãdalum veritas doctrinæ tãtis inconuulsis sanctorum patrũ radicibus fundata, non est aliquo modo relinquẽda. Præterea, vt inquit Apostolus, mala non sunt facienda vt eueniant bona: malũ est autem facere contra diuinam dispẽsationem, aut vsurpare diuinum iudiciũ: cum aũt ista sint peccata mortalia: ergo hæc facienda non sunt propter quæcũq; alia bona. ¶Ad tertiã obiectionem sumptã ex authoritate beati Gregorij, respondetur, vt dicit magister Alexãder de Alis in tertio. q hoc quod fecit Gregorius, factũ est ad exemplum humilitatis, non ex necessitate iuris. Quòd enim papa se voluerit subijcere in aliqua causa aliorum iudicio, supererogationis est, & tale non infert necessitatem. vnde ex hoc non arguitur, q habeat iudicem ordinarium superiorem eo. ¶Ad quartam authoritatem, quæ dicitur esse beati Thomæ in libro de regimine principum. respondetur, q non facit ad propositum, dato q liber sit sancti Thomæ, si bene intelligantur ea quæ idem doctor ibi posuit. non enim loquitur ibi sanctus Thomas nisi de cõmunitate, quæ ius habet prouidẽdi sibi de rege per institutionem siue donationem iurisdictionis, sicut est communiter in institutione regũ & principum

Ad tertiam

Ad quartã.

secularium: secùs est de principe ecclesiæ, cuius authoritas ab ipso Deo immediatè pendet, & non à cõmunitate ecclesiæ, sicut iura multa dicunt. vt in ca. quamuis. distin. 21. & in cap. omnes. distinct. 22. & in ca. sacrosancta. Præterea hoc etiam patet ex eo, q licèt aliquod collegium canonicorum alicuius ecclesiæ cathedralis expectet prouideri sibi per electionem de episcopo, nihilominus quantumcunq; conuersus ad tyrannum, aut scandalizet ecclesiam, non pertinet ad eum deponere illum, sed oportet recurrere ad superiorem. Ex his patet deceptio eorum aduersariorum, qui ex conditione communitatis mundanæ, ad quam spectat (vt dicunt) principis correctio, vel totalis destitutio, si inemẽdabilis perseueret, arguunt de communitate ecclesiæ q ita sit, aut debeat esse in ea respectu ipsius principis ecclesiæ: decipiuntur autem turpiter, cum nullo modo sit simile hic & illic, vt dictum est.

¶In quo respondetur aduersariorum obiectionibus assumptis ex rationibus: & qualiter papa per hæresim publicè prædicatam, & contumaciter defensatam cadat à papatu. Cap. CII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quomodo per hæresim notoriam cadat à Papatu, ostenditur.*

Resp. rationibus quæstiæ uiæ. cap. 97. Ad primã. 1

COnsequenter respõdendum est ad obiectiões quartæ vię, scilicet ad rationes. Ad primam rationem sumptam de cap. si papa, respondetur negando consequentiam. Etratio est: quoniã per hæresim papa cadit à papatu, quod nõ fit per alia peccata: & ita cum per hæresim papa fiat omnibus fidelibus minor: vt dicit sanctus Thomas in. 4. & habet gloss. in cap. Achatius. 24. quæst. 1. per ecclesiam iudicari poterit, siue iudicatus à Deo declarari: quod non potest propter alia peccata. Quòd verò papa per hæresim notoriam & contumaciter defensatam cadat à papatu, & ita ipso iure sit priuatus, patet ex multis. Tum ex eo, quòd fide perdita, per quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quã sit prima vnio ad corpus Christi, quod est ecclesia, membrum ecclesiæ esse desinit, & per consequens esse caput. Quomodo enim intelligi potest, vt aliquis sit caput corporis ecclesiæ, cuius non modò membrum nõ est, sed nec etiam in corpore ipso, sed extra est? Secundò, quia ecclesia est fundata super petram, scilicet fidem Christi. Matth. 16. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. ergo qui cadit à petra, scilicet Christo, siue fide eius notorie, & contumaciter, cadit omnino ab ecclesia Christi, & per consequẽs à principatu eius, qui importatur nomine papatus. Tertio patet ex his, quæ sanctus Thomas dicit in. 2. 2. q. 39. art. 3. vbi quærẽs, an schismatici habeant absoluẽdi potestatem. & distincta duplici potestate, scilicet sacramentali & iurisdictionali, respõdet, q̃ potestatem sacramentalem non perdũt quo ad essentiam potestatis, licèt bene quo ad legitimum vsum. Potestatem verò iurisdictionalem, quæ non per consecrationem, sed per solam commissionem datur, perdunt quo ad essentiam potestatis schismatici, & hæretici: vnde nõ possunt absoluere, vel excõmunicare, nec indulgentias dare, nec aliquid huiusmodi: quod si fecerint, nihil est actum. Inducit ad hoc authoritatem Cypriani, qui in ca. nouatianus. 7. q. 1. ita inquit. Qui nec vnitatem spiritus, nec communicationem pacis obseruat, & se ab ecclesiæ vinculo, & sacerdotum collegio separat, nec episcopi potestatem habere potest: nec honorẽ. Tum quartò hoc colligitur ex eodẽ sancto Tho. in. 4. dist. 19. vbi inquit, q̃ si papa in hæresim labitur, minor efficitur quocũq; fideli. & hoc idẽ habet glos. super. c. Achatius. 24. q. 1. quæ ita habet. Hic est casus, in quo papa papam ligare potest: in quo papa in canonẽ latæ sententiæ incidit. Nec huic obuiat regula: Parem parem soluere, vel ligare nõ potest: quia si papa hæreticus est in eo q̃ hæreticus est minor est quolibet catholico. hæc glo. Tũ quintò hoc videtur colligi ex capitulis multis in decreto, sicut ex. c. q̃ autẽ. & ex. c. Achatius. & ex. c. audiuimus. 24. q. 1. vnde in. c. audiuimus. ita expressè habetur. Si autẽ in corde suo nouã hæresim cõ sinxerit, ex quo talia prædicare cœperit, neminem dãnare potuit: quia nõ potest deijcere quẽquam iam prostratus. Item ex. c. oñs qui recedit, & nõ permanet in doctrina Christi, &c. ea. cau. & q. & ex. c. dicimus. ibidẽ. vbi beatus Cyprianus ita ait. Dicimus oẽs omnino hæreticos & schismaticos nihil habere potestatis aut iuris. Itẽ ex. §. his authoritatibus. ea. cau. & q. vbi sic habetur. His authoritatibus perspicuè mõstratur, ex quo aliquis cõtra fidem cœperit aliquid docere, nec deijcere quẽquam valet, nec dãnare. vnde proprie loquẽdo nec propter hæresim papa deponitur à cõcilio, sed potius declaratur non esse papa, cùm ostẽditur, q̃ in hæresim fuit collapsus, & incorrigibiliter in ea obstinatus perseuerat. vnde glo. in. c. 1. extra de schismaticis. super verbo, careãt firmitate, dicit. quia dũ ecclesia pastorẽ habet hæreticũ, vel schismaticũ, vacare intelligitur. suprà d̃ prescrip. ca. 1. verũ q̃ quis in hæreticã prauitatẽ pertinaciter lapsus sit ipso iure omni ecclesiastica potestate priuatus, plenius opitulante Deo ostẽsuri sumus in quarto libro huius operis, cùm de hæreticis erit sermo. ¶ Ad probationem autẽ primã consequentiæ respondetur. Primò, q̃ dato q̃ scriptura sancta aperte nõ expresserit, ius tamen canonicũ hanc differentiam satis sufficienter expressit: vt in cap. si papa. & in multis alijs. vt. c. oues. magnam faciens differentiam in hoc loco de peccato hæresis, & de peccatis aliorum generum, & hoc sufficit. Secundò potest responderi, negando q̃ in sacra scriptura talis differẽtia inter hæresim siue infidelitatem, & alia peccata non reperiatur expressa. De peccato enim infidelitatis dicitur Matth. 10. Qui negauerit me coram hominibus, negabo eum coram patre meo. Item Iohan. 3. Qui nõ credit, iam iudicatus est. Item. 2. Iohann. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo, nec Aue ei dixeritis: qui enim dixerit ei Aue, cõicat operibus eius malignis. vbi inquit glo. nolite. i. non tãtùm non assentiatis, sed nec ad horã recipiatis. Et ista ita se extendunt ad prælatos Christi doctrinam non accipiẽtes sicut ad subditos. De alijs autem peccatis non sic loquitur scriptura diuina: sed ait Matth. 23. Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite, secundũ opera eorum nolite facere. Ecce q̃ dominus non dicit abijciendos malos pastores, qui bonam doctrinã habent, vitam verò malam: sed audiendos in doctrina, in operibus verò non imitandos. vnde August. in epistola ad Generosum assignãs rationẽ quare prælatis etiam malis vtpote papæ etiã malo moribus obediẽdum esset, sic dicit. Ab ipso Petro numeram⁹ episcopos, & infrà in hoc ordine successiõis episcoporũ, q̃ deducitur ab ipso Petro vsq; ad Anastasiũ, qui nũc eandem cathedrã sedet, etiã si quisquã traditorũ per illa tẽpora

Ad primam probationẽ.

pora surrepsisset, nihil præiudicaret ecclesiæ & innocentibus, quibus dominus prouidens ait de præpositis malis. quę dicunt facite, quę autem faciunt nolite facere: vt certa sit spes fidelium, quæ nõ est in homine, sed in Deo collocata, nunquã tẽpestate sacrilegi schismatis disipetur. hæc ille. Itẽ colligitur ex apostolo ad Roma. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. glos. bonis, vel malis.

1. Pet. 2. Obedite præpositis vestris, non tãtùm bonis & modestis, sed etiã dyscolis. Ecce q̃ clara differẽtia ex sacra scriptura colligitur inter peccata infidelitatis in pastoribus & alia peccata. ¶ Ad secũdã probationẽ. Ad secũdã propositionẽ respondetur, q̃ falsum præsupponitur, videlicet, q̃ maius sit iudicare papam in casu hæresis, q̃ in casu alio rũ peccatorũ. Et ratio est: quia in primo cadẽ do à petra fidei, cadit à papatu vt dictũ est, & ita efficitur minor quocunque fideli & ita minus est in hoc casu iudicare illũ, quod non est in alijs peccatis, in quibus non cadit à superioritate officij. Quod autem dicitur, q̃ vbi conceditur maius. &c. respondetur, q̃ hoc verum est, vbi maius & minus sunt eiusdem ordinis, siue rationis, vt de se patet. ¶ Ad secundam rationẽ, vbi dicitur, q̃ nulli corpori. &c. respõdetur, q̃ ratio nõ procedit propter multa. Tũ primo: quia maior illa deficit in veritate de mẽbro capite: quia ab illo pẽdet sensus motus & virtus corporis, & sine quo corpus nõ viuit. Hinc est, q̃ Christus Matt. 18. inter mẽbra ratione scandali abscindẽda nõ nominat caput, sed mẽbra illa, cũ quorum abscisione stat vita, sensus, & motus corporis. A papa autẽ, vt habetur in. c. si papa. dist. 40. post Deum salus vniuersitatis fidelium specialiter pendet. Tum secundò ratio non videtur ad propositum inducta: quantuncunque papa efficitur malis moribus membrum putridũ, non potest totum corpus inficere, non permittente hoc ipso spiritu sancto, quo ecclesię corpus & viuit & vegetatur, & a quo salus ei⁹ principaliter dependet, maximè cùm Christus pollicitus sit semper cũ corpore suo manere, dicens: Ego vobiscum sum vsque ad cõsummationem seculi. Tum tertiò ratio non procedit: quia etsi huiusmodi membri abscisionem alijs de ecclesia, vel ecclesiæ non committ, sibi tamen reseruauit, secundùm illud Symmachi in cap. aliorum. 9. quæstio. 3. dicẽtis. Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari: sed sedis istius præsulem suo fine quæstione reseruauit arbitrio. Stultum autem esset cogitare, quòd minus sit prouisum corpori ecclesiæ per hoc, quòd

Ad secundã rationem.

Matth. ult.

Christus vicarij sui causas suo fine quęstione arbitrio reseruauit, q̃ si aliorũ iudicio voluisset terminari. Nec etiam mirandum est, si aliqua in hac vita remaneant impunita, & iustitia aliquotiẽs exulet: quia multa diuino examini reseruãtur, quæ in hoc seculo manent impunita: vt in cap. si ostenditur. 6. q. 1. ¶ Ad tertiam rationem quasi similis patet responsio. Dicimus enim, q̃ consequentia illa aduersariorum nulla est: imò Christus instituendo q̃ papa eius vicarius generalis extra casum hæresis propter alia quæcunq; peccata, propter quæ nõ cadit à papatu, & vicariatu eius nõ possit corrigi ab alijs, q̃ ab eo, ordinatissimè fecit: quia sic relucet in ordine ecclesię ordo diuinę prouidẽtię quę habet, q̃ in ordinatis ad ipsum prima agunt in posteriora regẽdo, monẽdo, corrigendo, & nõ ecõuerso. Vnde cũ Romanus pontifex sit primus & supremus in toto ordine ecclesiæ secũdùm debitũ ordinẽ ipsius, ita debuit institui, vt ipse alios corrigeret, & ipse à solo Deo veniret corrigẽdus. Vnde gl. super illud psal. Tibi soli peccaui. inquit: quia rex est omnib⁹ superior, ideo à Deo tantũ, qui maior est eo, puniendus est. Et ad probationẽ respõdetur, q̃ nulla est. Tũ primo: quia illud est in casu hæresis, & in alijs peccatis, vt sæpe repetitum est. Tum secũdo: quia aliud est resistere volenti demoliri communitatẽ, & aliud est punire volẽtem demoliri, aut aliquid iniustè attentare. Primum potest conuenire inferioribus: secundum non. Tum tertiò: quia vt in prima responsione dictum est, casus ille non est possibilis de communitate ecclesiæ, sicut de alijs, pollicente Christo Matth. 16. q̃ aduersus ecclesiam etiã portæ inferi non prævalebunt. ¶ Ad quartam cùm arguitur. Omne quod debemus. &c. respondetur, q̃ ratio illa nihil facit ad propositũ: aliud enim est impedire aliquem hominẽ volentẽ alterũ iniustè interficere, aut tenẽdo eũ, vel remouẽdo sibi gladiũ de mãnibus, vel aliquid huiusmodi: & aliud est esse superiorem iudicem illius, & posse cõtra illum procedere via iuris ad eum puniendũ. Vnde si argumẽtũ procederet, omnes homines possent suos quoscunq; superiores, cũ malè agerẽt, iudicare, & punire, etiã laici clericos. Vnde ista argumẽta fuerunt Bohemorũ ad probandum, q̃ eorum communitas dissolutum clerum corrigere posset. ¶ Ad quintam cùm arguitur: si papa vellet vxorem alterius. &c. respondetur sicut ad præcedentẽ, quòd ratio non militat. Aliud enim est resistere, & aliud est punire, siue impugnare.

Psalm. 50.

Ad tertiam.

Ad quartã.

Ad quintã.

primũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

primum potest conuenire in casu inferiori, sicut Paulus restitit Petro: sed secundū nō, nisi superiori. ¶ Ad sextam rationem & septimā in quibus obijcitur, q̄ Papa diffamatus ad vitandum scandalum debeat se purgare: respōdetur, q̄ rationes illę non militant in aliquo: quia dato q̄ Romanus pontifex diffamatus teneatur se expurgare ex debito conscientię ad tollendum scandalū, non sequitur ex hoc, q̄ aliquis sit iudex eius superior in causis: quoniam poterit se expurgare absq; hoc, q̄ purget se corā aliquo iudice superiori, sicut aperte colligitur ex purgationibus factis aliquibus superioribus temporibus per summos pontifices. sicut de Leone legimus in cap. auditum. 2. quæstio. 7. quam tamen non fecit corā iudice superiore, vel concilio vniuersali, sed corā duodecim episcopis tātūm: vt in ca. omnibus. ea. cau. & q. vnde ait. Auditum est, fratres charissimi, qualiter mali homines in me grauia crimina cōfinxerūt: quamobrem ego Leo papa pontifex sanctæ Romanæ ecclesiæ purifico me in cōspectu vestro coram Deo & angelis eius. &c. Item Sixtus papa se purgauit in concilio, sed non tanquam superiore iudice. vnde cap. mandastis. 2. quæstio. 5. scribens omnibus episcopis, ita ait. Scitote me criminari à quodam basso, & iniustè persequi: quod audiens Valentinianus Augustus, nostra authoritate synodum congregari iussit. Nota, nostra authoritate: & facto cōcilio cum magna examinatione satisfaciens omnibus licèt euadere aliter potuissem: quia vt ait glo. ibi papa à nullo potest iudicari. 9. q. 3. aliorū. nec ab vniuersali cōcilio. 17. di. §. hinc etiam. ff. de lege prin. suspicionem tamē fugiens expurgaui me. & à suspicione, & æmulatione liberans, sed non alijs, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, formam faciēdi dans. Hæc ibi. Item patet idem de Damaso papa, qui non coram superiori iudice, sed corā. 42. episcopis se purgauit. vt in. c. nos si 2. q. 7. in fine. Collige ergo ex dictis beati Sixti in præfato. c. mandastis. q̄ papa non tenetur se purgare de obiectis sibi criminibus, sine de aliqua infamia à quibuscunque exortabonis vel malis si non vult, etsi aliqui vt ipse, ex humilitate hæc leganturfeciſſe.

Ad sextam & septimā.

¶ In quo respondetur obiectionibus aduersariorum sumptis ex gestis & exemplis superiorum temporū. Cap. CIII.

Lib. II. Cap. CIII.

SVMMARIVM.

1 *Paparum depositorum historiæ recensentur.*

ADea quę aduersarij quinto loco dicunt ad ostendēdum, q̄ papa habeat iudicem superiorem in terris: & q̄ vniuersalis ecclesia sępenumerō summos pontifices siue à fide delirantes, siue prauis moribus ecclesiam scandalizātes correxit, iudicauit, ac puniuit. licèt vno verbo possemus nos expedire, dicendo, q̄ licèt vbi deficit ius, recurrendum esset ad historias ecclesiæ, non tamen vbi iura nō deficiūt: sed multa sunt & clarissima dicentia, q̄ papa in solo casu hæresis etiam stricte sumpto, iudicem habeat in terris: nihilominus respondentes dicimus, q̄ id quod aduersarij dicunt non habet veritatē: quoniam nullo exemplo potest probari, q̄ aliquis vnquam catholicus Romanus pon. verus, & indubitatus, quantūcūq; repertus fuerit moribus deprauatus, fuerit per vniuersalē ecclesiā, siue per concilium vniuersale depositus, siue punitus. Quod patet per omnes Romanos pont. de quorum depositione fit aliqua mētio in gestis, siue chronicis antiquis. Non quidē Marcellinus papa, qui licet propter idololatrię scelus cōmissum vniuersalē ecclesiā scādalizasset, non cōcilij, sed suijpsius iudicio sententiam accepit. Nā, vt etiam suprà commemoratum est, cùm cōfessus esset errorem suum, & iudicio se submitteret cōcilij, cōcilium dixit: Absit, vt à nobis summus pontifex iudicetur: negasti tu, negauit & Petrus magister tuus: & quis Apostolus ausus fuit inde eum iudicare? sed egressus foras fleuit amarè: tu ergo in sinu tuo casam collige tuam, tuo proprio ore te iudica. Audiens hæc Marcellinus, inquit. Ob idolatrię scelus, quod infelix commisi, me iudico deponendum. Quæ tamen depositio executionem non habuit, sed in pōtificatu vsq; ad mortem permansit: vnde in chronica Bernardi Guidonis ita legitur. Huius papæ tempore tanta vis persecutionis efferbuit, vt infra triginta dies decem & septem millia hominum promiscui sexus per diuersas prouincias martyrio coronarentur. vnde Marcellinus capite truncatus est: à quo die inter persecutiones cessauit episcopatus annis septem, mensibus sex. Ecce quòd dicit, quòd à die, quo capite trūcatus est, cessauit episcopatus. vnde manifestū est, q̄ priùs per depositionem nō defierat. Cæterùm nec de Felice potest

Respondetur quintæ uiæ cap. 97.

potest verificari quod aduersarij dicūt: quia etsi legatur depositus, non tamē ab ecclesia, nec propter sua demerita, sed quia hæreticis cōmunicare nolebat: imò excōmunicauit illis cōmunicantes à Constātino cōuocato cōcilio cum hæreticis Arrianis: in exilium missus est, & loco eius Liberius factus hæreticus substitutus est. Item nec facit ad propositum aduersariorum quod legitur de Anastasio in cap. Anastasius. distinct. 19. & in gloss. quoniam licèt ibi dicatur, q̄ aliqui presbyteri recessissent ab eo, eo q̄ communicasset Focio & Achatio: non tamen legitur, q̄ per vniuersalem ecclesiam fuerit sententiatus, aut cōdemnatus: sed bene legitur, q̄ fuerit diuino iudicio percussus, & ita à Deo depositus. Præterea nec fauet aduersarijs quod legitur de Constantino quodam, quem Stephanus congregato concilio episcoporum Italiæ de ecclesia eiecit: quoniā ille non fuit verus pōtifex, sed tyrannus, qui laicus existens, præsumpserat inuadere Apostolicam sedem. Similiter nec facit pro aduersarijs q̄ Christophorus de quo dicūt, qui mēsibus sex sedisse in Apostolica sede legitur, eiectus de papatu fuerit, & illo facto monacho, Sergius institutus sit: quoniam ille nō verus papa, sed inuasor Apostolicæ sedis fuit. Item nec facit pro aduersarijs quod legitur de Benedicto nono: qui successit Stephano, qui eiectus est à papatu, & factus est episcopus Sabineū. qui vocatus est Syluester: qui cùm p̄ symoniā esset promotus, eiectus est, & Benedictus restitutus est: qui iterum eiectus est, & datus est papatus Iohanni archipresbytero sancti Iohannis ante portam Latinam, qui Gregorius sextus vocatus est: qui tandem ab Henrico imperatore depositus, vltra mōtes fuit translatus: quoniam ista de facto procedebant vel à tyranni de imperatoris, vel à proteruia Romanorū, à quibus exēpla non sunt sumenda. Nec ista consequentia est bona: factum fuit sic, ergo legitimè factum fuit. Nos enim nō debemus respicere quid factum est in præterito: sed quid iuridicè fieri debuit in futurum: vt in. c. cùm ad causam. de electi. Item nec fauet aduersarijs quod de Iohanne. 12. dicitur: diuersæ enim historiæ diuersimodè narrant gesta huius Iohannis. In quibusdam enim legitur, quòd nō fuit depositus, sed ad monitionem Ottonis, & collegij cardinalium, ac cleri Romani renuntiauit papatui: & sic non est ad propositum aduersariorū factum huius papæ: quoniam non negamus Romanum pontificem posse renuntiare papatui. Aliæ historiæ dicunt, q̄ iste non fuerit verus Apostolicus, sed magis apostaticus, cùm non intrauerit canonicè. Dicit enim, quòd adhuc viuente Agapito papa pater suus, qui potens erat, prece & pretio induxit nobiles & potentes Romanos, & iuramento astrinxit, vt mortuo Agapito procurarent filium suum fieri papam, sicut factum est contra. c. nullus pontifex. dist. 79. vnde cùm iste iuxta cap. si quis pecunia. magis censendus veniret apostaticus quàm Apostolicus, nō mirum, si per concilium fuit prouisum, attēta maximè sua scādalosissima vita. & ita si hoc sit verum, ratio etiam aduersariorum non est ad propositum. Cæterùm etiam non fauet aduersarijs, dato q̄ ita sit, sicut inductū est, q̄ ipse Iohannes. 12. ob turpem & scādalosam eius vitam per Ottonem imperatorem congregato à tota Italia episcoporū cōcilio legatur depositus, & communi voto Leo illi substitutus: quoniā hoc videtur actū non de iure, sed de facto, per imperatorem cōgregatis non totius ecclesiæ, sed tantū Italiæ episcopis: nec talia facta sunt attendenda: quia non exemplis, sed legibus iudicandū est. C. de sen. nemo. Quod verò illud de facto processerat, nō de iure, patet: quoniā ipse post recessum Ottonis à Romanis receptus synodū cōgregauit Romæ, in qua Leonē, & omnia eius gesta damnauit. Nam vt refert Vincentius lib. 25. cap. 86. in hoc Romano concilio publicè omnium iudicio fuit statutum synodū à Leone habitam, in qua ipse Leo assumptus fuerat, Iohanne depositō, non nominādam synodum, sed prostibulū, & ab ipso Leone ordinati fuerunt degradati & deordinati, iussi etiam singuli præsentare in charta scripturā hanc. Episcopus meus, scilicet Leo, qui eos ordinauerat, nihil sibi habuit, nihil mihi dedit. Sed tamen quia vita ipsius Iohannis erat detestabilis, & Christiano populo plurimū scādalosa, dominus Iesus Christus nō passus amplius ecclesiā suam scandalizari, in eum damnationis sentētiam intulit, vtpote qui solus in eum potestatem habebat. Nam cùm vxore cuiusdam oblectaretur, subitò à diabolo in tempora percutitur, & ita sine pœnitētia moritur: cui Benedictus subrogatur, & deinde Leo. Item nec suffragatur opinioni aduersariorum, quod factum est in Constantia de Iohanne. 13. & Benedicto decimotertio. sic in suis obedientijs nominatis. Tum quia nullus eorum fuit indubitatus Romanus pontifex habitus ab vniuersali ecclesia. Tum etiam, quia vt ex eorū gestis patet, pro hæresi

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæresi inter alia damnati sunt, & ita ad propositum nostrum non facit. Ex quibus manifestum habemus, q̃ id quod aduersarij dicunt, videlicet, q̃ sæpenumerò vniuersalis ecclesia summos pontifices siue à fide deliran-tes, siue prauis moribus notorie ecclesiã scandalizantes correxerit, & punierit, non consistat in veritate, & mirum sit, q̃ multi aduersariorum nõ sint veriti huiusmodi fictionibus & mẽdacijs tractatulos suos in deceptionem simplicium replere.

¶ Quòd Romanus põtifex non possit se submittere alteri, aut potestatem concedere, vt aliquis tanquam iudex eius posset in eum claue vti exterioris iudicij. Cap. CIIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd non possit se alteri submittere, aut potestatem concedere, vt aliquis tanquã iudex eius posset in eum claue exterioris iudicij uti, & per consequens q̃ non possit deponi.*

POstquàm ostẽdimus, quòd Romanus põtifex extra casum hæresis ratione suæ superioritatis iudicem in terris non habebat: nunc perscrutandum, an per submissionem, siue subiectionem, aut potestatis collationẽ alteri factam possit aliquis effici iudex eius, qui eum iudicare possit, ac in eum depositionis sentẽtiam vbi demereretur inferre. In qua re cõsideratis dictis sancti Tho. in. 4. dist. 19. ac aliorum doctorũ, ac his, quæ dicta sunt in superioribus de superioritate Apostolicæ sedis, & eius prærogatiuis, nobis videtur, q̃ nullo modo Romanus pontifex potest facere huiusmodi submissionem alicui personæ, aut collegio talem potestatem dare: imò si tentaret etiam cum iuramento consentientibus cardinalibus, nihil faceret. Quòd nos ex multis ostendere curabimus.

1 ¶ In primis beatus Thomas in quarto vbi supra. ad quæstionem, vtrùm quis possit concedere potestatẽ alicui vt vtatur in eum potestate clauis in foro exteriori, ita vt aliquis possit eum excommunicare: respõdet quòd non. Et rationem assignans in responsione vnius argumenti, dicit sic. Iudicium exterius est secundùm homines: sed iudicium confessionis est quo ad Deum, apud quem quis reditur minor ex hoc, q̃ peccat, non autem apud hominum prælationes. & ideo in exteriori iudicio nullus in seipsum sentẽtiam dare potest excõmunicationis, nec alteri committere vt se excommunicet: sed in foro conscientiæ potest alteri committere absolutionẽ, qua ipse vti nõ posset. hæc sanctus Tho. Eiusdẽ sententiæ est dñs Albertus, & dñs Bonauentura, qui ita ait. Quia prælatus scilicet papa super omnes est, prælatio, quæ attenditur quantum ad prælationem super homines, in eum haberi non potest, nec ipse alteri dare, saluo iure suæ dignitatis ratione cuius potest dicere: Tibi soli peccaui. & ideo non potest alij dare potestatem se excommunicandi. hæc ille. ¶ Secundò arguitur, ex eo, q̃ Beda inquit in cap. sola. 14. q. 3. vbi ait. Sola Romana ecclesia sua authoritate de omnibus valet iudicare: de ea verò nulli iudicare permittitur. Ex qua authoritate manifestè colligitur, q̃ Romanus pontifex nullius se potest iudicio submittere: quoniam si papa posset se submittere alicui tanquam iudici, iam de Romana ecclesia iudicare permittere tur. ¶ Tertiò idem arguitur ex cap. patet. ea. cau. & q. 5. vbi Nicolaus papa ita inquit. Patet profectò sedis Apostolicæ, cuius authoritate maius non est iudicium, à nemine fore retractandum, nec de eius cuiquam liceat iudicare iudicio: contra hoc veniret, si papa se submitteret alicui tãquam iudici supra eum. ergo, &c. ¶ Quartò. Papa non potest agere id quod derogat dispositioni diuinæ. patet: quia ius diuinum impermutabile est. distin. 5. sed dispositio diuina est, quòd papa sit omnibus superior, vtpote prælatus, & iudex omnium, & nullus illius nisi Deus, vt patet per multa capitula. ergo non potest personam suam submittere iudicio alterius: iam enim desineret esse prælatus omnibus. Confirmatur hæc ratiõ ex c. in nomine domini. dist. 21. vbi papa Nicolaus arguit: quia sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesijs: ideo supra se metropolitanum habere non potest. ¶ Quintò sic. Nullus habens potestatem commissam ab alio potest facere aliquam aliam immutationem circa illam sine iniuria committentis nisi de beneplacito suo. patet hoc. sed papa potestatem quam habet, habet commissam à Christo, cuius vicarius est. ergo illam nec alterare potest alteri committendo sine speciali commissione

missione Dei. sed talis cõmissio non legitur facta. ergo, &c. ¶ Sextò arguitur sic. Vicarius episcopi non videtur se posse subijcere iudicio cuiuscunq; alterius non superioris co sine licentia episcopi sui, ad quem spectat iudicium eius: sed papa est immediatus vicarius Christi & generalis. ergo videtur q̃ nullius iudicio sine licentia Christi possit se submittere. Cõsequẽtia videtur bona. ¶ Septimò arguitur confirmando rationem factã sic. Nullus causam, quæ est reseruata iudicio sui superioris, potest submittere iudicio alterius: sed causas præsulis Romani Deus reseruauit arbitrio suo: vt in. c. aliorum. 24. q. 3. & cap. facta. ibidem. ergo papa non potest ratione cuiuscunq; causæ tangentis personam suam se submittere alterius iudicio. ¶ Octauò sic. Nõ minùs adhærere videtur papæ priuilegium superioritatis suæ, quæ tanta est, vt non nisi Deum habeat superiorem, quàm simplici clerico priuilegium clericale. sed simplex clericus non potest se submittere iurisdictioni alterius: vt in cap. significasti. de foro competent. etiam si sit persona ecclesiastica sine licentia episcopi, qui iudex suus est. ergo nec papa potest se submittere iudicio cuiuscunque sine expressa licentia Christi, qui superior eius est. ¶ Nonò. Clericus non potest facere, q̃ aliquis eum percutiat vel puniat sine excommunicationis pœna: vt in cap. contingit. de sentẽn. excommunica. Et ratio huius est: quia iuri publico derogari non potest. de foro compet. si diligenti. ergo similiter per locum à minori in papa dicendum est, q̃ non possit se submittere iudicio alterius, hoc em̃ esset derogare iuri publico: cùm enim priuilegium Apostolicæ sedis non sit inductum solùm in fauorem papæ, sed in fauorem totius ecclesiæ, est ius publicum. 1. dist. ius publicum. & respicit personam Christi. ¶ Decimò sic. Papa non potest facere id quod implicat contradictionem: sed q̃ papa manens papa hoc est in prælatia & superioritate super omnes fideles, submittat se alicui fideli, aut aliquibus fidelibus, qui possent ipsum papam prælatum omnibus & superiorem omnibus iudicare, punire, & deponere, implicat contradictionem. patet: quia simul veniret dicendus iudex omnium, & subiectus alicui, & superior omnibus, & subiectus alteri: & omnis & quidam non contradicũt. ¶ Vndecimò. Papa nõ potest facere aliquid quod vergat in potestatis suæ diminutionem, aut derogationẽ dignitatis Apostolicæ suæ: sed submittendo se iudicio alterius, constituendo aliquem iudicem supra se, non diminueret authoritatem suam, & derogaret superioritati suæ, vt patet, ergo papa non potest se submittere iudicio cuiuscunque, qui eum iudicare valet. Ex quibus manifestè confutatur error dicentium, quòd papa potest committere vniuersali concilio aut etiam imperatori vt eum à papatu deponere possit.

¶ In quo ponuntur aliquæ obiectiones aduersariorum, & respondetur eisdem. Capitulum. CV.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum aduersus id quod dicitur, scilicet quòd Papa alteri se submittere possit, &c. Et ad eas responsio.*

CONtra prædictam iam conclusionem aduersarij inducunt aliqua, ad quæ venit respondendum. ¶ Arguunt enim primò ex illo, quod Leo papa quartus scribit Ludouico imperatori. 2. quæst. 7. cap. nos. Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem non seruauimus, vestro ac missorum vestrorum volumus emendare iudicio. vbi dicit glo. hic papa se subijcit aliorum iudicio, quod facere potest: non tamen eum possunt deponere. 9. quæst. 3. nemo. secundùm Hug. possunt: quia & seipsum potest deponere: vt. 21. distinct. vt autem. ¶ Secundò arguunt ex glo. in cap. si papa. distinct. 40. vbi sic dicitur. papa à nemine potest iudicari. vt. 9. quæst. 3. nemo. quod intelige, si se subijciat alteri. vt. 2. quæst. 7. nos si. ¶ Tertiò ex glo. in cap. in synodo. vbi dicit, q̃ papa posset dare tantum imperatori, q̃ deponeret ipsum, & de consensu cardinalium: imò in omnibus potest se subijcere: vt. 2. q. 7. nos. ¶ Item arguitur quartò ex eo, q̃ summi pontifices de obiectis criminibus coram cõcilio se purgasse leguntur. vbi videbantur se iudicio conciliorum submittere: vt in. c. mandastis. 2. quæstio. 5. & per alia capitula eiusdem quæstionis. ¶ Quintò arguitur ex cap. cùm ex iniuncto. quasi ad finem. de hæreticis. vbi habetur, quòd prælatus sponte de sua ignorantia confessus, subditorum se accusationi supponit: & ita in simili videtur dicen-

Argumentum primũ. 1

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sextum. dum de papa. ¶Sextò ratione sic. Adrianus papa propter hæreticorum, & schismaticorum, ac tyrannorum terrores vitandos se & totam ecclesiam subiecit Carolo Magno imperatori quo ad ordinationem sedis Apostolicæ, & investituras episcoporum: vt in cap. Adrianus. distinct. 63. Cuius exemplo Leo papa idem fecit in synodo generali. 63. dist. capit. in synodo. quia se suppositit iudicio Ludouici imperatoris. 2. quæst. 7. nos si. quod maximè confirmatur per glo. ibidē, quæ suprà in tertio argumento inducta est.

Septimum. ¶Septimò vt allegatur in glo. dicti ca. nos si. papa potest renuntiare papatui, & seipsum deponere. ergo etiam alterius iudicio subijcere, & ab alijs deponi. Ad istas obiectiones facilè respondetur.

Ad primū. ¶Ad primam de cap. nos si. 2. quæst. 7. respondetur tripliciter. Primò, quòd verbum illud, iudicio, exponitur, id est discretioni secundùm Vincentium & Archidiac. & non iurisdictioni, seu potestati imperatoris. Ad discretionem enim illorum dicebat papa se velle omnia illa emēdare, non autem ait, quòd iurisdictione illorum emendaret. Item licet dicat, quòd mittat nuntios, qui inquirant, & examinent quæ iudicata erant: non tamen dicit, quòd illorum authoritate reuocarentur.

Ad secundū ¶Secundò respondetur, q̄ papa ibi loquitur sic ex quadam humilitate: vt dicit dominus Aluarus libro de statu & planctu ecclesiæ. articu. 33. non autem ex debito.

Ad tertium ¶Tertiò potest respōderi iudicio nostro, & bene, quòd aliud est submittere causas aliquas, super quibus papa habet controuersiam contra aliquem: vt puta super iuribus Italicis, aut causarum particularium respicientium personam papæ inquātum est homo priuatus, & singularis psona, aut etiā concernentia singulariter iura ecclesiæ Romanæ: aut etiam in quibus ipse papa priùs iudicauit, & ex benignitate sua aut humilitate vellet reuocare arbitrium aliquorū. Quod dicimus pro tanto: quia ipse ad hoc nō obligaretur iudicio aliquorum submittere, vt eorum sentētia terminarentur. Et est aliud submittere se, siue causam tangētem personam suam & dignitatē papalem iudicio alicuius, qui posset iudicare eum, aut punire, aut deponere. Primum potest & de hoc intelligitur. c. illud nos si. & similia: nō autem secūdum, nec de tali loquitur præfatum ca. ¶Ad secūdam glo. de. c. si papa. respōdetur quo ad ipsam gl. q̄ intelligenda est sicut dictū est de. c. nos si.

¶Ad tertiam glo. de. c. in synodo. breuiter respōdemus cum dño Aluaro vbi suprà: q̄ fallsa sunt ibi notata per Iohannem, qui certè in multis alijs malè loquitur & sentit d̄ ecclesia.

Ad quartū. ¶Ad quartam, quæ sumitur de purgationibus factis per summos pōtifices: vt in. c. mandastis. & in. c. auditum. 2. q. 5. ca. nos si. 2. q. 7. suprà respōdimus. Etiam cōstat, q̄ ex huiusmodi purgationibus, quas sponte fecisse aliqui pontifices legūtur: non sequitur, q̄ personas suas submiserint iudicio cuiuscūq; concilij, quod eos posset punire, aut deponere. Cū etiam purgationes illæ licet sint factæ in p̄sentia prælatorū, non tū coram eis sicut corā iudice superiore, cui se papa submiserat. vnde bene cōsiderata argumēta illa nihil faciūt ad propositum aduersariorū.

Ad quintū. ¶Ad quintam de ca. cum ex iniuncto. respōdetur primò, q̄ in illo. c. non habetur, q̄ prælatus sine licentia papæ posit non suo iudici submittere se, sed tantū q̄ posit se purgationi subditorum supponere, & illos ad sui accusationem admittere: sed hoc non est se illis submittere: vnde non est ad propositum. Secundò respondetur, q̄ illud. c. nō loquitur de Romano pōtifice: sed de alijs inferioribus prælatis: tales enim non habent supremam potestatem in ecclesia, nec apicem principatus eius: nec illud incōueniens & absurditas sequeretur ex eorū submissione, quæ sequeretur in papa, si se submitteret, vt patet ex dictis.

Ad sextū. ¶Ad sextā de. c. Adrianus. respōdetur negādo consequētiam: quia ex subiectione illa, quā rationibus prædictis de Apostolicæ sedis ordinatione fecit Carolo Magno, dādo ei, vt ipse etiā cum alijs in electione interesset: non sequitur propter hoc, q̄ papa potestati aut iudicio imperatoris subijcerit personam suam: sicut nec hodie est papa subiectus dominis cardinalibus, quamuis vocem habeant in electione ipsius papæ. Ad ca. autem. nos si incōpetenter. 2. q. 7. suprà respōsum est q̄ ly. iudicio, exponitur. i. discretioni secūdùm Vincentium & Archidia. & non iurisdictioni vel potestati imperatoris. Ad glo. si papa. cū alijs, respōdetur: q̄ papa non potest se subijcere iudicio alterius: & quamuis se submittat, de necessitate stare nō tenetur, nec etiam de iure ad illud teneretur per iura & rationes superiùs allegatas. Ex quibus omnibus habetur, q̄ de iure concilij etiam cōgregatum authoritate papæ nullo modo potest se intromittere d̄ persona papæ, non tantū in ciuilibus, putà aliqd statuēdo, quod teneatur de necessitate seruare, sed etiā de criminalibus, de persona eius iudicādo, aut condēnando, nisi in casu hæresis strictè sumptæ, sicut dictū est. Et si hoc cōcilium

lium non potest facere etiam papa voluntariè se submittente, nulli dubium, q̄ minùs potest papa illud expresse prohibente, q̄ aliquid contra eius personam statuat, aut se intromittat: aut aliquid contra sedis Apostolicæ priuilegia agat, aut disponat.

Ad septimū ¶Ad septimam de renūtiatione, respōdetur negādo cōsequentiā: qm̄ nō est simile, nec sequūtur illa incōueniētia, nec repugnātia ibi quę hīc. Ex quibus manifestè confutatur præsumptio, & temeritas Basilien. qui verū & indubitatum Romanum pōtificem dūm Eugeniū sanctæ memoriæ citare, suspendere, ac deponere tentauerūt: in quo imitati sunt Dioscorum, qui concilio congregato excommunicare præsumpsit Leonem Romanū pontificem. Quā præsumptionē intantum sancti patres apud Chalcedoniam detestati sunt, vt inquit Nicolaus in epistola ad Michaelem imperatorē. vt in ca. tantum. dist. 27. habetur, vt Dioscorum Alexandrinum antistitem inter cætera sine vlla restitutione idcirco potissimùm damnarent: quia ponens in cælum os suum lingua eius transeunte per terram excōmunicationē in sanctum Leonē papā dictauit: ita vt in sentētia cōtra eū prolata hoc videtur præcipuè commemorare, scilicet, patres concilij Chalcedonen. dicētes: quoniam in secundis excessibus præcipuè priorem iniquitatē valde transcendit: præsumpsit enim excommunicationem dictare aduersus sanctissimum & beatissimum archiepiscopum ecclesiæ. Roma. Leonem, &c.

¶De remedijs cōtra papam moribus suis prauis scandalizantem ecclesiam. Cap. CVI.

SVMMARIVM.

1 *Papa quomodo admonendus sit à subdito, si in moribus turpiter erraverit.*

AVdientes tam aduersarij, q̄ etiā alij fideles simplices id quod dictum est, videlicet, q̄ Romanus pontifex extra casum hæresis pro sui principatus sublimitate iudicē nō habeat in terris q̄ facta sua mala iudicet, aut puniat. Quærunt quid fiendum sit cōtra papam, si contingeret eum aut moribus cum scandalo etiam fidelium incorrigibiliter deformatum, aut potestate sua abutentem, & dilapidatorem esse ecclesiæ, aut non nisi per simoniam velle beneficia ecclesiastica conferre. Quibus respondemus plura ad hoc esse remedia. ¶Primum est: humilis admonitio, & fraterna charitatiua correctio: quæ, vt in superioribus diximus, etiam ad superiores se extendit: deberet autem ipse in tali casu tam per dominos cardinales prælatos, q̄ per alios notabiles prælatos & dominos ac viros religiosos dulciter admoneri, exhortari, & obtestarari vt dignaretur vitam suā, quæ multis est in scandalum corrigere & emendare, & vt tenetur sic viuere, vt eius vita cunctis sit in exemplum sanctitatis, commemorando etiam exhortationis gratia aliqua dicta de sacra scriptura. Sicut est illud, quod dominus ait Apostolis. Matth. 18. Qui autem scandalizauerit vnum ex his paruulis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria collo eius, & demergatur in profundum maris. quantò magis in damnatione est, qui vniuersam ecclesiam scandalizat? Item aliqua de sanctis patribus & doctoribus: sicut est illud beati Gregorij quod habetur in ca. præcipuè. 1. quæst. 3. Scire debent prælati, q̄ si peruersa vnquam perpetrāt, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos perditionis exēpla transmittunt, vnde necesse est, vt tantò se cautiùs à culpa custodiant, quantò per prava quæ faciunt non soli moriuntur. Secundum remedium est, vbi præcedens locū non inueniret, deuota oratio. Orandus enim est Deus in illo casu pro domino Papa per totam vniuersitatem fidelium, hoc constituentibus prælatis ecclesiæ, vt illum dominus aut illuminaret, aut de medio tolleret. Hoc remedium communiter assignant doctores: quod remedium non paruæ virtutis censendum est: quoniā si iuxta scripturā sanctam, Deprecatio vnius iusti assidua multùm valere dicitur: quantò magis oratio iustorum omnium, qui per orbem diffusi Christi sponsam exornant? De hoc ponit exemplum sanctus Thomas in libro de rege & regno. dicens: q̄ si omnino contra tyrannū auxilium humanum non posit haberi, recurrendum ad regem omnium Deum, qui est adiutor in opportunitatibus & tribulatione: eius enim potentiæ subest, vt cor tyranni conuertat in mansuetudinem. iuxta illud Salomonis. Cor regis in manu Dei est, & quocunq; voluerit, vertet illud: ipse est qui cor regis Assueri crudele conuertit in mansuetudinē, quia Iudæis mortem parabat: ipse est qui Nabuchodo-

Iaco. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nosor crudelem in tantam deuotionem con nertit, q factus est diuinæ potētiæ prædicator.hæc ille. Hoc remedio audita est ecclesia contra Anastasium secūdum: qui orationibus iustorum percussus interijt:dum enim assellaret,emisit intestina.de quo in.c. Anastasius.dist.19.cum glo. Item hoc remedio vsus est beatus Hylarius, qui contra Leonem papam,secundum alios Liberium orādo præualuit. Tertium remedium vbi præcedentia oculto Dei iudicio non iuuarent,hoc superesset,videlicet resistentia.resistēdum enim esset in faciem per dominos cardinales, mala eius opera exprobrando, ac rationibus conuincendo:& etiā scādalis,& quæ papa vellet attentare se opponēdo:sicut Paulus restitit Petro,quia non ambulabat ad veritatem euangelij.Et sicut episcopo, vel abbati, seu priori lapidatori ecclesiæ subditi resisterēt,& contrauenirēt.& ita in proposito vt si papa proūt exemplificat dūs Petrus de Palude thesaurum ecclesiæ vellet dare parētibus suis,aut ecclesiam sancti Petri destruere,& ædificare palatia parentibus suis, aut dare patrimonium sancti Petri, quod nō licet,vel aliquid huiusmodi,quod tamen non est verisimile posse contingere, non esset ei permittendum, sed esset ei resistendum,& non obediendum, sine tamen ipsius depositione.Similiter si vellet contra statum vniuersalis ecclesiæ generaliter aliquid attentare: sicut si vellet oēs episcopos deponere,aut similia,ex quibus vniuersalis turbaretur ecclesia. Et hoc modo dicunt Hostien.& Innocētius & Archidi.q nō esset papa sustinendus. i. permittendus hoc facere:sed ei tamen cū humilitate & reuerentia resistendum foret.¶Quartò attento q vt dicit S.Thom.in.2.2.q.100.artic.2. papa potest incurrere simoniā sicut & quilibet alius homo,& oppositum dicere sit erroneum, vt idem dicit in.4.dist.25.tale remedium posset dari,videlicet non acceptare ea quæ malè,& contra reuerētiam & legem Dei gesta essent per eū:vt promotiones,prouisiones, beneficiorū collatiōes manifestè simoniace factas: quoniam cum tales in ecclesiā nō per Christum,qui est ostium,sed aliunde intrare præsumpserint,non pastores ecclesiarum,sed fures & latrones arbitrādi sunt, ipsa veritate testante Iohan. 10. Amen amen dico vobis, q qui nō intrat per ostium in ouile ouium, sed ascēdit aliunde,ille fur est & latro. Vnde Greg.papa septem falsas talium iudicat ordinationes in.c.ordinationes. 1.q.1. ¶Quintum remedium est conuocarę cōcilium generale: quæ conuocatio esset fienda per cardinales, vbi ipse papa id nollet cōgregare, aut per alios illis negligentibus. & hoc non ad deponendum papam:quia iuxta superiùs probata talem potestatem habere non posset. Sed ad tria prædicta faciēdum cum maiori solennitate & authoritate, videlicet primo admonendū,& exhortandum papam de correctione sua, denūtiando ei qualiter perniciosæ vitæ suæ exēplo vniuersam ecclesiam scandalizaret & conturbaret,quæ exhortatio sic à tota ecclesia facta,non dubiū, quin magnæ efficaciæ & virtutis esset ad eius animum in bonum cōmouendum. Hoc remedio vsum videtur esse concilium congregatum contra Marcellinum.de quo habetur dist. 21. in ca. nunc autem. qui cū audiret patres congregatos cū Dei charitate sciscitātes,si res ita se haberet sicut fama ad eos deduxerat, q idolis thurificasset: ille cum humilitate cōfessus est reatum suum, adijciens se paratum obedire quid illi voluissent imponere.Secundum q cōcilium facere deberet,vbi primū non sufficeret,est deuotissimis precibus, & ieiunijs, & operibus rectis diuinę elemētiæ aures propullare, vt dignaretur ecclesiæ suæ misereri, vt eorum pontificē aut illuminare dignaretur, aut auferre de medio. Hoc planè remedium esset magnæ virtutis. Tum quia si dūs pollicetur.Matth. 18.q si duo cōsenserint super terram de omni re quācunq; petierint, fiet eis à patre meo qui est in cœlis.quātò magis vbi tot & tanti patres ecclesiæ congregati vno animo,& vna cōmuni intentione consentiētes concurrerēt,& potissimè de re maximè necessaria ecclesiæ ipsi vniuersali.Credendum nanq; est,q nisi peccata nostra obsisterent,q Deus preces ecclesię suæ non despiceret,nec pateretur spōsam suam,pro qua mortem amarissimam pertulit, per vnius hominis malitiam funditus demoliri,aut in tanta necessitate relinquere.Tertium quod concilium deberet facere, vbi priora occultis nobis causis vsquequaq; nō proficerent, etiam cum inuocatione brachij secularis,vt puta imperatoris, vel aliorum principum prouidere de modo & forma resistēdi malis, quæ papa tentaret facere, ne ecclesia periclitaretur, vt dictum est. ¶Sextum remedium:vbi occulto Dei iudicio omnia præcedētia non haberēt locum,esset ad tempus patienter tolerare quod diuina iustitia tolerat: quoniam non est verisimile, q talis diu à Deo toleraretur. Sicut exēplum de Iohanne. 12.de quo suprà locuti sumus, experientia nos docet. Vnde

psalm.

psalm.36. Inimici verò dominimox honorificati fuerint exalta. & desi.quemad.su.desi. Huiusmodi autem habendæ patientiæ causa posset assignari:quoniā vt inquit Grego.lib. 25.moral. pro qualitatibus subditorum disponūtur acta regentium, vt sæpe pro malo gregis etiam viri boni delinquat vita pastoris:quia secundùm meritum plebium disponuntur corda regētium. Vnde idem Grego. in.c.ex merito.7.quæst.1.ait.Ex merito plebis nonnūquam episcopi deprauantur:& secundùm merita aut demerita populorum disponitur à iusto iudice vita prælatorum.vnde in vltione peccati populorum quandoq; permittitur regnare malos, secundum illud.
Osee. 13. Dabo vobis regem in furore meo. Et Iob. 34.dicitur. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.Item Hierony.& habetur in cap. audacter.8.quæst.1. Audacter fortasse aliquid dicimus, tamen quod scriptum est non semper princeps populi & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur,sed prout merita nostra deposcunt. Meritò ergo tolerandum esset. Tum, quia fortè tale malum in capite in ecclesia meritis subditorum eueniret. Tum,quia vt dicit Augustinus non est magnum tolerare qui à domino toleratur. nec etiam timenda videtur ex huiusmodi tolerantia imminere periclitatio totius ecclesiæ vniuersalis,sicut aduersarij aliquando arguunt. Tum, quia non est verisimile, quòd ob turpē vitam aut mores vnius summi pontificis ecclesia ipsa,cum qua Christus pollicitus est esse tanquam protector fortis vsq; ad consummationē seculi, debeat omnino perire.Sicut enim ait Leo papa sanctissimus scribens ad pulcherrimam Augustam:Non deserit ecclesiam suam diuina protectio,dicente domino: Ecce ego vobiscum sum vsque ad cōsummationem seculi. Idem scribens clero & plebi ciuitatis Constantinopolitanæ ait. Nolite arbitrari dilectissimi, q sanctæ ecclesiæ suæ desit aut defutura sit diuina protectio.Tum etiam,quia non est diffidendum in simili articulo de clementia saluatoris, qui etsi aliquando permiserit nauiculam ecclesiæ suę multis persecutionū procellis agitari,nunquam tamē passus est illam perpeti naufragium, assecurante, & dicente
Matth.16. domino: Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Ecce remedia,ad quæ conuenientiùs & consultiùs in articulo necessitatis siue casus prædicti confugiendū foret,quàm vsurpando diuinum iudicium, & inuoluendo se infinitis difficultatibus, multiplicando scandala scandalis tentare ad veri & indubitati pontificis Romani depositionem: cuius rei practica non modò diuinæ maiestatis, cuius iudicium vsurparet,esset offensiua, sed etiam nimis difficilis & schismatis introductiua,quæ longè scandalosior, & damnosior ecclesiæ esse posset,q̄ vita turpis vnius pontificis.Quocirca sancti patres maximo studio prohibuerunt, ne oues pastorem suum, nisi ex fide exorbitauerit, reprehēdere audeant. Vnde sanctus Anacletus in epistola, quam omnibus episcopis & sacerdotibus Christi scribit,ita ait.Doctor, vel pastor ecclesiæ si à fide exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus: sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quàm distringendus. Idem Fabianus papa omnibus episcopis scribens. Idem papa Eusebius:vt in ca.oues.2.quæst.7.Quorum omnium patrum sentētiam beatus Gregorius complexus ita ait in moralibus vbi suprà.Certum verò est, q ita sibi inuicem & rectorum merita connectantur, & plebium,vt sæpe ex culpa pastoris deterior fiat vita plebium:& sæpe ex merito plebium mutetur vita pastorum.Sed quia rectores habent iudicem suum,magna cautela subditorū est non temerè iudicare vitam regentium: neq; frustra per semetipsum dominus æs nummulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas euertit:nimirum significās, quia per ministros quidem vitā iudicat plebium, sed per semetipsum vitā examinat ministrorū. Et infrà.Dum igitur salua fide res agitur,virtutis est meritū,si quid prioris est, toleratur: debet tamē humiliter suggeri, si fortasis valeat quod displicet emendari. hæc Gregorius.Et hæc pro nunc sufficiant.

¶ Quòd ad Romanum pontifi. pertineat determinare ea quæ fidei sunt, & sacræ scripturæ sensus interpretari, atq; aliorum patrum ecclesiæ dicta vel opuscula approbare, vel reprobare. Cap. CVII.

SVMMARIVM.

1 *Papa q. habeat determinare ea quæ sunt fidei, & sacræ scripturæ sensus interpretari, atq; aliorum quorumcunq; dicta, uel opera approbare, uel reprobare ostenditur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucidata superioritate principatus, quam Romanus pontifex habet in ecclesia Dei; facile est intelligere ad Romani pontificis authoritatē spectare tanquam ad generalem totius orbis principalem magistrum & doctorem determinare ea quæ fidei sunt: & per consequēs edere symbolum fidei, sacræ scripturæ interpretari sensus: & doctorum singulorum dicta ad fidem spectantia approbare, vel reprobare. Quod nos & rationibus & authoritatibus ostendimus. ¶Primò commemoramus, quod aliàs circa principiū huius secundi probauimus, q̄ quemadmodum in omni repu. bene ordinata dandus erat vnus præsidens in ea, qui totam rem pub. posset authoritate sua mouere ad omnia, maximeque in quibus salus reip. stare nō posset: ita etiam in cōmunitate ecclesiæ necessariò erat dandus vnus princeps, qui ea, quæ maximè conferunt ad salutem fidelium, & consecutionem vltimi finis, cuiusmodi est notitia credendorum & agendorum, sua authoritate & magisterio totam ipsam Christianā reipu. moueret & dirigeret, cùm Romanus pontifex sit huiusmodi præsidens super totā rempublic. Christianam ipsius erit ea, quæ fidei
Hebr. 11. sunt, sine qua impossibile est placere Deo, Christiano populo insinuare & determinare. Ostenditur etiam hoc: quia primum in vnoquoq; genere iuxta Aristo. sententiam. 10. Metaphy. est metrum, & mēsura omniū sequentium: & cùm Romanus pontifex primus & maximus sit prælatorum in ecclesia, ad ipsum maximè pertinebit, vt sit metrum, & regula, ac scientia credēdorum, ac omniū, quę directionem fidelium in vitam æternam necessaria sunt. Quocirca dicit Nicolaus papa in epistola, quam scribit Phocio patriarchæ. Constat enim sanctam Romanam ecclesiam per beatum Petrū principem Apostolorum, qui dominico ore primatum ecclesiæ susc ipere promeruit, omniū ecclesiarum caput esse, & ab ea rectitudinem, atq; ordinem in cunctis vtilibus, & ecclesiasticis institutionibus, quas secundùm canonicas & synodicas, sanctorūq; patrum sanctiones inuiolabiliter, atq; irrefragabiliter retinet, requirere, & sectari. hæc ille. Hinc Apostolica sedes per sanctos patres magistra, ac mater fidei nominatur. vnde in. c. omnes. distin. 22. inquit gloriosæ memoriæ Nicolaus papa. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ est mater fidei, & illi cōtumax inuenitur, qui ea cūctis ecclesijs prætulisse cognoscitur. vndè & ipse S. Ambro. in se omnibus sequi magistrā sanctam Romanā profitetur ecclesiam. Item hac ratione dicit Stephanus papa. 5. in capit. enimuero. dist. 19. Enimuero in speculum & exēplum sancta Romana ecclesia posita est omnibus quicquid statuit & quicquid ordinauit perpetuò & irrefragabiliter obseruandum est. Cuius priuilegij Apostolici throni gratia inquit beatus Cyrillus in libro thesaurorum, vt mēbra maneamus in capite in nostro Apostolico throno Romanorum pontificum, à quo nostrū est quærere quid credere, & quid tenere teneamur: ipsum rogantes: ipsum venerātes præ omnibus: q̄m ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & ligare loco illius, q̄ ipsum ædificauit, & elegit, & nulli alij quod suum est plenū, sed ipsi soli dedit. hæc ille. Cæterū hanc Romani summi pontificis prærogatiuam designatā legimus Exo. 18. vbi Moysi, qui dux & rector Iudæorum fuit: sicut papa Christianorū, secūdùm illud Bernardi ad Eugeniū. lib. 2. c. 6. Quis es, &c. Et inter alia dicit. Potestate Moyses: sic dictū legitur. Esto tu in populo in his quæ ad Deū ptinēt, vt ostēdas eis ceremonias, & ritum colēdi Deū. Sicut ergo oēs quæstiones emergētes de lege & cultu Dei reseruabantur Moysi determinandæ: sic omnia quæ sunt fidei Christianæ reseruātur Romano ponti. determinanda. diffiniēda, & mādāda teneri ac obseruari. hinc est, q̄ cùm Christus alijs Apostolis imperaret vt laLuc. 5. xarēt retia, soli Petro inquit. Duc in altum. id est in profundū disputationū. vt ait glo. Ambrosij. & habetur in. c. non turbatur. 24. q. 1. Vnde quia causa fidei ad sedem Apostolicā est referēda, Paulus super quæstione legaliū detulit ad Petrū. vt habetur Act. 15. Item beatus Hiero. mittit ad Roma. ponti. Damasum papam professionē fidei suæ examinādam, corrigēdam, & emēdandam, dicens in. c. hæc est fides. 24. q. 1. Hæc est fides papa beatissime, quā in catholica ecclesia dicimus, quāq; semper tenuimus, in qua si minùs perite, aut parum cautè aliquid positum est, emendari cupimus à te, qui Petri sedem tenes, & fidem: si autem hæc nostra cōfessio Apostolatus tui iudicio cōprobetur, quicūq; me culpare voluerit, se imperitum, aut maleuolum, vel etiā non catholicū, sed hæreticum comprobabit. ¶Secūdò præfatæ Apostolicæ sedis prærogatiua sic ratione ostēditur. Vna fides debet esse totius ecclesiæ secūdùm illud. Idipsum di1. Cor. 1. catis oēs; & non sint in vobis schismata. hoc autem

autem seruari non posset, nisi quæstio fidei exorta determinaretur tenenda per vnū, qui toti ecclesiæ præst: vt sic eius sententia à tota ecclesia firmiter teneatur. Hinc Innocen. papa Siluano seni Valentino, & cæteris, qui in Milmitana synodo interfuerunt, scribens inquit. Dilectissimi fratres in domino salutē. Diligenter & congruè Apostolici consulitis honoris arcam super anxijs rebus quæ sit tenenda sententia antiquæ, scilicet regulæ formam secuti: quod totum semper ab orbe mecum nostis esse seruatū. Verùm hæc missa facio. nec enim hoc vestram credo latere prudentiam. quod etiam actione firmastis, scientes, q̄p per oēs prouincias de Apostolico fonte petētibus respōsa semper emanēt: præsertim quotiens fidei ratio vētilatur arbitror oēs fratres nostros coepiscopos non nisi ad Petrū. i. sui nominis & honoris authoritatem referre dicere: veluti & nūc retulit vestra dilectio. hoc habetur in. c. quotiēs. 24. q. 1. Hinc etiam Maximus in epistola missa orientalibus dicit. Oēs fines orbis terræ, qui dōm sincerè receperūt, et vbiq; terrarū catholici verā fidem confitētes in potestatem Romanorū pontificum tanq̄ in solem respiciunt, & ex ipso lumine catholicæ & Apostolicę fidei re spiciūt veritatē. Nec immeritò: quia Petrus legitur primò perfectam fidem esse confessus, dño reuelante, cùm dicit Matthæi. 16. Tu es Christus filius Dei viui. hæc ille. Item hoc testatur Nicolaus papa in epistola quam scribit Phocio patriarchæ monacho. vt habetur in quarta actione octaui concilij œcumenici. Quia vniuersitas credētium ab hac sancta Romana ecclesia, quæ caput est omnium ecclesiarum, doctrinam exquirit, integritatem fidei deposcit: criminum solutionē. qui digni sunt, & gratia Dei redēpti exorant: oportet nos, quibus commissa est, sollicitos esse, & ad speculationem dominici gregis tantò feruētiùs anhelare, quantum hunc auidi lupi ad dilaniādum hinc inde patētia ora exquirunt, &c. Amplius de hac Apostolicæ sēdis prærogatiua Maximus papa ait. Decebat tantæ dignitatis & sapientiæ virum non ab alio mysterij cælestis arcana reqrere, nisi ab eo potissimum, quem non potuit caro & sanguis instruere, sed cui dñs ipse sua decreta dignatus est aperire: beatus es inquit Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Hunc enim præ cæteris mortalibus de toto terrarum orbe cōditor orbis elegit, cui cathedram magisterij principaliter posidendam tenere perpetuo priuilegij iure concesit: vt quisquis diuinum aliquod, aut profundum nosse desiderat: ad huius præceptionis oraculum doctrinā q̄; recurrat: nec illi humiliter offerre, quod soluendum est erubescat: etiam & si ipse quod quæritur non ignorat. Nūquid enim angelus de cœlo veniēs erat nescius docere Cornelium? quando videlicet id quod sibi agendum esset addisceret, destinauit ad Petrū. Mitte inq̄t viros in Ioppen, & accersi Simonē quendā, qui cognominatur Petrus: hic dicet tibi quid te oporteat facere. Poterat planè sanctus angelus docere hominē gentilē quid sibi opus esset ad salutē: sed eius nolebat vsurpare officium, cui docēdi nouerat fuisse commissum. Quid ergo mirum, si sacerdos licēt sanctitate conspicuus, licēt eloquijs diuinis vehemēter instructus, ad Apostolorū principis magisterium missit, ad quem etiam angelus docendi gratia primitias gētilium Cornelium destinauit? Pauli enim ad Galat. hæc sunt verba: Paulus (ait) Apostolus nō ab hominibus, aut per hominem, sed per Iesum Christū & Deum patrem qui suscitauit eū à mortuis. Hic itaq;, qui nō ab hominibus, sed ab ipso Christo & Deo Patre fuerat factus Apostolus, atq; ab authore sapientiæ sufficienter instructus: ad Petri tamen magisterium venit, & non in transcursu, sed per plures dies apud eum veluti in schola permansit. veni (inquit) Hierosolymā videre Petrū, & mansi apud eum. 15. diebus, per mysticum hebdoadis & octoadis numerum, veteris testamenti simul & noui dicit sacramentum. Hæc ille. Præterea in testimonium huius prærogatiuæ Roma. ponti. est, q̄p vbicūq; erat Petrus præsens, omnes Apostoli illi in prædicando, & dubia determinando deferebant. vnde in die Pentecostes primum sermonem fecit Act. 2. Stans Petrus cum vndecim, eleuauit vocē suam, & locutus est, &c. In quæstione etiam de obseruantia legalium Petrus quæstionem determinauit, licēt Iacobus pronuntiauerit Act. 15. vbi dicitur, quòd cùm magna inquisitio fieret, surgens Petrus dixit ed eos: glos. interli. præ omnibus prius loquitur. & vt ait glos. omnes alij in sententiam Petri trāsierunt. ita vt Hiero. dicat scribens ad beatum Augustinum epistola. 22. q̄p Petrus princeps fuerat illius decreti: legem post euangelium non esse seruandam. Cæterum huius prærogatiuæ argumentum capitur manifestè ex eo, quod beatus Hieron. in epistola ad Augustinum ait, quæ incipit. Simul tres epistolas. Tantæ Petrus authoritatis fuit, vt Paulus in epistola sua scripserit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deinde post tres annos veni Hierosolymam videre Petrum,& mãsi apud eum diebus.15. Rursum in consequentibus. Post annos.14. ascendi iterum Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito: ascendi autem secundùm reuelationẽ, & exposui eis euangelium quod prædico inter gẽtes. ostẽdens non habuisse securitatem euangelij prædicandi, nisi Petri,& qui cũ eo erãt,sententia roboratũ fuisset. statimq; sequitur. seorsum autem his qui videbantur aliquid esse,ne forte inuacuũ currerem, aut cucurrissem. Hæc Hieronymus. Item eiusdem prærogatiuæ argumẽtum colligitur ex eo,qd beatus Hierony.lib. de viris illustribus.lib.5.cap.8.dicit.Marcus (inquit) discipulus & interpres Petri,iuxta quod Petrum audierat referentem rogatus Romæ à fratribus breue scripsit euangelium:quod cũ Petrus legisset,approbauit, & ecclesijs legendum sua authoritate tradidit. hæc ille. Ecce q̃ Apostolica sedes habet approbare & authorizare scripta doctorum. Amplius testimonium huius insignis prærogatiuæ magisterij Apostolicæ sedis habetur ex beato Augustin.Tum ex eo,q̃ dicit cõtra epistolam fundamenti citò post principium euangelio nõ crederem,nisi me catholicæ ecclesiæ commoueret authoritas.Tum ex eo,quod dicit in libro dẽ.q.ve & no.test.q.79. q̃ sicut in saluatore erãt omnes causæ magisterij: ita & post saluatorem in Petro omnes continentur.

Tum ex eo,quod scribit ad Glorium & Eleusium, q̃ in Romana ecclesia Apostolicæ cathedræ semper viguit principatus. ¶Omnibus iam dictis,& bene consideratis,& catholicè ponderatis,manifesta luce sequũtur correlariè sequẽtes propositiones.¶Primò quidem elicitur correlariè,q̃ ad Romanũ pontifi. pro sublimitate magisterij Apostolicæ sedis pertineat symbolũ fidei ordinare. Hoc autẽ iuxta beatum Tho.in.2.2.q.2.art.vlt.sic probatur.Quoniam noua editio symboli necessaria est ad vitãdum insurgẽtes errores.ad illius ergo authoritatem pertinet sententialiter determinare ea quę sunt fidei,vt ab omnibus inconcussa fide teneãtur. hoc autem pertinet ad authoritatem summi pontificis, vt dictum est,ad quem maiores, & difficiliores ecclesiæ quæstiones referuntur:vt in ca.multis.distinct.17.habetur. & in capi. rogamus. 24.quæst. 1.ergo ad solam authoritatem Romani pontificis pertinet noua editio symboli.Ostendit etiam præfatum correlarium sanctus Tho. vbi suprà.ex eo, q̃ editio symboli facta est in synodo generali. sed huiusmodi synodus authoritate solius summi pont.potest congregari. vt habetur in decretis. dist. 17.ergo editio symboli ad authoritatem Romani pont.pertinet.hæc ille. ¶ Ex præfatis infertur secũdò correlariè: q̃ ad Romanum pont. pertineat interpretari sacram scripturam,& dubia declarare, quæ emergunt circa ius naturale,siue diuinum.Hoc autem correlariũ sic ex superioribus deducitur. Pro quo primò notatur, q̃ determinare dubia in talibus potest esse dupliciter. Vno modo,scilicet inquisitiuè: sicut potest quilibet ex ingenio, vel habitu inquirere de dubijs alicuius scientiæ.& isto modo declarare, potest pertinere ad quemcũq; doctũ in aliqua scientia, & vocatur determinatio, siue declaratio magistralis. Alio modo potest accipi declarare cum aliqua authoritate:sic scilicet,q̃ declaratio debeat pro vera teneri vel opinari,ita q̃non liceat oppositũ tenere,vel opinari. Et isto modo potestas, siue authoritas declarandi prædicta dubia,est solùm apud summum pontificem simpliciter.Similiter est distinguendũ de interpretatione diuinę legis,aut sacræ scripturæ:quia quædam sit per modum disputationis & inquisitionis scholasticæ,perquirendo quis sit sanus intellectus ipsarum,nihil ad verba legis vel scripturæ adijciendo,vel subtrahendo. Alius est interpretationis modus per modum determinationis obligatoriæ ad tenendum intellectum siue sensum datũ per interpretationem. Primus modus est magistrorum,quorum tamen interpretatio nemi nem cogit ad sic tenendum. Secundus verò modus interpretationis est Romani pontificis, cuius determinatio obligat omnes ad sic tenendũ,& obseruãdum.Quod ratiõe potest sic ostẽdi. Oportet ponere in ecclesia vnum caput,ad quod pertineat determinare, & declarare,& interpretari illa quæ sunt dubia circa quæcũq; ad fidem pertinẽtia, siue sint speculatiua,siue agibilia: sed cõstat q̃ in ecclesia non potest esse aliquod tale caput nisi solus papa.ergo,&c.Minor patet ex superioribus. Maior probatur:quia oportet ponere ecclesiam sic dispositã à Deo,q̃ tota cõitas vniuersalis ecclesiæ maneat in vnitate fidei, & in vna sententia de fide. Vnde Apostolus.1.Cor. 1.Obsecro vos fratres per nomẽ domini nostri Iesu Christi,vt idipsum dicatis omnes,& non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. sed hoc nõ potest esse nisi tota communitas ecclesiæ recursum habeat ad vnum caput,scilicet ad præsidentem,apud quem esset authoritas

Correlariũ primum.

Secundum.

ritas declarandi, & interpretandi dubia circa ea quæ sunt fidei: pertinet ergo ad Romanũ pontificem declarare dubia, & interpretari circa ea quæ fidei sunt, siue iuris naturalis,& diuini. Vnde Aug.contra Manichæos.& habetur cap.palàm.distinct.11.Palàm est,quòd in re dubia ad fidem valeat authoritas ecclesiæ catholicæ,quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsq; in hodiernum diem succedendũ sibimet episcoporum serie & tot populorum consensione confirmatur. hæc August. Hinc est,sicut superiùs dictum est,q̃ orta quæstione an legalia deberẽt obseruari cum euangelio, cõsuluerunt Petrum,& alios Apostolos,qui erãt in Hierusalem:& Petrus sicut princeps Apostolorum & præsidens supra totam cõmunitatem ecclesiæ decreuit,& declaranit legalia non esse obseruanda: vt patet Act.15.

Tertium. ¶Cæterũ ex superioribus elicitur tertiò correlariè,quòd ad Romanum pontifi. pertineat dicta siue opuscula doctorum singulorum in his quæ ad fidem pertinent approbare vel reprobare.patet manifestè ex dictis.habetur etiam hoc expresè in capitul.si Romanorum. distin. 19.vbi sic ait Nicolaus Papa. Si Romanorum pontificum decreto cæterorum opuscula tractatorum approbantur vel reprobantur,ita quod verè sedes Apostolica approbauit, hodie teneatur acceptũ: &quod illa reppulit,hactenꝰ inefficax habeatur. &c.vbi glos. Argumentum quod approbat vel reprobat & nos approbare vel reprobare debemus.24.quæstio.1.hæc est fides.& 35.quæstion.9.veniam.

¶Quòd decreta, siue decretales Romanorum põtificum sunt à cunctis fidelibus venerabiliter suscipienda. Capit. CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papæ decreta, uel decretales quomodo ab omnibus suscipi debeant,ostenditur.*

EX his quæ de Apostolicæ sedis iudicio & magisterio multis sanctorum patrũ testimonijs firmauimus,apertissimè cõstatur error aduersariorũ, qui apostolicæ sedis decretales siue decreta contemnunt,quæ in canonibus conciliorum non includuntur.Contra hũc errorem cùm sit pernicioſissimus, & ad infinita schismata ianua,sunt multorũ sanctorum patrum argumẽta præter ea, quæ in superioribus diximus in hoc secundo libro circa cap.48.&.50.In primis est argumentũ, quod clarissimæ memoriæ Papa Nicolaus omnibus archiepiscopis per Galliam instituti scribens facit:vt in cap.si Romanorum.distinct.19.ita dicens.Si Romanorum pontificum decreto cæterorum opuscula tractatorũ approbantur, vel reprobantur, ita quod verè sedes Apostolica approbauit, hodie teneatur acceptũ,& quod illa reppulit, hactenus inefficax habeatur:quantò ergo potiùs quæ papa pro catholica fide,pro sanis dogmatibus,pro varijs & multipharijs ecclesiæ necessitatibus,& fidelium moribus diuerso tempore scribit, omni honore debent præferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus discretione vel dispensatione magistra reuerenter assumi? quanquam quidam nostrum scripserint non esse decretalia priscorum pontificum in toto canonum codicis corpore descripta: & ideo inter canones non assumenda,cùm ipsi vbi suæ intentioni hæc suffragari conspiciunt,omnibus illis indifferenter vtantur,& solùm nunc ad diminutionem sedis apostolicæ potestatis, & ad suorum argumentum priuilegiorum minùs accepta esse perhibeant.Item si ideo non decretales epistolas priscorum pontificum Romanorum admittendas esse dicant: quia in codice canonũ non habẽtur ascriptæ:ergo nec S.Gregorii nec vllius alterius, q̃ ante ipsum fuit,vel post ipsum aliquod institutũ, vel scriptũ recipiendũ est, eo q̃ in codice canonũ non habeatur ascriptũ:ergo doctrinã eorũ,& sanctiões,quę ab omni lingua veneranꝰ,qa in codice canonũ non habent ascriptæ,de codicibꝰ eradant suis,vt q̃d mẽbranas occupãt postq̃ nõ habẽtur receptæ ? Sed quare multũ imoremur, cũ nec ipsas scripturas diuinas veteris & noui testamẽti iam recipiemus,si istos duxerimꝰ aut diẽdos? etenim neutrũ horũ in codice canonũ ecclesiasticorũ habeẽ insertũ. Sed respõsuri sunt isti,q̃ ad resistẽdũ potiùs, q̃ ad obediẽdũ parati sunt,asserẽtes q̃ inter canones inueniãt capitulũ papæ Innocẽ.cuius authoritate doceat à nobis vtrũq; testamẽtũ esse recipiẽdũ,quãquã in ipsis priùs canonibus nullũ eorũ ex toto cõtineatur insertũ, quibus ad hoc asserendũ est. Quoniã si vetus nouũq; testamẽtum sunt recipienda, non q̃ codici cãonum ex toto habeantur annexa,sed quòd de

Universidad de Deusto
Biblioteca

his recipiendis sancti Innocentij Papæ prolata videtur esse sententia: restat nimirum, quòd decretales epistolæ Romanorum pontificum sint recipiendę, & si non sint canonum codici compaginatæ, quoniã inter canones ipsos vnum beati Leonis capitulum constat permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis Apostolicæ custodiri mandantur, vt si quis in illa commiserit, nouerit sibi veniam denegari: ait enim capitulo quinto suorum decretalium. Ne quid verò sit, quod prætermissum à nobis fortè credatur, omnia decreta constitutatam beatæ recordationis Innocẽtij, quàm omnium prędecessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis: ita à vestra dilectione cuncta custodire mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi nouerit denegari deinceps. Dicendò verò omnia decretalia cõstituta, nullum de decretalibus cõstitutis prętermisit quod non mandauerit esse custodiẽdum. & rursus asserendo omnium prædecessorum nostrorum nullum pontificum Romanorum, qui antè iam fuerunt excepit cuiusilla non præceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari, Itaque nihil interest, vtrùm sint omnia decretalia sedis apostolicæ constituta nec ne inter canones conciliorũ immixta: cùm omnia in vno corpore compaginari non possint: & illa eis intersint, quæ firmitatem his quæ desunt & vigorem suum assignant, præsertim cùm synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti sunt, in codice canonum non habentur, sed à nobis omni cultu debito venerantur. Consonat autem huic beatissimo Leoni Papæ & facundissimus & sanctus in decretis suis Gelasius papa, ita inquiens. Decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma pro diuersorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter susciendas decreuimus. In quo notandum, quòd non decretales dixit epistolas, quæ inter canones habentur, vel quas moderni pontifices ediderunt, sed quas beatissimi Papę diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt. Dicens autem diuersis temporibus, & illa tẽpora vir sanctus comprehendit, quæ crebrescentibus paganorum persecutionibus, ad sedem apostolicam deferri causas episcoporũ difficillimè permittebat. His itaq; diuina fauente gratia prælibatis, ostendimus nullam esse differentiam inter illa decreta, quę in corpore canonum habentur sedis Apostolicæ

Alij textus habẽt. c. 10

præsulũ, & ea quæ præ multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur: cũ omnia & omnium prædecessorum suorum decretalia cõstituta decretales epistolas, quas beatissimi papę diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt, fore venerabiliter venerandas, suscipiẽdas, & custodiendas eximios præsules, Leonem scilicet, & Gelasium mandasse probauimus. ¶ Secundò contra præfatum errorem aduersariorum est dominus Aymarus archiepiscopus Remeñ. in libro suo de synodis. capit. tertio. vbi pro authoritate decretalium summorum pontificum multa sanctorum patrum testimonia inducens ait. De authoritate autem ipsorum pontificalium decretorum nulla nobis dubitatio relinquitur, cùm & ipsa vniuersalia cõcilia authoritatem exinde perceperint, nec aliunde synodicam firmitatem obtinere potuerint. Hoc ergo & nos irretractabiliter obseruare debemus, vt apostolici patres nobis ex apostolica authoritate præceperunt, per quam & aliorum sta tuta nobis ad seruandum canonizasse legun tur. Nempe beatissimi patres nostri Damasus & Leo papa magnus, quorum alter secun dum vniuersale concilium, alter quartum, id est Chalcedonen. apostolica authoritate firmauerũt ipsi inquam eadem authoritate, eadem etiam authoritate & voce ita generaliter decreuerunt. Omnia inquiunt decretalia prædecessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis ita omnibus episcopis & generaliter à cunctis sacerdotibus custodiri debere mandamus: vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Item Damasus alibi omnibus episcopis scribens. Obseruetur inquit ab omnibus, vt illa semper, quæ apostolica institutione, & patrum traditione sunt constituta, sub metu irrefragabili authoritate teneantur. Item papa Gelasius scribens vniuersis episcopis per Siciliã cõstitutis ait. Cùm decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnoperè custodire nitamur, atq; fine eorum dispẽdio etiam illa quæ pro alicuius vtilitatis fortassè compendio videantur laxanda credamus: cumq; nobis contra salutarium reuerentiam regularũ cupiamus temerè nihil licere: & cùm sedes apostolica superior his omnibus fauente domino, quę paternis canonibus prefixa pio deuotoq; studeat tenere, ppositо: satis indignũ est quenquã vel pontificum vel ordinũ subsequentiũ hanc obseruantiã refutare, quã beati Petri sedem & sequi videat, & docere, satisq; conue-

conueniens sit, vt totum corpus ecclesiæ in hac sibi obseruatione cõcordet, quam ille vigere conspiciat, vbi dominus ecclesiæ totius posuit principatum, dicente scriptura: Ordinate in me charitatem. Item, omnia cum ordine fiant. hæc ibi. Item Agatho, qui sextam synodum vniuersalem per legatos suos instituit, & institutam Apostolica authoritate firmauit: omnibus episcopis eadem authoritate nuntiauit, sic inquiens. Omnes apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt tanquã ipsius Petri diuina voce firmatæ. Item successor eius beatus Nicolaus papa primus synodo vniuersali præsidens generali eiusdem synodi iuditio decreuit, vt etiam anathema esset, quicunque decreta à Romano pontifice cõtemptisset. Sanctus quoque Adrianus papa etiam reges anathematizauit quicunque sedis apostolicæ decreta violare non formidant. His ergo testimonijs satis edocemur quàm indubitanter Apostolicis institutis obedire debemus. Hæc omnia præfatus dominus Aymarus. ¶ Tertiò contra præfatum errorem aduersariorum arguit Papa Nicolaus scribens ad Phocium patriarcham Cõstantinopolitanum, cuius epistola in sancta octaua vniuersali synodo fuit recepta & approbata cum omnibus gestis eius circa Constantinopolitanam & contra dictum Phocium ac Michaelem imperatorem fautorem eius. In qua epistola, prout colligitur ex ipsa actione 8. concilij sic habetur. Decretalia autem, quæ à sanctis pontificibus sedis Romanæ ecclesiæ sunt instituta, cuius authoritate atque sanctione omnes synodi & sancta concilia roborantur & inde stabilitatem sumunt: cur vos nõ habere vel obseruare dicitis, nisi quòd vestræ ordinationi contradicunt? Et infrà, & si ea non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi: si habetis, & non obseruatis, de temeritate estis corripiendi, & increpandi, & habetur in capit. si decreta. distinctione. 20. ¶ Quartò contra præfatum errorem est capit. in canonicis scripturis. distinct. 19. quod est beati Augustini. in quo videtur inter canonicas scripturas epistolas apostolicæ sedis annumerare. Item quintò contra eundem errorem est capit. decretales. distinctio. 20. vbi habetur, quòd decretales epistolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantur. glos. Archidia. In obseruantia & authoritate, & exęquantur scilicet in authoritate, in reuerentia, in obseruatione. Hug. ¶ Sextò contra præfatum errorem videtur esse articulus condemnatus in cõcilio Constantien. vbi inter alios articulos Iohannis Witclefffuit condemnatus ille. Decretales epistolæ sunt apocryphę, & seducunt à fide Christi, & clerici sunt stulti, qui studeant eas. Quia plura dicta sunt de præceptis apostolicis susciendis suprà circa capit. 48. ista pro nunc sufficiant.

¶ Quòd sedis apostolicæ iudicium in his quæ fidei sunt & ad humanam salutem necessaria, errare non possit. Capitul. CIX.

hoc habẽt in illo tit. de sum. trin. in. 11. col. 4 prope fin. & alleg. Oliver. & infra col. 5 in c. hoc est fin. 24. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Papæ, seu apostolicæ sedis iudicium in his, quæ fidei sunt, non posse errare, ostenditur.*

HIs quæ in superiori capitulo dicta sunt, datur nobis luce clarissima intelligere, quòd tãta soliditate veritatis apostolicum thronum clementia diuinitatis firmauerat, quod iudicium eius in his, quæ fidei sunt, errare à veritate non possit: decebat sanè, vt sedes illa, quæ superni dispositione cõsilij magistra fidei & cardo omnium instituebatur ecclesiarum in his quæ fidei sunt hominum que necessaria saluti ab ipso omnium authore Deo, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, hoc singulari infallibilitatis munere donaretur. In cuius rei sacramẽtum primò illius sedis pontifici diuinæ dispensationis nomen firmitatis imponitur, scilicet Petrus, quod Syra lingua rupes interpretatur. Vnde beatus Gregorius Eulogio episcopo Alexandriæ scribens epistola. 181. Quis nesciat sanctam ecclesiam in apostolorum principis soliditate firmatam, qui firmitatẽ mentis traxit in nomine, vt Petrus à petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo claues regni cælorum. cui rursum dicitur: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos? hæc Gregorius. Quòd autem hoc quod diximus sit priuilegium & munus amplissimum Apostolicæ sedis, multipliciter, & etiam efficaciter probamus. Primò authoritatibus.

Secundò

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò rationibus in sequēti cap. ¶ Authoritate: primò illa saluatoris promissione, quę cassa esse non potest, qua Petro locutus est, dicens: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quam Christi promissionem de firmitate fidei Apostolicæ sedis accipiendam esse sancti doctores in religione & sapientia clarissimi cōtestantur. Ait enim beatus Cyrillus Alexandrinus patriarcha, vt inducitur in glos. continua, secundum hanc domini promissionem ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione & hæretica circunuentione immaculata manet super præpositos, & episcopos, & super omnes primates ecclesiarum & populorum in suis pontificibus in fide plenissima, & authoritate Petri: & cùm aliæ ecclesiæ quorundam errorum verecundatæ sint stabilita, ipsa impassibiliterregnat, silentium imponens, & omnium obturans ora hæreticorum, & nos necessitate salutis non decepti, superbia nec vino superbiæ ebriati, typum veritatis, & sanctæ Apostolicæ traditionis vnà cum ipsa confitemur & prædicamus. hæc Cyrillus. Secundò beatus Chrysostomo dictus os aureum, ibidem super Matthæum hoc idem confirmans ait. Vide qualiter Christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligentiam: hæc enim promittit quæ sunt propria Dei solius, scilicet peccata soluere, & ecclesiam immutabilem facere inter tot persecutionum & tentationum procellas. Item ad idem est Origenes, qui, vt deducit sanctus Thomas super Matthęum. tam de Petro, quàm de ecclesia vniuersali præfatum Christi verbum Matth. decimo sexto: Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. exponens, ita dicit. Non autem exprimitur, vtrùm Petro non prævalebunt, aut ecclesiæ quam ædificat super petram: tamen manifestum est, quòd nec aduersus Petrum, nec aduersus ecclesiam portæ prævalebunt inferorum. Hæc ille. Quòd autē de Petro petra verbum Christi intelligatur, idem manifestat dicens. Vide quantam potestatem habet petra super quam ædificatur ecclesia, vt eius iudicia manēat firma, quasi Deo iudicāte per eā. ¶ Secundò. Apostolicę sedis iudicium in his quæ fidei sunt esse indefectibile, manifestè probatur ex promissione illa Christi, qua Petro pro sede sua loquens ait Lucæ. vigesimo secundo. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quòd autem de fide Petri in Apostolica sede indefectibiliter semper mansura intelligendum sit, sancti testantur doctores. Imprimis beatissimus Leo in sermone secundo ordinationis suæ eādem Christi pollicitationem pertractans: Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. & cætera. ita ait. Specialis cura à domino Petri suscipitur, & pro fide Petri propriè supplicatur: tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinę gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. Hæc ille. Item ad idem est Agatho Papa in suggestione quam Constantino Imperatori scribit, quæ à tota sexta synodo vniuersali fuit venerabiliter acceptata. Hæc Apostolica Christi ecclesia per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus depraua̅da succubuit: sed vt ab exordio normam fidei Christianæ percepit ab authoribus suis Apostolorum Christi principibus illibata fidetenus manet secundum̅ ipsius domini saluatoris dictā pollicitationem, qua suorum discipulorum principi in sacris euangelijs fatus est: Petre (inquiens) ecce sathan expetiuit vt cribraret vos sicut qui cribrant triticum: ego autem pro te rogaui vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra tranquilla clementia, quoniam dominus & saluator omnium, cuius fides est, qui fidem Petri non defecturam promisit, cōfirmare eum fratres suos admonuit, quòd apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Hæc ille. Eadem sententia etiam est Lucij Papæ, cuius pars ponitur in capitul. à recta. vigesimaquarta. quæstione prima. Aliqua hìc dicit glossator, quæ si vidisset ad longum textum Lucij, non ita fuisset interpretatus. Et iste frequenter est error istarum glossarum decreti, qui error potissimè inde cōtingit: quia originalia sanctorum patrum per glossatorem non sunt visa, sed detrūcata prout iacent in decreto. Item beatus Bernardus domino Innocentio Papę scribēs hoc insigne Apostolicæ sedis priuilegium ex eodem saluatoris verbo attestatur his verbis. Oportet ad vestrum referri Apostolatum pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim, quę de fide contingūt: dignum nanque arbitror ibi potissimùm resarciri damna fidei, vbi fides defectum habere non posset: hæc quippe prerogatiua est huius sedis: cui enim alteri dictum est:

Ab alijs autem agotho dicitur.

Ego

Ego pro te rogaui petre vt non deficiat fides tua? hæc Bernardus. item idem Bernardus vel Ioh. Damia. in sermone Iohannis Baptis. qui incipit. Hodie dilectissimi. dicit sic. Decimus honor est assertio matris ecclesiæ. texitur ora chlamydis, vnguētumque profusum in capite extremāque vestimenti fimbriam inundanter effunditur illa enim magistra & regina omnium ecclesiarum Romana ecclesia, cui dictum est: Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua: in honore beati Iohannis baptistæ post saluatoris nomen consecrata est, & signata: dignum nanq; erat, vt sponsæ sequeretur authoritas, & singularem amicum cuius illuc proueheret, vbi principatum ipsa conscendit. Item hoc idem ex prædicta redemptoris nostri promissione ostendit Leo Papa nonus in libro, quem contra Michaelem Cōstantinopolitanum fecit, vbi cap. 7. ita dicit. Taliter sancta ecclesia supra petrā, ideſt Christum, & super Petrum cepham filium Iohannis, qui primò Simō dicebatur, ædificata est, quòd inferi portę disputationibus scilicet hęreticorum, qui vanos ad interitum introducunt, nullatenus foret superanda, sic pollicetur ipsa veritas, per quam sunt vera quæcunque sunt vera. portæ inferi non prævalebunt aduersus eam: cuius promissionis effectum se precibus impetrasse à patre ipse filius protestatur, dicendo ad Petrum: Simon ecce sathanas expetiuit vt cribraret vos sicut triticum: ego autem rogaui pro te vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Erit ergo quisquā tantæ dementiæ, quæ orationem illius cuius velle est posse, audeat in aliquo vanam putare? nonne à sede principis Apostolorum, Romana videlicet ecclesia, tam per eundem Petrū, quàm per successores suos reprobata, atque conuicta, atq; expugnata sunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ nec defecit, nec vsque in finem deficiet sunt confirmata? hęc ille. Item in synodica eiusdem Leonis ad Petrū Antiochenum patriarcham sic scribitur. Ab Apostolica sede nostram catholicam consulendo perpendimus tuam prudentiam nolle deuiare à dominico, & omnium sanctorum patrum concordi decreto, quo inuiolabiliter cunctis in toto orbe terrarum ecclesijs sancta Romana ecclesia & Apostolica sedes caput præponitur, ad quam maiores & difficiliores causæ omnium ecclesiarum diffiniendæ referantur: sic omnia veneranda concilia: sic leges humanæ promulgant: sic ipse sanctus sanctorum & rex regum dominus dominantium confirmat, quatenus ibi principalis dignitatis, & totius ecclesiæ disciplinæ venerabilis apex præfulgeat & præcellat: vbi ipse vertex & cardo Apostolorum Petrus carnis suæ resurrectionem beatam in nouissimo die expectat. Nimirum solus est ille, pro quo ne deficeret eius fides, dominus & saluator asseruit se rogasse, dicēs: Simon ecce sathan expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quòd haĉtenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius in seculum seculi: sed confirmabit corda fratrum varijs concutienda fidei periclitationibus, sicuthucusque confirmare nō cessauit. hęc ille. Item patet hoc professione octauæ synodi, in qua electus est libellus Adriani papę, qui acceptus est cum omni laude, in quo sic dicitur. Prima salus est rectę fidei regulam custodire: deinde à constitutis Dei & patrum nullatenus deuiare: vnū quippe horum ad fidem pertinet, alterū ad opus bonum. Sicut enim scriptū est: Sine fide impossibile est placere Deo. sic rursus legitur: Fides sine operibus occisa est. Et quia nō potest domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis. Tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo ecclesiam meam. Nec quę dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede Apostolica immaculata est semper catholica seruata religio, & sancta celebrata doctrina. Hæc ibi. Item ipsa synodus octaua acceptans doctrinam & sententiam Apostolicæ sedis, ita inquit. Quoniam sicut prædiximus sequentes in omnibus apostolicam sedem, & obseruantes omnia eius statuta, speramus, vt in vna communione, quam sedes apostolica prędicat, esse mereamur, in qua est vera, & integra, & vera Christianæ religionis soliditas: promittentes etiam sequestratos à communione ecclesiæ catholicæ, id est non consentientes sedi Apostolicæ eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. hæc ibi. Item quòd prædicta promissio Christi. Lucæ. vigesimo secunda. Ego pro te rogaui. & cætera. intelligenda sit de fide Petri pro sede sua, testantur doctores famosiores in ecclesia Dei, qui exposuerunt bibliam. Vnde magnus Albertus super Luc. tractās verbum prædictum ita formaliter dicit: vt non deficiat fides tua, scilicet finaliter. Hic argumentū efficax pro fide Chri, & successore ipsius, qa fides ei⁹ finaliter nō deficiet. Naū. i. nō adij

ciet

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciet vltra vt pertranseat per te belial vniuersus interijt. Item dominus Hyg. cardinalis super eundem locum ait. Argumentum pro ecclesia Romana. Item ad hoc est glo. in capit. quodcunq; 24. quæst. 1. quæ dicit sic. Nisi erraret ecclesia Romana, quod non credo posse fieri: quia Deus non permitteret. hæc glos.

¶In quo rationibus præfatum apostolicæ sedis priuilegiū probatur & confirmatur. Capitu. CX.

SVMMARIVM.

1 *Papæ iudicium in his, quæ fidei sunt, quòd errare non possit, rationibus ostenditur.*

POstquam sacræ scripturę authoritatibus iuxta sanctorū patrum & doctorum expositiones ostendimus Apostolicam sedem in iudicio eorum quæ fidei sunt, & ad salutem fidelium necessaria stante diuina pollicitatione errare non posse: reliquum est, vt etiam ra-
1 tionibus illud confirmemus. ¶Primò sic ex superioribus. Sedis illius iudicium in his quę fidei sunt, credendum est indefectibile, ad cuius authoritatem & magisterium pertinet determinare & definire ea quæ credenda proponēda sunt populo Christiano, symbolum edere, fidei dubia, quę in sacra scriptura emergunt, declarare, & interpretari. hoc patet: imò tanquam primum principium videtur clarissimū: quia aliàs nihil quod illius sedis authoritate & iudicio esset de fide, de condemnatione errorum, de sacramentis, de canonizatione sanctorum, de interpretationibus dubiorum difficilium foret firmum, aut certum sed dubium, aut falsibile, quod inconuenientissimum & periculosissimum in religione Christiana esset. sed Apostolica sedes est, ad quam pertinet determinare ea quę fidei sunt symbolum fidei edere, & dubia in sacra scriptura emergentia interpretari: vt suprà in capit. 107. patet. ergo sequitur, quòd eius iudicium in his, quæ fidei sunt, errare non possit. Præterea confirmatur ista ratio sic. Assensus omnis, qui est circa aliquid cum possibilitate ad propositum, includit formidinē, nec est assensus firmus, nec firmiter quis assentit per illum: quia assentit cum possibilitate ad propositum: vnde firmus & inuariabilis assensus circa aliquid requirit quòd oppositum eius non possit esse verum, sed omnino falsum: propter quod demonstratio, quæ causat assensum inuariabilē, est ex necessarijs, & quæ non possunt aliter se habere. Similiter fides, virtus theologica, est ex necessarijs, & cui nō potest subesse falsum: quia innititur primæ veritati, aliàs nō faceret assensum firmum, & inuariabilem: si ergo sedes Apostolica siue ecclesia Romana, cuius authoritas & principatus in sede apostolica locatus est à Christo in his, quæ fidei sunt, errare posset, & deuiare, tunc credentes illud crederent possibile tamen falsum esse, & non necessariò infallibiliter verum, & per cōsequens cum formidine, & cum dubio erroris possibilis: & ita credentes fluctuarent, & essent dubij in fide, & ita infideles: & sic multa inconuenientia sequerentur, quæ vnusquisq; cognoscere potest. ¶Secundò sic. Illius sedis iudicium, quod nunquā in fide defecit, nec defectuosum est, videtur esse indefectibile iudicium in his quæ fidei sunt: sed sedis Apostolicæ iudicium nunquā in fide defecit, nec defectuosum est. ergo sedis Apostolicę iudicium indefectibile est in his, quæ fidei sunt. Consequentia patet. Maior etiam. Minor vero patet multorum sanctorum patrum testimonijs. Inquit enim Eusebius Papa in capit. in sede. 24. quæstione prima. In sede Apostolica extra maculā semper est catholica seruata religio. Item beatus Sixtus Papa, & habetur in capitul. memor. 24. q. prima. idem testatur dicens. Memor sum me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cuius à domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides nullam hæresim sonet, sed quidē omnes hæreses destruit. Hæc ille. Item beatus Hieronymus. in capitu. hæc est fides. 24. quæstione. 1. ad idem est, ita dicens. Sancta Romana ecclesia, quæ semper imaculata permansit, domino prouidente, & beato Petro opem ferente, in futurum manebit sine vlla hæreticorum insultatione: scilicet prævalente, atque firma, & immobilis omni tempore persistet. Hoc etiam Pelagius Papa in capit. quanuis, distinctio. 21. testatur dicens. Est ergo prima Apostoli Petri sedes Romana ecclesia non habens maculam, nec rugam nec aliquid huiusmodi. Hæc etiam apertissimè testantur authoritates sanctorum patrū positæ in præcedenti capitulo. ¶Tertiò confirmando iam factam rationem sic. Illius sedis iudicium in his quæ fidei sunt est indefectibile, quòd nulla malitia hominum valet extingui: sed sedes Apostolica siue Romana ecclesia

ecclesia nulla hominum malitia valet extingui. ergo sedis Apostolicæ iudiciū est indefectibile. Consequentia est bona. Maior verò manifesta. Minor autem probatur authoritate Pelagij Papæ, qui vt habetur in capitul. pudenda. 24. quæstione prima. ita ait. Cùm ecclesia vna sit, nulla alia esse constat, nisi quæ in Apostolica est radice firmata, & fundata. Et infrà recitans verba Augustini sic subiungit. Sed nullo modo potest dici ecclesia, in qua schisma est: restat vt quoniam ecclesia nulla esse non potest, ea sit, quam in sedis Apostolicæ per successiones episcoporum radice constitutam nullorum hominum malitia, etiam si nota excludi non possit, sed pro temporis ratione tolerāda iudicetur, vllo modo valeat extinguere. hæc ille. ¶Quartò sic. Sedis illius iudicium in his, quæ fidei sunt, est indeuiabile, cui quicunque repugnans quocunque tempore censendus est hereticus: sed quicunque repugnat in his, quæ fidei sunt, Apostolicæ sedi hæreticus est censendus. ergo Apostolicæ sedis iudicium in his, quæ fidei sunt, est indeuiabile. Consequentia videtur bona. Maior patet. Minor verò est beati Hieronymi in capit. hæc est fides. vigesimaquarta quæstione. 1. qui ad Damasum scribens ita dicit. Hæc est fides Papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia, quamque semper tenuimus: in qua si minùs peritè, aut parum cautè fortè aliquid positum est, à te emēdari cupimus, qui Petri & sedem & fidem tenes. Si autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me inculpare voluerit, se imperitum, & maleuolum, vel non etiam catholicum, sed hæreticū comprobabit. hæc ille. Item minor illa probatur authoritate beati Cypriani martyris: qui vt habetur in capit. aduocauit. vigesimaquarta quæstione. 1. dicit sic. Aduocauit ad se Cyprianus episcopū Satyrum, nec vllam putauit veram, nisi vetæ fidei gratiam: percō tatusque est ex eo, vtrum nam de catholicis episcopis esset, hoc est, si cum Romana ecclesia consentiret. hæc ille. ¶Quintò sic. Illius sedis iudicium credēdum est in ecclesia esse indefectibile in his, quæ fidei sunt, à qua quisq; diuisus efficitur extra ecclesiam Dei. sed diuisus ab Apostolicæ sedis iudicio efficitur extra ecclesiam, ergo. & cætera. Consequentia est bona. Maior non indiget probatione. Minor verò est beati Cypriani: & habetur in capitul. qui cathedram. distinctione nonagesimaquarta. Qui cathedram Petri, super quam ecclesia fundata est, deserit, in ecclesia se esse non confidat. Item minor illa est beati Hieronym. in capitul. quoniam vetus orient. vigesimaquarta quæstione prima. vbi scribens Damaso Papæ ita dicit. Cum successore piscatoris & discipulo Christi loquor: ego nullum præuium nisi Christum consequens, beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri communione consentior, super illam petram ecclesiam fundatam scio: quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est: si quis in arca non fuerit, peribit regnante diluuio. Et infrà. Non nouimus Vitalem: Miletū respuo: ignoro Paulinum: quicunque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, antichristus est. hæc Hieronymus. Item eadem sententia colligitur ex capit. schisma. vigesimaquarta quæstio. 1. ¶Sextò sic. Illius sedis iudicium est cēsendum in his quæ fidei sunt indefectibile, ad quod summarum distinctiones causarum, grauioresque quęstiones cuiusmodi sunt quæstiones fidei, sunt referendę, & in determinationem sumpturæ. sed ad Apostolicam sedem sunt omnes causæ fidei referendæ, & diffiniendæ: ergo Apostolicæ sedis iudicium in fide deficere non potest. Consequentia est bona. Et maior est manifesta: quoniam sicut in disciplinalibus fit resolutio vsque ad prima principia, quæ falsa esse non possunt: ita causæ fidei referendæ sunt ad thronū, qui in iudicio suo errare non potest: quia aliàs nihil diffinitum per Apostolicam sedem aut terminatum teneretur firmum, & indubitatū. & ita sequeretur schisma & hæresis inter fideles, & ita fides prima periret. Minor verò patet ex capitu. quotiēs. 24. quæstione prima. vbi ita inquit tex. Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est sui nominis & honoris authoritatem referre debere; veluti nunc retulit vestra dilectio, quòd per totum mundum possit ecclesijs omnibus in commune prodesse. Item eadē sententia est Papæ Pelagij in quadam epistola, in qua in capitul. multis. distinctione decimaseptima. ita inquit. Maiores verò & difficiliores sq̄stiones vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exegit, ad Apostolicam sedem semper referantur. Item beatus Gregorius, & habetur in capitul. præceptis. distinctione duodecima. Nulli dubium est, quòd nō solùm pontificalis causatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum debeat referri, & inde normam assumere, vnde sumpsit exordium, ne caput institutionis

Alij præmium.

Alij communionem confortior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis videatur omitti: cuius authoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ soliditate diuelli. hæc Grego. Idem etiam habetur in ca. maiores extra de bapt. & eius effect. vnde in Chalcedonen. concilio audita epistola, quam Leo papa scripsit Flauiano episcopo, ita declamauerunt. Hæc est patrum fides: hæc Apostolorum fides: omnes ita credimus: orthodoxi ita credimus: anathema est, qui non ita credit: Petrus per Leonem ita allocutus est. hæc ibi. ¶ Septimò sic. Illius sedis iudicium est indefectibile in his quę fidei sunt, cuius sanctiones omnes accipiendæ sunt tanquam ipsius Petri diuina voce firmatæ: sed sic est de Apostolicæ sedis sanctionibus. ergo, &c. Consequentia est bona. Maior est manifesta. Minor verò est in forma beati Agathonis in ca. sic. distin. 19. Ad hoc etiam facit. c. in canonicis. ead. dist. Item Adrianus papa scribens imperatori Basilio dicit sic. Quoniam tranquillissime imperator audistis vocē Dei per Apostolicæ sedis officiū tibi delatam, &c. ¶ Octauō sic. Illius sedis iudicium credendum est in his, quæ fidei sunt indefectibile, ad quod omnes doctores quantumcunq; docti aut sancti dicta sua referūt, & examini, & correctioni submittūtur: sed sedis Apostolicæ iudiciū est huiusmodi. ergo, &c. Consequētia est bona. Maior manifesta. aliàs sancti doctores hoc facientes possent grauiter errare. Minor verò patet ex multis. Primò ex submissione, quam facit beatus Hiero. in ca. hæc est fides. 24. q. 1. de qua suprà. Secundò ex submissione, quam facit beatus August. scribens ad papam Bonifacium libellum, quem cōtra duas Pelagianorum epistolas intitulauerat. vbi ita dicit. Hæc ergo, quæ in istis vt dixi duabus epistolis eorū ista disputatione respōdeo, ad tuam potissimè dirigo sanctitatem, non tam discenda, quàm examinanda: vbi si fortè aliquid displiceat, emēdanda cōstitui. Item idē legimus beatum Anselmum fecisse in epistola de incarnatione verbi. vbi ita scribit Vrbano papæ. Domino & patri vniuersæ ecclesiæ in terra peregrinationis summo pontifici Vrbano Anselmus vita peccator, habitu monachus, debitam subiectionem, &c. Et infrà. Quoniam diuina prouidētia vestram elegit sanctitatem, cui & fidem, & vitam Christianam custodiendam, & ecclesiam suam regendam committeret, ad nullum rectiùs refertur, si quid contra catholicam fidem in ecclesia vt eius authoritate corrigatur: nec vlli alij tutiùs si quid contra errorem respondetur, ostenditur, vt eius prouidentia examinetur: quapropter sicut nulli digniùs possum, ita nulli libētiùs præsentem epistolam, q̄ vestræ destino sapientiæ: quatenus si quid in ea corrigēdum est, vestra censura castigetur: & quod regulam veritatis tenet, vestra authoritate roboretur. hæc Anselmus. Idē beatus Bernardus fecisse legitur: vt patet in cap. præcedenti. Item patet ex his, quæ inducit in fine epistolæ cuiusdam, quam super celebratione conceptionis beatæ virginis scribit ad canonicos Lugdunen. Idem etiam beatus Thomas facit, vt patet in principio glo. continuæ super euāgelia. Hanc etiam obseruantiam reuerentiæ ad Apostolicā sedem quasi omnes doctores scholastici tractatores diuinarum scripturarum legimus tenuisse & tenere, vt omnia dicta sua correctioni Apostolicæ sedis submittant. ¶ Nonò sic. Illius sedis iudicium est in his quæ fidei sunt indefectibile, per quod approbata non licet reprobare, sed ab omnibus sunt reuerenter suscipienda: sed sedis Apostolicæ iudicium est huiusmodi: ergo, &c. Consequentia est bona. Maior etiam patet. Minor verò habetur in ca. Si Romanorum pontificum decreto cæterorum opuscula doctorum approbantur, vel reprobantur, ita quod verè sedes Apostolica approbauit, hodie teneatur acceptum, &c. hæc ibi. Inducit iam hoc glossa in ca. Hæc est fides. 24. q. 1. & in ca. Veniam. 35. q. 9. in fin. ¶ Decimò sic. Illius sedis iudiciū credendum est in his quæ fidei sunt esse indeuiabile, quā omnes sancti sequuntur, & vniuersales synodi amplectūtur & venerantur vt magistram fidei regulā & apicē totius ecclesiasticæ disciplinæ: sed sedes Apostolica est huiusmodi: ergo, &c. Consequentia est bona. Maior videtur clarissima: quoniam aliàs videretur sanctorū patrum fides vacillare, nisi sedis illius magisterium & iudicium in fide firmum esset & inobliquabile. Minor verò colligitur ex Agathonis papæ epistola ad imperatorem Constantinum, quæ lecta in sexta synodo, vt suprà retulimus, acceptata est: in qua post superiora verba ita de sede Apostolica loquens inquit. Cuius authoritatem vtputa Apostolorum principis semper omnis catholica Christi ecclesia & vniuersales synodi fideliter amplectētes in cūctis secutę sunt: omnesq; venerabiles patres Apostolicam eius doctrinam amplexi, per quam & probatissima Christi luminaria claruerunt, & sancti quidem doctores orthodoxi venerati, atque secuti sunt: hæretici autem falsis criminationibus,

nationibus, atque derogationum odijs insecuti. hęc ille. Item in gestis Chalcedonēsis cōcilij sic legitur. Vnde reuerēdissimi episcopi clamauerunt. vt leo sic credimus: qui contradicunt anathema sunt. Leo rectè exposuit. & infrà vniuersi reuerendissimi episcopi clamauerunt: iustæ persuasioni acquiescimus vniuersi: hoc omnes credimus: hoc sequimur: hoc tenemus quod patris omnium nostrum Leonis confessio habet. hæc ibi. Item hoc profitetur octaua synodus: in qua patres lecto decreto à Romano pontifice Adriano eis transmisso ita aiunt. Quoniam sicut prædiximus sequentes in omnibus apostolicam sedem, & obseruantes omnia eius constituta speramus, vt in vna communione, quam sedes Apostolica p̄dicat, esse mereamur: in qua est integra, & vera Christianæ religionis soliditas. hæc ibi. Item huius rei testimoniū faciunt patres in concilio vniuersali Lugdunē. vt habetur in capit. Fideli. de sum. trinit. & fi. cap. lib. 6. in quo sic dicitur. Hoc firmiter tenet, & prædicat, & profitetur, & docet sancta Romana ecclesia inter omnium fidelium & magistra. vnde in cap. Omnis. distin. 22. beatus Ambrosius se in omnibus sequi magistrā sanctam Romanā profitetur ecclesiam. ¶ Vndecimò arguitur sic. Illius sedis iudicium est inobliquabile in his quæ fidei sunt, cuius authoritate & iudicio roborantur & firmantur canones sanctorum conciliorum: sed authoritatē & iudicio sedis apostolicæ firmantur & roborantur canones sanctorum vniuersalium conciliorum: ergo necessariò videtur asserendum, quòd iudicium Apostolicæ sedis in his quæ fidei sunt sit indefectibile. Consequentia est bona. Maior videtur manifesta. Minor patet etiam ex cap. Confidimus. 25. quæstio. 1. §. his ergo. ibidem. & ex cap. Significasti. extra de elect. Patet etiam ex illa laudabili obseruantia sanctorum patrum in concilijs vniuersalibus, qua semper soliti sunt petere confirmationem canonum suorum à Romano pontifice, vtpote à principe totius ecclesiæ: sicut nos in tertio huius operis dante Christo exemplificabimus de multis. ¶ Duodecimò arguitur sic. Cùm impossibile sit sine fide placere Deo. vt inquit Apostolus, sitque fides primum fundamentum totius Christianæ religionis. vt ait Chryso. necesse est vt illa sit stabilis & incōmutabilis sicut firma petra in ædificio ecclesię. vnde supra petram ecclesia dicitur fundata. Matth. 16. & quoniam diuersæ quæstiones insurgunt, & emergunt dubia inter fideles circa fidē & impugnationes hæreticorū, necessarium fuit dare vnum tribunal, siue vnū supremum iudicium notū & certum in ecclesia Dei, & duraturū cum ea vsq; ad consummationē seculi, quādiu scilicet nobis est colluctatio aduersus potestates tenebrarū: ad quod iudicium in omnibus arduis, & maximè circa fidem & doctrinam posset facilè haberi recursus: cuius iudicio & determinationi omnes firmiter parere deberent. Hoc etiam patet: quoniam aliter nulli determinationi, siue diffinitioni, vel declarationi quæ in ea fieret circa ea quæ fidei sunt, firmiter adhæreretur, & ita non videretur ecclesiæ sufficienter fore prouisum in his quæ necessaria sunt ad salutem. cōtra illud. Quid est quod debui facere vineæ meæ. i. ecclesiæ & non feci? sed hoc tribunal, siue supremum iudicium non videtur posse regulariter esse vniuersale concilium. ergo videtur quòd sedes siue cathedra Apostolica sit huiusmodi tribunal, cuius iudicio omnes causæ maiores determinandæ veniant & finiendę in ecclesia Dei, Esa. 5. Consequentia est bona. Maior etiam probata est. Minor verò ostenditur ex multis. Primò, quia multa concilia etiam vniuersalia in his quæ fidei sunt, & necessaria ad salutem erraſſe legūtur, & habuisse iudicia defectibilia: sicut patet de Arimineñ. concilio, quod fuit numerosissimum, vtputa. 810. episcoporum. patet idem de Ephesino secundo, quod Leo papa condemnauit, & in eius correctionem Chalcedonense. concilium instituit. Sedes autem Apostolica nunquā in his quę fidei sunt erraſſe perhibetur, vt sancti patres firmiter ac multipliciter attestātur: sicut superius induximus in hoc capitulo & præcedenti. Dicit etiā Beatus Ambro. super Marc. & habetur in capit. non turbatur. 24. q. 1. Non turbatur nauis, quæ Petrum habet, turbatur autem quæ Iudam habet. Item Augu. in sermone quarto de sancto Petro hanc prerogatiuam Apostolicæ sedis luce clariorē faciens dicit sic. Nauis Petri in altū huius seculi ita natat, vt pereunte mundo omnes quos susceperit seruat illęsos, cuius figuram iam videmus in veteri testamēto. Sicut enim Noe arca naufragante mundo quos susceperat cunctos incolumes seruauit: ita & ecclesia Petri cōflagrante seculo omnes quos amplectitur, reseruabit illæsos. Hæc Augusti. Secundò quòd tribunal præfatum sit Apostolica sedes regulariter, & non vniuersale concilium, ex eo colligitur, q̄ tale tribunal debet esse fixum in ecclesia: & continuè permanens, cū quasi omni die sit necessariū. hoc autem non potest vniuersali cōcilio conuenire:

Hebr. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam rarò,& nō modò nunc,sed etiā antiquo tēpore leguntur celebrata:sedes autem apostolica semper fuit fixa:non enim moritur vt suprà ostendimus: iuxta cap.gratioſē. extra de reſcript. Tertiò hoc idēcolligitur ex illa sanctorum patrū professione catholica, qua super apostolicam sedem dicunt & prædicant ecclesiam esse fundatā, vt Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, quos superius induximus.ergo magis videtur cōgruere dispositioni diuinæ q ecclesia iudicium sumat à cathedra Petri, quàm cathedra ipsa ab ecclesia. Quartò hoc idē colligitur ex eo,q sancti doctores,& canones etiam summarū dispositiones causarum & maximè fidei,ad apostolicā sēdem,vt suprà ostendimus,iuandant esse referendas: nusquam autem mandāt eas ad vniuersale concilium deferri. Quintò,quia quæstio fidei meliùs videtur determinari per principem,qui ecclesiæ præest,quàm per multitudinem:quod sanctus Tho.in.2. 2.q.art.10.in 4.contra gentiles probat ex eo, quia vna de-
1.Corin.1. bet esse fides totius ecclesiæ secundū illud.Id ipsum dicatis omnes, & nō sint in vobis schismata.quæ fidei vnitas seruari non posset,nisi quæstio de fide exorta determinaretur per eum, qui toti ecclesiæ præest,vt sic eius sentētia à tota ecclesia teneretur firmiter. Hæc S. Tho.Hinc beatus Maximus in epistola oriē talibus directa dicit. Omnes fines orbis, qui Deum sincerè receperunt, & vbiq; terrarum catholici Christi fidem consitentur:in ecclesiam Romanorū pontificem tāquā in solem respiciunt:& ex ipso catholicæ & apostolicæ fidei recipiūt veritatem.nec immeritò Petrus legitur primò perfectam fidē esse professus,domino reuelante. Matth.16. Tu es Christus filius Dei viui. vnde & ei dominus dicit. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua. hæc ille. Item Nicolaus papa in epistola,quā scribit Phocio patriarchę,vt habetur in actione quarta octaui concilij œcumenici ad propositū dicit. Quia vniuersitas credentium ab hac sancta Romana ecclesia,quæ caput est omnium ecclesiarū, doctrinam exquirit, integritatē fidei deposcit,criminū solutionē, qui digni sunt & gratia Dei redempti exorant:oportet nos, quibus cōmissa est,sollicitos esse. &c. Item Gelasius papa in epistola ad Anastasiū imperatorē. Vna est Christiana fides, quæ est catholica:catholica autem veraciter illa est, quæ ab omnium perfidorum, atq; ab eorum successoribus consortibus sincera, pura,immaculata communione diuisa est: hoc est quod sedes apostolica magnoperè taxauit,vt quia mundo radix est apostoli gloriosa confessio,nulla rima prauitatis,nulla prorsus contagione macularetur:nā nisi(vt Deus auertat:quod fieri non posse cōfidimus) tale aliquid proueniret,vel cui iam resistere audemus errori,vel vnde correctionem errantibus posceremus? hæc ille. Ex quibus patet, quàm temeraria,quamq; à Christi & sanctorum patrum doctrina aliena assertio aduersariorum sit asserentium apostolicæ sedis iudicium in his,quæ fidei sunt, non esse certum, non esse firmū, sed defectibile, sed deuiabile: & de facto quandoq; deficere, & errare. Qui error pernicioſiſsimus,vtpote qui sedis apostolicæ diffinitiones, fidei declarationes,hæreticorum damnationes,canonum confirmationes,sanctorū canonizatiōes dubias & ambiguas, & per consequens suspectas de falsitate reddens fidem eneruat,& Christianā religionem maculat. Hic error fuit cōmunis omnibus hæreticis, vt depressa apostolicæ sedis authoritate,licētiori prēsumptione,& audacia in suis crassarentur erroribus.

¶ In quo obijcitur contra ea quę dicta sunt tam de infallibilitate iudicij apostolicæ sedis in his quæ fidei sunt: quàm de firmitate fidei semper futura in ecclesia Romana. Capit. CXI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum dicētium, quòd Papæ iudicium in his,quæ fidei sunt,errare posit,recensentur.*

ADuersus præfatam conclusionem quam de priuilegio apostolicę sedis & Romanæ ecclesiæ authoritatibus & rationibus efficaciter firmauimus, est multa turba aduersariorum,& inimicorū apostolicę sedis, qui nitūtur illam multis rationibus impugnare.Et primò nitūtur infirmare fundamenta conclusionis nostræ præfatæ. Primò sic. Quia authoritas illa. *Argumentum primū quod cū sequētibus soluetur. capit. 112. 1*
Luęa.22.in qua Christus oraſſe dicitur ne fides deficeret,non potest de fide personali petri intelligi: quia statim illa defecit in ipso negando Christū. Et si dicatur,q intelligatur de perseuerantia finali petri,non valet:quia dubium est, q talis perseuerantia finalis in fide competat semper alijs summis pontificibus. vnde

vnde videtur, q authoritas illa accipienda sit de fide vniuersalis ecclesiæ quæ nunquā desinit: & non de fide psonali Petri.ergo falsē fundatur in authoritate præfata aliqua firmitas iudicij sedis, aut alicuius ecclesiæ Petri. Con-
Secundum. sequētia videtur bona. ¶ Secundò sic. Authoritas illa non potest intelligi de fide ecclesiæ Romanæ.ergo cōclusio præfata nō hēt firmitatem veritatis. Cōsequentia est bona. Antecedens probatur:quoniam quando Christus dixit illa verba Petro: Petrus non magis erat caput ecclesiæ Romanæ, q Antiochenæ, sed tūc habiturus erat primo sedē in Antiochia, & postea in Roma.cum ergo in prędictis verbis nō plus fiat mentio de Roma,q de Antiochia:quia verba generalia ad omnia particularia æquè se habent:sed verba prædicta non
Tertium. debēt intelligi de Antiochia: quia fides illius ecclesiæ iam defecit. ergo nec de Romana ecclesia debent intelligi. ¶ Tertiò sic. Doctores exponentes verba illa scripturæ non exponūt ea de ecclesia Romana, prout ecclesia Romana est pars distincta contra alias ecclesias: sed exponunt verba scripturæ de materia illa loquentia de ecclesia catholica & apostolica,quæ comprehendit omnem ecclesiam tenentem fidem Apostolorum, siue sit Romæ, siue in Hispania,siue in Gallia.vnde nō dicūt doctores(inquiunt aduersarij) q Romana ecclesia errare nō possit,vel nunquā errabit cōtra fidem:licet aliquando affirment,q nūquā inueniatur errasse secundū se totam,quanuis aliquādo pro maiori parte errauit,sicut tēpore Liberi) postq cōsensit perfidię Arrianorū.
Quartum. ¶ Quartò sic. Illud quod promittitur toti & non alicui parti,non debet attribui alicui parti etiā principali: sed nunquā errare contra fidē toti cōgregationi fideliū promissum fuit à Christo, & nulli parti fuit hoc promissum. ergo non debet hoc alteri ecclesiæ particulari catholicorū attribui: cū ergo Romana ecclesia sit pars ecclesiæ,nō tota ecclesia,nō posse errare cōtra fidem nō est attribuendum ro-
Quintum. manæ ecclesiæ. ¶ Quintò sic. Cū dicis,q Romana ecclesia nō pōt deficere in fide: quæro à te, quid intelligis per ecclesiā Romanā? Aut enim intelligis papā,seu multitudinē Romanorū, siue clericorū, siue laicorū in partibus Romanis degentiū. Et hoc modo non est verū: quia oēs romani habētes domicilia romæ possūnt cōtra fidē errare,sicut & oēs Hierosolymorū errauerunt. Aut vocas ecclesiā romanā clericos titulos habētes in roma.hoc modo etiā non videtur verū, q ecclesia romana non possit errare in fide: qa tales clerici habē tes titulos romæ nō videnē esse magis electi à Deo,q̄ q habuerūt titulos Hierosolymis. sed oēs isti errauerūt ergo. &c. Aut tertiò vocas ecclesiā romanā papam cū cardinalibus, vel Papam solū,vel collegium solū cardinalium. Nec hoc videt verū,q ecclesia romana nō deficiat in fide, imò videtur temerariū dicere,q Papa cū duobus cardinalibus si nō essent plures,nō possit cōtra fidē errare. Aut quartò vocas ecclesiā romanam illos,q tenent fidē,quā apostoli fundauerūt & prædicauerūt romæ: tunc bene verū videt, q ecclesia romana hoc modo sumpta,quæ est ecclesia vniuersalis,errare non possit: sed hoc cū non plus cōprehēdat romanos,q̄ Hispanos,nō est ad propositū. ¶ Sextò sic. Papa pōt errare in fide,& hæ- *Sextum.*
retica pollui prauitate:hoc manifestū est. Tū ratione:q papa cū sit viator,& nō sit per papatū in fide cōfirmatus,pōt errare. Tū authoritate:vt in.c.Si papa.d.40. Tum exēplis:sicut patet de Marcellino & Anastasio secūdo.ergo sequit, q & possit in iudicio errare. & ita non est verū, q iudiciū apostolicæ sedis sit in defectibile & indeuiabile in his quæ fidei sūt. ¶ Septimò arguit. Possibile est, q roman⁹ pō *Septimum.*
tifex incidat in hæresim dānatā,& q talē hæresim diffiniat in iudicio cū cōplicibus suis.ergo apostolicę sedis iudiciū in tali casu errabit in fide. ¶ Octauò arguit de declaratione illa, *Octauum.*
quā Anastasius fecit de qua habet.d.19.in.c. 1.secundū ecclesiæ catholicæ cōsuetudinē in qua quos Achatius post sententiā in se prolatā sacerdotes vel leuitas ordinauerat,Anastasius acceptis beneficijs ritè fūgi debere decreuit. Hæc aūt reſcripta dicit Gratianus illicita, & non canonicè,sed cōtra decreta suorū prædecessorū esse data, & videt apostolica sedes hic errasse. ¶ Nonò arguit ex historia Stepha- *Nonum.*
ni papæ, q collecto cōcilio Formosum papā condēnauit, & oēs ordinationes eius irritas esse decreuit. Et de Iohan.nono, q cōfirmauit ordinationē, & collecta synodo Rauēnæ,synodū,quā fecerat Stephanus contra Formosum reprobauit. ¶ Decimò arguit de Iohāne. *Decimum.*
22.null a videt tergiuersatiōe negari,quin doctrina sua de paupertate Chri & apostolorū eius, & de abdicatione paupertatis omnium temporaliū in speciali & in cōi & de paupertate euāgelica doctrinæ Nicolai tertij, & aliorum summorū potificū dicat aduersari: cū ergo illa ad fidē pertineāt, vel ad bonos mores, notū est, q altera istarū doctrinarū continet sub hæretica prauitate, quodcūq; aūt detur, est cōtra cōclusionē præfatā. ergo. &c. Quòd verò doctrina Iohā. 22. de paupertate Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca

& apostolorũ.&c.aduersetur doctrinæ Nicolai tertij,patet.Nam papa Iohannes.22.in declaratione quadã sua,quæ incipit.Cùm inter nonnullos.declarat primò,q̃ pertinaciter asserere redẽptorẽ nostrũ & dominũ Iesum eiusq; apostolos in speciali nõ habuisse aliqua nec in cõmuni sit hæreticũ.hæc declaratio videtur manifestè repugnare declarationi,& determinationi dñi Nicolai tertij,q̃ in decretali sua, quæ incipit. Exijt qui seminat.quæ declaratio per Bonifaciũ papam est inserta in sexto libro decretaliũ, & ab vniuersali ecclesia receepta.in qua declaratiõe præfatus dominus Nicolaus ita dicit.Porrò cũ ipsa regula expresse contineat, q̃ fratres nihil sibi approprient, nec vinũ, nec aliquã rem:sitq; declaratum per eundẽ antecessorẽ nostrũ Gregorium nonũ, & nonnullos alios hoc obseruare debere tam in speciali, q̃ in cõmuni,quã sic arctã abdicationẽ venenosis obtrectationibus aliquorũ insensata deprauauit astutia: ne fratrum eorundẽ claritas talium imperitis sermonibus laceretur: dicimus, q̃ abdicatio proprietatis huiusmodi omniũ rerum tam in speciali q̃ in cõmuni propter Deum meritoria est, & sancta, quam & Christus viã ostendens docuit, & exẽplo firmauit:quãq; primi fundatores militantis ecclesiæ prout ab ipso fonte hauserunt ita volentes perfectè viuere per vitæ atq; doctrinæ ipsorũ alueos deriuarunt.hæc ibi.Sed huic declarationi,in qua asserere videtur dñs Nicolaus, & diffinire, q̃ Christus,& apostoli perfectionis ostendentes viam non habuerũt aliqua iure proprietatis in speciali,nec etiã in communi,manifestè videtur repugnare declaratio præfata Iohã. 22.ergo.&c.Præterea dominus Iohãnes videtur reuocasse in constitutione sua, quam determinauit dñs Nicolaus tertius, videlicet,q̃ fratres minores in rebus oblatis eis nihil iuris & dominij habent,nisi solum vsumfructũ denudatum ab omni iure & dominio ac proprietate tam in speciali,quàm in communi.

Cõ firmati

¶In quo obiectionibus præfatis aduersariorum respondetur. Capitul. CXII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum circa id quod dicitur de iudicio Papæ,videlicet,quòd in his,quæ fidei sunt,errare non possit,diluuntur.*

2 *Papa quòd errare possit,sed non apostolicæ sedis iudicium, ostenditur.*

PRæfatis aduersariorum obiectionibus non obstantibus, quibus nõ erit difficile respõdere, tenẽdum videtur(saluo semper meliori iudicio) q̃ sicut suprà probauimus, Apostolica sedes,ad quã pro principatus sui sublimitate pertinet quæ ad fidem,& totius Christiani populi doctrinã & religionem spectãt sententialiter diffinire & interpretari,nõ posse errare, attento diuinæ pollicitationis impermutabili decreto in his,quæ de fide tenenda & credenda apostolatus sui iudicio publicè Christiano populo decerneret,siue diffiniret.Tum, quia vt argutum est aliàs non esset firma & indubitata credulitas in his, quæ circa fidem per ecclesiã statuerentur, cũ omnia huiusmodi per Romanos pontifices statuta sint.Tum, quia constat, q̃ authoritate ecclesiæ,quæ maximè in romano pontifice vtpote ipsius ecclesiæ capite & pricipe collata est, libri canonis habent robur.vnde q̃ illis libris sit credendũ firmiter non cõstat nisi per authoritatẽ ecclesiæ.vnde Aug .contra epistolã fundamẽti. Euangelio nõ crederẽ,nisi authoritas ecclesiæ catholicæ me moueret credere, q̃ ecclesia in electione sacræ scripturæ canonicè fuerit spiritusancto directa. ergo similiter credendũ est,q̃ romanus põtifex in iudicio eorum,quæ fidei sunt,spiritusancto regatur,& p cõsequẽs in illis nõ erret:aliàs posset quis eadẽ facilitate dicere, q̃ erratũ sit in electione quatuor euangeliorũ & epistolarũ canonis,& in approbatione vniuersaliũ conciliorũ & aliorũ librorum doctorũ,approbando aliquos,& aliquos reprobãdo:quod tñ vt patet.d.15.per romanos pontifices.ſ. Gregoriũ & Gelasiũ determinatũ legitur: & ita nulla fides maneret certa credendorũ, quo nihil periculosius,aut etiã absurdius posset in Christiana religione excogitari.Nõ ergo videtur, q̃ romanus põtifex in his, quæ apostolatus sui iudicio credẽda fide aut detestãda diffinit aut iudicat errare possit. Quare dicẽdũ est ad rationes in oppositũ. ¶Ad primã cùm dicit, q̃ authoritas illa Luc. 22. Ego pro te rogaui. &c.non accipiẽda venit de fide Petri,respondetur q̃ hoc falsum est:quod patet manifestè tam ex ipsis dñi saluatoris verbo, q̃ ex sanctorũ patrũ & doctorũ expositionibus.Ex textu quidem euangelij patet: ait enim Christus ad Petrum. Ego pro te rogaui Petre. Ecce q̃ dicit pro te in speciali: vt nõ dficiat fides tua. Ecce q̃ dicit fides tua: & tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos.Clarũ est autẽ,q̃ pro illius fide psonali rogabatur, q̃ post lapsum conuersus confirmare iubet fratres suos. hic aũt Petrus erat, & nõ alius : nec congregatio ipsa vniuersalis ecclesiæ: qa verba illa nõ possunt adaptari illi.Tum,qa fides illius nõ deficit.Tum,qa ipsa non dicitur aliquãdo cõuersa.Tũ, quia ipsa nõ dicitur propriè fideles in fratres habere,sed potiùs in filios.Quod verò aduersarij dicunt,q̃ fides Petri statim defecit: respondeẽ,q̃ si ad horã defecit,non tñ finaliter:& hoc est quod Christus rogauit.vnde nõ dixit ei dñs.Ego pro te rogaui Petre vt nõ neges, seu vt non cadas, sed vt nõ deficiat fides tua,scilicet finaliter. vnde Beda in gl.non dicit,non tenteris, sed non deficiat fides tua:vt post lapsum negationis,ad pristinũ statũ pœnitendo resurgas.hæc ille . Hoc etiã innuitur manifestè in verbis sequẽtibus saluatoris, cũ ait. Et tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos.in quo casu manifestè innuit saluator,q̃ aliquando Petrus erat casurus,siue negatur*: non ergo rogat ne caderet, sed ne in casu maneret: quod ipsius rogatu adimpletum est,q̃ postea nunquã ampliùs cadat.Et ita patet ex ipso euãgelij textu & saluatoris verbo, quod ad literã loquitur dñs de fide personali Petri. Hoc etiã apertissimè ostenditur ex sanctorũ patrum expositionibus,quas induximus suprà in.c.109. Vnde Leo Papa exponẽs textũ hunc sermone secũdo consecrationis suæ ita inquit. Specialis cura à dño Petri susciꝑitur, & pro fide Petri propriè supplicatur, tanquã aliorũ status certior sit futurus,si mens principis victa non fuerit:in Petro ergo omniũ fortitudo munitatur.&c.Ecce testimoniũ clarissimum huius quod diximus.Quod verò consequenter dicũt aduersarij, q̃ expositio data de fide personali finali Petri non valeat:quia (vt aiunt) fides psonalis in alijs pontificibus succesſoribus Petri nõ sẽper habuit,aut hẽt finalem in fide perseuerãtiã, est stultum dictũ: quoniã textus præfatus de personali fide Petri loqtur,non de fide psonali aliorũ pontificum.Pro quo notandũ, q̃ Romanus põtifex succedit beato Petro, non in gratijs & prærogatiuis personalibus,sed in sede,& officio põtificatus,& p consequẽs in priuilegijs sedis & officij. Habuit autẽ Petrus priuilegiũ post resurrectionẽ Christi,vt in fide finaliter nõ deficeret,siue erraret:& nõ solũ ipse hoc habuit sed etiã cæteri apõstoli, qui cũ Christo manserũt.vnde vt dicit beatus Chrys.q̃ pro omnibus etiam rogauit,cũ ait Iohan.18.Pater sancte serua eos in nomine meo. Vnde cõmunis doctrina sanctorũ habet,q̃ oẽs apostoli confirmati fuerint post resurrectionẽ . Vnde gl. super illud.psal.74. Ego cõfirmaui colũnas eius.dicit sic. Quæ in passiõe nutauerũt .i.apostolos,qui cõfirmati sunt in resurrectione.In hoc aũt priuilegio Romanus pontifex non succedit Petro,sicut nec alij episcopi alijs apostolis.Et ideo quod aduersarij inducunt de fide aut oratione personali Romanorũ põtifex,nõ facit ad propositũ. habuit autem amplius singulariter Petrus super oẽs alios apostolos:vt priuilegiũ non errandi in fide se extenderet ad sedẽ,siue cathedram eius,ita q̃ in cathedra sua semper catholica vigeret doctrina,& in sede sua iudiciũ in his,quę fidei sunt, ab omni macula erroris esset alienũ:prout superius multis sanctorũ patrum sententijs firmauimus. Hæc autẽ prærogatiua non est data sedibus aliorũ apostolorũ: quoniã omnes aliquo modo verecũdatæ sunt:sicut patet de Achaia, vbi prædicauit beatus Andreas:de Asia,vbi prædicauit Iohãnes euangelista:de India,vbi Thomas:de Ethyopia, vbi Matth. de alia India,vbi beatus Bartholomæus: de Hierosolyma,vbi Iacobus. Omnes istę quasi fundus defecerunt à fide:sola Romana ecclesia immaculata ꝑmanet,& opitulante Deo ꝑmanebit semper. ¶Ad secundã obiectionẽ, cùm dicitur,q̃ prædicta authoritas non põt intelligi de ecclesia Romana.&c.respõdetur negando hoc assumptũ, quoniam falsum est.Et ad probationẽ,cũ dicitur,q̃ quãdo Christus dixit illa verba Petro Petrus non erat magis caput Romæ.&c. respondetur, q̃ probatio illa nulla est:quoniã licẽt Petrus tunc nullius ecclesiæ caput actu esset, sed esset bene futurus caput:nihilominus quãdo Christus orauit ꝓ fide Petri,orauit pro fide ecclesiæ suæ quæcũq; futura esset,cui Petrus tanquã princeps & caput præesse deberet. Vnde cũ Petrus præsedit ecclesię Antiochenæ,ecclesia Antiochena habuit eam prerogatiuã:cũ verò Petrus inde transtulit sedem suã,translata est in ecclesiam Romanã dicta prerogatiua, quæ sedem ipsam Petri diuina prouidentia disponẽte interuenientibus ipsius beati Petri meritis inseparabiliter sequitur,& concomitatur. Vnde beatus Leo in sermone secundo consecrationis suæ ita inquit.Manet ergo dispositio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine perseuerãs,suscepta ecclesiæ gubernacula nõ relinquit:sic enim est ordinatus,vt antè petra

Ad primũ.

Ad secundũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatur,dum fundamentū pronūtiatur, dum regni cælorū ianitor cōstituitur, dum ligādorum soluendorūq; arbiter ad mansurā etiam in cælis iudiciorū suorum diffinitionē præficitur, qualis ipsa mihi esset societas per ipsa appellationū eius mysteria nosceremus.& infrà. Si quid itaq; à nobis rectè agitur,rectéq; discernitur: si quid à misericordia dei quotidianis supplicationibus obtinetur,illius est operum atq; meritorū,cuius in sede viuit potestas,&excellit authoritas.Hoc enim obtinuit dilectissimi illa confessio,quæ à Deo patre apostolico inspirata cordi omniū humanarū operationum in terra transcendit, & firmitatem,quæ nullis impulsionibus quateretur, recepit. hæc ille. Item Nicolaus papa ad Michaelem Imperatorē sic scribit. Petrus cōfirmatę Petrę,quæ Christus est,structuram vniuersalis ecclesiæ incōcussam, & fide clarè soli datam ita precibus suis munire non cessat,vt errātium vesaniā rectę fidei norma reformare festinet,vt non intrepidè eam consolidantes remunerare procuret, quatenus portæ inferi malignorū spirituū suggestiones,atq; hę reticorū impetus non prævaleāt eiusdē ecclesiæ vnitatē infringere.¶ Ad tertiam obiectionem cū dicitur, q doctores exponētes verba illa Christi non exponunt ea de ecclesia Romana. &c. respondetur negādo hoc tāquam falsum, & iniquū: quod patet ex testimonijs superiùs inductis pro veritate conclusionis sanctorū patrū, scilicet Cyrilli,Chrysostomi, Hieronymi,Leonis,Agathonis,Bernardi,Anselmi,Alberti magni,sancti Thomæ,& aliorū plurium doctorū: omnes enim isti loquuntur de ecclesia Romana prout est pars distincta tanquā caput & magistra contra alias ecclesias.¶ Ad quartā obiectionē cùm dicitur:illud quod promittitur toti & nō parti.&c. respondetur negādo q non errare contra fidē, non sit promissum ecclesiæ Romanæ.hoc enim falsum est, vt iam ostendimus in responsione ad secundā. Vnde beatus Cyrillus,vt suprà induximus,ita ait.Secundū hanc dñi promissionem ecclesia apostolica Petri ab omni seductione & hæretica circūuentione immaculata manet super oēs postpositas. &c.vt suprà.¶ Ad quintā cùm quæritur quid vocatur ecclesia Romana,cùm dicitur q in fide errare non possit. Respondetur in primo,q non accipitur hīc ecclesia Romana ita extenso vocabulo pro fidelium illorū cōgregatione,qui tenent fidē,quam apostoli romæ prædicauerunt.iste enim modus vocādi ecclesiā Romanam videt esse improprius. Tum,quia alibi,q Romæ apostoli prædicauerūt fidem, quā fideles per orbē dispersi tenēt,& obseruāt. Tū, quia cōfessio etiā ipsa fidei,qua Petrus Christum Deū & hominē cōfessus ait: Tu es Christus filius Dei viui. &c. super quā dicit Chr̄s ecclesiā suā ædificasse,nō primo Romę,sed in Cęsarea Philippi facta est,vt dicit Matth. 16. Secūdò dicitur, q ecclesia Romana,in qua religio Christiana à tēpore epostolorū Petri & Pauli semper immaculata dicit perstitisse,& vsq; in finē seculi debere pśistere, vocat congregatio populi fidelis romani cū suo pastore.Quod verò dicit ex aduerso,q oēs romani possunt errare, sicut oēs hierosolymitani.Respondeō q hoc falsum est.hęc enim gratia data est ecclesiæ romanæ, quæ nō fuit data Hierosolymitanę.de qua gratia Agatho papa in suggestione,quā Cōstātino Imperatori scripsit,ita dicit. Hæc apostolica Chr̄i ecclesia p Dei omnipotētis gratiā à tramite apostolicę traditionis nunq̄ errare perhibeī. &c. vt superiùs est inductū. ¶ Ad sextā obiectionem, in qua arguit: Papa pōt errare in fide tenendo malam opinionē circa ea quę fidei sunt,ergo similiter pōt errare in iudicio, malè sentētiando de fide.respondeō negando consequentiā: quia licèt primū sit possibile, secundū tū nō. Et ratio diuersitatis est: qa assistētia spūs sancti ,promissa à Chr̄o,nō respicit personā papæ, sed officiū,siue sedē,& ideo cū opinari sit personæ,iudicare verò sit officij,licèt esset possibile papā malè opinari,errare tamen sentētiando in iudicio de his, q̄ sunt fidei, nō est possibile, stante diuina promissione.Pro quo notandum cū S. Tho. in quodlibeto octauo:in quo quęrēs vtrū oēs canonizati per ecclesiā sint in gloria vel aliqui eorū sint in inferno: dicit, q aliquid pōt iudicari secundū se consideratū,quod relatū ad aliquid extrinsecū,impossibile inuenitur. Dico ergo, q iudiciū eorum , qui præsunt ecclesiæ pōt errare in quibuslibet , si personæ eorū tantū respiciantur. Si verò cōsideretur diuina prouidentia,quæ ecclesiam suā spiritu sancto dirigit, sicut ipse Christus promisit, Docebit vos omnem veritatem.scilicet necessariā ad salutem:certū est, q iudicium ecclesiæ vniuersalis in his,quę ad fidem pertinent , errare est impossibile.vnde magis standum est sententiæ papæ quam de fide in iudicio profert,quàm quorūcunq; hominum sapientū inscripturarū opinionibus. Nam & Caiphas cū esset pōtifex,licèt nequā prophetauit.Iohann. 11. hæc sanctus Thomas. Planè huiusmodi dignitates in ecclesia sicut multum tributum est eis honoris & reuerentiæ, ita plurimū virtutis fortitæ sunt,& gratiæ singularis.vnde Chrysostomus,super illo verbo Ioh. 11.valde pulchrè ad propositū loquitur. Vide inquit quanta pontificalis potestatis sit virtus:quia enim qualitercunq; dignus effectus est pontificari, & si indignus existēs ore prophetauit,nesciens quid dicebat:ore enim illius solū vsa est gratiā spiritus sancti:cōtaminatum autē eor non tetigit. & infrà. Vides quanta spiritu sancti virtus à mente pernicioſa voluit verba proferri prophetiæ plena magnæ & mirabilis .Item beatus Aug. hunc locum tractans libro quæstionū vete. & no. testamenti.& habetur in cap.dictū est à dño. 1. q. 1. ita ad propositum loquitur. Quanta autē sit dignitas sacerdotalis ordinis, hinc aduertamus.dictū est autem de nequissimo Caipha interfectore inter cætera. hoc autem à semetipso non dixit:sed cū esset princeps sacerdotū illius anni,prophetauit:per quod ostēditur, spiritū sanctum gratiarū datorem non personam sequi,aut digni, aut indigni,sed ordinem traditionis. Vbi cęterū in hoc loco bene aduertendū, q non dicitur, q Papa errare nō possit,aut malè sentire,aut iudicare in his quæ fidei sunt:cū error,vt dicit Aug. nihil aliud sit,q̄ pro vero approbare falsum:sed dicitur,q sententia, quā in iudicio Romanus pōtifex profert,in his,quæ fidei sunt,errare non possit, aut q sedis Apostolicæ iudiciū, quod idem est,errare non possit.Ita enim loquitur Hieronymus in cap. Hæc est fides.24.q.1. cū ait. q si apostolatus tui iudicio. &c. Eodē modo loquitur S. Tho. in præfato quodlibeto , cū dicit,q magis standū est sententiæ papæ quā de fide in iudicio profert , q̄. &c. Hinc etiam Agatho papa in cap.Sic.d.19.inquit.Sic oēs Apostolicæ sedis sanctiones accipiendę sunt tanquā ipsius diuina voce Petri firmatæ. Super quo dicit Archi. Cautè dicit , apostolicæ sedis,& non dicit apostolici. Sedis autē apostolicę sanctiones,siue sententia in iudicio ,prolata à Romano pontifice intelligitur, nō quę occultè,malitiosè, aut incōsultè per solum romanum pōtificem,aut etiam,quæ per ipsum cum paucis sibi fauentibus alijs in fraudē cōtemptis siue nō vocatis ad partem profertur: sed quæ à romano pontifice, qui maturo & graui virorū sapientum, & maximè dominorum cardinalium primo concilio digesta & maturata sancitur,& profertur.Nā vt ait Albertus magnus in quæstione de iustitia & legibus habentibus authoritatem secundū cōsulta sapientium est determinare,& interpretari,vel exponere:& q ita sit in rebus arduis, dicitur ab apostolica sede emanare , secundū illud , quod beatus Greg.ait in.c. apostolicæ sedis.35.q.9. Apostolicæ sedis sentētia tanta semper consilij moderatione cōcipitur,tanta patientiæ maturitate decoquitur, tantaq; deliberationis grauitate profertur,vt nec mutari necessariū ducat,nisi fortè sic prolata sit,vt retractari possit.&c. Quibus omnibus cōsideratis: videlicet infallibilitate diuinæ promissionis,efficacia orationis Christi , meritorum affluentia beatissimi apostoli Petri,& maturitate cōsilij, q in huiusmodi arduis materijs, quæ fidem tangunt cum dñis cardinalibus, & aliis doctis patribus Romanus ponti.semperhabet,sine dubio tenēdū est hoc,quod de Apostolicæ sedis iudicio dictū est , videlicet, q in his , quæ fidei sunt, deficere non possit. ¶ Ad septimam obiectionē cùm arguitur de papa facto hæretico & deficiente pro hæresi sua,dupliciter respondetur.Quidam enim volunt dicere, q casus non est possibilis quo ad hoc, q papa possit diffinire hæresim. Dicunt enim q in hoc casu Deus non permitteret eū diffinire hæresim, aut aliquid contra fidē,sed prohiberet eū aut per mortem,aut per aliorū fidelium resistentiā,aut per aliorū instructionē,aut per internā inspirationē, aut per alios modos,secūdū quos Deus ecclesiæ sanctæ & fidei veritati multipliciter prouidere pōt.ad hoc inducunt exēpla aliqua.Primò de Balaā propheta malo:cū non minoris curæ sit Christo de vitanda maledictione infidelitatis , q̄ de maledictione verbali prophetæ talis à populo Iudæorum.sed Deus sic prouidit illi populo vt patet Nu. 22. q malus propheta veniēs ad maledicendū populo Iudęorū prohibitus est à Deo , sic q non potuit maledicere populo , quē Deus benedixerat. ergo multò fortiùs si papa esset hæreticus propter immutabilem veritatē fidei datam à Deo toti ecclesiæ, nō permitteret eum dñs determinare hæresim, aut errorē cōtra fidem, sed prohiberet aliquo dictorum modorū.Secundū exemplū de Caipha, qui nesciēs propheтauit ob dignitatem pontificalē: multò magis credēdus est Romanus pontifex prohiberi,ne errorem determinaret, tam propter dignitatem pontificalem, q̄ propter honorē Dei,& salutē populi Christiani. Tertium etiā hīc inducunt exemplum de Anastasio, qui licèt voluerit reuocare Achatium, non tamen potuit, quia diuino nutu percussus est:vt in cap. Anastasius.& in glo.d.19. Nobis autem aliter videtur dicēdū, videlicet, q ratio illa non sit ad propositū nostrum:quia si Romanus pontifex efficitur hę

Ad tertium

Ad quartū.

Ad quintū.

Ad sextum.

Iohann. 14

Ad septimū

Universidad de Deusto
Biblioteca

reticus,ipso facto quo cadit à fide Petri,cadit à cathedra & sede Petri:& per consequens iudicium,quod faceret talis hæreticus,non esset iudicium apostolicæ sedis,imò nec iudicium alicuius authoritatis est dicendũ,aut momenti: quia cũ per hæresim cecidisset à prælatione,per consequens authoritate iudicandi priuatus esset.vt in.c. Nouatianus.24.q.1.&.ca. Factus.7.q.1.& extra de offi.vica.ca. Nos.in tex.& in glo.Prælatio autẽ,vt ait Archidiac. in cap. Quanuis. d. 21. consistit in tribus. In iudicijs.vt in capi.inferior.in præceptis.vt in cap.Nunc autẽ.in sententijs.vt in ca.Deniq;. ea.dist.Et ita patet, q obiectio illa aduersariorum nulla sit.¶ Ad octauã obiectionem cũ dicitur & arguitur de declaratione facta per Anastasium:respondetur,q falsum est,q declaratio præfata nõ fuerit canonica,& vera.Pro quo notandũ,q circa hanc materiã, quæ tangitur in prædicta declaratione,scilicet an hæretici & præscisi vera sacramenta conferant, sunt quattuor opiniones, sicut tangit magister sententiarũ in.4.d.24. & sanctus Thom. Prima, q hæretici & præscisi non conferunt sacramenta:sed ista opinio non tenetur. Alia opinio est dicentiũ,q conferunt,sed promoti non recipiunt.hæc opinio etiã nõ tenetur. Alia opinio est dicentium, q possunt conferre,dum tamẽ ecclesiæ formã seruent,& intentionem:& quantũ ad primum effectũ,qui est collatio sacramenti,& quantũ ad vltimũ,qui est collatio gratiæ: sed hæc opinio etiã stare non potest:quia ex hoc,q aliquis cõmunicat hæretico præscisо ab ecclesia in sacramentis peccat,& ita fictus accedit,& per consequens gratiam consequi non põt,nisi forte in baptismo in articulo necessitatis. Alia opinio est, q hæretici vera sacramenta conferunt,sed cũ eis gratiã non dant: non propter ineffaciã sacramentorũ, sed propter peccata recipientium ab eis contra ecclesiæ prohibitionem. Iste verò Anastasius in hac sua declaratione quantũ colligi potest ex forma & serie literæ, quicquid dicat Gratianus,non videtur aliud dicere,nisi quod dicit ista quarta opinio,videlicet, q præscisi ab ecclesia etiã vera sacramenta cõferãt, & hoc generaliter quo ad omnes: quantum autẽ ad effectum gratiæ contrariũ est de his,qui impedimentũ gratiæ siue obicẽ non præstarẽt.Quod verò talis fuerit opinio huius Romani summi pontificis in hoc cap. & verum dicat,patet ex his, quæ inducuntur in glo.secundũ Hug.glossa autem sic ait. Varijs modis ponitur casus huius ca. Gratianus inducit quasi sit abrogatum, & Maldensis cõ sentit cum eo,& omnes,qui dicunt veritatem sacramentorum non esse apud hæreticos, vt 24.quæst.1. schisma. & 1.q.1.extra ecclesiã. Hug.dicit q nec cap.est reprobatum, nec author pro his quæ continentur,hic cõdemnatus fuit: quia nihil hic continetur, quod non canonicè dicatur. &c. Idẽ dicit dominus Archidiaconus. §. Quod verò. Imò dicit, q ipse Gratianus fuit opinionis illius, q vera sacramenta non essent apud hæreticos, quod falsum est:& ita verè videtur errasse, & nõ Anastasius in illo. Vnde Gratianus cum ait in.§. præcedenti,q hoc est, quod dicitur,q decretales epistolæ sunt paris authoritatis cũ canonibus,siue quòd semper sunt accipiendæ:intelligendũ sit de his sanctionibus,vel decretalibus epistolis, in quibus nec præcedentium patrum decretis, nec euangelicis præceptis aliquid contrarium inuenitur,videtur malè dicere in duobus. Primò, vt dicit, Archidiaconus,in hoc,q videtur innuere,q papa nõ possit facere contra decreta prædecessorum suorum:quod non est verũ.de consti.cap.1.libr. 6.Secundò in hoc,quod præsupponit, quòd à sede apostolica possent emanare epistolæ decretales præceptis euangelicis contrariæ: quod est falsum, iuxta prædicta, & expressè contra ca.Sic.dist.19.¶ Ad nonam obiectionem, quæ sumitur de factis Formosi papæ & Stephani papæ:respondetur,q obiectio illa non militat contra propositum: quoniam altercatio illa non fuit in materia fidei,aut circa ea,quę sunt necessaria ad salutẽ,sed in quibusdam mũdanis processibus,& iudicijs. Vnde papa Formosus cũ esset cardinalis, degradatusque fuisset vsq; ad habitum laicalem,& iurasset nec ad episcopatum, nec ad Romam se reuersurum, Stephanus.6.papa credens,q talis non potuisset reassumi ad papatum,nec per consequens esse verus papa, condemnauit eum,& ordinationes eius,& sententias decreuit per consequens irritas esse. Successor verò,scilicet Iohannes nonus, credens præfatum Formosum non obstantibus illis verum fuisse pontificẽ, confirmauit ordinationes illius, & gesta contra illum in concilio Rauẽnæ reprobauit. Ista erant in facto: non erat materia fidei.in illis enim quæ sunt facti, ecclesia errare potest:vt dicit sanctus Thom. tam in quotlibeto.8.quàm in quarto sententiarum.distinctio.41.vbi ait,q quanuis ecclesia dono & authoritate diuina fulciatur,tamẽ inquãtũ est hominũ congregatio,aliqd exdefectu humano in actib9 suis ꝓuenit,qd nõ est diuinũ.¶ Ad decimã obiectionẽ,quę sumitur ex

Ad octauũ.

Ad nonam.

Ad decimũ.

ex declarationibus Iohãnis.22. quæ videtur cõtraria declarationi factę per dñm Nicolaũ tertium:respõdetur,q in veritate non opponũtur:imò declaratio Iohan.22. optime stat simul cũ determinatiõe Nicolai.Pro quo notandum,q diligẽter perscrutati textũ euãgeliorũ cum expositionibus sanctorũ patrũ & doctorũ catholicorũ duas paupertates legimus Christum ordinasse congruẽtes diuersis exercitijs perfectorũ.Vnam videlicet & primam pro illis, qui prædicaturi mittẽdi erant in Iudæã ad annũtiandum aduentum regis: quæ est,nihil proprių habere sub cęlo,nec in speciali, nec in cõi.de qua dñs mittẽs discipulos ad prędicandũ Matth. 10.dicit sic.Nolite possidere aurũ, nec argẽtum, nec pecuniam in zonis vestris:nõ peram, nec duastunicas, nec calceamenta,neq; virgã:dignus est enim operarius cibo suo. hæc ibi. Hoc autẽ Christus præcepit, vt ait Hieronymus in glos. ne causa lucri,& non causa salutis prædicare viderentur.Item glo.super illud. Dignus est enim operarius,&c.dicit sic. Ecce quare præcepit nihil ferre:quia omnia debentur eis. Et gossa Lucæ.10.dicit. Ecce qui saccum & peram prohibuit, sumptus ex prædicatiõe cessit.De Christo etiam dicitur Matth.8. Filius hominis non habet vbi caput reclinet. glo.inquit Hieronymi.Quid me propter lucra seculi vis sequi, cũ ita pauper sim, vt nec hospitiolum quidem habeam,nec necessario vtar tecto? Secũda paupertas est pro illis,qui fixi erant mansuri in congregatione: & ista est nihil habere in proprio,sed bene in communi.de qua Act.4.sic dicitur. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia.vbi glo.Bedæ pulchrè ita ait. Qui ita vinũt,vt sint omnia cõmunia in domino,cœnobitæ vocãtur:quæ vita tãtò felicior,quantò statum futuri seculi imitatur, vbi omnia cõmunia: quia Deus est omnia in omnibus. hæc ibi.Ergo Christus volens vtranq; approbare paupertatem, aliquãdo tenuit primam, nihil penitus habens, nec in speciali, nec in communi viuẽs,tantùm ex his, quæ deuotæ fœminæ sequẽtes eum administrabant ei, & Apostolis.vt habetur Lucæ.8.super quo verbo ita dicit glossa,& creditur esse Bedæ.Antiquus mos erat Iudæorum,nec ducebant in culpã, vt mulieres sua substãtia pascerent & vestirẽt doctores: quia verò in gentibus hoc poterat facere scandalum, Paulus memorat se abstinuisse. Ministrabãt ergo domino carnalia, cuius metebant spiritualia,vt formam daret prædicatoribus:qa victu & vestitu debent esse contenti.hæc glossa. Secũdam autem paupertatem approbauit aliquando & verbo & exemplo.verbo.vnde Lucæ.22.inquit Apostolis.Quando misi vos sine sacculo,& pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt,nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram,&c. vbi glos. interli.dicit: In hoc quoq; nobis datur exẽplum,vt nonnunquam causa instãte de nostri propositi rigore sine culpa intermittere possim9. Ex qua glo.manifestum accipitur argumẽtum, q illud præceptum Matth. 10.de non portando aurum & argẽtum,&c. super quo fit dispensatio,non pertinet essentialiter ad perfectionem vitæ spiritualis:quia in tali non haberet locum dispensatio:quod multùm militare videtur cõtra fratricellos.Præterea etiam Christus exemplo firmauit præfatam paupertatem habens loculos, in quibus seruabantur ea,quæ ei dabantur,ad sui, & eorum necessitates subleuandas. de quibus Iohann. 13.vbi sic habetur.Christus dixit Iudæ,Quod facis, fac citiùs.hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerat: & quidam putabant quia loculos habebat Iudas, q dixisset ei Iesus,Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum:aut vt egenis aliquid daret. Super quo dicit beatus Augustinus super Iohan. & habetur in cap.Habebat. 12. quæst. 1. Habebat ergo & dominus loculos à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigẽtibus tribuebat.Tunc primùm ecclesiæ pecuniæ forma est instituta, vt intelligeremus quod præcepit non cogitãdum esse de crastino,non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruaretur à sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur,& propter inopię timorẽ iustitia deseratur. hæc Aug. Itẽ idem Augustinus,& habetur in.c.Exemplum.ead. cau.&.q. Exemplum dñi accipite conuersantis in terra: quare habuit loculos, cui angeli ministrabant,nisi quia ipsius ecclesia loculos habitura erat? Non potest autem dici, quòd hic paupertatis modus perfectis non conueniat, tanquam habere aliqua in communi deroget euangelicę perfectioni.patet tam ex eo,q Christus pfectissimus,& Apostoli eius sanctissimi eã obseruauerunt, & obseruandã ecclesiæ reliquerunt, iuxta iam dicta B. Augustini.Tum patet ex cõi obseruãtia omniũ sanctarum religionum Basilij, Augustini,Benedicti, quæ omnes aliqua habent in communi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

muni. Tum patet ex declaratione, quã Grego. 9. in quadam decretali sua facit extra de excess. præla. ca. Nimis iniqua. vbi expresse asserit fratres prædicatores, & minores in altissima paupertate Christo pauperi famulari: & tamen constat ipsos prædicatores habere aliquid in cõmuni, etiam quo ad proprietatẽ aliqua, quod eorum regulæ & statui non repugnat. Hoc etiam Alexãder quartus in condemnatione libelli cõtra statum prædicatorum & minorũ videtur sensisse in quo loquẽdo de dictis fratribus ita subiũxit. Cùm insuper ijdem fratres omnia propter Deũ reliquerũt exilia, vitæ subsidia mẽdicãtes, ipsum Christum imitentur pauperẽ, perfectionem euangelicã amplexãdo. Propter quod euidẽter patet eos non solùm in statu saluãdorum existere, sed etiã perfectorum: & per suæ religionis obseruãtiam, quæ quidem ipsius perfectionis euãgelicæ tenet formã in æternæ retributionis præmio præcellẽtem gloriã promereri. hæc ibi. Vbi quidem expresse dicit, prædicatores Christum pauperem imitari, ipsiusq; perfectionẽ euangelicam amplexari, & in statu existere perfectorum: quodque ipsius religionis obseruãtia perfectionis euãgelicæ tenet formã: & tñ constat ipsos habere posse quo ad proprietatẽ aliqua iuxta eorum regulam in cõmuni. Et ita patet, q̃ habere aliquid in cõmuni, non derogat perfectioni euangelicæ. Quod etiã sanctus Tho. determinat in. 2. 2. q. 188. art. 7. inducens illud Prosperi de vita contemplatiua. & habetur in. c. expedit facultates ecclesiæ possidere, & proprias perfectionis amore contemni. & infrà. Quo facto satis ostenditur & propria debere propter perfectionem contẽni, & sine impedimento perfectionis posse ecclesiæ facultates, quæ sunt profectò communes, possidere. Attento ergo, q̃ Christus has duas paupertates, & vtraslq; euangelicæ perfectionis diuersis tẽporibus docuit verbo & firmauit exemplo patet, q̃ declaratio Iohãnis. 22. non contradicit declarationi domini Nicolai tertij, sed stant bene simul ad diuersa tempora dicta eorum referẽdo. Vno enim tẽpore Christus & Apostoli nihil habuerunt in speciali, nec in cõmuni, à mulieribus, quæ Christum sequebantur, necessaria sumentes, vt dicit dominus Nicolaus papa. Alio verò tempore habuerunt in cõmuni aliqua, vt puta loculos, sicut dominus Iohannes papa. 22. Et ita patet quid dicendum sit breuiter ad dictam obiectionem, inquantum spectat ad præsentem locum. Quod verò secundo loco de eodem Iohannis verbo inducitur, q̃ reuocauerit q̃d Nicolaus determinauit, dicimus, q̃ nõ est verum, q̃ dominus Iohã. reuocauerit: sed bene declarauit id quod dñs Nicolaus dixerat, videlicet, q̃ fratres minores in rebus oblatis eis nihil iuris & dominij habent nisi solum simplicem vsumfructum denudatũ ab omni iure & dominio atq; proprietate tam in speciali q̃ in communi debere intelligi in rebus, in quibus vsus potest separari à dnio & proprietate, sicut sunt res immobiles, & multæ mobiles: non autẽ in rebus, quæ vsu consumũtur. Et declarat, q̃ dominus Nicolaus intelligit, q̃ fratres minores in rebus, quibus vtuntur, habent ius vtendi. Et certè absq; præiudicio domini Nicolai dominus Iohannes. 22. potuit hoc declarare. Tum, quia dominus Nicolaus in sua constitutione expresse dicit, q̃ in dubijs, quæ circa determinata per eum occurrerent, habeant dicti fratres recurrere ad sedem Apostolicam per eã declarãdis. Tum etiam, quia papa declarat euangelium, sicut est de iuramento, &c. Sicut ergo Romanus pontifex absq; præiudicio saluatoris declarauit, q̃ præceptum de non iurando non se extẽdat, vt prohibeat in omni casu iurare: imò dãnat hæreticos, qui dicunt, q̃ non licet omnino iurare: sic potuit magis dominus Iohannes dictum domini Nicolai declarare, videlicet, q̃ Christus, & Apostoli, & fratres minores habentes iustum vsum, habent ius vtendi. Et de bonis collatis fratribus minoribus intelligitur dominus Nicolaus dominium sibi & Romanæ ecclesiæ recepisse quo ad omnes res illas, in quibus potest separari vsus à dñio: quales non sunt res necessariæ ad vitam, & quæ vsu consumũtur. Tum etiam: quia vt dominus Iohannes. 22. dicit. id non pertinet ad fidem specialiter quid & qualiter fratres minores habeant. istud enim non pertinet ad fidem: & in talibus quæ non sunt de necessitate fidei, & bonorum morum, generaliter successor reuocare, & mutare potest, quæ statuit prædecessor, prout visum sibi fuerit expedire: cùm in his par in parem habeat imperium. Illam insuper paupertatem, qua Christus noluit vt pauper cũ Apostolis haberet immobilia, nec multa mobilia in communi, commendat dominus Nicolaus non illam, quæ excludit ius vtendi, & iustum vsum, nec illam, quæ priuat habere iure & dominio res vsu consumptibiles, cùm sit impossibilis. Et in hac ratione fundant se doctores tam sancti, quàm scholastici: quare pro pecunia mutuata, aut alia re, cuius vsus est eius consumptio,

ptio, vsura licitè accipi non potest: sicut merces pro domo, vel re alia non consumptibili locata potest licitè recipi: vt ostendit sanctus Thom. in. 2. 2. quæst. 78. artic. 1. Et patet etiã huiusmodi sentẽtia ex sententia beati Chrysostomi super Matth. & habetur in ca. Ejciens. dist. 88. Et hoc de ista materia tantùm dictum sit pro præsenti: quia forsan aliàs in alijs scriptis nostris plenior sermo habebitur.

¶ De iurisdictione, quam Romanus pontifex habet in temporalibus. Cap. CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quam iurisdictionem habeat in temporalibus, ostenditur.*
2 *Reges, & imperatores quod fuerint prius, quàm summus pontifex.*
3 *Bona ecclesiastica quibus sint concessa?*
4 *Papa quòd bonorum ecclesiæ non sit dominus.*
5 *Bona ecclesiastica aliter esse collata, & aliter laicorum, ostenditur.*
6 *Princeps laicus q̃ aliter deponatur, q̃ prælatus.*
7 *Episcopus qualiter sicut & quilibet alius prælatus deponi possit.*

Onsummatis his, quæ de amplitudine Romani pontificis in spiritualibus visa sunt nobis: venit in animo nostro hunc librum claudere consideratione illa, an scilicet principatus Romani pontificis non solùm ad spiritualia, sed etiam ad temporalia se extendat, ita q̃ in toto orbe Christiano iurisdictionem habeat tẽporalem. Perlectis aũt diuersis modis dicendi, duos dicẽdi modos extremos inter alios reperimus. ¶ Primus est dicẽtium, q̃ Romanus pontifex ratione sui principatus in solis spiritualibus cõsistat, ita q̃ nullo modo iure papatus ad tẽporalia se extendat. Iure papatus dicunt: quia aliàs bene concedũt eum in temporalibus iurisdictionẽ aliquam posse habere, vtpote in his, quæ donatione fideliũ, aut principum permissione acquisita sunt ecclesiæ. ¶ Secũdus modus dicẽdi est asserentium totaliter oppositũ: scilicet q̃ Romanus pontifex iure sui principatus, siue vicariatus Christi habeat in toto orbe terrarũ plenam iurisdictionẽ non solùm in spiritualibus, sed etiã in tẽporalibus, adijciẽtes, q̃ omnium principũ secularium iurisdictiõalis potestas à papa in eos deriuata sit. Nos verò declinantes quãtum in nobis fuerit has prædictas vias, quæ nobis vidẽtur minùs probabiles (saluo semper Apostolicæ sedis iudicio, cuius ea quæ nũc, & aliàs scripsimus, emẽdationi, & correctioni submittimus) Incedẽtes ergo media via, ponemus has duas conclusiones. ¶ Prima est cõtra primũ modum dicẽdi, q̃ Romanus pontifex iure principatus sui habeat iurisdictionẽ aliquã in temporalibus in toto orbe Christiano. Hæc cõclusio colligitur primo ex. c. Oẽs. dist. 22. in quo papa Nicolaus inquit, q̃ Christus B. Petro vitæ æternæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura comisit. vbi glo. inquit. Argumẽtum q̃ papa habeat vtrũq; gladiũ, spiritualem scilicet & tẽporalẽ. 63. dist. tibi dno. & 15. q. 6. alius. & ca. Nos sanctorũ. & ca. Iuratos. Secũdò patet cõclusio authoritate & testimonio beati Thomæ, qui in fine secũdi libri super sentẽtias dicit, q̃ spirituali potestati potestas secularis in papa coniũgitur, qui vtriusq; potestatis apicẽ tenet, scilicet spiritualis & secularis: hoc illo disponẽte, qui est rex, & sacerdos secũdùm ordinem Melchisedech, & dñs dñantium, cuius potestas nõ auferetur, & regnum eius non corrũpetur. hæc S. Thomas. *Prima conclusio authoris. 1*

¶ Secũda cõclusio contra secũdum modũ dicendi est: q̃ licẽt papa habeat aliquo modo iurisdictionẽ in temporalibus in toto orbe Christiano: non tñ ita amplã, siue plenariam, aut extẽsam, sicut illi de secundo modo asserũt, siue dogmatizãt, sed quãtum necesse est pro bono spirituali cõseruando ipsius, & aliorũ, siue quãtum ecclesiæ necessitas exigit, aut debitũ pastoralis officij in correctione peccatorũ exposcit, prout plenius explicabimus. Iuxta ergo has duas nostras cõclusiones pro ampliori veritatis illustrarione duo impræsentiarum faciemus. Imprimis assignabimus modos, secundùm quos Romanus pontifex non videtur dicẽdus habere iurisdictionẽ in toto orbe Christiano in tẽporalibus. Secũdò explicabim⁹ modos, secũdùm quos verè Romanus pontifex vbiq; etiã in temporalibus habet iurisdictionẽ. vt in. c. Proximo. ¶ Circa primum sit ista propositio. Papa nõ sic est dicendus habere iurisdictionem in tẽporalibus iure papatus, vt sic dicendus sit totius orbis dominus. Ista propositio licẽt nostro iudicio sit satis clara: nihilominus potest sic ꝓbari. Nihil, quod est interdictum Apostolis, potest dici conuenire Romano pontifici iure Apostolici principatus. Patet: quia cùm Romanus *Secunda. Prima propositio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romanus pōtifex succedat Petro in potesta te & officio, non potest habere iure papatus id,qđ Petro,& omnibus Apostolis fuit prohibitum, & interdictū: sed Apostolis est interdictus dominatus in temporalibus, ergo Romanus pontifex iure Apostolici principatus non sic habet potestatē aut iurisdictionem in temporalibus, ꝙ sit dominus orbis. Consequentia est bona. Maior patet. Minor verò habetur Matth.20. vbi Christus ait Apostolis:Scitis quia principes gentiū dominantur eorū,& qui maiores sunt,potestatem exercēt in eos:nō ita erit inter vos:sed quicū q; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister:& quicunq; voluerit inter vos primus esse,erit vester seruus. Sic filius hominis non venit ministrari,sed ministrare, & animā suā dare in redēptionem pro multis.Et simile per omnia legitur Lucæ.22.In quibus verbis, ꝙ dominatus fuerit interdictus Apostolis, patet.Ait enim B.Bernardus in secūdo libro de consideratione ad Eugeniū papam sic. Nam quid tibi aliud dimisit sanctus Apostolus? quod habeo inquit tibi do.Quid illud?vnum scio,nō est aurum,nec argētum,cū ipse dicat: aurum & argētum non est mecū: esto vt alia quacūq; ratione hoc tibi vēdices,sed nō Apostolico iure:nec enim ille tibi dare quod non habuit potuit:quod habuit dedit,sollicitudinem,vt dixit super ecclesias:nūquid dominationem?audi ipsum:non dominantes autem in clero,sed forma facti gregis:& ne dictū sola humilitate putes, non etiam veritate vox domini est in euangelio: Reges gentiū dominantur eorum,& qui potestatē habent super eos, benefici vocātur:& infert. vos autē non sic.Planum est Apostolis interdicitur dominatus:istum quomodo tu & tibi vsurpare audes? aut dominās Apostolatum,aut Apostolatus dominatum. planè ab alterutro prohiberis:si vtrūq; simul habere voles, perdes vtrūq;: alioquin nō te exceptum illorū numero putes, de quibus queritur dñs.Ipsi regnauerunt,& non ex me,& principes extiterūt, & non cognoui: at si interdictum audiamus, forma edictū: qui maior est vestrū, fiat sicut minor:& qui præcessor est,sicut q ministrat: forma Apostolica hæc est:dñatio interdicit, inducit ministratio. hęc Bernardus.Itē idem Bernardus infrà.Exi inquam in agrum, ager mundus est,tibi creditus est:exi in illum non sicut dominus, sed tāquam villicus es reddere rationem. hæc ille. Patet etiam propositio prædicta ex donatione temporaliū in Italia, quam Constantinus dicitur fecisse beato Syluestro Romano pontifici:quoniam si Romanus pontifex iure sui principatus fuisset dominus temporaliū, non fuisset aliqua donatio facta Syluestro, sed potiùs restitutio eius quod suum erat:cuius tamen cōtrarium Romanus pontifex confitetur,& imperator Constantinus. de Constātino habetur in.c.Constātinus.distin.96.de Romano pontifice habetur in ea. Futurā.12.q.1.¶ Secunda propositio.Romanus pōtifex non dicitur sic principatum siue iurisdictionem plenariam in tēporalibus in toto orbe Christiano habere, vt nomē regis, aut imperatoris orbis possit sibi verè in temporalibus vsurpare. Patet ista propositio ex prima.Patet etiam testimonio papæ Nicolai in.c.Cùm ad verum.distin.96. vbi sic inquit. Cùm ad verū ventum est, vltrà sibi nec imperator iura pōtificatus arripiat, nec pontifex nomē imperatoris sibi vsurpet: qm̄ idem mediator Dei & hominū homo Christus Iesus actibus proprijs,& dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit. hęc ille. Et idē ponitur in.c.Quoniam.dist.10.¶ Tertia propositio. Romanus pontifex non dicitur sic habere potestatem secularem aut iurisdictionem plenariā in temporalibus,vt quemadmodum omnes dignitates ecclesiasticę à se de Apostolica pendere dicuntur, ab ea iurisdictionem sumentes.iuxta cap.Omnes.dist. 22.& ca.Ita dominus.dist.19.ita principatus & iurisdictiones regū & principū secularium depēdent ab ea.Patet ista propositio authoritatibus & ratiōe. Authoritate primò sic de imperio,ꝙ sit à solo Deo,& nō à papa.ait em̄ Iohannes papa 8ie in ca.Si imperator.distin. 96.Si imperator catholicus est,filius est,non præsul ecclesiæ: quod ad religionem competit,discere ei cōpetit non docere: habet priuilegia potestatis suæ,quæ administrādis legibus publicis diuinitus cōsecutus est.vbi dicit gl.ergo non à papa:nā imperium à solo Deo est.Secundò idem confitetur papa Innocentius in ca.Quæsitum.21.quæstio.4.Item tertiò idem confitetur papa Innocentius tertius in ca.Solitæ.de maior. & obed.vbi imperatori Constantino ita scribens inquit. Præterea nosse debueras, quòd fecit Deus duo luminaria magna in firmamento cæli, hoc est vniuersalis ecclesiæ,id est duas instituit dignitates,quæ sunt pōtificalis authoritas, & regalis maiestas. Hoc etiā habetur in authenti. quō oportet episcopos.coll.1 in prin.Itē Iustinianus impator scribit.C.de vetere iure enu. in prin.Deo authore nostrū gubernāte imperium

Secunda.

Tertia.

rium, quod nobis à cælesti maiestate traditū est,&c.Ecce ꝙ à cęlesti maiestate sibi traditū dicit imperium.nullus autē istorū aut pontificum,aut imperatorum confitetur, ꝙ potestas imperialis absolutè dependeat à papa:& ita dicendum est de alijs dignitatibus secularibus.Ratione verò præfata propositio probatur sic. Nullum prius depēdet in esse à suo posteriori: sed potestas principū secularium siue regalis siue imperialis pręcedunt tempore papatum,siue principatum Apostolicum, ergo non potest dici cum veritate, ꝙ à principatu Apostolico dependeat potestas iurisdictionis principum secularium.Cōsequentia est bona.Maior est manifesta.Minor etiā patet ex illo Apostoli.1.ad Corin.15. Non prius quod spirituale, sed quod animale est. Tum ex eo,ꝙ priùs fuerunt reges & imperatores antequam Petrus fuisset factus papa,& etiam antequam claues regni cælorum datæ essēt ecclesiæ, vt manifestum est. Præterea fortificatur ista propositio: quia si sic omnes principes Christiani,qui dominia sua nō cognoscūt à Romano pontifice, cuiusmodi est rex Franciæ, vt met testatur Innocentius tertius in ca.Per venerabilem.qui fi.sint legi.superiorem in temporalibus minime recognoscit,non essent in statu salutis:cùm bona fide illa non possideant:quod esset grauissimum dicere,& totū mundum conturbare.¶ Quarta propositio.Romanus pontifex iure papatus nō sic potestatem siue iurisdictionem in temporalibus habet, ꝙ de feudis principum secularium, aut de possessionibus directè se intromittere, aut iudicare valeat regulariter. Patet hæc propositio tam ex præcedenti, q̄ ex confessione Romani pontificis Innocentij tertij: vt in ca.Nouit.extra de iudi.vbi ita ait.Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum scilicet regē spectat iudiciū, nisi fortè iure communi per speciale priuilegium, vel contrariam cōsuetudinem aliquid sit detractum.Patet etiam hæc propositio testimonio Alexādri tertij, qui in ca.Causam. extra qui fi.sint legi.dicit sic. Nos attendentes, ꝙ ad regem pertinet,non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare,ne videamur iuri regis Anglicorū detrahere, qui ipsarum iudiciū ad se asserit pertinere,fraternitati vestræ mādamus, quatenus regi possessionum iudiciū relinquentes de causa principali,&c. Hoc etiam apertissimè ostendit beatus Bernardus in libro de cōsideratione ad Eugeniū papam dicens.In criminibus,nō in possessionibus potestas vestra: propter illa siquidem has accepistis claues regni cælorum. Et infrà infert. Habent hæc infima terrena iudices suos reges & principes terræ. ¶ Quinta propositio.Papa non ita iurisdictionem in temporalibus habet, ꝙ à quocunque iudice seculari passim & regulariter ad eū possit appellari. Ista propositio patet testimonio Alexādri papæ,qui in ca. Si duobus. extra de appella. ad quęstionem,qua quęritur,si à ciuili iudice ante iudicium vel post ad papā fuerit appellatum,an huiusmodi appellatio teneat,respōdet.tenet quidem in his, qui sunt temporali iurisdictioni subiectum alijs verò etsi de consuetudine ecclesiæ teneat,secundùm iuris rigorem credimus non tenere.vbi glos.inquit. Et ita patet, ꝙ iurisdictio tēporalis non pertinet ad ecclesiā.¶ Sexta propositio.Papa non habet ita iurisdictionem in temporalibus,vt ipse liberè disponere possit ad arbitriū suum de bonis ecclesiasticorū. Ista propositio probatur.Pro quo notādum, ꝙ bona ecclesiastica sunt concessa cōmunitatibus, & nō personæ singulari. & ideo in bonis ecclesiasticis nulla persona singularis habet potestatem& dominium liberum, sed sola cōitas:vt ecclesia Vallisoletañ.vel Toletañ.habet dominiū & proprietatē in ipsis locis sibi proprijs.persona autem singularis non vt singularis, sed vt pars & membrum cōitatis habet potestatem in illis vtendi ad suā sustētationem secūdùm exigētiam & decētiam personæ & status.in quo tñ est differētia:qa aliquod membrū est simplex, vt simplex canonicus, & illud non habet nisi vsum in bonis cōitatis secundū exigētiam sui status modo prædicto. Est aūt aliquod mēbrum, quod habet administrationem, & dispēsationē generalē omniū bonorū cōitatis,appropriās cuilibet quod ei debetur secūdùm debitā iustitiæ proportionē, disponēs etiam pro cōmuni bono collegij bona fide vt sibi videtur expedire. & iste est episcopus in qualibet ecclesia cathedrali. vñ in ca.Episcopus.12.q.1.ex cōcilio Antiocheno ita habet. Episcopus ecclesiasticarū rerū habet potestatē ad disponēdum erga oēs, qui indigēt, cū summa reuerentia & timore Dei.Verū quia nō solùm quælibet cōgregatio ecclesiasticorū virorum est vna spirituali vnitate:imò oēs ecclesiasticæ cōgregationes habent quādam generalē vnitatē inquātum sunt vna ecclesia habēs connexionē ad vnū principale mēbrum,cui vtpote omniū capiti incūbit cura ecclesiæ generalis. s. dūm papā, ideo ipse tanquam caput supremum membrum est principalis ac vniuersalis dispensator

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor omnium generaliter bonorũ ecclesiasticorum spiritualium & temporalium: non q̃ sit dominus,sed sola cõmunitas ecclesiæ vniuersalis,vt comprehendit caput & alia membra,scilicet prelatos & simplices personas ecclesiasticas est dña, & proprietaria. Ex quibus non solũ patet veritas propositionis prę fatæ,sed etiam falsitas dicentium,q̃ nulla persona singularis alia à papa, nec collegium aliquod, vel cõmunitas habet ius siue dominiũ in bonis ecclesiæ,sed dominus papa,qui non solùm est administrator,& dispẽsator,sed verus dominus & proprietarius bonorum ecclesiæ,& de his ordinare & distrahere potest prout vult. Nam vt ait Apostolus vniuersali
1.Cor. 15. ter de omnibus prælatis loquens.Sic nos existimet homo, vt ministros & dispensatores, &c. Ministros & dispensatores dicit,non dominos.vnde ad hoc sanctus Thom. in.2.2.q. 100.art. 1.dicit.q̃ quãuis res ecclesiæ sint papæ vt principalis dispensatoris: non tñ sunt eius vt domini & possessoris.Et in.q.175. ar. 8.ponit, q̃ prælatus bona ecclesiastica dispẽsationi suæ commissa, quæ sunt erogãda pauperibus,vel in vsum ministrorum,aut in cultum diuinum exponẽda,si infideliter dispensat,non dubium,q̃ contra fidem dispensationis agat,& mortaliter peccet, & ad restitutionem teneatur. Vbi considerandum,q̃ papa non solùm pro statu vniuersalis ecclesiæ,aut sustẽtationem ministrorum,& pauperũ, sed etiã pro conueniẽti statu personæ potest dispẽsare de bonis ecclesiæ: sicut declarauimus
Septima. lib.2.c.69. ¶Septima propositio,q̃ papa nõ habet potestatem siue iurisdictionem in temporalibus vt reges in bonis temporalibus habent dominium, nec ita vt sit regulariter eorum dispẽsator.Patet propositio primò quo ad dñium ex præcedenti:qa si in bonis clericorum papa non est dominus, minùs in bonis laicorum.Pro declaratione secundæ partis est considerãdum, q̃ bona laicorum non
5 sunt collata communitati sicut bona ecclesiastica, sed sunt acquisita singulis personis arte,labore, industria propria: & personæ singulares quarum sunt, habent in eis ius,& potestatem,& verũ dominiũ,& potest quilibet de suo ordinare,dispensare,retinere, alienare pro libito suo sine alicuius iniuria,cũ sit dñs: & ideo talia non habent ordinem & connexionem inter se, nec ad vnum commune caput,quod habeat ea ordinare, & dispẽsare,sicut in ecclesiasticis,cũ quilibet rei suæ sit ordinator pro libito: & ideo nec seculares principes,nec papa habent dominium nec dispẽsationem in talibus.Vnde imperator licèt sit princeps summus,& quasi caput inter seculares.vt in ca.In apibus.7.q.1. non tamen habet potestatem sic liberam dispensandi siue administrandi bona temporalia secularium, sicut papa bona ecclesiastica.Et ita patet ,propositio,q̃ licèt papa habeat authoritatem & rationem capitis non solùm respectu clericorum, sed etiam respectu secularium, non tamen sic liberè potest dispensare, vel disponere de secularibus, sicut de clericis. ¶Octaua propositio. Romanus põtifex non habet ita plenam iurisdictionem in tẽporalibus sicut in spiritualibus: ita q̃ sicut deponere potest prælatum ecclesiasticum etiã sine culpa sua, ita possit deponere principem secularẽ siue laicum.Istam propositionem declarat dominus Petrus de Palude in libro suo de potestate ecclesiastica hoc modo. Vnde sciendum, 6
q̃ cùm papa possit deponere principem laicum & prælatum ecclesiasticum,non tamen æqualiter:quia principem laicum,siue vasallum, vel extraneũ non potest deponere sine iusta causa & rationabili, ita q̃ ille sit indignus illo principatu, & meruerit perdere & priuari:& si sine tali causa priuat ipsum, non solùm peccat conãdo,sed etiam nihil agit priuando:sicut non valet sententia à non suo iudice lata:sed in prælatis ecclesiæ secùs est: qa non sunt domini,sed procuratores. Vnde sicut administrator superior, qui plenam potestatem habet,potest instituere,& destituere inferiores administratores, & tenet quicquid facit,etiam quando minus bonum instituit,licèt in hoc ipse peccet:ita papa ponendo, & deponẽdo personas ecclesiasticas licèt peccet,nisi pro meliori ecclesiæ hoc faciat:tamen tenet quod facit. Intantum aũt procedit 7
ratio,quæ dicit eos esse procuratores non dominos,q̃ sine omni peccato suo & alieno potest papa deponere minus bonum,& ponere meliorem: quia in officijs reipublicæ quæritur vtilitas publica,nõ priuata. Vnde si prælatum non delinquentem & bonum amoueat,& ponat meliorem, non peccat, nec ille cõqueri potest,sicut nec procurator quando à domino reuocatur, quia ab onere releuatur.Sed secùs in principib⁹ laicis, qui sunt veri domini eius quod habent:res autem sua non est alicui auferenda sine culpa sua. Vnde nec feudum à vasallo, & multò minùs quod aliquis habet,à nullo alio potest auferri sine culpa sua.hæc dominus Petrus de Palude.

¶ In

Octaua.

¶ In quo exponitur qualiter Romano pontifici iure principatus sui competat iurisdictionem habere temporalium in toto orbe Christiano.

Cap. CXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa qualem potestatem habeat circa temporalia.*
2 *Papa qualiter secluſa hæresi regem deponere possit, ostenditur.*
3 *Papa quomodo ad reges & principes se habeat, ostenditur.*
4 *Seculares quomodo, & in quibus summo pontifici subuenire teneantur.*
5 *Papa quam potestatem circa infideles habeat, ostenditur.*

POstquam explicauimus quib⁹ modis iudicio nostro non competat Romano pontifici iure papatus iurisdictionem habere in tẽporalibus: iam perscrutãdum est, quod secundo loco polliciti sumus, videlicet quali
1 ter,sibi competat.Dicimus autem, q̃ Romanus pontifex licèt non habeat potestatem regulariter siue directè ita plenam in temporalibus, sicut in spiritualibus: nihilominus etiam habet potestatem in temporalibus ex consequenti,& hoc proprio iure,quantũ scilicet necessariũ est ad conseruationem rerum spiritualium ad directionem fidelium in salutem ęternã,& ad correctionem peccatorum, & conseruandam pacem in populo Christiano. Quod manifestè atq; irrefragabiliter ex multis demonstramus: pro quo duodecim propositiones tanquam duodecim testimonia veritatis huiusmodi ponemus. ¶Prima
Prima pro positio. propositio est.Romanum pontificem potestatem & iurisdictionem iure papatus sui habere in temporalibus aliquo modo colligitur ex eo,q̃ eius principatus directiuus & præceptiuus sit potestati seculari in administratione sui officij secundùm exigentiam finis vltimi, q̃ est ipsa beatitudo suprema, ad quã omnes fideles dirigendi sunt. Quod sic ratione ostenditur.In omnibus artibus & potestatibus ordinatis ars siue potestas, ad quam pertinet vltimus & principalis finis, est præceptiua & imperatiua omnium aliarum artium siue potestatum, quarũ fines ad finem illius ordinantur,sicut habetur.1.Ethi. Præterea patet:quia finis præcipit,& dominatur, atq; legem imponit his omnibus, quæ sunt ad finem,vt secundùm exigentiam finis debito ordine se coaptent, & adinuicem ordinentur secundùm vniuscuiusq; mẽsuram & modũ:sed proprius finis,qui intenditur per principatũ papalem est felicitas suprema, ad quã ordinatur homo per virtutes theologicas:finis autem quem intendit potestas secularis, est felicitas politica, ad quam ordinatur homo per virtutes morales: sed nulli dubium, quin finis spiritualis potestatis potior, superior, ac principalior sit fine ad quem dirigit, & tendit potestas secularis,vnde ista ordinatur ad illam:ergo potestatis spiritualis,& maximè papæ, qui est vniuersalis dux & rector populi Christiani, est dirigere, & regulare, præcipere, atq; leges dare potestati seculari, quibus in administratione sui officij dirigatur in finem vltimum felicitatis æternæ.Et sẽcundùm hoc Romanus pontifex se habet ad reges & principes tãquam architectonicus ad artifices. Ille enim propter quid & regulas iudicandi scit: isti autem scilicet artifices mechanici tanquam experti in multis ipsum quia sciunt propter quid autẽ ignorant: propter quod debẽt illis papa leges dare, secundùm quas debẽt iurisdictionem suã exequi, & populum regere in ordine ad beatitudinẽ supernaturalem.Vnde B.August.hanc potestatem cognoscens & admirans in beato Petro Apostolo in sermone quodam Apostolorum Petri & Pauli,qui incipit,Fortis & humilis:ita inquit.O mira potentia,& ineffabilis gratia saluatoris! quis plebiũ piscatorem Apostolorum facilè crederet principẽ,& regibus obsistere,reges sanctificare,regnis oñibus imperare,mũdum refrænare legibus,dæmones calcare pedibus,iubere virtutibus, cælum hominibus aperire cùm vellet, claudere cùm placeret, immortale regnum conuersis dõnare, negare peruersis, merita mundi cognoscere,culpas & crimina hominibus relaxare?hæc ille.Propter hanc rationẽ diximus suprà primò libro huius summæ.c.90.q̃ potestas tẽporalis,siue secularis in populo Christiano dependebat quodammodo tripliciter genere causalitatis à potestate spirituali,scili. et efficientis,formalis,& finalis: videtur plene. Hac argumentatione vsus videtur Innocentius tertius in cap.Solitæ.de maio.& obe.vbi scribens imperatori Constantinopolitano

ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita dicit. Potuisses autem prærogatiuam sacerdotij ex eo intelligere potiùs, quod est dictũ non à quolibet, sed à Deo: non regi, sed de sacerdotali prosapia descendenti, de sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot. Ecce constitui te super reges & regna, vt euellas, & dissipes, ædifices, & plantes. Ex quibus omnibus patet, q̃ veraciter Romanus põtifex apicem habeat potestatis tam spiritualis, quàm secularis, vel temporalis, licèt temporalis non in omnibus secundùm eundem modum, secundùm quẽ habetur à principe seculari, sed modo digniori, superiori, & perfectiori. non eñ sic habet eã vt exerceat eius opera immediatè nisi in aliquibus casibus, qui tangũtur infrius: sed agit opera eius meliori modo, scilicet imperando, dirigẽdo, & regulando, & ad suum finem operibus eius vtendo. ¶ Secunda propositio. Romanum pontificem iure vicariatus sui habere in tẽporalibus iurisdictionem suam aliquo modo ostenditur ex eo, q̃ omnium fidelium generaliter est à Deo pastor constitutus: dicente domino beato Petro, & in eo successori suo: Pasce oues meas. super quo verbo dicit glo. sic. Pascere, est oues credentes, neà fide deficiant, confirmare, terrena subsidia, si necesse est, subditis prouidere, & exempla virtutum cum verbo prædicationis impendere, aduersarijs obsistere, errantes subditos corrigere. hæc glo. Clarũ est autem, q̃ pascere gregem dominicum, terrena subsidia, si necesse est, subditis prouidendo, aduersarijs resistendo, & errãtes corrigendo, non solùm exigit in pastore spiritualem potestatem, sed etiam tẽporalem. Vnde cùm concesso alicui aliquo officio aut regimine censeantur etiam concessa sine quibus officium siue regimen rectè expediri nõ potest. de offi. deleg. c. 1. & ca. Præterea. manifestum est, q̃ Romanus pontifex apicem potestatis secularis aliquo modo dicendus sit habere. Hac argumentatione vsus videtur fuisse Innocẽtius tertius in ca. Solitæ. de maio. & obe. vbi ad ostendendum imperatori Constantinopolitano, q̃ iure poterat eum reprehendere, & increpare, ita ait. Nos autem etsi non increpando scripsimus, potuissemus tamen rationabiliter increpare: nobis enim in beato Petro sunt oues Christi commissæ dicente domino: Pasce oues meas. non distinguẽs inter has oues & alias, vt alienum se à suo demonstraret ouili, qui Petrum & successores ipsius magistros nõ recognosceret, & pastores. hęc ille. Ex cura ergo pastorali, quam Romanus pontifex habet super omnes fideles cuiuscunq; status, dignitatis, vel conditionis existant, statim datur intelligi, q̃ apicem, nõ tantùm spiritualis potestatis, sed etiam temporalis aliquo modo habere dicendus sit.

Secunda.

Iohan. ult.

¶ Tertia propositio. Romanum pontificem temporalem etiam iurisdictionem iure principatus sui ostenditur habere ex eo, q̃ omnis potestas se extendit ad cognoscendum de omnibus peccatis: non solum de his, quæ sunt contra articulos fidei, & sacramenta, in quibus principaliter Christiana fundatur religio, sed etiam de omnibus peccatis mortalibus circa quascunq; actiones personales etiã seculares commissis. Quod ratione ostenditur, & authoritate. Ratione sic. Cuius est finem considerare, eius est iudicare de his quæ debent ad finem ordinari: quia ratio eorum, quæ ordinantur ad finem, ex fine sumitur: sicut enim ad intẽdentem in aliquem finem spectat eligere ea quæ sunt congrua fini: ita tollere ea quæ finis cõsecutioni impedimenta præstant, sicut patet in medico, cuius non solùm est iudicare, & prouidere de adiuuantibus ad salutem, quam inducere intendit, sed etiam remouere ea quę impediunt: & similiter ita est in alijs: sed ita est, q̃ corpus ordinatur ad animam, etiam secundùm gentiles philosophos, & temporalia ordinantur ad spiritualia, & omnes actiones christianorum debent ordinari ad consequendum vitam æternam tanquam nostrum finem vltimum, secũdùm fidem catholicam nobis expositam. Ergo cuius, vel quorum est considerare de salute animarum, & de spiritualibus, sicut est prælatorum curam & regimẽ animarum habentium, vt sunt papa, archiepiscopi, & episcopi: eorum est iudicare de actionibus spiritualibus hominum, per quas possunt deuiare à salute sua, peccando circa quãcunq; materiã, siue contra articulos fidei, siue sacramenta, siue cõtra bonos mores peccãdo in seipsum vel proximum verbo vel facto, seu quocũq; alio modo. Secũdò patet idem authoritate domini Matth. 18. vbi sic dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipsũ: si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos testes, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum: q̃ si non audierit, dic ecclesiæ: si verò ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. i. excommunicatus. Et cõstat, q̃ loquitur de iurisdictione ecclesiæ, quã habent prælati. Nam ibidem subditur: Amẽ dico vobis, quæcũq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo. ergo sine vlla dubitatione

Tertia.

bitatione ad prælatos ecclesiæ, & maximè ad prælatum prælatorũ pertinet iure sibi à Deo collato recognoscere & iudicare de peccato quocũq;. vnde beatus Paulus excõmunicauit fornicatorẽ notoriũ, vt legitur. 1. Cor. 5. Cùm ergo peccata huiusmodi contingãt circa actiões psonales hominũ, & cõtractus eorũ etiã in tẽporalibus, de omnibus his pertinet ad ecclesiam iudicare, maximè si attenderetur actio per modum iniuriæ, vel cuiuscunq; alterius peccati tam inter laicos, q̃ inter clericos: vel inter clericum & laicum quicũq; eorũ sit actor vel reus. Nec potest dici in prædictis, q̃ reus trahatur extra forũ suum: quia omnes Christiani inquantũ Christiani sunt, pertinent ad forum ecclesiæ. & hoc est quod expressè dicitur in cañ. 11. q. 1. quæcũq;. vbi sic dicitur. Quæcũq; contẽtiones inter Christianos ortæ sunt, ad ecclesiam deferentur, & ab ecclesiasticis viris terminabũtur: & si obedire noluerint, quousq; obediãt, à liminibus ecclesiæ excludantur. hæc ibi. Præterea nec propter hoc impeditur principũ secularium iurisdictio. Tum, quia ecclesia non impedit, quin potestas secularis exerceat iudiciũ suũ in reum secularem, si ad iudicium suum sit euocatus. Est enim in optione actoris euocare reum ad hoc vel illud iudicium, & non ad vtrunq; simul. Tum secundò: quia multæ actiones sunt puræ seculares, quæ cùm respectum non habeant ad finem vltimũ aut promouendo, aut impediendo, ad principes seculares tantũ pertinent, sicut de feudis & possessionibus, & non ad ecclesiam. vt in ca. Nouit. extra de iudi. Tum tertiò: quia alia correctionis censura vtitur ecclesiasticus iudex, & alia iudex secularis, quarum vtraq; est populo Christiano ad correctionem vitiorum necessaria. Est verum, q̃ dicit dominus Durandus, quãuis hoc sit ius ecclesiæ sibi à Deo collatum, tamen ipsa non semper vsa est isto iure, nec vbiq;: partim ad vitãdum scandalum, ne putaretur, q̃ ecclesia magis quæreret emolumentum pecuniæ, aut gloriæ temporalis, q̃ correctionem vitiorum: partim propter audaciam aliquorum tyrãnorum, in quorũ terris plures ecclesiæ sunt fundatæ, qui propter suam violẽtam potentiam non permiserunt ecclesiam vti iure suo. Hac argumentatione est vsus papa Innocentius tertius in cap. Nouit. extra de iudi. vbi scribens prælatis regni Franciæ, & ostendere volens, quòd dominus rex Franciæ nõ debebat sibi reputare ad iniuriam in controuersia, quæ erat inter eum, & regem Angliæ, Apostolico iudicio se submittere, ita dicit. Nullus qui sit sanæ mentis ignorat, quin ad nostrũ iudicium spectat de quocũq; mortali peccato corripere quẽlibet Christianum: & si correctionem contempserit, per districtionẽ ecclesiasticæ cẽsuræ coercere. ¶ Quarta propositio. Romanus pontifex videtur iurisdictionem etiam in temporalibus habere: quia non solùm principes seculares circa vsum suę iurisdictionis delinquentes potest per censuram ecclesiasticam coercere, verùm etiam eos notabiliter negligẽtes à dignitate deponere. Hæc propositio patet in ca. Alius. 15. q. 6. vbi Gelasius papa imperatori Constãtino ita scribit. Alius item pontifex Zacharias, scilicet regem Francorũ non tam pro suis iniquitatibus, q̃ pro eo, q̃ tantæ potestati erat inutilis, à regno deposuit, & Pipinum Caroli imperatoris patrem in eius loco substituit: omnesq; frãtigenas à iuramento fidelitatis absoluit. hæc ille. Pro cuius propositionis plenioriintellectu est considerandum iuxta dominum Petrum de Palude in tractatu suo de potestate ecclesiastica. q̃ licèt papa non habeat confirmare omnem regem, qui consensu populi à principio regimen sumpsit: nihilominus potest omnem talem deponere, non solùm propter hæresim, aut schisma, aut aliquod crimen intolerabile in populo, sed etiam propter insufficiẽtiam: vtpote si idiota sensu, vel impotẽs viribus in regno præesset: propter cuius insufficiẽtiam regnum fidelium periclitaretur: talis certum est, q̃ quia demeretur deponi (quia bonum commune est præferendum priuato) debet deponi per superiorẽ: & qa illi de regno, siue sint proceres, siue alij, sunt inferiores eo: & inferior non potest iudicare superiorem, ideo nõ potest ab eis deponi: sed quia papa est superior eo in spiritualibus, & per consequens in temporalibus inquantum necesse est pro bono spirituali conseruando ipsius & aliorũ, & ad minus ratione delicti, & ille sana conscientia nõ potest retinere regnum ad quod est insufficiens & indignus, per consequens papa potest eum monere, vt regno cedat, qđ sine peccato non potest retinere: quod si nolit facere, excommunicet eum: quia ad officium papæ spectat de quocũq; peccato mortali corripere quẽlibet Christianũ: & si correctionẽ contẽpserit, p districtionẽ ecclesiasticã coercere. de iudi. c. nouit. q̃ si in excõicatione perseueret, potest (vt dictũ est) deponere, & subditos eius ab eius subiectiõe absoluere sicut schismaticũ propter contumaciã & inobediẽtiam pertinacẽ. Et ex hoc etiã, quia ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmunicatus legitimis actibus & officijs publicis non debet fungi, & schismatici cingulo militiæ sunt nudandi. 19. q. 1. qui contra 15.q.6.c.penultimo. Sed si proceres, siue electores prædicti non meruerunt perdere ius eligendi, non potest sine eis papa alium substituere. Hæc ille. Verùm glo. super illud. c. alius exponẽs: à regno depositus: dicit. 1. proceribus deponentibus consensit, omnino falsa videtur, quoniã eo tradicit textui, & intentioni Pelagij, qui inducit illud. c. ad ostendendum excellentiã potestatis papalis, quæ non ostenditur per hoc, q̃ dicitur consensisse proceribus deponẽtibus, nisi consensus ille intelligatur dando authoritatem. Vnde dñs Petrus de Palude vbi suprà dicit: q̃ illud quod dicit glo. consensit: intelligendum sit quo ad institutionem, quę per proceres fieri potuit: sed depositio authoritate papæ & non proceru facta fuit, quæ à solo superiore fieri potuit, sed electio potuit ab inferioribus fieri. Confirmatur etiã propositio prædicta exẽplo Innocentij quarti, qui regi Portugalliæ, qui prodigus, & dilapidator erat, & ecclesias, monasteria, pia loca, & personas ecclesiasticas, viduas, pupillos, & orphanos grauabat, & grauari sinebat, dedisse adiutorẽ & sibi administrationem regni interdixisse legitur: vt in ca. grandi. de supplen. negli. præla. lib. 6. Et sic sacerdos Apostolicus se habet ad reges & principes sicut architectus ciuilis ad alios artifices in ciuitate, vt inquit Henricus de Gandauo quotlibeto. 6. art. 23. Sicut enim architectonici est præcipere qui & quales debent exercere scientiam medicinalem, rhetoricã, & sic de alijs in ciuitate, & quosdam admittere, & quosdam repellere: sic sacerdos Apostolicus debet considerare qui & quales regna, & principatus regere debeant, & bonos honorare, malos autem & malè gerentes deponere, & alios loco illorum substituere. Hæc ille. De hac conclusione talis est domini Vlrici in summa sua sententia. ait enim. Si rex esset manifestè hæreticus, vel si interpellatus ab ecclesia negligeret nihilominus regimen regni sui quantũ ad ea, quæ sunt fidei, scilicet si non intenderet extirpationi hereticorum, potest ab ecclesia deponi à regia dignitate. hæc ille.

Quinta. ¶ Quinta propositio. Romanum põtificem inde iurisdictionem temporalem habere manifestè ostenditur, q̃ non modò excõmunicare potest seculares principes, sed etiã ipsis in contumacia perseuerantibus subditos eorum à sacramento absoluere, ne eis fidelitatẽ obseruent. Hæc propositio patet ex canone Gregorij. 7. in synodo præsidentis, qui habetur in ca. Nos sanctorum. 15. q. 6. & ex canone Vrbani. 2. in. c. Iuratis. ea. cau. & q. ¶ Sexta propositio. Romanum pontificem habere iurisdictionem in tẽporalibus ex eo ostenditur, q̃ vtrunq; gladium habere dinoscitur. Quòd autem gladius materialis quodãmodo ad Romanum pontificem pertineat, patet Iohan. 18. vbi dicit Christus Petro. Conuerte gladium tuũ in vaginam. quod verbũ pertractans deuotissimus Bernardus ad Eugenium papam sic inquit. Quid tu denuò gladium vsurpare tentas, quem semel iussus es ponere in vaginam, quem tamen qui tuum negat, non satis videtur mihi attendere verbum domini dicẽtis. Conuerte gladiũ tuum in vaginam. Iohan. 18. & Matth. 16. Tuus ergo, etsi ipse tuo forsitã nutu, etsi non tua manu euaginandus: alioquin si nullo modo ad te pertineret: & de his dicentibus Apostolis: Ecce gladij duo hic. non respondisset dominus, satis est, sed nimis est: vterque ergo ecclesiæ & spiritualis gladius, & materialis, sed is quidem pro ecclesia, ille verò etiam ab ecclesia exercendus. ille scilicet sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum sacerdotis, & iussu imperatoris. hæc ille. Nutus verò dicitur non tãtùm exhortatio, sed etiam dispositio. Vnde Leo papa. 4. vt in ca. Ergo. 23. q. 8. contra Saracenos iubet populum congregari, & eis ad littus maris occurrere. Item in ca. Hortatu. ea. cau. & q. Hortatu & precibus Adriani papæ exhortatus Carolus rex cõtra Longobardos bellum suscepit. Ad idem Beatus Grego. quosdam hortatur nobiles, vt milites congregent contra hostes, & arma viriliter præparẽt. vt in ca. Quidem. ea. cau. & q. Item in registro etiam legitur, q̃ beatus Grego. ciuibus Tusciæ vt contra Longobardos arma pararent, mãdauit, militantibus stipendia dereuit. Quòd etiam huius gladij materialis dispositio licèt non materialis exercitatio conueniat clericis, sanctus Thomas in. 2. 2. q. 40. articu. 2. declarat ita dicens. Omnis persona, vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet disponere de his quæ sunt ad finem: bella autem carnalia in populo fideli sunt referenda sicut ad finem ad bonum spirituale diuinum, cui clerici deputantur: & ideo ad clericos pertinet disponere & inducere alios ad bellandum bella iusta. hæc sanctus Thomas. Pertinebit ergo dispositio etiam authoritatiua gladij materialis aduersus infideles hæreticos, schismaticos, & tyrannos, maxime ad Romanum pontificem, qui dux, & pastor, & pugil

pugil est populi Christiani. Hac argumentatione vtitur papa Bonifacius octauus in extrauagãti sua. Vnã sanctam. vbi sic ait. In hac equidẽ, scilicet Romani pontificis potestate duos esse gladios, spũalem. s. & tẽporalem euãgelicis dictis instruimur. Nam dicẽtibus Apostolis: Ecce duo gladij, &c. sicut priùs inductũ est de Bernardo. sequitur. Oportet autem gladiũ esse sub gladio, & tẽporalẽ authoritatem spũali subijci potestati. Nã cùm dicit Apostolus: Non est potestas nisi à Deo: quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt: non aũt ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tanquã inferior reduceretur per alium ad suprema. Nam iuxta B. Dionysiũ lex diuinitatis est infima per media in suprema reduci.

Septima. ¶ Septima propositio. Romanus põtifex iure diuino habere videtur iurisdictionẽ temporalẽ aliquo modo, videlicet nobiliori & excellẽtiori, q̃ potestates seculares: quoniam ad eum iure summi sacerdotij spectat declarare, diffinire, & iudicare dubia & ambigua circa quæscũq; actiones hominũ personales, quæ inter iudices inferiores, siue clericos, siue seculares variãtur. Hoc probat Innocẽtius tertius in ca. Per venerabilẽ. extra qui fi. sint legi. ex sacra scriptura ita dicẽs. Non solùm in ecclesiæ patrimonio, super quo plenã in tẽporalibus gerimus potestatẽ, verũ etiam in alijs regionibus certis causis inspectis tẽporalem iurisdictionẽ causaliter exercemus, nõ q̃ alieno iuri præiudicare velimus, sed quia Deuteroñ. 17. continetur: Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ esse prospexeris inter sanguinẽ & sanguinẽ, causam & causam, lepram & nõ lepram, & iudicium intra portas videris variari, venies ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tẽpore, qui iudicabũt iudicij veritatẽ, & facies quæcũq; dixerint tibi, qui præsunt loco quẽ elegerit dñs, sequeriq; eorum sentẽtiam: qui autẽ superbierit, nolẽs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat dño Deo tuo, decreto iudicis moriatur. ¶ Octaua ꝓpositio. Romanus põtifex iurisdictionẽ habet tẽporalem ex cõsequẽti adiũctam spirituali, eo q̃ occurrẽte casu euidẽtis necessitatis pro defensione fidei cõtra hæreticos, aut cõtra inuasionẽ paganorũ iure principatus sui, quia caput est omniũ fidelium, & pater, potest exigere decimas, vel decimatas portiones à singulis fidelibus, secũdùm tamen debitam proportionẽ, ne aliqui sine ratione plùs grauarẽtur, q̃ alij ad succurrendum cõmuni ecclesię necessitati: & possit rebelles contradicẽtes per censuram ecclesiasticam cõpellere. Quod ratione probari potest sic. Quilibet Christianus ex perfectione Christianitatis, siue Christianæ religionis tenetur honorare patrẽ & matrẽ, nõ solùm reuerẽtiam exhibẽdo, sed etiã necessaria ministrãdo, & si necesse fuerit, pro eorũ salute omnia tẽporalia exponẽdo. Et si in hoc patrẽ & matrem carnales debeat honorare, multò fortiùs spũalem, scilicet Christũ, & eius vicarium, & matrẽ ecclesiam, q̃n necessitas incũbit periculosa ecclesiæ siue Romano põtifici, si pro salute eius indigeat bonorũ temporaliũ administratione quilibet Christianus requisitus subuenire & assistere tenetur. Vbi 4 considerãdum, q̃ fideles nõ solùm tenentur subuenire Romano põtifici in necessitatibus incũbentib⁹ pro bono totius vniuersalis ecclesiæ, sed etiã in necessitatib⁹ status sui Apostolici & personę: cùm eũ sit princeps totius vniuersitatis Christianæ, multis opus habet.

Nona. ¶ Nona propositio. Romanus põtifex argui tur habere tẽporalem iurisdictionẽ: quia ipse iure suo legitimat ad seculares honores, & dignitates, vt habetur in ca. Per venerabilẽ. extra qui fi. sint legi. vbi papa ita loqtur nobili. N. Montispessolani. Per venerabilẽ fratrẽ nostrum Arelatẽñ. archiepiscopũ tua nobis humilitas supplicauit, vt filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis quo minus succederẽt natalium obiectio non noceret. Quòd autem super hoc Apostolica sedes plenã habet potestatẽ, ex illo arguitur, q̃ diuersis causis inspectis cum quibusdã minus legitimè genitis non naturalibus tãtùm sed adulterinis etiam dispensauit: sic ad actus spirituales illos legitimans, vt possent in episcopos promoueri: ex quo verisimiliter creditur, & probabiliter reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat seculares.

Decima. ¶ Decima propositio. Romanus pontifex arguitur inde habere iurisdictionẽ temporalẽ: quia ipse iure põtificatus sui negligentibus dñis tẽporalibus facere iustitiã subditis suis iniuriã patiẽtibus potest supplere negligẽtiam illorũ, & iustitiã reddere quibuscũq; subditis negligentium dñorum. Ista propositio colligitur manifestè ex Innocẽtio tertio de foro cõpe. c. Licèt. vbi Innocẽtius ita loquitur Vercellẽsi episcopo. Mãdamus si qñ à laicis Vercellẽsibus literas super rebus præcipuè, quæ forũ seculare cõtingũt, à sede Apostolica cõtigerit impetrari, eas surreptias appellatiõe omissa decernas authoritate nostra irritas & inanes, dum modo cõsules, & cõe de se conquerẽtibus in iudicio seculari exhibeãt iustitiæ cõplemen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum.hæc ibi. Super quo glo.dicit. Iste casus est,in quo iudex ecclesiasticus potest immiscere se iurisdictioni seculari, cùm iudex secularis negligēs sit facere iustitiam. Planè cùm teste beato Aug.4.de ciui. Dei.remota iustitia regna non sint nisi latrocinia magna,spectat ad Romanū pontificem ne iustitia pereat.¶ Vndecima propositio.Romanū pont. habere potestatem & iurisdictionem temporalem incōuincibili testimonio arguitur ex eo,q̄ imperium Romanum à Græcis trāstulit in Germanos, & potestatem ac ius eligendi regē imperatorē postmodum certis principibus contulit:sicut manifestè testatur Innocentius tertius in.c.venerabilem. extra de elect.sic dicens. Cùm ad eos. s. principes ius & potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenerit, quæ Romanum imperiū in personā Caroli à Græcis trāstulit in Germanos. vbi dicit gl.Legimus in chronicis,q̄ cùm Romana ecclesia opprimeretur ab Astulpho rege Longobardorū,petijt auxilium à Constātino & Beroe filio eius imperatoribus Constantinopolitanis, & cùm nollent patrocinari ecclesiæ,Stephanus papa secūdus natione Romanus trāstulit imperiū in Carolum Magnum,qui fuerat filius Pipini,quē Zacharias prædecessor eius substituerat loco regis Frācorum quem deposuerat: de quo.15.q.6.ca. alius.Hæc gl.¶ Duodecima ꝓpositio.Romanus pōtifex arguitur habere iure suo iurisdictionē temporalē in radice:quia vacante imperio ipse habet iurisdictionē in temporalibus,vt in.c.licet.de fo.cōpet.dicit Innoc.3.& in glo.etiā notatur.Et est hodie declaratū extra de re iudi.pastoralis.in clem̄.Et ex hoc clarè patet,q̄ papa iure suo iurisdictionē habeat tēporalem: quia aliàs executionē in prædicto casu & in alijs non haberet nisi ei cōcederet imperator.¶ De potestate,quā habet circa fideles,sit ista.13.propositio. Papa potest auferre dominiū siue ius quodcūq; quod habent infideles prælationis super fideles. Ista propositio est beati Tho. in.2.2.q.10.ar.10. ita dicētis.Considerādum q̄ dominiū & prælatio introducta sunt ex iure humano:distinctio autem fideliū & infidelium ex iure diuino.ius autem diuinū,quod est ex gratia,non tollit ius humanū,quod est ex naturali rōne. Distinctio fideliū & infideliū secundū se considerata nō tollit dīnium & prælationem infidelium supra fideles: potest tñ iustè per sententiam vel ordinationē ecclesiæ authoritatem Dei habētis tale ius dīnij vel prælationis tollii: qa infideles merito suæ infidelitatis merentur potestatē amittere supra fideles, qui transeunt in filios Dei:sed hoc quidē ecclesia quādoq; facit,quādoq; nō facit.In illis enim infidelibus, qui tēporali subiectione subijciūtur ecclesiæ & mēbris eius,hoc ius ecclesia statuit:vt patet in.c.mācipia.& ca. fraternitatē. di.54.quæ ambo sunt Gregorij papæ.vt seruus Iudæorū statim factus Christianus à seruitute liberet nullo pretio dato, si fuerit vernaculus.i.in seruitute natus. Similiter si infidelis existēs fuerit emptꝰ ad seruitiū,siue causa seruiendi: si aūt fuerit emptus ad mercationem,siue causa mercimonij, putà vt vēderet eum alteri, tenetur eū exponere ad vēdendū infra tres menses,nec iniuriā facit ecclesia:qa cùm ipsi Iudæi sint serui ecclesiæ,ecclesia pōt disponere de rebus eorū: sicut etiā principes seculares multas leges ediderūt erga suos subditos in fauorē libertatis:in illis verò infidelibus,qui tēporaliter ecclesiæ nō subiacēt,prædictum ius ecclesia nō statuit,licēt posset instituere de iure,& hoc facit ad scandalum vitandū,sicut & dīs Matth.17.dicit,q̄ poterat se à tributo excusare, quia liberi sunt filij:sed ideo mandauit tributum solui ad scandalum vitandum.Ita etiam Paulus cū dixisset. 1. ad Tim̄. 5.q̄ serui suos dīos honorarent, subiunxit,ne nomen dīi de doctrina blasphemetur.hæc sanctus Tho. ¶ Decimaquarta propositio.Papa ostenditur habere potestatē in temporalibus, quia pōt punire Iudæos forefaciētes tam pœna tēporali,quàm etiā indirectè pœna spirituali. Ista ꝓpositio manifestè habetur primò in ca. Postulasti.extrà de Iudæis.vbi Innocē. mandat quēdam Iudæum, qui manus violētas iniecit in quēdam clericum,pœna pecuniaria puniri:& clerico læso satisfactionem cōgruam temporalem fieri:q̄ si non fecerit,Christianis præcipit,ne cū præfato Iudæo anteq̄ satisfaciat, præsumāt commercia exercere.vbi gl.dicit. Excōicātur indirectè Iudæi. Secūdo idem colligitur ex ca. Sæpe.28.q.1.vbi ex concilio Toletano præcipitur,vt Iudæi, qui cōsortia cū Christianis non vitauerint, publicis cædibus deputētur. ¶ Decimaquinta propositio. Papa arguitur habere iurisdictionē in tēporalibus:quia potest principes apostatātes à fide priuare dīnio tēporali,quod habent super fideles.Ista propositio licēt pateat ex his quæ dicta sunt in quarta propositione,nihilominus sic ostēditur ex dictis sancti Tho.2.2.q.12.art.vlti.sic dicentis.Ad ecclesiam autem nō pertinet punire infidelitatē in illis,qui fidē nunquā perceperunt.secūdum Apl̄m. Quid enim mihi de his

Vndecima.

Decimater tia.

5

Duodecima

Dec ima quarta.

Decima quinta.

1. Cor. 5.

his qui foris sunt iudicare? sed infidelitatē illorum qui fidem priùs cœperunt, potest sententialiter punire, & cōmuniter in hoc puniūtur,q̄ subditis fidelibus dominari nō possunt:hoc enim vergere posset in magnā fidei corruptionem:quia vt dicitur Prouer.6.Homo apostata in corde suo machinatur malū, & iurgia seminat,intendens homines separare à fide:& ideo quātò citiùs aliqui per sentētiam denūtiantur excōicati propter apostasiam à fide,ipso facto ipsi subditi sunt absoluti à dominio eorum,& iuramento fidelitatis, quo eis tenebātur.hæc sanctus Tho.Hoc etiā colligitur ex ca. Absolutos. extra de hæreti. & ex ca.Nos sanctorū.& ca. Iuratos.15.q.6.

Decima sexta. ¶ Decimasexta propositio.Papa ostenditur habere etiam in tēporalibus iurisdictionem: quia potest cōtra infideles hæreticos,aut tyrannos cōtumelios fidei Christianę,aut occupatores bonorum ecclesiæ,aut perturbatores pacis & quietis populi Christiani indicere bellum:non quidem vt occidāt, vulnerēt, vel mutilent:sed vt fidem defendant,ecclesiā, & patriam liberent, & terram ab infidelibus occupatam reducant ad Christum: & super hoc potest licitè & iustè dare indulgētias magnas arma ad hoc sumentibus. Hæc propositio satis patet tā authoritatibus,q̄ ratione ex his quæ inducta sunt circa sextam propositionem.

¶ In quo ponuntur aliquæ obiectiones aduersariorum contra ea quæ dicta sunt de potestate & iurisdictione papæ in temporalibus. Cap. CXV.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones decem aduersariorum contra ea, quæ dicta sunt de potestate & iurisdictione Papæ in temporalibus,recenseneur.*

Argu. primum.

ADuersarij,qui ab ecclesia omnino auferre potestatē in tēporalibus moliuntur,multipliciter arguunt contra prædicta, nitentes probare, q̄ Romani pont.authoritas siue potestas non in tēporalibus,sed in spiritualibus tantū sit:quorū rationes potiores sunt quæ sequūtur.¶ In sola & mera cōmissione regni cælorum non venit,nec cadit cōmissio regni terrenorum: cū regnum cælorum & terrenorū ex opposito diuidātur:sicut regnum carnale & spirituale:sed Christus cōmisit Petro & eius successoribus in persona ipsius claues regni cælorū,& non claues regni terrenorum, prout patet Matth.16.c.vbi legitur,q̄ Petro dixit. Et tibi dabo claues regni cælorum:& quodcunq;,&c. Claues inquit regni cælorū, & nō claues regni terrenorum: nec vnquam in scripturis euangelicis aut apostolicis reperitur,q̄ Christus commiserit Petro claues regni terrenorum:& quod nō est scriptū, non est nouis adinuētionibus præsumendum.vñ de non videtur,q̄ Romanus pon. habeat potestatem vniuersalis iurisdictionis nisi in spiritualibus tātùm.¶ Secundò sic. Vicarius nō habet maiorē plenitudinē potestatis, q̄ habuit homo Christus:sed Christus nō habuit, nec habere voluit huiusmodi potestatē siue dominium in tēporalibus,ergo nec eius vicarius.Consequentia est bona.Maior est manifesta. Minor probatur multipliciter. Primò ex illo,quod Christus respondit cuidam Lucæ.12.dicenti sibi.Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatē. cui Christus sic respondit. Homo quis me cōstituit iudicem aut diuisorem super vos? quasi di.nullus. Secundò ex illo,quod legitur Iohan.6.cùm cognouisset,quia venturi essent vt raperent eū, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. quod vtiq; non fecisset, si regnum terrenum quæsiuisset. Tertiò ex illo, quod homo Christus ait Iohan.18.Regnum meum non est de hoc mundo. ¶ Tertiò arguitur sic. Hæ duæ potestates. s. temporalis & spiritualis non possunt in vna & eadē persona conuenire siue concurrere. ergo Romanus pontifex cum potestate in spiritualibus non potest habere potestatem in temporalibus.Consequentia videtur bona. Antecedēs patet:quia duæ species eiusdem generis non se compatiuntur in eodem subiecto:sicut homo & asinus:albedo & nigredo.hæ autē duæ potestates sunt huiusmodi:ergo,&c. ¶ Quartō sic.Officia debent esse omnino impermixta, alioquin sequeretur confusio: sed aliud est officium iurisdictionis spiritualis,& aliud est officiū iurisdictionis tēporalis. ergo hæc officia non debēt miscēri in vna & eadē persona. Quæ ratio apertè confirmari videtur per ea quæ Nicolaus papa in ca.Cùm ad verum.di.96.dicit, q̄ Christus actibus proprijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit. ¶ Quintò arguitur ex illo Matth.22.vbi dicit Christus. Reddite quæ

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt Cæsaris Cæsari,& quę sunt Dei Deo.in quo innuere videtur distinctionē prędictarū iurisdictionū, spiritualis scilicet & tēporalis, & personarū, in quas cadunt: quia tēporalis cadit in Cæsarē: spiritualis verò in prælatos, qui sunt vice Dei in terris: ergo prędictæ duę dignitates nō debent esse in eadem persona.

Sextum. ¶ Sextò arguitur ex lege illa imperatoris, in qua dicitur. Sic enim magna dona à Deo collata sunt sacerdotiū & imperiū, vt diuinis sacerdotiū, & imperiū humanis præesset. ergo potestas ecclesię se extēdit solū ad diuina spiritualia: secularis verò ad tēporalia. termini autem antiqui trāsgredi non debēt. secundū illud Prouerb. Ne trāsgrediaris terminos antiquos, quos posuerūt patres tui. ¶ Septimò sic

Septimum. ad Titum. 2. dicitur. Nemo militās Deo implicat se negotijs secularibus. sed nemo in ecclesia magis debet militare Deo q̄ papa, ergo minùs implicare se debet negotijs secularib⁹: ergo papa non habet iurisdictionem temporalem. ¶ Octauò sic. Iudex secularis de re spi-

Octauum. rituali iudicare non potest. de iudi. c. Decernimus. sic videtur, q̄ iudex ecclesiasticus de temporalibus se intromittere non potest, vt contrariorū eadē sit disciplina, secūdùm philosophum. & ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. l. 1. §. videm⁹. ¶ Nonò. Habere iurisdictio-

Nonum. nem in temporalibus cōtradicit perfectioni apostolicę: ergo videtur q̄ habere iurisdictionem in temporalibus nullo modo cōueniat Romano pōtifici, q̄ singulariter dicitur apostolicus. Consequētia bona videtur. Antecedens patet ex illo Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. & illud Lucæ. 14. Omnis ex vobis qui nō renūtiauerit omnibus, quæ possidet, non pōt meus esse discipu-

Decimum. lus. ¶ Decimò sic. Si iurisdictio tēporalis esset in Romano pōtifice, sequeretur, q̄ superfluere aut in eo, aut principibus secularibus, sed neutrū est dicēdum: cùm Deus & natura nihil faciāt frustra. 3. de anima. ergo videtur q̄ Romanus pontifex solū in spiritualibus habeat iurisdictionē, & in tēporalibus solū prīncipes seculares. Cōsequētia tū videtur bona.

¶ In quo respondetur obiectionibus præfatis. Cap. CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorū circa ea, quæ dicta sunt de potestate, & iurisdictione Papæ in temporalibus, diluuntur.*

SAnè cōsiderantibus nobis ea quæ in superioribus de ordine & vnitate ecclesiæ enucleauimus, necessarium dicendum videtur (saluo semper meliori iudicio) quod ante diximus, videlicet, q̄ in hierarchia ecclesiastica militantis ecclesiæ potestas spiritualis principetur seculari potestati. Cū enim, vt inquit philosophus. i. poli. quādocūq; aliquid constituitur ex pluribus ordinatis ad inuicem, siue ex cōiunctis, sicut homo ex corpore & anima: siue ex diuisis, sicut exercitus ex militib⁹, in omnibus est inuenire principās & subiectum, quē admodum in armonica musica est vnus sonus principalis, & in mixto vnum elementū prædominans, & in homine anima corpori, & intellectus appetitui sensibili, & in domo vir vxori, & vniuersaliter masculus fœminæ, & homo bestijs: sed cū ex spiritualibus & tēporalibus quasi duobus lateribus cōpaginetur totū corpus vniuersæ reipublicę Christianæ, vt inquit Hugo de sancto Victore libr. 2. de sacramentis. & spiritualia præferantur terrenis, sicut anima corpori, necesse est dicere, q̄ potestati seculari principetur potestas spiritualis: ita q̄ ad hierarchiā huius hierarchiæ ecclesiæ militantis (qui post Christū est Romanus pontifex, cui in beato Petro Christus tradidit ambas claues) regimē totius ecclesiæ non tam in spiritualibus, quàm etiam in temporalibus aliquo modo pertineat, iuxta id quod dicit. d. 22. c. Omnes. vbi Nicolaus papa dicit, q̄ beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura commisit. vbi glo, dicit. Argumentum q̄ papa habet vtrūq; gladiū scilicet spiritualem & temporalem: quod verū est prima authoritate & superiori, sed iurisdictionis executionem habet in spiritualibus: in tēporalibus autē non nisi in casibus, de quibus superiùs dictum est. Vñ dicendū est ad obiectiones aduersariorū.

Ad primā negatur assumptū simpliciter po- *Ad primam* 1
sitū, & maximè in eo, in quo est potestas spiritualis regiminis ecclesiæ secundùm plenitudinē, sicut in papa dicimus: sicut in parte exposuimus suprà, q̄ sicut in collatione principalis intelligitur accessorium, etiam si de illo nulla fiat expressa mētio, & in collatione maioris, intelligitur collatio minoris, quod ordinatur ad illud: & in collatione regiminis, intelligūtur collata omnia ea, sine quibus rectè expediri siue exequi non pōt regimen illud: ita in collatione potestatis spiritualis papæ sicut capiti & rectori totius politiæ Christianæ necessariò venit subintelligenda collatio

potestatis secularis quātum necessariū est ad conseruationē bonorū spūalium, & directionem fideliū in regnū cælorū. Vñ in collatiōe clauiū cælestiū, maximè quo ad clauē iurisdictionis, interuenit traditio clauiū terrenorū in vim cuiusdā necessariæ consequētię modo quo dictū est superiùs. Nec oportebat aliq̄d exprimere de collatione regni terreni siue iurisdictionis tēporalis: q̄a, vt diximus, in collatione principalis. s. potestatis regni cęlorū satis intelligebatur. Quod verò dicitur, q̄ hæc duo ex opposito diuidūtur, respondetur q̄

Ad secundū nō est verū, sicut infrà videbitur in responsione ad tertiā obiectionē. ¶ Ad secūdam obiectionē, in qua dicitur, q̄ Christus nō habuit potestatem nec dñium: respōdetur q̄ falsum est: qm̄ qui dicit Christū nō habuisse potestatem tēporalem & spūalem, sicut etiā dicit dñs Iohā. 22. in decretali illa. Quia vir reprobus. contradicit sacræ scripturæ in multis locis: sed maximè illi Matth. vlti. vbi legitur Christus dixisse: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. & Apoc. 1. dicitur. princeps rerū terræ. Et ad Heb. 1. dicitur quod sumptū est de psal. 8. Cōstituisti eū super opera manuū tuarū. vbi dicit gl. Ecce potestas Christi ostēditur: vt em̄ in opere dñi nihil excipitur, ita nec à Chr̄i potestate. hæc gl. Verū sicut dicit dñs Durādus bene cōtingit, q̄ habēs potestatē & authoritatē iurisdictiōis nō vtit ea in ꝓpria pſona, nec decet quātū ad oia: imò minora debēt cōmitti minoribus, & mediocria mediocrib⁹, & maiora supremis: sicut cōsultū fuit Moysi à Petro. Exo. 18. q̄ cōstitueret iudices, qui minora & faciliora tantūmodò iudicarēt, & difficiliora remitterēt Moysi iudicanda. Et Apostoli dixerūt Act. 6. c. Non est æquū nos relinquere verbū Dei, & ministrare mēsis. Et p hūc modū Christus licēt haberet oēm potestatē, tū summū opus, ad quod venerat, fuit nos instruere de vita sua, & de redemptiōe nr̄a per ipsum faciēda: propter qđ circa ista quasi totaliter vacauit, dimittendo minora, quæ p alios fieri poterāt. Vñ Ambr. sup illud Iohā. 18. Regnū meū non est đ hoc mūdo. dicit: Bene terrena declinat, quia propter cælestia descēdit. Ad probatiōes q̄ Christus nō habuerit potestatē, respōdetur ad primā, quę est Lucę. 12. dicēdo, q̄ illa nō probat propositū aduersariorū: qm̄ illud Christ⁹ nō dixit, q̄a negaret se habere ptātem omnium, sed ꝓpter duo. Primò, q̄a dedignabatur executionē habere in tam paruis rebus: & ille poterat recurrere ad minores, quorū erat talia immediatè exeq. Hāc rōnem tangit B. Ambro. in gl. ita dicēs. Non dignat̄ esse iudex litiū aut arbiter facultatū, qui viuorū & mortuorū habet iudiciū, & meritorū arbitriū. 1. ad Cor. 6. Secularia iudicia si habueritis, &c. Secūdò, q̄a diuidere cōitatem, officiū erat diaboli, nō Christi. Osee. 13. Ipse inter fratres diuidit. s. diabolus. 1. Cor. 19. Non em̄ dissensionis est Deus, sed pacis. Hāc rōnem tangit gl. quæ sup illud: Quis me cōstituit. ita dicit. Nō sum dissensionis Deus, sed pacis & vnitatis, qui veni hominē pacificare cū angelis, vt multi vnū corpus & animā vnā habeāt: non vt diuidātur, sed vt habeāt oia cōia, ne q̄s sit egēs inter eos: ille qui nō colligit mecū, est fraternitatis diuisor, dissensionis auctor. hæc gl. Ex quo patet, q̄ authoritas prędicta, in qua aduersarij plurimū confidunt, in nullo suffragatur eis. Ad secūdam probationē, quæ sumitur ex illo Iohā. 6. q̄ fugit Christus ne facerēt eum regē: respōdetur q̄ nihil facit pro aduersarijs. qđ patet sic expositiōe S. Tho. super hūc locum. Quærit em̄ S. Tho. cū ipse Christus esset rex quare fugit? Ad hoc inquit triplex rō assignatur. Vna, q̄a derogasset dignitati eius, si regnū ab homine accepisset, q̄ sic erat rex, vt eius participatione reges oēs essent. Prouer. 8. Per me reges regnāt. Alia ratio, q̄a præiudicasset suę doctrinæ, si claritatē, & robur ab hominibus accepisset. Sic em̄ operabatur & docebat, vt totū diuinæ virtuti asscriberet, & non solū fauori humano. Iohā. 5. Claritatē ab hominib⁹ non accipio. Tertia ratio est, vt erudiret nos mūdanas contēnere dignitates. Iohā. 13. exēplum em̄ dedi vobis, &c. Ad tertiā probationē, quæ sumitur ex illo Iohā. 18. Regnū meū nō est de hoc mūdo. respōdetur q̄ authoritas ista bene intellecta in nullo suffragatur aduersarijs: qm̄ per illā non negat se Christus regē esse: imò postea expresse confessit: nam cū Pilatus dixisset ei. Ergo rex es tu? respōdit. Tu dicis, q̄a rex sum ego: ego em̄ (inqt) ad hoc nat⁹ sum, & ad hoc veni in mūdum, vt testimoniū perhibeā veritati. Nec dicit: regnū meū nō est in hoc mūdo: cū regnū eius sit in cælo, & in terra; sed dicit, non est de hoc mūdo: non. s. electione mūdana, nec successione hūana. Pro cui⁹ authoritatis pleniori intelligētia, vt intelligāt aduersarij nihil habere fauoris, est notādū: q̄vt dicit S. Tho. sup Iohan. exponēs hūc locū, q̄ regnū dicit qñq; popul⁹ illius, q̄ regnat, quādoq; ipsa regia potestas. Primo ergo mō accipiēdo regnū exponit Aug. di. Regnū meū. i. fideles mei. Apoc. 5 Fecisti nos Deo nr̄o regnū. nō est de hoc mūdo, s. q̄ effectū & imitationē, erepti quidē per

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratiæ collationē. Sic.n. nos eruit de ptāte tenebrarū, & trāstulit nos in regnum claritatis suæ. Chryso. aūt exponit accipiēdo regnū secūdo mō, dicēs. Regnū meū. i. ptās mea, & authoritas, q̄ sum rex, nō est de hoc mūdo. i. nō habet originē ex causis mūdanis, & electiōe hominū, sed aliūde. s. ab ipso patre. Daniel. 7. Ptās eius quæ nō auferet, & regnū eius quod nō corrūpetur. Et infrà cōcludit. Regnū meū non est hinc. i. nō habet principiū de hoc mūdo: est tñ hīc: qa attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit oia suauiter. & psal. Postula à me, & dabo tibi gētes, & possessionem tuā, &c. Patet ergo q̄ in Christo fuit potestas & authoritas iurisdictionis tēporalis, licēt parū vsus fuerit iurisdictiōe tēporali. Et dico parū: qa qñ fecit quasi flagellū d̄ funiculis, & eiecit vēdētes & emētes de tēplo, & nūmulariorū mēsas euertit Iohā. 2. videt vsus fuisse potestate. Vñ Iudæi dixerūt ei. In qua ptāte hoc facis? Verūm tñ est qa principaliter venerat nos redimere & saluare, quasi oēs actus eius versabant circa eruditionē nostrā, & pauci, aut nulli circa exercitiū cuiuscūq; iurisdictionis: nō qa vtrāq; ptātem nō haberet, sed vt saluti nr̄æ totaliter intēderet: sicut dicit Iohā. 3. Non em̄ misit Deus filiū suū in mūdum vt iudicet mūdum, sed vt saluet mundus p ipsum. Expleto aūt sacramēto nostræ salutis p mortē Chri, & eius resurrectionē, Christ⁹ cōmisit Petro regimē eccl̄iæ totū q̄d necessariū erat, & expediebat ad regimē totius eccleſię. Et qa vtraq; ptās spūalis & tēporalis est ad hoc necessaria, ideo vtrāq; ptātem cōtulit Petro. Et de ptāte quidē spūali nullus Christianus dubitat. De ptāte tēporali patet Act. 5. vbi legitur, q̄ Petrus dānauit iudicialiter Ananiā & Sapphirā, p crimine furti & mēdacij. vñ sup illud. Dixit aūt Petrus ad Ananiā. dicit glo. quasi princeps oīm loqtur. Et sup illud. quare posuisti in corde tuo hāc rem? nō es mētitus hominib⁹, sed Deo. dicit gl. quæ est Bedæ sic. Nō causa questus tā seuerā prævaricationis dedit sentētiam: sed præuidēs futura zizania, quæ simplicitatē eccleſiæ pravis moribꝰ adulterārēt, nulla reos passus est pœnitentia curari, sed ad timorē posterū noxiū germen radicitùs amputauit. hęc glo. Itē B. Aug. in li. de mirabilibꝰ sacræ scripturæ. tractās hoc verbū dicit. Ecce quanta est apostolica virtus in Christo: sanū Ananiā dū Petrus arguit, p sermonis tū imperiū morte ligauit. Et Tabitā mortis vinculo ligatā eadē imperij potestate dissoluit. Ideoq; priùs Ananias & Sapphira in cōspectu eccleſiæ citò mortui sunt, vt apostolica authoritas quāta esset ostenderetur. hęc ille. Ratio aūt alibi legit, q̄ ipse Petrus vsus fuerit hac ptāte, qa propter paucitatē credentiū, sup quos fuit sibi data ptās, tota intētio Petri & aliorū apostolorū & discipulorū fuit ad cōuertēdum alios ad fidē p prædicationē & miraculorū opationē. vñ Marc. vlti. dicit. Illi aūt ,pfecti prædicauerūt vbiq; dño cooperāte, & sermonē cōfirmāte, &c. Multiplicatis aūt fidelibꝰ posteriores & successores nō indebitē & cōgruē aliq̄n exercuerūt etvsi fuerūt qñ hoc expedire iudicabāt. Vñ Christus & apostoli multa exequēda & ordināda dimiserūt suis successoribus scđm diuersa tēpora & diuersos status eccleſiæ, quæ ipsi per seipsos tūc nō executi sunt, nec ordinarūt, qa tūc opus nō erat: sicut pulchrè ostēdit Aug. in epistola ad comitē Bonifaciū. ¶ Ad tertiā obiectionē cū dicit, q̄ hæ duæ ptātes nō possunt cōuenire in vna psona: respōdetur negādo hoc. Et ad probationē cū dicit q̄ duæ species eiusdē generis, &c. respōdeō q̄ hęc rō deficit: qa hæc propositio non est vniuersaliter vera, sed solum in illis, in quibꝰ ex speciali ratiōe reperitur repugnātia essendi simul. Verbi gratia, in omnibus naturis per se existentibus est repugnātia essendi in eodē subiecto: quia quælibet ex natura sua nata est constituere propriū suppositū, vt homo, & asinus. Item in oppositis vbi repugnātia ex natura oppositionis est, ita vt nō solū sint distinctæ, sed etiā contrariæ, & ideo in quocūq; genere inuenitur oppositio inter aliquas species, omnes species illius generis sunt incompaſsibiles: sicut in albedine, & nigredine, & de omnibus medijs coloribus: quia oēs habēt oppositionē inter se saltē imperfectā. natura em̄ cōtrariorum est, vt inuicē se expellant. vnde contraria sunt, quæ maximè inter se distant, & eidē susceptibili vicissim insunt: nō simul, sicut philosophus dicit in prædicamētis. sed illæ formæ quæ sic sunt distinctæ, q̄ nō sunt contrariæ, sed disparatæ, sunt cōpaſsibiles in eodē subiecto: sicut quātitas, & qualitas, quæ distinguunt genere generalissimo i Iiomine: Species etiā generis proximi possunt esse simul: vt patet in virtutibꝰ tā moralibꝰ, q̄ intellectualibus. pōt enim idem homo simul habere virtutes, scilicet tēperantiā, iustitiam, & fortitudinē, & sic de alijs: imò qui habet vnā perfectè, & cōpletè, habet omnes: sicut patet. 6. Ethi. Patet ergo, q̄ non est bonū argumentum. Istæ formæ sunt distinctæ, ergo nō sunt compaſsibiles in eodem subiecto. Sic ergo in proposito quia iurisdictiones, temporalis, scilicet

scilicet & spiritualis licēt sint distinctæ, non sunt tamen cōtrariæ. quod patet: quia vnum contrarium nō ordinatur ad aliud, imò corrumpit ipsum. iurisdictio autē temporalis ordinatur ad spūalem, sicut suprà ostendimus. Item vna iurisdictio iuuat & cōfortat aliā, & per cōsequens non sequitur, q̄ propter earū distinctionē sint incōpaſsibiles in eadē persona. Quod etiā patet de facto: quia in eadē persona Christi fuit vtraq; iurisdictio: qa dictum
Psalm. 23. est: Dñi est terra, & plenitudo eius, orbis terrarū, & vniuersi q̄ habitant in eo. Patet etiam ex alio: qa si non essent cōpaſsibiles, sequeretur q̄ nulla persona ecclesiastica posset habere aliquam iurisdictionē temporalē, nec castrū, nec villā, nec aliquod aliud: quod est val de absurdū. Patet ergo, q̄ istæ iurisdictiones sunt cōpaſsibiles, nō obstante earū distinctione adinuicē. Vnde tēpore legis naturæ simul ambæ currebant regnū & sacerdotium, & omnes primogeniti regū sacerdotes erant, & reges, & iurisdictionē in tēporalibus & spiritualibꝰ exercebāt: sic ambæ simul cucurrerūt in lege Mosaica vsq; ad Samuelē, sub quo populus petiuit sibi regē, quem quantū erat ex parte populi dñs cōcesit eū in onus propter peccata eorū. Vnde dixit dñs Samueli: Non abiecerūt te sed me ne regnē super eos. disponente ęterna prouidētia, quæ etiam mala nostra, & ea quæ procedit, pro peccatis nostris in bonū conuertit. Hoc factū est in præsagiū eius, quod erat futurū, Deo ordināte in noua lege, vt sacerdotes expediti à iudicijs temporalium, assuescerent imminēte tempore aduētus Christi vacare spiritualibus: qui veniens rex & sacerdos secundū ordinem Melchisedech, qui simul erat rex & sacerdos Dei altissimi, sacerdotium, quod per accidēs secundū prædicta seruile factum erat in lege Mosaica, in qua sacerdotes subditi erant regibus, ad libertatem sacerdotij legis naturæ reduxit, in qua in eadē psona vtraq; dignitas iuxta cursum legis naturę debuit residere: sed postquam Christi aduentū cùm tēpus erat vacādi spūalibus, dispositiuè à Deo regimē & authoritas tēporaliū, & iurisdictio oīs circa illa, & executio cōmissa est impatoribus & principibus secularibus, remanente sola prima authoritate, vt dictum est, apud sacerdotes tanquam apud illos, quorum debet esse nobilior exercitatio, & qui sunt in gradu maiori & altiori agentibus regibus & principibus temporalia negotia, quæ tanquā minores & inferiores occupa
1. Corin. 6. ti sunt circa inferiora. vt super illud. Si secularia negotia habetis, contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. dicit gl. maiores spiritualibus intendere debēt. Sunt ergo dignitates prædictæ distinctæ nō ex natura rei, sed propter diuinam dispositionem, & tamen non sic penitus distinctę sunt, quin superior iurisdictio remaneat penes papam, licēt differenter, vt diximus, in spiritualibus & tēporalibus: quia in spiritualibus habet executionē regulariter & immediatè, in temporalibus verò non regulariter, sed in casibus assignatis. ¶ Ad quartam rationē cùm *Ad quartū.* dicitur q̄ officia debeant esse distincta. &c. respondetur q̄ istud habet locum, quando plures intromittunt se simul de eodem negotio: quod non est in proposito: quia de spiritualibus nullus potest se intromittere nisi iudex ecclesiasticus. De temporalibus verò non intromittūt se simul iudex ecclesiasticus, & laicus iudex: quia nullus pro eadem causa debet trahi ad diuersa iudicia: sed in optione actoris est recurrere ad vnum eorum, & ille solus habet tunc cognoscere de illo negotio, & iudicare: & sic nulla est cōfusio. ¶ Ad quintam, *Ad quintū* qua dicitur, q̄ dñs ait. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. &c. Dicendum, quod authoritas illa in nullo fauet aduersarijs: quoniam secundùm veritatem text. euangelij non fuit intentio Christi in illo loco facere distinctionē prędictarum iurisdictionum, nec assignare personas in quas cadunt, sed respondere tentatiuè quæstioni Iudæorum, qui cùm reputarent se solos esse de populo Dei, alijs existentibus paganis, & idololatris, non credebant aliquid eorum, quòd tenerentur Cæsari pagano imperatori ad soluendum censum, sed immunes esse à cēsibus, & tributis, qui vacabant cultui Dei veri. Et ideo cum Herodianis, qui erant de gente Imperatoris, venerunt ad Christum proponentes ei hanc quæstionem: Licet censum dari Cæsari vel non? vt si diceret non, accusarent eum apud Imperatorē: si diceret sic, accusarent eum apud principes sacerdotum tanquam dicentem contra libertatem cultus Dei. Iesus autem sciens nequitiam eorum ostenso sibi numismate census insculpto imagine Cæsaris, respōdit: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. id est, reddite Cæsari censum sibi debitum, & Deo cultum in oblationibus & sacrificijs, secundū ritum legis loquebatur. ergo de redditione debitorum, & nō de distinctione iurisdictionū & personarū, in quas cadunt. ¶ Ad sextā cùm *Ad sextum,* dicitur q̄ imperiū humanis præest. &c. respōdet q̄ verū est, q̄ sacerdotiū est à Deo vt præesset diuinis & spūalibus quantū est de prima

Universidad de Deusto
Biblioteca

& principali intentione sacerdotij: sed quia diuina & spiritualia perturbantur, & quando q; impediuntur per abusum hominũ circa tẽporalia, ideo ad sacerdotiũ secundario, & ex consequẽti pertinet impedimenta & perturbationes tollere, & impeditores, & perturbatores gladio spirituali ferire. Isti sunt enim veri termini iurisdictionis spiritualis & tẽporalis à fundatione, quos transgredi nõ licet: qa iurisdictio tẽporalis nullo modo se extendit ad spiritualia, de quib⁹ nihil nouit: iurisdictio vero spiritualis se extendit primò & principaliter ad spiritualia, secũdariò, & per quandam consequentiã se extẽdit ad actiones hominũ circa tẽporalia, quę ordinantur ad spiritualia tãquã ad finem, quatenus abusus hominum circa ea potest impedire finẽ. ¶ Ad septimã respõdetur, q ratio nõ procedit. Quomã licèt secũdũ sanctũ Tho. in. 2. 2. q. 7. c. 86. art. 2. cauſa cupiditatis ingerere se negotijs secularibus religiosis & clericis sit prohibitũ, causa tũ charitatis se negotijs secularibus cũ debita moderatione ingerere possunt secundũ superioris licentiã & ministrando, & dirigendo. Vnde in decretis. d. 88. ca. decreuit. inquit Melchiades papa. Decreuit sancta synodus nullum deinceps clericũ aut possessiones cõducere, aut negotijs secularib⁹ se immiscere, nisi propter curam pupillorũ, aut orphanorũ, aut viduarum, aut si fortè episcopus ciuitatis ecclesiasticarũ rerum sollicitudinẽ eum habere pręcipiat. Non ergo derogat dignitati summi pontificatus, si causa charitatis, & vrgente necessitate ad cõseruationẽ spiritualiũ, ad correctionem vitiorũ, ad punitionem malefactorũ, ac manutentionem pacis & iustitiæ in populo Christiano aliquando de negotijs secularib⁹ se intromittat vt director & pceptor. ¶ Ad octauã cũ dicitur, q iudex secularis. &c. respondetur q ratio non procedit: quia non est similis ratio de iudice seculari, & ecclesiastico: qa iudex secularis est omnino incapax ecclesiasticæ vel spiritualis iurisdictionis, vt in. c. decernimus. de iudi. allegato ex oppositio. vnde nec spiritualia possidere põt. c. cauſam. de rescrip. Vnde punitus est lepra Ozias, qui officium sacerdotũ sibi vsurpare voluit, Paralipom. 26. iudex autem ecclesiasticus est bene capax iurisdictionis temporalis. Primò enim ab initio causæ etiam tẽporalis iurisdictionis omnes tractabantur corã sacerdotibus: vt in ca. Per venerabilem. qui fi. sint legi. nec etiam istæ duæ iurisdictiones contrariantur ad inuicem: imò, vt suprà diximus, simul cõcurrere possunt in vna, & eadẽ persona. ¶ Ad nonam

A l septimũ

Ad octauũ.

Ad nonum.

obiectionẽ cùm dicitur, q habere iurisdictionẽ in tẽporalibus, repugnat ecclesiasticæ perfectioni: respondetur q hoc falsum est. Et ad probationẽ cũ inducitur illud Matth. 19. Si vis perfectus esse. respondet S. Tho. in. 2. 2. q. 184. art. 7. q abrenuntiatio propriarũ facultatũ dupliciter cõsiderari põt. Vno modo secũdùm q est actu: & sic in eanõ consistit essentialiter perfectio, sed quoddã perfectionis instrumẽtũ: & ideo nihil prohibet statum perfectionis esse sine abrenũtiatione propriorũ. Alio modo põt considerari secundũ præparationem animi: vt scilicet homo sit paratus, si opus fuerit, omnia dimittere, vel distribuere: & hoc directè pertinet ad perfectionẽ. hæc S. Tho. Cũ autem potestas iurisdictionis possit stare in persona dñi papæ cũ hac animi præparatione, patet, q possit stare cũ apostolica perfectiõe. vnde Christus perfectissimus fuit, & tamẽ in eo vtraq; potestas fuit, vt dictũ est. Multi enim sancti prælati ex deuotione fidelium habuerunt multã temporalẽ iurisdictionem, quorũ tamen perfectioni & bonitati nihil ex hoc derogatũ esse creditur. ¶ Ad decimã cũ arguitur, q superfluerẽt iurisdictiones secularium principũ: respõdetur negãdo hoc q superfluerẽt iurisdictiones: imò sunt necessariæ: sicut aliàs in. 1. lib. ostẽdimus. Tũ, quia cũ iurisdictio tẽporalis plenaria nõ ponatur in Romano pontifice regulariter quantũ ad immediatã executionẽ, siue exercitationem, sed in aliquibus casibus, vt dictũ est ad bonũ, & perfectũ regimen populi Christiani, necessarię sunt potestates seculares, quarum est intendere immediatè istis temporalibus, ea administrando, & gubernando. vnde. 1. Petri. 2. dicitur de potestate seculari, q pest ad vindictã malefactorũ, laudem verò bonorũ. Tum secũdò, vt potestas spiritualis absolutain vilioribus & secularibus negotijs liberior sit ad vacandũ spiritualibus: & ne ꝓpter administrationẽ temporaliũ & inferiorũ à gubernatiõe impediãtur spiritualiũ & superiorũ. vnde hac ratione distincta dicuntur à Deo esse harũ dignitatũ officia: vt in cap. Cùm ad verum. dist. 96. habetur. Et tantum dictum sit pro isto secundo libro huius præsentis summæ de ecclesia.

Ad decimũ.

Finis secundi libri huius summæ ecclesiasticæ, quæ de Romanæ ecclesiæ & eius põtificis dignitate, ac primatu tractauit.

LIBER

LIBER TERTIVS, IN quo de vniuersalibus concilijs, & de eorum authoritate tractatur.

¶ Quid Concilij nomine importetur. Capit. I.

SVMMARIVM.

1 *Concilium unde dicatur.*
2 *Concilij per causas descriptio.*

DE CVRSIS pro nostri paruitate ingenij primis duobus libris huius nostri operis, videlicet primo libro de vniuersali ecclesia, secundo de ecclesia Romana, & eiusdẽ pontificis primatu. Reliquum est iuxta proposita nostri formam (opitulante nobis gratia saluatoris) librum tertium subiungere de vniuersalibus concilijs. Præmittimus in primis, quid concilij nomine importetur. Pro quo sciendum, q prout ex Isidoro nostro libro ety. & cap. canones. d. 15. colligere possumus, triplex est huius nominis concilij interpretatio. ¶ Primò quidẽ concilium quasi cõsilium dicitur à considendo quasi considium. d. litera in. l. mutata: & hoc, quia in concilio considunt maiores secundũ morem tractantium grauiter & maturè res ad vniuersitates pertinẽtes. Hinc dicit Isidorus vbi suprà. Synodus ex Grẽco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij verò nomen tractũ est ex more Romano. Tempore enim, quo causas agebant, conueniebant omnes in vnũ, cõmuniq; intentione tractabant. Scribitur etiam. 1. Machab. 14. q seniores in plateis sedebant, & de bonis terræ tractabant. ¶ Secũdò concilium dicitur à communi intentione. Vnde Isidor. vbi suprà. Vel cõcilium dictum est à communi intentione, eo quòd in vnum dirigant omnem mentis intuitum. Cilia enim secũdùm Papiam sunt velamina oculorum, dicta à celando oculum. Concilium ergo dicitur à cõ & cilium: quia omnes in concilio congregantur vt in vnum conueniant, omnemq; mentis intuitum dirigentes ad vnum, scilicet ad vtilitatem publicam. Vnde synodus dicitur à syn, quod est simul, & odos, quòd est via: qa omnes ad eundem finem tendunt. Vnde sequitur in decreto. Cœtus conuentus est vel congregatio, à coëundo, vel à conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus est nuncupatus, quia ibi homines conueniunt, sicut conuentus est cœtus. Sic & concilium à societate multorum in vnum appellatur. hæc ibi. ¶ Tertiò dicitur cõcilium à consulendo, quasi consilium. & hoc rectè: quoniam cõsilium concilij antonomaticè dicitur concilium. Ad hoc enim viri sapientes ad concilia vocantur vt super agendis consulant. Cùm enim in rebus agendis multa incertitudo inueniatur: qa actiones sunt circa singularia contingentia, quæ propter sui variabilitatem incerta sunt, & in dubijs atque incertis ratio non proferat rectè iudicium absque inquisitione præcedẽte, ideo necessaria est inquisitio rationis ante iudicium de eligendis, & hæc inquisitio concilium vocatur. Ex hac triplici nominis concilij interpretatione posset vna definitio magistralis elici communis ad omnia concilia tam ecclesiastica siue generalia, siue particularia, siue secularia, aut laicalia, quæ Imperatores, aut Reges cum maioribus, ꝓceribus, aut principibus, & magistratibus regnorum pro arduis causis agunt. Vnde. 1. Paralip. *in cap.* 3 ita legitur. Milit quoque rex Ezechias ad omnem Israel & Iudam, & scripsit epistolas vt venirent in domum domini in Hierusalem. & infrà. Inito ergo consilio regis, & principũ & vniuersi cœtus Israel, decreuerunt vt facerent. &c. Vnde etiam in cap. Canones. distin. 15. inquit Isidorus, quòd nomen concilij tractum est ex more Romano. Tempore enim, quo causas agebant, conueniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant. ¶ Descriptio verò magistralis talis esse põt. Concilium est congregatio, siue conuentus hominum prudentium publica authoritate conuocatorum, ad tractandum communi intentione de rebus necessarijs, siue commoditate reipublicæ, siue vniuersitatis. Tanguntur autem in hac definitione quatuor causę ipsius concilij. ¶ Primò materialis, ex qua corpus concilij consurgit, cùm dicitur, quod est congregatio, siue conuentus hominum, id est habentium rationem. Solius enim rationalis naturæ est ratiocinari, & inquirere de agendis. Bruta autem animalia non consilio, sed naturæ impetu se mouent. Vnde Tullius in rhetoricis definiens consilium inquit. Consilium est aliquid faciendi vel non faciendi rectè excogitata ratio. Additur autem prudentum: quoniam hominum im-

Vnde concilia dicitur. 1

Descriptio concilij. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

prudentiũ congregatio nõ est digna nomine concilij. Cũ enim prudentia recta ratio fit agibiliũ (vt. 6. ethicorũ dicitur) maximè ad prudentiam pertinet consiliũ. vnde prudens, vt ibidẽ Aristoteles dicit, est bene consiliatiuus. Econuerso verò imprudens, siue fatuus malè consiliari potest. propterea dicitur Ecclesi. 8. Cùm fatuis consiliũ non habeas: nõ enim poterũt deligere nisi quę eis placent. Propria ergo materia, ex qua corpus concilij instituẽdum venit, est cõuentus virorũ prudentium. Quocirca sapiẽs Ecclesiasticus inquit cap. 6. In multitudine presbyterorũ prudentiũ sta: & sapientiæ illorũ ex corde coniungere. ¶ Secundò tangitur causa effectiua authorizans concilium, cũ dicitur, authoritate publica cõuocatorum. Profectò cũ ad potestatem publicam potissimè pertineat eorum consideratio quę vniuersitatem respiciunt, ad ipsam maximè ptinet, siue in vno resideat sicut in regno: siue in pluribus vt in alijs politiæ speciebus concilium cõuocare, efficere, & authorizare. Tertiò tangitur quasi causa formalis, cũ dicitur, cõmuni intentione. Planè quẽadmodum forma dat esse rei: & nomen, ita cõmunis intẽtio dat esse & nomen concilij ipsi cõgregationi. vnde vt ait Isidorus vbi suprà. Qui sibimet dissentiunt, non agunt cõciliũ: quia non consentiũt in vnũ. ¶ Quartò tangitur causa finalis concilij, cùm dicitur, ad tractandũ de rebus necessarijs siue cõmodis vniuersitatis. Hic ꝑfectò esse debet principalis finis synodalis cõgregationis virorum prudentũ siue patrum. Hæc duo pręcepta Plato dedisse legitur teste Tul. lib. de officijs volentibus prodesse reipublicæ. Vnũ est, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quæcunq; agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum. Alterum pręceptũ est, vt totũ corpus reipublicæ curent, nec partem tueantur, & alias deserant.

¶ De origine celebrationis conciliorum in ecclesia. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Concilij celebrandi origo.*

1 PErcurrentibus diligenter scripturã sanctam facilè erit reperire, vnde conciliorum celebratio in ecclesia Dei originem habuerit. Inuenimus siquidem, quòd à patribus in veteri testamento, ꝙ & ab apostolis in nouo deriuatum est exẽplum celebrationis conciliorum in ecclesia. De veteri quidẽ testamento exemplum colligitur ex illo Num. 16. vbi dicitur. viri proceres synagogæ, qui tempore concilij per nomina vocabãtur. In nouo verò testamẽto exemplum celebrationis cõciliorum ab Apostolis habemus, qui, vt colligitur ex libro Actuum, & ex traditiõe patrum plures synodos ad nascẽtis ecclesiæ informationem instituisse referũtur. ¶ Prima autem synodus ab Apostolis celebrata fuit illico post ascẽsionẽ dñi super electione Mathiæ. Subtracta eñ corporali & visibili ꝑsentia salvatoris nostri ab ecclesia, intelligẽs beatus Petrus adesse tempus, quo põtificatus sui fungeretur officio, à maioribus incipiẽs, curauit in primis, ne sacer ille numerus duodenarius, quo cõsecratus erat numerus Apostolorum, diminutus maneret. Vnde Apostolorum collegium & Christi discipulos alloquitur, vt Lucas euangelista & scriptor veridicus testatur Actuum. 1. Viri fratres, oportet impleri scripturam, quã prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorũ, qui comprehenderunt Iesum, qui annumeratus erat nobis, & sortitus est nomẽ ministerij huius. Et infrà. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore. sequitur, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis, &c. Vbi notãdum pro in posterum dicendis, ꝙ in hac prima synodali congregatione, quam Apostolos legimus celebrasse, non solùm Apostoli interfuerunt, sed etiam laici, & etiã fœminæ, quæ communi nomine dicebãtur discipuli domini: quod apertè habetur ex textu eiusdem capit. vbi enumeratis Apostolis sequitur. hi omnes erant perseuerantes in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus. sequitur. in diebus illis. glossa interli. cùm essent Apostoli in cœnaculo superiori. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. Erat turba hominum quasi centum viginti. ¶ Secunda synodus ab Apostolis celebrata fertur, cũ septem diaconi electi dicuntur ad dispensationis quotidianæ ministerium. de quo Actuum. 6. sic dicitur. In diebus illis crescente numero discipulorũ factũ est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo ꝙ despicerẽtur in ministerio quotidiano viduæ eorum: conuocantes autem Apostoli multitudinẽ discipulorũ dixerunt: Non est æquũ relinquere nos verbum Dei, & ministrare mẽsis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij

monij septẽ plenos spũ sctõ, & sapiẽtia, quos cõstituamus sup hoc opus. Vbi aduertẽdũ, ꝙ cõuocati p duodecim apõs ad hãc synodũ, siue ad hoc cõciliũ, fuerũt laici, q discipuli dñi vocabãtur, qbus apũ libertatẽ dederunt eligẽdi eos, q necessariorũ dispẽsatiõis ministerio supintẽderẽt. ¶ Tertiã synodũ apostolos hierosolymis celebrasse legimus, quando audiẽtes ꝙ Samaria ad prædicationẽ Philippi, qui erat vnus de septẽ diaconibus, recepisset verbum Dei, miserunt ad eum Petrũ & Iohannẽ vt acciperent spiritũ sanctum, scilicet in visibili signo: non enim in quẽquam corũ venerat scilicet visibiliter: vt habetur Act. 8. Circa quam synodũ (si synodus appellanda veniat, vt nũc loquimur de synodo) est etiam aduertendum, ꝙ in ea non legitur aliqua conuocatio facta quorũcunq; aliorum qui absentes essent Hierosolymis. ¶ Quartã synodũ ab apostolis celebratã dicunt, vbi cùm fidelium populus apostolica prædicatione conualesceret, augereturq; indies, cõgregatur ecclesia, & apostolis concilium agẽtibus, Primò discipuli vocati sunt Christiani, qui priùs communi nomine discipuli appellabãtur. De hac synodo mentionem facit glo. decreti in cap. Sacrosancta. d. 22. Intra quã synodũ hoc venit notandũ primò, ꝙ in ea non fuerũt nisi Paulus & Barnabas apostoli. ¶ Quintam synodũ, siue quintum concilium celebrasse dicuntur super quæstione de obseruatione legalium. de qua Act. 15. vbi sic dicitur. Surrexerunt autẽ quidam de hæresi Pharisæorũ, qui crediderũt dicentes, ꝙ oportet circuncidere eos: præcipere quoq; seruare legem Moysi. cõuenerũtq; apostoli & seniores Iudęæ: vbi dicit gl. hìc datur exẽplum faciendi cõuentus ad discernendum ea quæ sunt fidei. sequitur. cũ autem magna inquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos. vbi dicit gl. præ omnibus quasi princeps Petrus loquitur. Circa quã synodũ est notandum, ꝙ vt colligitur ex litera ipsa, ad hanc synodũ licèt grauis esset quæstio in materia fidei, non tamen cõuenerunt nisi quatuor apostoli, scilicet Petrus, Paulus, Barnabas, & Iacobus. vt colligitur ex. c. 2. ad Gal. nec etiam alij seniores, q̃ prouinciæ Iudææ. ¶ Sexta synodus, quæ ab apostolis Hierosolymis celebrata dicitur, fuit super abolenda suspicione quorũdã Iudæorũ, qui Paulũ legales ceremonias quasi idololatriã respuere putabant. de qua sicut Act. 21, habetur. Cùm Paulus venisset Hierosolymã, & introisset ad Iacobum, omnes collecti sunt seniores, qui dixerunt illi. Vides frater quot millia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis. audierunt enim de te, quia dissensionẽ docebas à Moyse eorũ, qui per gẽtes sunt Iudęorum, dicẽs nõ debere eos circũcidere pueros suos, nec secundũ consuetudinẽ ingredi debere. qd ergo est vtiq; oportet cõuenire multitudinẽ: audiẽt enim te superuenisse: hoc ergo fac qd tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se, his assumptis, sanctifica te cum illis, & impende cũ illis, vt radant capita sua, & sciant oẽs quia quæ de te audierũt, falsa sunt: sed ambulans & ipse custodiens legẽ. hæc ibi. Circa quã synodum aduertendũ est primò, ꝙ in ea non videtur interfuisse Petrus, nec alij discipuli, nisi isti duo. s. Iacobus episcopus Hierosolymitanus, & Paulus. Secũdò, ꝙ ista congregatio facta est per Iacobũ & sub eo, & nõ nisi sub senioribus, qui erãt Hierosolymis. Tertiò, ꝙ solũ videtur facta pro tollenda suspiciõe, quã ex Iudæis credẽtes habebãt de Paulo. ¶ Septima synodus legitur congregata sub Paulo in Mileto super regimine ecclesiæ, in qua congregasse dicitur maiores natu ecclesiæ. i. presbyteros Ephesios, quos ipse Paulus ibi venerãdo nomine appellat episcopos: quibus ait Act. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spũs sanctus posuit regere ecclesiã Dei, quã acquisiuit suo sanguine. Circa quã synodũ est aduertendũ, ꝙ in ea solus Paulus interfuit de numero apostolorũ & sub eo celebrata est, ad quã tantũ presbyteros Ephesi legitur cõuocasse. ¶ Octaua synodus, quã apostoli celebrasse dicũtur, fuit illa, in qua apostoli in vnũ conuenientes, symbolum ediderunt. Vt enim ex maiorũ traditione accepimus, apostoli discessuri ab inuicem cùm vellent iuxta præceptũ domini ad singulas proficisci nationes, normã sibi futuræ prædicationis & fidei regulã credentibus statuere curarunt. Vnde cõuenientes in vnum, & singulas proferentes sentẽtias, symbolum fidei tradiderũt, quod vniuersalis tenet ecclesia. Sic enim beatus Clemẽs discipulus & successor apostolorũ in decretis suis testatur. Itẽ Leo Papa primus pulcherrimę Augustæ scribens ita inquit. Catholici symboli breuis & perfecta confessio. 12. apostolorum totidẽ signata est sentẽtijs. Item beatus Ambrosius clauem regni cælorum deputans esse fidem apostolorum, Clauem inquit istam arbitror. 12. artificum operatione conflatam. 12. enim apostolorum symbolo fides sancta concepta est: qui veluti periti artifices in vnum cõuenientes, clauem suo concilio conflarũt. Clauem enim quandam ipsum symbolũ dixerim,

Universidad de Deusto
Biblioteca

xerim per quod reseruantur diaboli tenebræ vt lux Christi aduenia t. &c. hæc ille. Notandum est q̃ glossa ordinaria super Act. apostolorum nõ ponit nisi quatuor synodos ab apostolis celebratas. Quarum prima vt habetur super cap. 21. est habita pro electione alterius apostoli loco Iudę. secunda super electione septem diaconorũ. tertia de circuncisione non imponenda illis qui credebant de iudęis vel gentibus. quarta de non prohibendis primo tempore Iudęis legalibus ceremonijs imitiari vbi nec ęsitas exigeret.

¶ De multiplici specie conciliorum in ecclesia. Cap. *III.*

1 *Conciliorũ variæ species, quæ sunt concilium uniuersale, prouinciale, & episcopale, describũtur.*

RES communiter species apud doctores inuenimus distinctas conciliorum ecclesiasticorum, quorum forma & exẽplum præcessit in conciljs per apostolos celebratis, videlicet vniuersale sine generale, prouinciale, & episcopale. Generale autem siue vniuersale concilium inuenitur quandoq; distingui dupliciter, secundũ q̃ ratio vniuersalitatis potest dupliciter accipi: vno modo videlicet ex parte conuocanderum, siue cõuenientium ad concilium, & sic vniuersale cõcilium dicitur quod est plenarium: quod iuxta beatum Aug. libro de vnico baptismo dicitur, q̃ celebratur conuocatis episcopis de vniuerso orbe Christiano & de tali vniuersali concilio militat illa definitio, que ponitur in glo. cap. 1. d. 18. vbi dicitur, Concilium vniuersale est, quod à papa, vel eius legato cũ omnibus episcopis. i. cũ episcopis de vniuerso orbe Christiano congregatis constituitur. Et loquẽdo hoc modo de vniuersali concilio plenitudo illius dicebatur cõsurgere ex quinq; sedibus patriarchalibus, videlicet Constantina, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana, & Romana. quando omnes illas fidei lumen irradiabat. vnde in nona actione octaui concilij legitur. patres eiusdem concilij in receptione patriarchæ Alexandrini, qui vltimò venit dixisse. Glorificamus Deum vniuersorũ, qui quod deerat vniuersali concilio suppleuit, & nunc eã perfectissimam demõstrauit. Forma verò huiusmodi cõcilij vniuersalis processisse videtur aliquo modo in cõcilio primo ab apostolis celebrato Act. 1. quod beat⁹ Petrus vniuersalis ecclesiæ pontifex omnibus apostolis præsentibus celebrauit. Alio modo ratio vniuersalitatis in concilio accipitur, non ex parte cõuocandorum, sed ex parte authoritatis in eo præsidentis, quæ tãta est, vt legẽ ponere, & præcipere possit toti vniuersitati fidelium. Et hoc modo conciliũ vniuersale dicitur, quod papa totius ecclesiæ princeps & rector per se, aut legatũ suam speciali cõmissione pro rebus totam ecclesiam concernentibus conuocatis prælatis ecclesiæ, & si non omnibus, quia hoc semper nõ bene possibile est nec etiã necesse (vt infrà ostẽdemus) celebrat. Et hoc modo loquendo de vniuersali cõcilio, vniuersalia concilia multa dicũtur, quæ celebrata sunt per summos põtifices cũ episcopis tãtũ Italiæ, sicut patet in gestis conciliorũ de concilio celebrato per beatũ Syluestrum papã post Nicænã synodũ. 270. patrũ. In quo cõfirmata est fides Nicænę synodi, & Arrius condẽnatus. Itẽ patet de synodo celebrata Romę per Symmachũ papam, in qua dicitur Symmachus papa in generali cõcilio præsidẽs. & sic de multis alijs, ad quæ & si de toto orbe Christiano prælati non cõuenerint nec fuerint vocati, sed tantũ de patriarchatu Romano, nihilominus vniuersalia veraciter dicuntur propter authoritatẽ Rom. pontif. siue patriarchæ, qui cũ non tantũ sit Romanus patriarcha, sed etiã totius orbis. Vnde in concilio Chalcedonẽsi beatus Leo papa vocatus est œcumenicus. i. patriarcha. Quare in capit. conuenientibus. 1. q. 7. glo. diffiniens synodũ vniuersalẽ dicit sic. Vniuersales synodi dicuntur, in quibus Rom. pont. vel eius legatus interest, quocirca talium vniuersaliũ conciliorum canones, siue synodicæ diffinitiones nõ tantùm subditos Romano patriarchatui ligant, sed vniuersos fideles, qui mediatè alijs patriarchatibus, & potestatibus subsunt. Forma verò huius concilij generalis præcessit in secũdo cõcilio apostolorũ, q̃d beatus Petrus præsentibus solũ tribus alijs apostolis. s. Paulo, Iacobo, & Bernaba legitur celebrasse. Est autem hic aduertendũ, q̃ & si conciliũ plenarium tẽpore, quo catholicæ fidei lumen partes orientales illustrabat, diceretur, quod ex quinq; patriarchalibus sedibus cõsurgebat, à tẽpore tũ, quo fidei splendor occubuit in partibus orientalibus conciliũ patriarchatus Romani, in quo Christianæ religiõis claritas sincera semp perseuerat, vniuersale est: nõ tantũ ex parte authoritatis Rom. põt. q̃ ad vniuersam eccl̃iã extẽditur, sed etiã ex parte cõuocatorum,

Concilium generale seu uniuersale.

torum, siue conuenientium: quia ex vniuerso orbe Christiano cõgregantur, cùm ad tolum patriarchatum Romanũ ecclesia redacta sit, dicẽte beato Hiero. super psalm. 133. Ecclesia non in parietibus cõsistit, sed in dogmatum veritate: vbi vera fides est, ibi est ecclesia. Sit Chryso. super Matth. vbi fides est, ibi ecclesia ibi sacerdos, ibi baptisinus, ibi Christianus: vbi fides non est, ibi ecclesia non est. Et Amb. super epistolam ad Tim. primam. cap. 1. Scribo tibi, vt scias quam ecclesiam ordines, quæ est domus dei: vt cũ totus mundus Dei sit ecclesia, tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector est Damasus. Mundus enim in præuaricatione est diuerso turbatus errore: ideo illic necesse est dicatur domus Dei & veritas, vbi secũdùm voluntatẽ suam timetur. Non est autem prætereundũ pro pleniori notitia huius nominis vniuersalis concilij, quòd cũ vniuersalis ecclesia catholica dicatur largo modo loquẽdo, catholicũ, siue vniuersale potest dici concilium, quod ab eius vnitate non discesserit. Quocirca dicit dominus Aymarus archiepiscopus Remensis in libro suo de synodis. Cum duarũ aut trium prouinciarũ episcopi conueniunt, & ea statuunt, quæ catholicæ ecclesiæ conueniunt, fortasis tale concilium vniuersale dici potest, quanuis non sit ab vniuersis præsulibus actum: sufficit enim q̃ ab vnitate vniuersorũ fide & traditionibus nõ discrepat. hæc ille. Sed hoc in loco cũ distinguamus species conciliorũ, non loquimur ita generaliter de vniuersali concilio: quia hoc modo omnia cõcilia patriarchalia, & etiam multa prouincialia dicerentur vniuersalia, quę ab vniuersalis ecclesiæ traditionibus non discrepant. Præterea non obuiat prædictis, q̃ aliquando reperiatur concilium vnius nationis aut regionis dici vniuersale, sicut in concilio Africano dicitur, q̃ ne fatigandi sit anniuersaria cõgregatione necessitas, placuit vt quotiens causa communis totius Africę hoc exigeret, tũc vniuersale congregemus. Cãusæ autem cùm cõmunes nõ fuerint, in suis prouincijs iudicentur: quoniam tale non dicitur cõcilium vniuersale simpliciter vniuersalis ecclesiæ. Nec quo ad congregatos, cũ non de vniuerso orbe cõgregentur: nec quo ad authoritatem, cùm non authoritate speciali Roma. Pont. per ipsum Papam aut eius legatum presidentem fulciatur, sed vniuersale dicitur secũdùm quid, scilicet vnius nationis, aut regionis. ¶ Secunda species conciliorũ nominatur concilium prouinciale: vt in cap. Porrò. d. 3. Et hoc subdiuiditur, quia aliquod est prouinciæ decretæ, siue delegatæ legato à latere papæ, siue alteri ad hoc nutu, quod ipse iure legationis, aut specialis cõmissionis celebrat cũ primatibus, & metropolitanis, & episcopis, & clericis etiam exemptis prouincię seu prouinciarum intra suæ legationis terminos contentarum, iuxta ea quę leguntur, & notantur de offi. deleg. cap. vlti. & eo. tit. cap. 2. in. 6. Aliud dicitur cõcilium prouinciale limitatæ prouinciæ, scilicet cui præest patriarcha vel legatus maior natu, seu primas, aut metropolitanus, qui tale debet celebrare concilium cum episcopis sibi subiectis, abbatibus, & clericis suæ prouinciæ non exemptis: vt in cap. 1. de offi. delegat. cũ notatis ibidem per Hostiẽ. & Iohan. And. Vnde de hoc prouinciali concilio loquens gl. 1. c. d. 17. dicit. Conciliũ prouinciale est, quod metropolitan⁹, vel primas facit cũ suis suffraganeis: vt dist. 18. c. 5. & 92. dist. c. si quis episcoporũ. Sub hac specie cõcilij prouincialis cõprehẽditur cõciliũ patriarchale, quod ab alijs patriarchis celebratur, q̃ à Romano patriarcha: quia cũ papa non solũ sit patriarcha vrbis, sed orbis, conciliũ eius cũ solis episcopis patriarchatus Romani celebratum habet rationẽ vniuersalis ex parte authoritatis, vt suprà diximus. Forma autem huius concilij prouincialis præcessisse videtur in cõcilio, quod Paulus in Mileto conuocatis maioribus natu prouinciæ Ephesinæ dicitur celebrasse. de quo Act. 20. ¶ Tertia species conciliorum dicitur conciliũ episcopale, siue synodus episcopalis, quam celebrat episcopus in diœcesi sua cũ abbatibus & clericis sibi subiectis de quo in cap. quando. d. 38. &. 18. q. 2. abbates. Forma autem huius concilij præcessisse videtur in cõcilio, quod beatus Iacobus dicitur celebrasse Hierosolymis cũ seniorib⁹ pro abolenda suspicione orta cõtra Paulum. de quo Act. 20. & suprà in præcedẽti. c. dictũ est. Est autem hic aduertendũ, quòd gloss. in cap. conuenientibus. 1. quæstio. 7. omnes synodos reducẽs ad duas species dicit, quod synodorũ aliquæ sunt vniuersales, quibus interest Romanus pontifex, vel eius legatus. Aliæ sunt locales, quas cõgregant primates vel metropolitani absque præsentia papę, vel eius legati. Vbi nota, q̃ glo. præfata omnia concilia præter vniuersalia, quæ dicit esse, quæ Romanus põtifex per se, vel eius legatũ celebrat, vocat localia. quod ideo iudicio nostro facit, qa authoritas illorũ cõciliorũ localiũ certis limitibus arctatur, vltra quos nõ extẽditur. Non sic autẽ de vniuersalib⁹ cũ authoritate illi⁹ fulciãtur, q̃ toti⁹ orbis chr̃iani caput & antistes est.

Concilium prouinciale.

Concilium episcopale.

De tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶De tempore, quo vniuersalia concilia in ecclesia celebrari incœperunt. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilia quo tempore celebrari cœperunt.*

COnsequenter videndum relinquit de tempore, quo in ecclesia celebratio conciliorum cœperit. Pro cuius pleniori notitia memorari necesse est distinctionem conciliorum vniuersalium, quam in superiori cap. designauimus. Diximus autem, q; concilium vniuersale vno modo dicebatur abvniuersitate orbis, quod scilicet papa cum episcopis de toto orbe christiano celebrat, quod plenarium concilium vniuersale iuxta beatum August. appellauimus. Alio modo dictum est conciliũ vniuersale ab vniuersalitate authoritatis, qa scilicet tantæ authoritatis est, vt de vniuersalibus rebus tractet, & omnes fideles ad legũ suarum obseruantiam astringat. & hoc est quod papa celebrat cũ prælatis alicuius prouinciæ, aut prouinciarum, & si non de toto vniuerso christiano euocentur. Qua distinctione memorata, dicẽdũ videtur, q; si fiat sermo de concilijs vniuersalibus primo modo, scilicet quæ plenaria dicantur, & quo tempore incœperint, tunc dicendum est, q; talium conciliorum celebratio à tempore Cõstantini imperatoris incœperit: nullo quippe tempore per ante aliquod concilium legitur celebratum, ad quod omnes episcopi orbis cõuenerint, aut conuocati sint, licèt aliqua similitudo præcesserit in aliquibus synodis celebratis per Apostolos. Vnde beatus Isidorus lib. 6. Etym. c. 17. & habetur in ca. Canones. distin. 15. de hoc loquens ita dicit. Canones conciliorum à tempore Constantini imperatoris cœperũt: in præcedentibus nanq; annis persecutione feruente, docendarum plebiũ minimè dabatur facultas. vnde christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat episcopis licentia conueniendi in vnum nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem christianis liberè congregari. hæc ille. Si verò fiat sermo de concilijs vniuersalibus secundo modo dictis, tunc dicendum est, q; non à tempore Constantini imperatoris incœperunt: sed multo tempore antè celebrari cœperũt, vt partim in. 2. ca. suprà ostendimus de tempore apostolorum. Post tempora etiam apostolorum ante tempus Constantini imperatoris plura concilia celebrata fuisse antiquę historię nos docent. Vnde tępore Victoris papæ super quæstione illa, qua scilicet, die paschalis solennitas celebranda foret, vt ex historia ecclesiastica colligitur libro. 5. tres synodos legimus celebratas: vnam in Asia, in aqua iussu eiusdẽ papę nimia multitudo episcoporum congregata est, vt Polycrates Ephesi episcopis per epistolam suam ad Victorem papã insinuat, ita dicens. Nos intemeratum paschę colimus diẽ, nec addentes, nec auferentes aliquid. & infrà. Poteram etiam præsentium episcoporum facere mentionem, quos ipse voluisti vt vocarem, sicut & feci, quorum nomina si scribam, nimia multitudo est, qui omnes scientes paruitatem meam sensu suo confirmant quæ scripsimus. Secunda synodus tempore eiusdem pontificis etiam ipso præsidente celebrata est Romæ super eadem materia. de qua synodo scriptum est illud. c. decreti celebritatem. de consec. di. 3. Tertia synodus celebrata dicitur in Cæsarea Palestinæ, vt in eodem lib. ecclesiasticæ historiæ habetur, cui frater Martinus in historia sua summorum pontificum dicit eundem papam Victorem interfuisse. Cæterùm tępore Cornelij papæ, qui præcesserit tempora præfati Constantini imperatoris, leguntur duo concilia celebrata contra Nouatum presbyterum, qui negabat lapsos per pœnitentiam posse salutẽ consequi: quorum vnum celebratum est Romę, quod dicitur fuisse celeberrimum: vt refert Cæsarien. lib. 6. ecclesiasticæ historiæ. in quo præfatus Nouatus damnatus est, & diffinitũ est inter alia eos, qui lapsi fuerunt, per pœnitentiæ sacramentum posse consequi medelã salutarem. Secundum concilium super eadẽ materia celebratum est authoritate eiusdem papæ Cornelij, de quo florentissimæ memoriæ Dionysius Alexandrinus commemorat in epistola ad præfatum papam Cornelium, vt idem Eusebius refert lib. suprascripto, vt dicat se ad illud inuitatum à multis episcopis, eo q; ibi Nouati dogma quidam asserẽre conarentur. Præterea tempore Dionysij papæ duo leguntur celebrata præclara concilia cõtra Paulum Semosetanum, asserentem Christum tantùm hominem esse. Primũ celebratum est Antiochię, in quo apostolicę sedis legatus fuit episcopus Ostien. vt ex. 6. lib. ecclesiasticæ historiæ habetur. Secundum etiã celebratũ

celebratum est Antiochiæ, in quo præfatus Paulus arguitur, manifesteq; conuincitur. Itẽ tempore Marcellini papæ, qui iussu Diocletiani & Maximiniani Imperatorũ cõpulsus deorum tẽplum ingressus, metuq; pœnarũ idolis thura obtulit, congregata est Romæ solennis synodus: de qua in cap. nunc autem. d. 21. Ista sufficiant ad ostendendum quæ concilia generalia, & quę non à tempore Constãtini Imperatoris incœpisse dicantur.

¶Quid per definitionem dicatur vniuersale concilium catholicæ ecclesiæ. Capit. V.

SVMMARIVM.

1 *Cõcilium uniuersale ecclesiæ catholicæ definitur.*

Concilij uniuersalis definitio.

QVoniam tantùm de cõcilijs vniuersalibus instituimus loqui, relictis alijs cõciliorum speciebus, quid p definitionem sit concilium vniuersale catholicæ ecclesiæ explicemus. Iuxta autem ea quæ in. 1. ca. superiùs dicta sunt, talis potest magistralis describi cõcilij vniuersalis catholicæ ecclesiæ dari. Cõcilium vniuersale catholicæ ecclesiæ est congregatio maiorũ prælatorum ecclesiæ authoritate Rom. pontí. speciali conuocata ad aliquid cõmuni intentione solenniter tractãdũ in religione Christiana, papa ipso in concilio præsidente, vel aliquo loco sui. Ista definitio, siue describptio videtur cõueniens ac sufficiẽs, cùm contineat ea, quæ ad integritatem essentialiter faciunt vniuersalis ecclesiastici concilij, & ea, per quæ congregatio vniuersalis concilij distinguitur à quacũq; alia congregatione. Tãgitur autem in primis materia, ex qua principaliter corpus vniuersalis concilij consurgit, & constituitur, cùm dicitur: Congregatio prælatorum, cuiusmodi sunt episcopi, & alij, superiùs ascendendo: quoniam vt infrà plenius ostensuri sumus, soli tales prelati pro eorum singularitate dignitatis & authoritatis in ecclesia pertinent ad corpus vniuersalis concilij. Cuius rei illustre satis testimonium est, quòd cùm de vniuersalibus concilijs fiat mentio in corpore decreti: vt dist. 15. per totum. tantùm episcoporum concilia esse dicũtur. Ex quo satis apertè colligitur, quòd minus conuenienter definitum sit concilium vniuersale cũ dicitur, q; sit congregatio ex omni statu hierarchico ecclesiæ catholicæ. &c. quoniam nõ requiritur ad esse cõcilij vniuersalis hoc, q; de omni statu hierarchico prælati vocentur, sed sufficit, q; maiores prælati vocentur, sicut infrà plenius demonstrabimus. Ex hac etiam parte colligitur nõ sufficienter definiri concilium vniuersale, cũ à quibusdã magistris definitur, q; concilium sit societas fidelium in vnũ propositũ, & propter vnã communẽ intentionẽ congregatorũ. Patet, quoniã hæc definitio ita conuenit cõgregationi laicorũ fidelium, sicut prælatorũ, vt quilibet doctus videre põt. Secundò tangitur causa efficiens authorizans concilium, cùm dicitur, authoritate papæ speciali conuocata: ita q; apud apostolicam sedẽ regulariter singulariter residet authoritas cõuocandorũ conciliorũ vniuersalium, vt nulla prælatorũ congregatio, quę nõ fuerit apostolicæ sedis authoritate cõuocata, siue fulta, nomen cõcilij vniuersalis mereatur habere. Vnde beatus Marcellus papa & martyr scribens Maxentio episcopo, vt habetur in ca. 1. 17. di. dicit. Synodũ episcoporũ absq; huius sedis authoritate quãquam quosdã episcopos posse cõgregare, non potestis regulariter facere. vbi gl. inquit. ar. q; talis cõgregatio episcoporũ non dicitur synodus. Dicitur autẽ, speciali authoritate, ad differẽtiam aliorum cõciliorũ patriarchalium, siue prouincialium, quę de licentia generali, & dispositione iuris siue alia licentia papæ celebrãtur, certis temporibus designatis. di. 18. quasi per totum. Tertiò tangitur quasi causa formalis cõcilij vniuersalis, cũ dicitur, cõmuni intẽtione, sicut suprà tetigimus. c. 1. Et beatus Isido. inquit in. c. Canones. d. 15. qui sibi dissentiunt, non agunt concilium. Quartò tangitur in prædicta definitione causa finalis vniuersalis cõcilij, cũ dicitur, ad aliquid tractãdũ in religione Christiana, quod scilicet sit vtile & salutare toti vniuersali ecclesiæ, vt puta, quòd ad fidei illuminationẽ, ad componendũ mores, ad augmentũ religionis Christianę, ad decorem & incremẽtũ diuini cultus, & pacem populi Christiani pertineat. Quintò tãgitur ritus ceremonialis, qui obseruatur in definitionibus & cõstitutionibus synodalibus, cũ dicitur, solenniter, per quod distinguitur congregatio cõcilij vniuersalis à cõgregatione cõsistoriali siue aliorũ prælatorũ cõgregationibus, quas quandoq; Romanus pontifex facit in curia, arduis rebus cõcurrentibus sine solẽnitate, & ceremonijs in synodis generaliter cõsuetis obseruari. Sextò tangitur director atq; gubernator cõcilij, cũ subditur papa in concilio. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Necesse quidem est, vt multitudo congregata ad aliquid agendum habeat aliquem directorem, & ducem. & per hanc particulam distinguitur vniuersale cõcilium à cõgregationibus acephalis, quæ sine præsidẽte, aut capite aliquo legitimo cõgregãtur. Distinguitur etiã per hoc à cõgregationibus prælatorum, in quibus præsident aut patriarchæ, aut primates, aut metropolitani, siue episcopi, q nõ specialiter destinati sunt ad præsidẽdum loco papæ: sed præsidẽt iure legationis, vel propriæ dignitatis, aut notat dist. 17. in summa.

¶ Cuius authoritate concilium vniuersale congregandum sit. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium vniuersale cuius authoritate cõgregandum sit, ostenditur.*

SI quis attẽtè diuinam scripturam, & sanctorũ patrũ canones, ac instituta perlegerit, manifestè intelliget, ad solius Romani pontificis authoritatẽ spectare regulariter vniuersalem synodum cõgregare. Sacra autẽ scriptura in
1 primis hoc nos docet. 1. Machab. 4. vbi inter alia, quæ Simoni sacerdoti magno totius populi, & omniũ sacerdotum cõsensu attributa sunt, hoc est tanquã singulare summi pontificis priuilegium, vt conuẽtus sine ipso nõ fieret in regione. Cùm autẽ iuxta apostolũ sacerdotiũ veteris legis figura sit noui testamẽti, & summus sacerdos noui testamẽti excellentioris sit dignitatis, credẽdum est, q simile priuilegium diuina institutione habeat ipse summ⁹ sacerdos in noua lege, scilicet Roma. pont. vt scilicet absq; eius authoritate cõuentus nõ fiat vniuersalis in ecclesia. Secũdò idẽ ostẽditur ex canonibus sanctorũ conciliorũ. Vnde synodus Alexãdrina, in qua fuit Athanasius, scribens papæ Felici de huiusmodi priuilegio apostolicæ sedis, celebre testimoniũ faciens, ita inquit. Scimus in Nicæna magna synodo circa. 318. episcoporũ ab omnibus esse cõcorditer roboratum, non debere absq; Roma. põt. sentẽtia cõcilia celebrari, nec episcopos cõdemnari. Tertiò hoc patet authoritate multorũ sanctorũ patrũ, quæ Gratianus inducit. dist. 17. per totũ. quorũ sanctorũ patrum testimonia venerabilis memoriæ dñs Aymarus archiepiscop⁹ Remẽsis in libr. suo de synodis. c. 18. aliqua cõmemorãs, ita inqt. Ne mireris, q ipsorũ conciliorũ authoritatẽ Ro. pont. ascribamus. Nã nulla concilia rata legũtur, quę Apostolica authoritate fulta nõ fuerint, vt Damasus papa in decretis suis. c. 9. Asserit, cui Athanasius, & Iulius papa Nicænum quoq; conciliũ, & reliqui quoq; patres astipulãtur. Sãctus quoq; Marcellus papa & martyr in decretis suis. c. 5. Ipsi inquit apostoli, & corũ successores dño inspirãte cõstituerunt, vt nulla fieret synodus præter Romanę sedis authoritatẽ. Nam illius sedis episcopus iudex est totius ecclesiæ: nec aliquod iudiciũ valet absq; legitimo iudice. vbi nota, q dño inspirãte apostoli illud constituerũt. Quartò idẽ testatur Pelagius papa scribẽs omnibus episcopis, qui illicita vocatione Iohã. Cõstantinopolitanũ episcopũ vniuersalem vocauerũt, qui ita inquit. Relatũ est ad apostolicam sedẽ Iohãnem Constãtinopolitanum episcopũ vniuersalem se scribere, vosq; ex hac sua præsumptione ad synodũ cõuocare generalem: cũ generaliũ synodorũ cõuocãdi authoritas apostolicę B. Petri apostoli sedi singulari priuilegio sit tradita, & nulla vnq synodus rata legatur, quæ apostolica authoritate non fuerit fulta: quapropter quicqd in prædicto vestro conuẽticulo, qa synodus totaliter prę sumpta esse non põt statuistis ex authoritate sancti Petri apostolorũ principis & dñi saluatoris voce, qua B. Petro potestatẽ ligãdi at q; soluẽdi ipse saluator dedit, quæ etiã potestas in successorib⁹ eius indubitãter trãsiuit, præcipio oĩa quæ ibi statuistis vana, & cassa esse, &c. Cæterũ q ad Romani põtifici. maximè authoritatẽ pertineat cõgregatio vniuersalis cõcilij, rationibus clarissimè ostẽdimus sic. Illi soli videtur cõpetere oĩa agere & disponere, quæ vniuersam ecclesiã respiciũt, sicut est congregatio, & cõuocatio vniuersalis cõcilij, in qua de vniuersali cura ecclesiæ tractatur: sed soli pontifici Romano est cõmissa huiusmodi cura vniuersalis ecclesiæ vtpote principi, pastori, & totius populi Christiani patri: ergo sequitur, q ad illius solius authoritatẽ regulariter spectat vniuersalis cõcilij conuocatio, siue cõgregatio. Hac rõne vtit ad idẽ probãdũ Felix papa in epistola, quã synodo Alexãdrinæ scribit, ita dicẽs. Solũmodo Iesus Christ⁹ huic sanctæ sedi Apostolicæ hoc facere cõmisit, vtpote q solus, atq; præ omnibus princeps apostolorũ credit⁹ est, atq; per cipere meruit à regeregũ Christo Deo claues regni cælorũ. hæc ille. Secundò confirmatur ista ratio sic. vt ait Arist. 1. Ethi. secundũ ordinem finiũ est ordo actuum & agentiũ. respectu ergo finis vltimi totius populi Christiani consideratio pertinet ad eũ, qui toti reipublicæ Christianę præsidet: sed solus post Christũ Romanus pontifex præsidet vniuersali ecclesiæ, vtputa princeps, pastor, & rector illius: ergo illius solius erit regulariter vniuersalia cõcilia congregare, cũ illorum congregatio maximè cõcernat bonũ vniuersitatis Christianorum. Hac ratione vtitur ad hoc idem probandum beatus Tho. in. 2. 2. q. 1. c. vlt. ¶ Tertiò arguitur sic. Ad illius solius authoritatẽ videtur ptinere cõgregare vniuersalia cõcilia, cui omnes de tota ecclesia obedire tenentur. Patet, quia aliàs conuocatio redderetur illusoria, nisi conuocanti deberetur obedientia: sed soli Romano pontifici omnes de ecclesia tota ad vniuersalia concilia conuocãti obedire tenentur vtpote superiori, & inter omnes primatum habenti. vt in. c. obedientiã. di. 93. ergo. &c. Hac ratione vtitur Iulius papa ad probandum in epistola orientalibus directa, in qua vt habetur in. c. Dudũ. 3. q. 6. sic ait Dudum à sanctis apostolis successoribus eorum in antiquis decretũ est statutis, quæ hactenus sancta & vniuersalis ecclesia tenet apostolica non oportere. i. non cõuenire sine sententia Romani ponti. concilia celebrari, vel episcopũ condẽnari. Quoniam sanctã Romanam ecclesiam primatẽ omniũ ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus primus fuit omnium apostolorũ: ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata dño instituẽte prima sit, & caput cæterarũ. ¶ Quartò sic. Illi soli videtur conuenire authoritatiuè cõgregare vniuersalia cõcilia in ecclesia Dei, qui in omnes prælatos euocandos ad concilia potestatẽ habet coercendi eos ad veniendũ, & puniendũ negligẽtes, aut contẽnentes venire. 18. di. per totum. sed solus Romanus põti. est huiusmodi, cũ ipse loco Christi iudex sit ordinarius, super omnes ecclesiæ prælatos iurisdictionem habens, vt testatur B. Grego. in. c. De Constãtina. di. 22. & in. c. Si episcoporũ. c. 21. q. vlti. ergo. &c. ¶ Quintò sic. Ad solius principis authoritatẽ pertinere videtur oẽs alios primates, aut maiores sui principatus ad generalia concilia cõuocare. hoc nos docet experiẽtia. patet etiã ex primo Macha. c. 30. in principio quod suprà in primo. c. inducẽtũ est. sed Roma. ponti. est princeps episcoporũ, qui principaliter aduocandi sunt: ergo solius Roma. ponti. authoritate illi cõuocandi sunt, & synodaliter cõgregandi. Consequẽtia est manifesta. ¶ Sextò sic. Ad eum, qui maioris dignitatis est in ecclesia particulari, pertinet particularis capituli cõuocatio: vt notat Inno. de ma. & obe. c. 1. & ad eũ qui maioris est dignitatis in prouincia pertinet prouincialis concilij conuocatio, vtputa ad metropolitanũ, vt colligitur ex. c. Propter ecclesiasticas. &. c. Si episcopus. &. c. Si quis episcoporũ. dist. 18. ergo pariformiter ad eũ, qui maioris dignitatis est in ecclesia vniuersali, pertinet iure singulari vniuersalis cõcilij cõuocatio: sed talis est solus Romanus pontifex, ergo, &c. ¶ Septimò hoc idem ostẽditur manifestè ex eo, q si non soli Rom. pon. esset reseruatũ conuocare vniuersale concilium, sed quilibet in ecclesia ex maioribus posset cõgregare conciliũ, facillimè schisma oriri posset in ecclesia Dei: ergo pro seruãda ecclesię vnitate credẽdum est ita diuinitùs ordinatũ esse, vt vni, qui totius ecclesiæ caput & rector est, conuocãdorum cõciliorũ authoritas singulariter reseruaretur. Et hæc ratio videtur assignari à B. Hiero. ad Euandrũ presbyterum, & habetur in. c. Legimus. dist. 93. & ideo in schismatis remedium factũ est à diuina sapiẽtia, vt vnus electus sit, qui cæteris præponitur, ne vnusquisq; ad se trahẽs, ecclesia Christi rumperetur in frusta. Ex quibus clarissimè colligitur, q congregatio, quæ authoritate papę cõuocata aut fulta non fuerit, vno & indubitato papa in Petri cathedra existente, nec nominari vniuersale conciliũ posse, nec authoritatẽ aliquã habere. Vnde papa Pelagius in. c. Multis. dist. 17. scribẽs episcopis, qui cõuenerant ad illicitam vocationẽ Ioh. Constãtinopolitani, ita inqt. Multis denuò apostolicis, & canonicis, atq; ecclesiasticis institutis instruimur regulis nõ debere absq; Ro. pont. sentẽtia cõcilium celebrari. Quapropter, vt iam dictũ est, rectè non conciliũ, sed vestrũ conuenticulum, vel conciliabulum cassãtur, & quicquid in eo actum est, irritum habeatur, & vacuum. hæc ille.

¶ In quo ponuntur aliquæ obiectiones cõtra prædicta in præcedenti ca. de authoritate conuocandorũ vniuersalium conciliorum. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Obiecta decem aduersariorum contra id, quod dicitur de authoritate vniuersalium conciliorum conuocandorum, referuntur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVVNT quidã aduersariorum, & obijciunt plurima circa ea, quæ de authoritate Ro. Pon. in congregãdis vniuersalibus concilijs dicta sunt. Primò sic ex illo Act. 6. vbi dicitur. Cõuocantes autem duodecim multitudinem discipulorũ dixerunt. Non est æquum. &c. vbi manifestè inquiunt probari, q̃ authoritas conuocandi concilium, non erat solius Petri, sed totius collegij apostolici, & per consequens patet, q̃ non solius romani pontifi. sit congregare concilium vniuersale. *Argum. 1.*

Secundum ¶Secundò sic. Multa vniuersalia concilia in dei ecclesia, vtpote, Nicænum, Constantinũ, Ephesinum, Chalcedonẽse leguntur imperatores congregasse, sicut patet in. c. Canones. di. 15. & in. c. Sexta. di. 16. sed de hoc non reprehenduntur imperatores tanquàm vsurpatores authoritatis alienæ, sed potiùs leguntur commẽdari: quia illud fidei, aut Christianæ religionis zelo succensi egisse creduntur, ergo non videtur q̃ solius romani pontifi. authoritate vniuersalia concilia cõgregẽtur. ¶Tertiò sic. Casu occurrẽte, in quo ecclesiæ immineti periculo obuiare non posset nisi mediante vniuersali concilio, & papa nollet id in veritate conuocare, nulli dubium esse debet, quin alius à papa cõciliũ vocare posset, aliàs in manu vnius hois esset fidẽ christianã, & statũ vniuersalis ecclesiæ subuertere, quod minimè est dicẽdũ, ergo. &c. ¶Quartò sic. In casu, quo papa de hæresi vehemẽter infamat⁹, & suspectus esset, alteri q̃ papæ videt cõpetere cõuocare vniuersale cõciliũ: quia non videtur cõueniẽs, q̃ papa in ꝓprio facto tribueret authoritatẽ. ergo. &c. ¶Quintò sic. In casu quo papa efficeret hæreticus, nõ dubiũ, quin ad aliũ spectaret cõuocatio cõcilij vniuersalis, sicut patet tẽpore Marcellini papæ de fama decurrẽte per ecclesiã, q̃ thurificasset idolis, illicò cõgregati sunt epi ad videndũ de hoc. vt habet in. c. Nũc aũt. di. 21. ergo idẽ qd pri⁹. ¶Sextò sic. In casu, quo duo cõtenderent de papatu, iuxta. c. Si duo. di. 79. necessaria videtur cõgregatio cõcilij vniuersalis, vt sit iudex quis eorũ sit verus papa: & tũ non videtur ad cõtẽdentes spectare cõgregatio concilij vniuersalis, ergo ad alios, & ideo id qd pri⁹. ¶Septimò sic. Dato q̃ papa esset mortuus naturaliter, aut ciuiliter, aut renũtiasset, & cardinales nolẽtes procedere ad electionẽ nõ prouiderẽt ecclesiæ, videtur q̃ cõciliũ vniuersale deberet cõuocari, vt hinc ecclesiæ necessariò prouideretur, & tamen non authoritate papæ cõgregaretur, cùm papa nõ esset, ergo idẽ quod prius. *Tertium* *Quartum* *Quintum* *Sextum* *Septimum*

¶Octauò sic. Possibile est, q̃ papa incurreret amẽtiã, ita vt amẽs factus, inhabilis redderetur ad regẽdũ videlicet ecclesiã: sed in tali casu videtur vniuersale cõciliũ cõgregãdũ ad cõsulendũ vniuersali ecclesiæ, & nõ per papã: patet ex casu, ergo idẽ qd̃ priùs. *Octauum.*

¶Nono sic. Possibile est, vt post mortẽ papæ simul cũ eo oẽs cardinales morirẽtur, possent enim simul occidi, & tũ ad prouidendũ ecclesiæ, necessariũ videtur vt fieret vniuersale cõciliũ, & nõ posset per papã, nec cardinales, vt patet ex casu, ergo authoritate alterius, & ita idẽ quod priùs. *Nonum*

¶Decimò sic. Cõtingit q̃q; super diuersis agitari causas cõtra papã: sed videtur, q̃ tũc eius authoritate nõ esset cõgregandũ concilium, sed ab alio, ne in causa propria. &c. ergo idem quod priùs. *Decimum*

¶In quo respõdetur ad obiectiones iam factas. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiecta aduersariorum circa id, quo dicitur de authoritate conuocandorum uniuersalium cõciliorum refelluntur.*

PRæfatis obiectionibus perfacilẽ est respõdere, si sanctorum dicta rectè accipiãtur. Patrũ enim factorũ dicta attribuentia Ro. pon. authoritatem congregandi vniuersale concilium accipiẽda veniunt, cum vnus & indubitatus romanus pon. resident in apostolica sede, & de cõgregatione nõ locali ad certũ locũ tantùm, sed de congregatione authorizatiua ad disponendũ & ordinãdũ aliquid in vniuersali ecclesia ab oibus fidelibus obseruandũ, q̃d iuxta sctõrũ patrũ sentẽtias, vt prædiximus in præcedenti. c. ad eũ, qui præsidet reipublicę Christianæ, & cui creditũ est regimẽ & gubernatio illius, cuiusmodi est romanus pon. singulariter spectare videtur. Ait enim Pelagius papa in epistola quã scripsit vniuersis episcopis Synodorum & cõgregandarũ. Authoritas apostolicæ sedi priuata cõmissa est potestate. Nec vllã synodũ generalẽ ratã esse legimus, quæ eius non fuerit authoritate congregata vel fulta. Hoc attestantur canones: hoc historia ecclesiastica roborat, hoc sancti patres confirmant. hæc ille. Dicendum ergo est ad rationes in oppositum. ¶Ad primam respondetur negando consequentiam. Quoniam ad hoc q̃ alij Apostoli cum Petro dicuntur *Ad. 1 arg.*

cuntur turbã discipulorum ad synodum conuocasse, sicut nũc faceret papa cũ cardinalibus, non sequitur, q̃ Petri authoritate principaliter facta non fuit illa cõuocatio, licèt nõ exprimatur expressè. Maior planè fuit reuerentia apostolorum ad beatum Petrum, vtpote ad caput & principem eorum, quod scriptura illa cõmemorat. Maximè cùm beatus Cyrillus in lib. thesaurorũ dicat, q̃ apostoli in euangelijs & epistolis affirmarũt in omni doctrina Petrum esse loco domini in eius ecclesia, eidem dantes locum in omni capitulo, & congregatione, in omni electione, & confirmatione. ¶Ad secundãrõnem respondetur, q̃ imperatores illi nõ congreganerunt vniuersalia concilia, nisi priùs habitis cõsensu & authoritate romanorum põtificũ. Vnde Archi. in rosario, in. c. Mandastis. 2. quæstio. 5. vbi dicit tex. Valẽtinianus augustꝰ nostra authoritate synodũ congregari iussit. super verbo, nostra authoritate, dicit sic. Vbicunq; inuenies imperatorẽ conciliũ cõgregasse, intellige secundũ istud. Vnde imperatores magis fuerunt executores voluntatis & authoritatis romanorũ põtificũ in congregatione cõciliorum, q̃ ex eorum authoritate congregatores. Vnde in ca. Sexta synodus. di. 16. dicitur sic. Synodus vniuersalis Constantinopoli celebrata est, & græco sermone conscripta tẽporibus papæ Agathonis exequente pijssimo principe Constantino. Ecclesia enim illis temporibus non erat ita potens, vt de facto posset cõpellere nolentes venire, & securum accessum dare de lõginquis partibus vocatis & congregandis, & ideo apostolica sedes per principes faciebat sæpe, quod per seipsam facere cõmodè non poterat. Posteà verò cũ disponente dño potuit per se, non per principes, sed per ipsam fecit & facit. Nec obstat q̃ in ca. Adrianus. di. 63. dicitur, q̃ Carolus rex Francorum constituit synodũ cum Adriano papa: quia non est intelligendũ, q̃ rex Carolus concurrerit authoritatiuè cũ papa ad cõstitutionẽ synodi, cùm ad hoc nullã haberet authoritatem, sed benè concurrit deliberatiuè, vt sit sensus q̃ rex & papa simul deliberarũt vt synodus cõgregaretur: sed tamẽ solius Adriani papæ authoritate cõstituenda & celebranda. Vñ Archi. in rosario super hũc locũ, sup verbo, constituit, dicit sic. Cõstituit de authoritate papæ. arti. 2. q. 5. mandastis. & di. 17. ca. Hinc. vnde meliùs dixisset econuerso, scilicet, Adrianus constituit cum Carolo. hæc ille. ¶Cæterùm etiam notandum, quòd etsi aliquando imperatorum iussu legatur cõ- *Ad secundũ*

uenisse episcopos, non tamen talium episcoporum conuentus concilia vniuersalia venient dicenda, nisi fulta essent authoritate romani pontificis: vt aperte colligitur ex ca. Benè quidem. di. 96. & ex ca. Multis. dis. 17. Et ideo optimè dicit Pelagius papa in authoritate suprà posita, q̃ nullã synodũ generalẽ ratã legimus, quę non fuerit apostolica authoritate congregata, vel fulta. Nota alternatiuam, vnde episcopi qui cõuenerant Romę ad præceptum regis Theodorici tempore Symmachi papæ, videntes q̃ congregatio illa ad præceptum regis facta, nõ poterat dici synodus, nisi authoritate romani pontificis fulciretur, dixerunt oportere ipsum Symmachum papam synodum conuocare, quæ conuocatio, siue congregatio non potest intelligi, nisi authoritatis suæ interpositio, cũ iã localiter essent, vbi debebant congregari. aliud enim est præcipere vt congregentur prælati ad aliquem locum, quod quandoq; leguntur fecisse imperatores, vt frequenter faciunt reges in suis regnis: & aliud est congregare concilium vniuersale, hoc enim non solum dicit congregationẽ prælatorum ad certũ locũ, sed authorizationem quãdam, siue influxũ authoritatis ad diffiniendum, disponendum, & ordinãdum ea quæ sunt ecclesiæ commoda, & necessaria eis dare, quam authoritatem imperatores dare non possunt: quibus cùm sint laici, de disponendis ecclesiasticis rebus nõ est data facultas. vt in dicto. c. benè quidem. di. 96.

¶Ad tertiã rationem plura dicenda veniũt. Primò, q̃ casus ille non videtur admissibilis. non enim videtur posibile, quòd possint pericula talia in ecclesia contingere, quibus prouideri non posset, nisi per concilium generale, siue vniuersale. Quod patet ex duobus. Primò (quia vt aduersarij arguunt) sequeretur, q̃ in potestate vnius hominis, puta vnius principis potentis impedire ne celebraretur concilium vniuersale, esset Christianam fidem, & vniuersalis ecclesiæ statum subuertere. Tum secũdò, quia cùm propter bellorum dissidia impediri posset celebratio vniuersalis concilij. sicut Isido. dicit factum esse ante tempora Constantini, vt in. c. canones. distin. 15. habetur, tunc possibile esset fidem, & ecclesiæ statum periclitari, quod maximè falsum est, cùm sit contra illam Christi pollicitationem dicentis: Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Vnde dicitur, q̃ nullus casus posset contingere in ecclesia, cui per Romanæ ecclesiæ diligentiam prouideri non posset. In cuius manifestissimum *Ad tertium* *Matth. ult.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonium Sancti Patres docuerunt ad Apostolicam sedem in maioribus causis recurrendum esse. vt in capitulo. Rogamus. vigesimaquarta, quæstione prima. Et etiam cùm ratio fidei ventilanda venit, vt in capitulo. Quotiens. eadem causa & quæstione. Vnde Beatus Thomas in quæstione de potentia. quæstione decima. argumento quarto. dicit, quòd ad explanationem fidei faciendam, non est necessarium quòd Papa vniuersale concilium congreget, cùm quandoque id prohibeant bellorum dissidia. Secundò, respondetur quòd difficile valde esset pijs mentibus ad credendum, quòd aliquis verus Romanus Pontifex certificatus periclitari fidem & vniuersalis Ecclesiæ statum, nisi concilium generale celebraretur, nollet concilium vniuersale congregare, cùm de Romano Pontifice semper bene præsumendum sit. vt in capitulo. Non nos. quadragesima distinctione. & Papa dicat in capitulo. Officij nostri. vigesimaquarta, quæstione prima. sibi maiorem cunctis Christianæ religionis zelum incumbere. Tertiò dicitur, quòd dato quòd talis casus immineret Ecclesiæ vniuersali, tunc si Papa requisitus per dominos Cardinales, & per alios catholicos, maximè Ecclesiæ prelatos & principes, nollet congregare vniuersale concilium, nec dare authoritatem congregandi, quia talis habendus esset suspectus de hæresi, & per consequens dubius in papatu, iam ad alios pertineret vniuersale concilium congregare, sicut in responsione ad quartam rationem dicturi sumus. Quòd verò Papa in prædicto casu suspectus in fide redderetur, probatur aperte ex capitulo. Error. octuagesima tertia distinctione, vbi dicit Innocentius. Error, cui non resistitur, approbatur. Et veritas cùm minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe cùm possis perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. In hoc ergo casu, quando Papa nollet concilium congregare, ad cardinales spectaret conuocatio concilij vniuersalis ad faciendum ea quæ in tali casu necessariò essent facienda. ¶ Ad quartam respondetur, quòd ratio non videtur facere ad propositum: quoniam vt diximus, nos non loquimur de congregatione vniuersalis concilij super facto Papæ: sed super diffinitione, & constitutione canonum, & legum ad regimen vniuersalis ecclesiæ, & directionem, & reformationem omnium fidelium, quorum princeps, pastor, & director, ac magister est Romanus pontifex. Vnde ad eius tantùm authoritatem spectat, sicut ad principem ecclesiæ, congregare vniuersale concilium. Ad huiusmodi nihilominus respondemus, quòd in casu, in quo Papa diffamatus esset vehementer, & maximè apud graues & doctos viros de hæresi, quæ infamia sine scandalo ecclesiæ, vel periculo fidei dissimulari aut tolerari non posset: talis videtur nostro iudicio practica seruanda, vt primò per Cardinales requireretur, aut per aliquos alios fideles illis negligentibus, vt aboleret à se prædictam infamiam, publicè catholicam fidem confitendo, maximè circa articulum siue articulos, de quo, vel quibus diffamabatur: & huiusmodi confessionem per bullas denuntiaret illis, apud quos eius infamia decurrit. Istam practicam pro parte principaliori legimus obseruatam circa Apostolum Paulum Actorũ vigesimo. qui cùm diffamatus esset apud credentes ex Iudæis, quòd prædicaret legem Moysi non esse seruandam, consilio Beati Iacobi & seniorum, qui Hierosolymis congregati erant cum eo ingressus templum, purificatus more Iudæorum abolevit infamiam suam, sicut suprà commemoratum est capitulo secundo. Si verò contingeret, quòd Papa requisitus nollet hoc facere, tunc requirendus esset, vt congregaret concilium vniuersale, aut authoritatem daret illud congregandi. Si hoc faceret, tunc concilium congregatum inquireret de veritate. Si verò nec congregare, nec congregandi authoritatem dare vellet, tunc (iudicio nostro) domini Cardinales, qui præstantiora mẽbra ecclesiæ Romanæ sunt, quibus potissimè incumbit necessitatibus Ecclesiæ vniuersalis prouidere, & imminentibus periculis obuiare, deberent conuocare, & congregare prælatos ecclesiæ ad inquirendum de veritate infamiæ, an scilicet Papa veraciter esset hæreticus, an non. Vbi verò Cardinales hoc nollent facere, Imperator, aut principes Christiani possent hoc facere, vel etiam ipsimet prælati Ecclesiæ intelligentes talem vehementem suspicionem de Papa, possent seipsos congregare, sicut factum est tempore Marcellini papę, vt habetur in. c. nunc autem. distinct. 21. Congregatis autem prælatis, & alijs qui vocati

Ad quartũ

cati essent in aliquo loco, requirendus esset papa, vt authoritate sua authorizet illam congregationem, sicut factum legitur in precedenti casu Symmachi papæ. de quo in cap. Hinc etiam. distinctio. 17. Si vero papa vellet authorizare congregationem, sicut fecit Symmachus papa, bene quidem. Si verò nollet, tunc congregatio prælatorum illa deberet procedere ad inquisitionem veritatis, etiam papa nolente. Et si quæras, qua authoritate? Respondetur quòd tam authoritate iuris diuini, quàm humani: diuini quidem quod habetur Iohannis. 12. vbi dicitur: Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Vnde sanctus Thomas super epistolam ad Galatas, super illud Apostoli in primo cap. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. quæritur, cum par in parem non habeat imperium, & multò magis non habeat in superiorem, videtur quòd Apostolus non potuerit excommunicare apostolos, qui erant sibi pares, & Angelos, qui sunt superiores. Et respondẽdo dicit. Ad hoc sic dicendum, quòd Apostolus protulit hãc sententiam, non propria authoritate, sed authoritate Euangelicæ doctrinę: cuius doctrinæ authoritas habet, vt quicunque contra illam dicunt, excludendi & repellendi sunt. ad hoc inducit authoritatem illam Iohãnis. 12. suprà positam. Secundò authoritate iuris humani, siue canonici. c. Si papa. quod est sancti Bonifacij papæ & martyris. distinctio. 40. quia cùm huius criminis, scilicet, hæresis in papa competens iudex videatur esse concilium vniuersale duntaxat, vt colligitur distinctione. 17. c. Hinc ipso facto, quòd papa non vult dare authoritatem cõgregationi, ipsum ius intelligitur sibi dare authoritatem, aliàs frustratoria esset prouisio iuris, quod in casu hæresis disposuit, quòd concilium vniuersale posit iudicare papam hæreticum, si per negationẽ papa pertinaciter in hæresi sua persistente auferretur. Nam frustra essent iura, nisi eis assignaretur minister, vt dicit textus de elect. vbi periculum. libro sexto. Auferretur autem proculdubio iuris dispositio, si in casu illo concilium procedere non posset. In quisitione autem debitè facta, & inuento, quòd papa veraciter in hæresim lapsus fuerit, tunc concilium deberet illum informare de veritate, ostendendo per sacram scripturam, aut per vniuersalis ecclesiæ determinationem erroneum esse quod teneret, & requirere illum charitatiua admonitione, vt dictum errorem abiuraret, siue reuocaret, fidei veritatem publicè confitendo. Et fortassis expediret ad maiorem cautelam assignare sibi terminum, infra quem reuocaturus esset præfatum errorem: quod si infra terminum sibi assignatum fecerit, nihil potest concilium vlterius contra ipsum, vt expressè notauit Hugo in cap. nunc autem. distin. 21. & in cap. Si papa. distin. 40. super verbo. à fide deuius. Sed ipsemet papa in foro conscientiæ quantum culpabilem se fuisse cognosceret, per confessorem suum animæ suæ prouideri faciat de pœnitentia salutari. ar. distinctio. 21. nunc autem. Si verò hoc agere papa noluerit, tunc procedendum est contra eum, vt in sequenti responsione dicetur.

¶ Ad quintam rationem respondetur sub tali distinctione. Aut est notorium papam esse hæreticum, vtputa quòd inciderit in hæresim damnatam, illam publicè asserendo, & prędicando: aut non est notorium. Si notorium vt diximus, tunc videtur iudicio nostro talis practica obseruanda: debent enim domini cardinales, aut etiam alij catholici illum monere, vt abneget prædictum errorẽ, in quem lapsus est, fidem catholicam inuiolatam, integramque profitendo, sicut tenetur facere quilibet bonus fidelis, ostendendo illi per sacram scripturam, aut vniuersalis ecclesiæ determinationem, quòd id, quod tenet, sit erroneum, & à fide catholica alienum: & si paratus sit corrigi, & abnegatis erroribus fidem Christi tenere & confiteri, tunc (vt in responsione præcedentis rationis diximus) vniuersale concilium non habet in eum aliquam authoritatem. Si verò nollet reuocare errorem, sed pertinax, & incorrigibilis in eo persisteret, tunc primò cardinales ab eo recedere debent, iuxta illud Iohãnis in canonica. 2. cap. primo, de Christi fide loquentis. Si quis venerit ad vos, & hanc doctrinam, scilicet Christi non habet, nolite eum recipere in domum, nec ei Aue dixeritis. vbi glossa ordinaria dicit. nolite. &c. id est non tantùm nõ assentiatis, sed nec ad horam recipiatis. hoc etiam colligitur ex cap. Anastasius. distin. 19. Secundò ipsi cardinales debent denuntiare prælatis ecclesiæ casum præsentem, & conuocare eos vt veniant sicut tenentur ad succurrendum ecclesiæ in hoc horribili casu, & prouidendum ecclesiæ, quia in ille à petra fidei super quam fundata est ecclesia Matth. 16. pertinaciter & incorrigibiliter cadendo cecidit. Tunc verò (vt in præceden-

Ad quintũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti casu diximus) consiliũ prælatorũ congregatum debet iuris authoritate procedere ad depositionem illius, vt quibusdam placet: vel (vt nobis plùs gratum est iuxta iam dicta ad declarationẽ) q̃ ille non sit amplius papa, & q̃ vacet apostolica sedes. huiusmodi enim criminis proprius iudex est vniuersale concilium, vt dictum est. Si verò non sit notorium papã esse hæreticũ, sed solùm apud aliquos graues tantùm & bonæ fidei homines fama, siue præsumptio processerit, tunc procedendum videtur: vt in responsione ad quartã rationem dictum est. ¶ Ad sextam rationẽ respondetur dupliciter. Primò q̃ si certum sit, q̃ alter contendentium sit verus & apostolicus, vt, puta quia à duobus partibus cardinalium electus, cùm alius per consequens esse non possit nisi intrusus, & per consequẽs nõ apostolicus sed apostaticus, siue ꝺ̃phanus, vt in c. factus est. 7. q. 1. tũc cũ nõ occurrat dubitatio rationalis quis sit verus papa, non est necessaria vniuersalis concilij conuocatio ad iudicandum de electione illius quæ præsumitur iam canonica, sed ad condemnationẽ intrusi, & ad mandandum, q̃ omnes fideles pareant & obediant vero apostolico, iuxta. c. si quis pecuniã. ꝺ. 79. sicut factũ legitur tã tempore Damasi papæ contra Vrsinũ, q̃ tẽpore Cornelij cõtra Nouatianũ. Et de tali cõtentione nõ intelligitur. c. si fortè duo. vt dicit Gratianus, & benè in. §. sequenti ibidẽ. Secundò respõdetur, si fieret cõtentio inter aliquos super iure electionis, quæ illarũ electionũ fuerit canonica, tũc (iudicio nostro) si cõtẽdẽtes vellent se submittere iudicio alicuius sapientis, vel aliquorũ, vt. ſ. staret iudicio illorũ, tũc nõ videretur necessaria cõcilij vniuersalis cõuocatio: sicut factũ est tẽpore, quo Symmachus, & Laurentius contendebant de papatu, vbi cùm neutra pars altericedere vellet, constituerunt vt lis iudicio regis Theodorici finiretur: qui Rauennæ positus, dum vtriusque partis legatos audisset, decreuit, vt qui prior ordinatus esset, aut quẽ maior pars clerici & populi simul elegisset, in sede Apostolica sederet: vbi verò contendentes nollẽt se submittere iudicio aliquorum sapientum, tunc congregandum foret concilium generale, vt de iure electionis discernat, & iudicet: quia vt in præfato. c. si fortè, dicit glos. Concilium est iudex in isto casu. Hic autem insurgit quæstio. Si ambo contendentes essent in possessione papatus, ita quòd vterque pro summo põtifice haberetur à catholicis viris? Videtur nobis (saluo meliori iudicio) quòd

Ad sextũ

ambo deberent congregare prælatos suarũ obedientiarum ad aliquem locum, & ex ambobus congregatis concilium constitutũ iudicaret. Si verò præfati contendentes hoc facere nollent, tunc domini cardinales deberent etiam contradicentibus contẽdentibus concilium congregare. Vbi verò ipsi nollent, aut negligentes forent, ipsi prælati Ecclesiæ habentes zelum Dei possent se congregare ad incendium ecclesiæ extinguendũ: aut ipse imperator, cuius interest, vt pax sit in vrbe, & fortiùs in toto orbe, quæ esse non potest, stante contẽtione super summo pontificatu, dicente Christo Matthæ. 11. Omne regnum in se diuisum desolabitur. Sed de his fortasis aliquid plùs dicemus auxiliãte Domino in sequẽti libro, vbi de schismate erit sermo. ¶ Ad septimam rationem respondetur, quòd in illo casu, vbi cardinales ad electionem procedere non vellent, iam prouisum est à iure sufficienter in. c. fundamenta. de electio. libro. 6. & c. Ne romani. e. t. in clement. Nihilominus vbi cardinales fugerẽt, vel deficerent, tunc pro maiori securitate videretur cõuocandum vniuersale concilium: & hoc per imperatorem, aut clerum romanum, & ibi prouidendum esset necessitati ecclesiæ: cùm in talibus necessitatibus, quæ respiciunt totam rempublicam, deficientibus ordinarijs, ad ipsam rẽpublicam spectare videatur prouisio. ¶ Ad octauam rationem respondetur, quòd cùm in casu, in quo papa factus esset demens dementia incurabili per naturam, iudicãdus veniat quasi mortuus, cùm non possit agere, siue exercere actus officio summi pontificatus incumbentes. ar. de clero. ægro. c. 1. lib. 6. tunc domini Cardinales debent hoc demandare prælatis ecclesiæ, & inuitare eos, vt conuenientes in vnum, consulant quid agendum sit, an scilicet alius eligendus sit: cùm ecclesia quasi vacare videatur in præfato casu, vel dandus sit illi adiutor. ¶ Ad nonam respondet sicut ad septimã. ¶ Ad decimam videtur respondendum, quòd in casu illo authoritate papæ concilium conuocandum esset, si sine concilio causa illa terminari non posset: iuxta ea quæ legimus de papa Sixto in capit. mandastis. 2. q. sexta. Et de papa Symmacho. §. Hinc etiam. distinctione. 17.

Ad septimã

Ad octauã

Ad nonã

Ad decimã

¶ De causis congregationis vniuersalium conciliorum. Cap. IX.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Concilij conuocandi causæ recensentur.*

POstquam ostendimus qua authoritate regulariter vniuersa concilia congreganda sunt: iam videndum est, quibus de causis congreganda veniunt, cùm non leui causa, sed pro grauissimis & arduis prelati à suis ecclesijs & euocandi & fatigandi sint. ¶ Decursis autẽ pluribus historijs, inuenimus patres ecclesiæ multis de causis conciliariter cõuenisse. Primò quidem, vt super tractãdis, & disponẽdis in vniuersali ecclesia maturius, & sanius concilium haberetur. Si enim, vt inqt Sapiens ecclesiastici. 37. ante omnem actum præcedere debet cõsilium stabile, multò amplùs hoc obseruandum est, vbi de maximis rebus, & vniuersam remp. Christianam tangentibus agendum venit. Ad habendum autem maturum sanumq̃; consilium super huiusmodi rebus plurimum operatur multitudo sapientum. secundum illud Prouerb. 11. Vbi multa cõsilia, ibi salus. Et ecclesiastici. 6. Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum. & maximè hoc obseruatum à patribus legimus in materijs fidei: quia in his periculosissimè erratur, vt ait beatus Aug. Hanc causam celebrationis concilij tangit beatus Cyprianus in epistola, quam ad Stephanum ipse & synodus quædam scribit dicens. Cyprianus, & cæteri Stephano fratri salutẽ. Ad quædam disponenda, & concilij communis examinatione limanda necesse habemus conuenientibus in vnum plurimis sacerdotibus cogere & celebrare conciliũ. Item Theodosius imperator mandato dato, vt episcopi conuenirent ad celebrãdum secundã synodum Ephesinam, rationem assignans dicit. quia scilicet Leo papa cogitabat non esse tutum absq; sancta synodo, & vbiq; sanctarũ ecclesiarum præsulibus huiusmodi quçstionem de fide enodare, necessarium duximus vestram conuenire fraternitatẽ. vnde & glo. in. c. Anastasius. distin. 19. dicit, q̃ vbi de fide agitur, papa debet requirere concilium episcoporũ: quod potissimùm venit intelligendum, quando ipsa fidei quæstio priùs nõ fuerit per ecclesiam per se vel in simili determinata siue diffinita: foretq; tantę difficultatis, vt papa cum collegio suo non videret plenè q̃d in ea parte tenendũ esset. Et sic in his semper tenẽda est illa regula. c. de quibus causis. dist. 20. vbi Inno. ita consulit. de quibus causis nulla soluendi ligandiq; authoritas in libris noui & veteris testamenti, vel. 4. euangeliorum in scriptis apostolorũ non appareat, ad diuina recurrite scripta Græca, si nec in illis ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à doctoribus catholicis scriptas manũ imittite: si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordamini: quòd si in omnibus his inspectis huius quæstionis qualitas non lucide inuestigatur, seniores prouincię congrega, & eos interroga: facilùs nanq; inuenitur, quod à pluribus quoq; senioribus quæritur. verus etiam promissor ait: Si duo ex vobis, vel tres in vnum conueniũt super terram in nomine, meo de omni re. q. p. a. p. me. qui in cæ. est. hæc ille. Hac de causa beatus Petrus, & aliqui apostoli celebrasse leguntur concilium Hierosolymis, cùm quæstio de obseruatione legalium mota esset, quæ ibi gratia Spiritussancti aspirante diffinita est: vt habetur Actorum. 15. Secundò congregata leguntur concilia vniuersalia ad solenniorem & abundantiorem authoritatem reprobationis hæresum, & condemnationis hæreticorũ. Planè cùm de publicis latronibus, & hostibus reipubli. venit iustitia exequenda solitum est tam ad eius pleniorem notitiam, quàm ad maiorem malefactorum confusionem, & aliorũ tuba aut campana populum conuocare, ita conueniẽter conuocatur concilium vniuersale, quando reprobationis & condemnationis iudicium contra hæreticos exercendum est, quorum errores & potentes habent actores & plures fautores per diuersas orbis partes: qua de causa plura concilia, & potissimè septem præclara & principalia celebrata legũtur. Quorum primum est Nicænum. 318. patrum, in quo Arrij episcopi Alexandrini, qui tres gradus posuit in trinitate, scilicet patrem maiorem, filium minorem, & Spiritumsanctum creaturam vel seruum, error condemnatus est. Secundum fuit Constantinopolitanum. 150. patrum, in quo error Macedonij Constantini episcopi conuincitur, qui negabat Spiritumsanctum esse Deum. Tertium est Ephesinum primum. 300. patrum, in quo Nestorij impietas iudicatur, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, sed tantummodò hominis genitricem, vt aliam personam carnis, aliam personam faceret deitatis. Quartum concilium fuit Chalcedonẽse. 530. patrũ, in quo error Eutic. reprobatus est: qui asserebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat Christum post humanã assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam diuinam naturam permanere. Quintum fuit Constantinum, in quo perfidia multorum hæreticorum condemnatur, maximè Theodori Mosothoni, qui asserebat alium esse verbum, & alium Christum. Negabatque sanctam virginem Mariam Dei genitricem fuisse. Sextum fuit etiam Constãtinum. 150. patrum: in quo stultitia Macharij Antiocheni episcopi, & sociorum eius, qui vnam tantùm voluntatem & operationem in Christo falsa suspicione astruebant, cõfutatur. Septimum concilium est Nicænum secundum. 367. patrum, in quo hæresis execrãtium imagines sanctorum in ecclesia, dicentium illas nec colendas, nec venerandas fore, abrasa est. Tertiò concilia leguntur congregata gratia schismatis extirpandi: sicut octauum concilium vniuersale. 300. patrum Constantinopoli celebratũ: in quo schisma de depositione Ignatij & ordinatione Focij ortum patres congregati extirparũt, Focium anatematizantes, & Ignatium restituentes. Hac etiam ratione legimus Romæ congregatum concilium, cùm de papatu contenderet Vrsinus quidam cum Damaso papa: in quo confirmato in apostolica sede Damaso, Vrsino depulso, sedatum est schisma, vt Eusebius in ecclesiastica tradit historia. Item eadem ratione congregata legitur synodus tempore regis Theodorici: in quo de contendentibus de papatu Symmacho & Laurentio schisma ortum est, quod in ca. Symmachus. 2. quæst. 7. fuit extirpatum. Præterea ætate nostra tribus contendentibus de papatu, scilicet, Benedicto. 13. & Iohan. 23. & Gregorio. 12. synodus congregata est Constantiæ in natione Germanica: in quo vno, scilicet Gregorio renuntiante si qd iuris habebat, alijs duobus depositis, scilicet Iohanne & Benedicto, data est pax ecclesiæ. Quartò congregata leguntur concilia ad reductionem siue cõfutationem hæreticorum per viam disputationis: qua de causa tempore & cõsensu beati Syluestri papæ, iussu Constantini imperatoris dicitur Romæ conuenisse magnum episcoporum conuentum, vt cum Iudæis disputaretur de lege, vtrùm, scilicet, Christianorũ fides legi Iudæorum præferenda esset. Vbi longa concertatione expleta, cùm pro fide Christi erat conclusum, augusta Helena cum tribus millibus Iudæorum ad fidem Christi conuersa, baptismum susçepit. Hac etiam de causa diebus nostris congregata est synodus Basilieñ. pro reductione Bohemorum, vbi data Bohemis licentia disputandi, & dicendi liberè quicquid vellent in defensionem errorum suorum, assignatisq; per synodum quatuor doctoribus catholicis, qui in publica congregatione illis responderent, longissima concertatio facta est nobis ibi semper præsente: sed quãquam manifestissimè conuicti essent, foretq; condescensum illis in multis gratia lucrificandi eos, nihilominus recesserunt peccatis eorum promerentibus ita sordidi, sicut venerunt. Hac etiam de causa congregata est Florentię synodus amplissima diebus nostris sub sanctæ memoriæ Eugenio pro reductione Græcorum, vbi interfuit imperator Græcorum, & patriarcha Constantinopolitanus cum multis alijs prælatis orientalis ecclesiæ. Vbi operante saluatore nostro, qui vera pax est, sublato de medio pariete, qui occidentalem, orientalemque diuidebat ecclesiam, vnio, & concordia concluſa est inter eos, licèt heu ab omnibus in partibus orientalibus non fuerit acceptata. Quintò concilia leguntur congregata, cùm ecclesia habet magnos & potẽtes hostes, & perturbatores. Tuncenim summus pontifex ecclesiæ princeps, ac rex regũ terræ Dei vicarius solitus est congregare cõuentum patrum, & principum ecclesiæ, de quibus in psalm. Constitues eos principes super omnem terram. ad punitionem illorum. Hac de causa Gregorius tertius cum imperatorem Leonem huius nominis tertium hæreticum incorrigibilem comperisset super depositionem imaginum Christi, & beatæ virginis, ac sanctorum, quas omnes destruiac incendi fecerant in vrbe Constantinopolitana: congregato concilio Romæ quasi mille episcoporum, Romam, & Italiam totam ab eius obedientia & potestate discedere fecit, & vectigalia interdixit, & illum anathematizans, venerationem imaginum confirmauit. Item hac de causa Gregorius septimus contra imperatorem Henricum huius nominis. 3. quia Romanæ ecclesiæ scindere vnitatem moliebatur, congregauit Romæ concilium. 110. episcoporum, & illum ibi excommunicauit. Item hac de causa Innocentius quartus imperatorem Fredericum huius nominis. 2. ecclesiæ hostem rebellem, contumacem, & incorrigibilem comperiens, concilium congregauit Lugduni, & ibi illum ab imperio deposuit. Sextò legitur cõgregatum vniuersale concilium gratia supernæ reuelationis impetrandæ à Deo super arduis in ecclesia constituendis. Hac de causa congregata legitur

legitur synodus prima ab apostolis, vt scilicet quis ad integritatem apostolici collegij loco Iudæ proditoris assumendus esset, orationibus à Deo cognoscerent. Vnde dicitur Actorũ. 1. Et statuerunt duos, scilicet, Ioseph, qui cognominatus est iustus, & Mathiam: & orantes dixerunt, Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris, &c. Septimò congregata leguntur concilia cùm magna imminet Christianæ reipu. necessitas, aut persecutio, cui non nisi à totius ecclesiæ auxilio subueniri posset. Hac quidem causa inter alias maxime Vrbanus. 2 audiens ciuitatem sanctam Hierusalem ab infidelibus captam in Christiani populi dedecus & confusionem, concilium generale conuocat in Claromõte Aluerniæ: & in subsidium illius passagium transmarinum ordinatur. Octauò leguntur concilia congregata ad maiorem firmitatem fidei, & acceptationem plenariam tam constitutionũ, quàm diffinitionũ factarum in præcedentibus concilijs. Vnde post Nicænam synodum congregata est Romæ per beatum Syluestrum synodus. 277. patrum, in qua roborata est fides synodi Nicænæ, & Arrius condemnatus: in qua sic ait beatus Syluester. Quicquid in Nicæna synodo constitutum est, ad robur sanctæ matris ecclesiæ catholicæ & apostolicæ à sanctis sacerdotibus. 318. nostro ore consortes firmamus: & omnes qui ausi fuerint dissoluere diffinitionem sancti magni concilij, quod apud Nicænam congregatum est sub præsentia pijssimi & venerandi principis Constantini Augusti anathematizamus: & dixerunt omnes episcopi, placet. Item sexta synodus apud Constantinopolim celebrata, vt habetur distin. 16. cap. quoniam. sic inquit. Confirmamus & cæteros, scilicet sanctorum patrum canones & synodos, scilicet Nicænam, Anchiritanam, Antiochenam, &c. Nonò congregata leguntur concilia gratia inquirendæ veritatis super suspicione hæresis orta de Romano pont. Hac de causa congregatum legitur cõcilium tam tempore Symmachi papæ, de quo in. §. hinc etiam. distinctio. 17. quàm tempore Marcellini papæ, qui sacrificauerat idolis. de quo in cap. nunc autem. distinct. 21. Decimò congregatum legitur cõcilium purgationis gratia, quam papa voluit facere: vt quia si infamia fuit publica, purgatio etiam omnibus nota esset. Hac ratiõe Damasus papa & Leo 4. & Sixtus Romani ponti. bonæ famæ suæ curam gerentes, ad sedandum scandalum concilia congregasse leguntur: sicut de beato Damaso habetur. 2. quæst. 7. nos. circa finem. De Leone. 4. habetur. 2. quæst. 5. omnibus. circa finem. De Sixto papa in cap. mandastis. 2. quæst. 7. Vndecimo congregandum venit vniuersale concilium, quando vehemens dubitatio curreret de iure electionis alicuius in summum ponti. iuxta glo. in. c. si forte duo. distinct. 79. Hac de causa plura congregata sunt concilia à sanctis patribus, quæ suprà gratia extirpandi schismatis descripsimus. Duodecimò concilia aliquãdo celebrata leguntur, & celebranda rationabiliter veniunt ad efficaciorẽ, ac solenniorem, & vniuersaliorẽ reformationem ecclesiæ fiendam. Quanquam enim summus pontifex pro singularitate principatus sui omnẽ legem condere & dare posset toti ecclesiæ, iuxta. c. sunt quidam. 25. q. 1. nihilominus sæpe (& hoc rationabiliter) patres ecclesiæ synodaliter conuocat, vt leges ad reformationem pertinentes condendæ illorum concilio & approbatione formatæ plus habeant authoritatis, & apud fideles acceptabiliores fiãt. Hac de causa plura sunt congregata concilia, in quibus canones continẽtes plura vtilia ad correctionum vitiorum, ad componendos mores, ad honestatem vitæ, ad pacem populi Christiani sunt instituti. Ex quibus pro magna parte corpus decreti conflatũ est: intra quæ est synodus illa singularis, quam Romæ Gregorius septimus celebrauit ad reformationem ecclesiæ: in qua anathematizauit simoniacos, clericis vxorem habẽtibus interdicit diuina, laicis eorum missas audire prohibuit, & inuestituras ne à laicis susciperent, sententiam excommunicationis adhibuit.

¶ De vtilitate celebrationis conciliorum. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Concilij celebrandi utilitas, ostenditur.*

QVanquam ex supradictis satis perspicuum sit, quòd plurimum vtilitatis afferat sanctæ ecclesiæ ipsa vniuersaliũ conciliorum celebratio, nihilominus ad pleniorẽ huius rei notitiam aliqua quasi repetentes ex precedenti. c. dicimus maximè valere ad sex.

¶ Primò

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 ¶ Primò quidem valet celebratio vniuersalium conciliorum ad conseruandam Christianam religionem in vnitate fidei, quæ primum vinculum est societatis Christianæ. vt dicit B. Chrysostomus. Hanc vtilitatē conciliorum vniuersalium assignat beatus Isidorus in ca. canones. distinctione. 15. ita dicens. Canones generalium conciliorum à temporibus Constantini imperatoris cœperunt. In præcedentibus nanq; annis persecutione feruente, docēdarum plebium minimè dabatur facultas, vnde Christiani as in diuersas hæreses scissa est: quia nō erat eis licentia cōueniendi in vnū, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Item hac de causa Martianus imperator scribens ad omnes vbi q; terrarum episcopos vt ad synodum Chalcedonen. veniant, ita ad propositum loquitur. Omnia ad veram fidem & Christianam orthodoxam religionem tunc præponenda alijs rebus existimauimus: Deo em̄ propitio existente, & nostrum imperium, & cōmunes causas meliores fore contendimus. Quia ergo dubitationes quędam circa orthodoxam fidem motæ sunt: sicut indicant etiam literæ sanctissimi archiepiscopi felicissimæ ciuitatis Romæ, placuit nobis properè sanctū conciliū fieri, quatenus concordātibus patribus, & veritate examinata, & vacāte omni studio, quo quidā iam abusi religionē turbauerūt orthodoxā, vera atq; saluberrima fides sit omni mundo manifestissima, & de cætero omnis quæstio & dubitatio auferatur. & infrà, Quis quis enim in generalem futurā synodum & omni mundo vtilem peccat, equidem contra Deum, & diuinitatem nostrā offendit. hæc ille. ¶ Secūdò valet ad faciliorem & firmiorē illucidationē veritatis in dubijs. Faciliorē quidem: quia quod à pluribus sapiētibus quæritur, facilius inuenitur. vt ait Inno. in. c. de quibus. dist. 20. Firmiorem etiā dicimus: quia tātò firmius, siue grauius est iudicium, quantò plurium sententijs confirmatur, & approbatur assensu. Vnde in. c. extra conscietiam. dist. 64. dicit Innoc. Integrū iudicium est, qđ plurimorum sentētijs cōfirmatur. Vnde beatus Aug. dicit lib. 1. de bapt. contra Donatistas. antiquos patres fluctuasse in fide, quousq; totius orbis concilio firmarētur. Ait enim sic. Iam ne videar humanis argumentis illud agere, quoniam quæstionis huius obscuritas prioribus ecclesiæ temporibus ante schisma Donati magnos viros & magna charitate prędītos patres episcopos ita inter se compulit salua pace disceptare atq; fluctuare, vt conciliorum in suis quibusque regionibus diuersa statuta mutarent, donec plenario orbis concilio, quod saluberrimè sentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur. hæc ille. Hinc etiam Theodosius imperator scribens Dioscoro archiepiscopo Alexādrino vt cōueniret cum suis metropolitanis Ephesi sine dilatione, sic inquit. festinesq; cum vniuersis sanctis episcopis, quos conuenire per sacras nostras epistolas sanximus ad prædictam ciuitatē, & subtilissimè inuestigantibus & quærentibus, omnis de medio error cōtrarius auferatur, catholica aūt doctrina & orthodoxa fides solidetur, & quiete fulgeat, quod vniuersi in posterum inconcussum & intemeratum custodiant. Planè cùm congregatio tantorū patrum ecclesię, quibus ait dominus in euangelio Matth. 5. vos estis lux mundi. nil aliud videatur esse, q̄ multorum luminarium congregatio, bene facit ad illuminationē populi Christiani, & decorem vniuersalis ecclesiæ synodalis patrum congregatio. Vnde bene conuenit proposito illud Eccle. 43. species celi, id est, ecclesię. gloria stellarum, id est, doctorum. mundum illuminans. vbi glo. ordinaria ita dicit. Species cæli, id est ornatus ecclesiæ. sanctorū plenitudo, quos Deus excelsus ordinauit, vt prædicatione euangelij mundum illustrarent. ¶ Tertiò conciliorum vniuersalium celebratio vtilis est ad culturam agri dominici, vt canon concilij Constantien. dicit frequens. Sunt quidem patres in concilio cōgregati ministri operarij agricolę, de quo dominus ait. Iohann. 15. pater meus agricola est. quorum ministrorum officium est errorum vepres de agro dominico euellere, plantare fidem, & quulsis vitiorum radicibus virtutes inserere. Vnde dominus Hieremiæ in figura Romani pontificis, qui congregator & director conciliorum vniuersalium est, videtur dixisse illud Hierem. primo. Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas, & destruas, & dispердas, & dissipes, ædifices, & plantes. vt testatur papa Innocen. in cap. solitæ. extra de maio. & obe dien. vnde Adrianus papa loquens patribus in concilio, quōd Romæ congregauit, ita ait ad propositum. Cùm debeamus ò fratres & filij dilectissimi dominici agri strenui & fideles esse cultores, & spiritualibus ad purgationem ipsius cælestium præceptorum vti ligonibus, oportet, vt siqua in eo spinosa, siqua germinare venenosa conspicimus, pari labore, vnanimiq; zelo hæc radicitus extirpare

tirpare studentes, arripiamus examinis rostrum, & falcē iudicij cōcordi sentētia proferamus, ne quæso in nos exprobrāter dicatur: Messis quidē multa, operarij autē pauci. hæc ille. ¶ Quartò celebratio cōciliorū vniuersaliū vtilis est ad tyrānorum, & infidelium superbiā humiliādā. Plurimū profectò, vt intelleximus à fide dignis, q̄ fuerūt infideles in orientalibus patribus. s. Turci terrentur audientes apud Christianos vniuersalia cōcilia congregari. & ita faciunt vbicūq; latitent. & hoc rationabiliter: quoniam ecclesia Dei vt dicitur Cantico. 6. Terribilis est vt castrorum acies ordinata. Castra sunt doctores patres ecclesiæ cōgregati, quibus tāquam militibus Christi, & propugnatoribus munitur, protegitur, & defenſatur ecclesia. De quibus dicitur Zacha. 9. Circūdabo domū meam. i. ecclesiā, ex his qui militāt mihi. videlicet prælatis, doctoribus, & principibus fidelibus, qui eam defendēdo, Christo militare perhibētur. Vnde Paulus apostolus scribēns Timotheo ait. labora sicut bonus miles. glo. in prædicando
2. Tim. 2 euāgelium cōtra hostes. ¶ Quintò celebratio conciliorū est vtilis ad refrænādum exorbitantias quorūdam pōtificum, qui pōtificatū sunm aut spretis sanctorū patrū regulis pro volūtate exercent, aut symoniaca prauitate dehonestāt, aut seculi vanitate, & vita scādalosa confundūt. Huius causa cōgregatū legitur conciliū episcoporū Italiæ Romæ per imperatorem cōtra Iohānem papā duodecimum, qui venator, & lubricus publicus, & incorrigibilis erat. Vt em̄ ait Hormisda papa in epistola decretali ad episcopos per Hispaniā cōstitutos, Difficile est, vt cuiusquā cor sic prauis cogitationibus induretur, vt in se patiatur culpādus fieri, cùm nouerit se iudiciū sub eundū cōcilij. ¶ Sextò valet vniuersaliū conciliorū celebratio ad omniū quasi scādalorū, quæ suscitātur in ecclesia, extinctionē. Istud planè vt priora exēpla nos docēt. Vltimū refugiū ecclesiæ in omnibus magnis angustijs suis. licut in præcedēti. c. exēplariter deductū est in multis, tam de scādalis occasione hæreticorū, aut schismaticorum, q̄ aliūde exortis. Vnde propter has multiplices vtilitates prouenientes ecclesiæ sanctæ Dei ex celebratione sacrorum cōciliorum posset optimè adaptari mysticè proposito tanquam dictum summo pontifici illud Esa. 16. Ini concilium scilicet cū sapiētibus. Coge conciliū, id est, cōgrega. vt exponit magister Nicolaus de Lyra. q. d. Spiritus sanctus Romano pōtifici imminentibus grauissimis periculis in ecclesia, Ini concilium, & coge, id est, congrega vniuersale concilium: quoniam si in medio duorum vel triū in nomine Christi cōgregatorū ipse est vt spirator, doctor, & adiutor, vt habetur Matth. 18. multò amplius vbi sanctorum patrum multorū societas in nomine cōuenerit Iesu Christi, maximè pro rebus vniuersitatem Christianæ religionis respectiuè concernētibus interesse credendū est. Verūm est hîc aduertēdum, q̄ hæc, quæ dicta sunt, accipienda veniunt, cùm in concilijs vniuersalibus proceditur canonicè, & sanctè: quoniam aliàs melius foret supersedere à celebratione cōciliorum. Quoniā quemadmodū concilia ritè celebrata saluberrimos fructus operata sunt: ita nō ritè celebrata maximis scandalis vniuersam perturbarunt ecclesiā, sicut patrū traditiones & venerabiles historiæ nos docēt. Quocirca Eusebius religiosissim⁹ episcopus Dorilei ciuitatis (qui dānatus fuerat cū Flauiano iniustè à Dioscoro. vt habetur in prima actione Chalcedonen. cōcilij synodi) ad synodum loquens ita dicit. Adimus vestrā pietatem, supplicantes iustitiam promereri: causa autem hæc est nuper facto concilio in Epheso metropoli, quod vltimè fuit: non futuram, &c. vt nō tantis malis, & perturbationibus vniuersum mundum repleſſet.

¶ Quòd Rom. pontifi. præsentia personalis non necessariò requiratur in concilijs vniuersalibus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium uniuersale, quòd non expostulet necessariò pontificis Romani præsentiam, sed authoritatem.*

2 *Conciliis uniuersalibus quare superioribus temporibus summi pontifices præsentialiter nō interessent, triplex assignatur ratio.*



Licèt vniuersalia concilia, vt prædiximus, non nisi per Ro. pont. regulariter conuocāda sint, & authoritate fulciēda: nihilominus nō est necessariū, nec semper conueniens, vt ipse illis præsentialiter interſit: sed sufficit, q̄ legati,

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̃ legati, aut vicarij, siue Apocrisarij ei⁹ interfint. Quod ex illo apertissimè ostenditur, q̃ nulli octo conciliorum vniuersalium, quę in ecclesia vt præstantioris authoritatis describuntur, Romanus pontifex personaliter interfuit, sed per legatos suos. Vnde Leo papa huius nominis primus ab imperatore Christianissimo Martiano ad Chalcedonẽse concilium deuotissimè inuitatus, hac ratione inter alias se excusauit, q̃ nullũ inde exẽplum à prædecessoribus acceperit, vt ipse scribit, tã patribus concilij Chalcedonẽ. quàm pulcherrimæ Augustæ. Vnde hanc excusationem præfati beati Leonis legati sui assignantes in concilio Chalcedonẽ. sic dixerũt. Gloriosissimi, & Christianissimi nostri imperatores charitatem, catholicam fidem, & affectum tenentes, beatissimum nostrum Leonem apostolicæ sedis præsulem vt ad hoc venerabile & sanctum concilium adesset, dirigentes venerabiles epistolas supplicarũt, cuius pietati placere posset, si in hac re probaretur aliquod simile à prędecessoribus factum. Nam melius vestra potest cognoscere sanctitas, quia nec in Nicæna, nec in Ephesina synodo, nec alio tali sancto concilio papa sanctę sedis affuit: pro qua huius formę sequens consuetudinem nos direxit: qui sanctissimus non dubitans se in his hîc adesse, quos præcipuè cognoscit, omnia quæ ad fidei catholicę sinceritatem, & quæ ad sancti Petri apostoli pertinẽt reuerentiã agere, quæ etiam per nos ad vestram beatitudinẽ congruas sanctorum patrum concilijs direxit epistolas, quas recipere, & recẽseri percipite. Hoc autem, q̃ præsentia Romani pontificis non necessariò requiritur in concilijs vniuersalibus, sed bene eius authoritas, satis videtur apertè colligi ex eo, q̃ forma authoritatum sanctorũ patrum, de quibus dist. 17. per totum. superiùs inductarum in ca. 6. non habet, q̃ absque præsentia Romani pontificis non debeant vniuersalia concilia celebrari, sed bene, q̃ absque eius authoritate, aut sententia celebrari non debent. Et hoc bene ostendit glo. decreti in. c. 1. dist. 17. vbi definiens concilium vniuersale, dicit illud esse, quod à papa, vel eius legato cũ omnibus episcopis cõstituitur, id est celebratur. Huiusmodi verò cõsuetudinis qa antiquis superioribus tẽporib⁹ summi põtifices præsentialiter non intererant vniuersalibus cõcilijs, maximè tempore, quo imperatores plurimùm dominabantur in orbe, triplex ratio assignari potest. ¶ Prima, ne Romanis põtificibus inferretur aliqua violentia in concilijs per imperatores, aut alios tyrannos, sicut de papa Felice legimus: quòd quia celebrato cõcilio excommunicauit Vrsacinum, & Valentem Constantino imperatori in perfidia Arriana consentientes, depulsus de sede, & ab ipso imperatore decollatus, martyrio coronatus est. Similiq̃; violentia legitur facta in secunda synodo Ephesina legatis apostolicæ sedis, vbi Fabianus, qui vices beati Leonis papæ agebat, interfectus fuit. ¶ Secunda ratio, vt Romanus põtifex, qui solitus est vniuersalium conciliorum confirmare sententias & canones, vt infrà ostensuri sumus ex gestis conciliorum cum plena libertate, quæ plurimùm est necessaria in hac parte, in propria sede existens, quæ sibi confirmanda viderentur, confirmare, & quę non confirmanda essent, libera potestate vacua authoritate relinqueret, aut cassaret. ¶ Tertia ratio est propter necessitates incumbentes tam ecclesiæ, quàm ciuitati Romanæ, quibus Romani pontificis præsentia maximè est præsidio, & auxilio. Hanc rationem assignat Leo papa patribus in concilio Chalcedonensi congregatis, sic loquens de imperatore Martiano. Amplectendum est clementissimi imperatoris plenum religione cõsilium, quò sanctam fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli, & ad reformandum ecclesiasticam pacem maluit conuenire beatissimi Petri apostoli iure atq; honore seruato, adeò vt nos quoque ad hoc inuitaret, vt venerabili synodo nostram sententiam prębeamus: qđ quidem nec necessitas temporis, nec vlla poterat consuetudo permittere: me tamen in his fratribus, hoc est Paschasio, & Licentio episcopis, Bonifacio, & Basileo presbyteris, qui ab apostolica sede directi sunt synodo vestræ, vestra fraternitas confidat præsidere, nec iniunctam vobis pœnitentiã meam existimet. Item præfati legati ad synodum præfatam ita dixerũt. Notum est nempè ad hoc amabili concilio ad beatum apostolicum, & catholicum papam Leonem sacras esse literas destinatas, quæ habent, vt huic sacro concilio se præsentare dignaretur: sed quoniam nec antiqua consuetudo, neq; generalis temporis necessitas permitteret, nostrã paruitatẽ huic sancto cõcilio pro se præsidere præcepit. Ideoq̃; necessarium est hæc, quæ in medium proferuntur, per nostram interlocutionem disceptari.

¶ Qui

¶ Qui ad vniuersalia concilia necessariò vocandi sunt. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Conciliis vniuersalibus qui interesse debeãt ostenditur. Et qui ad ea potißimùm et necessariò sint vocandi.*

CAusis, & vtilitatibus celebrationis generalium conciliorum iam explicatis, inquiramus qui ad generalia concilia sint euocãdi, in qua quæstione dicendum est, solos ecclesiæ prælatos maiores necessariò ad illa vocandos esse. Quod primò multis patrum testimonijs ostendemus. Secundò rationibus.

1 ¶ Primò hoc colligitur ex illa definitione cõcilij generalis, quam ponit glossa in ca. 1. distinctione. 17. vbi dicitur. Concilium vniuersale est, quod à papa, vel eius legato cum episcopis celebratur. Item hoc ostenditur ex canonibus, vbi de synodis vniuersalibus anti quis fit mentio: in quibus omnibus soli episcopi videntur nominari. vnde in ca. omnia. distinct. 12. dicit beatus August. Omnia talia, quæ neq; sanctarum scripturarum authoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporum statuta inueniuntur. Item in ca. canones. dist. 15. habetur, quòd prima synodus, scilicet Nicæna, fuit. 318. episcoporum. Secunda, scilicet Constãtina, fuit. 150. episcoporũ. Tertia, quæ fuit prima Ephesina. 200. episcoporum. Quarta, quæ fuit Chalcedonen. fuit 500. & 30. sacerdotum: quod exponendum est, id est, episcoporum: quia hi vt habetur in frà patres vocantur: patres autem conciliorum soli episcopi dicuntur, vt patet eadem distin. ca. Sancta Romana. & in. c. sexta synodus. dist. 16. vbi patres vocantur, qui in cap. canones. nominati sunt episcopi. & hoc conueniẽtissimè: quia ita à Spiritu sancto nominati leguntur. psal. 44. vbi ita inquit ecclesiæ militanti. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Vbi glo. Hiero. de episcopis hoc exponẽs, inquit. Fuerũt in ecclesia apostoli patres tui, quia ipsi te genuerunt: nunc autem quia ipsi recesserunt à mundo, habebis pro his episcopos, qui à te creati sunt. Sunt enim vt hi patres tui, quia ab ipsis regenerari. Item huius testimonium colligitur apertissimè ex cap. synodum. distinctione. 17. vbi beatus Marcellus papa synodum vniuersalem vocat synodum episcoporum. Item hoc habetur expressè ex illo, quod in gestis Chalcedonẽn. concilij legitur, quòd catholici episcopi videntes quosdam ægyptiacos non episcopos, qui de Alexandria cum Dioscoro hæretico Chalcedoniam venerant, tentantes interesse concilio, clamauerunt dicentes, quòd concilium episcoporum esset, & alij expelli deberent. Cæterum hoc etiam arguitur ex eo, q̃ Leo papa Ephesino concilio scribens, postquàm de Eutic. errore, & suorũ complicum locutus est, sic subiunxit: verùm quia & talium non est intelligenda curatio, piè ac religiosè Christianissimus imperator habere voluit episcopale concilium, vt pleniori iudicio omnis posset error aboleri. Item in epistola, quam Christianissima pulcherrima Augusta ad consulem Bythiniæ Stratigium, vt curam haberet circa disciplinam synodi perhibendam, antequàm placeret ei, & patribus de Nicæna ad Chalcedoniam mutare concilium sic dicitur. Quidam autem sicut agnouimus cùm sint solliciti conturbare & confundere Deo placitam disciplinam superuenientes in Nicæna clerici, ac monachi, ac laici tumultus facere tentãt, necessariò has pias literas ad tuam direximus claritatem: quatenus cum omni virtute eos, qui præter nostrã euocationem, aut permissionem suorum episcoporum ibidem commorantur, clericos, monachos, atque laicos, quos nulla ratio ad concilium vocat, omnino valeas remouere, & ab ipsis locis expellere: hæc ibi. Item habetur in prima actione Chalcedonẽn. synodi abbas Martinus requisitus ab Euthico vt se subscriberet in gestis cõcilij Ephesini, non acquieuit, dicens. Non est meum subscribere: episcoporum tantùm est, & eorum, qui digni sunt. ¶ Præterea secundo loco clarissimè demonstratur rationibus solos episcopos, siue prælatos maiores necessariò conuocari debere ad concilia vniuersalia.

¶ Primò sic. Illi soli veniunt necessariò conuocandi ad vniuersalia concilia, cum quibus tractanda veniunt, quæ vniuersitatem Christiani populi respiciunt, qui constituti singulariter leguntur Christiani populi principes, & rectores. Patet hoc: quia statuere, corrigere, & reformare cùm sint actus iurisdictionis: vt de reb. eccles. non alienan. ca. fin. ad superiores pertinent: sed episcopi soli sunt huiusmodi, vt patet ex authoritate inducta prophetæ cum gloss. psalm. 44. Con-

stitues

Universidad de Deusto
Biblioteca

stituës eos principes super omnẽ terram. ergo ipsi soli episcopi ad vniuersalia concilia veniunt vocandi. ¶ Secundò sic confirmando rationem iam factam. Illi veniunt solùm vocandi necessariò super rebus vniuersitatis, qui maiores sunt de vniuersitate, cum vniuersitas ipsa tota conuocari non possit: quia in maioribus minores cõtineri videntur. vt notatur extra de his quę fi. à ma. par. ca. quasi per totum. sed episcopi soli sunt huiusmodi in re pub. Christiana: vnde patres ecclesiæ vocati sunt: vt in ca. canones. dist. 15. & columnæ ecclesiæ Dei, & legati, & Apostolorum successores, vt ait Anacletus in ca. accusatio. 2. q. 7. ergo ipsi soli necessariò, &c. ¶ Tertiò sic. Illi soli veniunt ad vniuersale concilium vocandi, quibus specialiter à Christo credita est potestas iudiciaria in causis discernendis. Patet. sed episcopi soli, qui Apostolorum sunt successores, eorum loca tenentes in ecclesia, sunt huiusmodi. iuxta. c. in nouo. di. 21. ergo, &c.

Matt. 18. quibus solis dictum est. Quæcũq; ligaueritis sup terrã erunt ligata & in cęlis. ergo hoc idẽ quod prius. ¶ Quartò sic. Illi soli videntur vocandi necessariò ad vniuersale concilium, qui ex iuramento tenentur ad illud venire, & quibus pœna iuris venit infligẽda si venire contemnant: sed soli episcopi sunt, qui ad vniuersale concilium vocati iurant venire, vt in ca. Ego eũ. extra de iureiurã. ipsi etiã sunt, quibus venire negligẽtibus pœna infligit. vt ca. placuit. dist. 18. ergo ipsi soli videntur necessariò vocandi. ¶ Quintò abbates & alij inferiores prælati nõ sunt necessariò vocandi ad concilium prouinciale, nec tenentur ad illud venire, nisi ex aliqua magna causa & speciali ter vocati: sed archiepiscopus, vel episcopus infra sex menses tenẽtur omnibus abbatibus prouinciæ suæ, vel diœcesis denuntiare, vt ea seruent, quæ in concilio statuta sunt. vt in. c. si episcopus. & in. c. diseernimus. dist. 18. ergo multò minùs euocãdi veniũt ad vniuersale concilium. Consequentia est manifesta. ¶ Sextò sic. Si inferiores prælati essent necessario vocandi ad concilium vniuersale, sequeretur, q̃ ipsis non vocatis redderetur concilium, siue synodus nulla: sed hoc est manifestè falsum, ergo illud, &c. ¶ Septimò sic. Si inferiores prælati essent de necessitate vocãdi ad concilũ vniuersale vt habentes voces diffinitiuas, sequeretur, quòd cũ ipsi essent plures numero, q̃ episcopi, si differentia esset inter eos & episcopos, tota authoritas synodi vniuersalis deueniret siue reuolueretur ad inferiorum vota prælatorũ, cùm à maiori parte concluderetur: sed hoc absurdum, & inconueniẽtissimũ esset, ergo illud etiam ex quo sequitur. ¶ Octauò non parum fauet propositò, q̃ prælati maiores iuxta theologorum sententias superiores angelos habent custodes, & illuminatores, & per consequens illorum iudicia maiori & pleniori credẽda sunt firmari veritate, & authoritate.

¶ In quo ponuntur obiectiones contra iam dicta. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones decem aduersariorũ contra id, quod dicitur, videlicet, quòd soli ecclesiæ prælati maiores necessariò ad uniuersalia concilia sine uocandi, referuntur.*

Arg. primũ. ADuersus ea quæ iam de euocandis ad vniuersalia concilia dicta sunt, ab aduersarijs multipliciter obijcitur. ¶ Primò ex illo Actuũ. 15. in synodo per Apostolos celebrata Hierosolymis dicuntur tam apostoli q̃ seniores cõuenisse: & ita videtur, quòd ad concilium vniuersale non solùm episcopi, & qui loco apostolorum sunt, sed etiam presbyteri, qui ibi videtur dicti seniores, vocãdi sunt. ¶ Secũdò sic ex. c. conuenientibus. 1. q. 7. vbi quidam Petrus archidiaconus, & quidam Petrus presbyter, & quidã abbas interfuisse dicuntur secundæ synodo Nicænæ, tenentes locum Adriani papæ. ¶ Tertiò ex. c. Adrianus. dist. 63. vbi papa Adrianus dicitur celebrasse synodum cum. 153. episcopis religiosis, & abbatibus. ¶ Quartò ex. c. sequenti in synodo. ea. dist. vbi synodo celebratę Romę sub Leone papa dicũtur interfuisse totus clerus, & popul⁹ Romanus. ¶ Itẽ quintò sic obijciũt. Presbyteri curati sunt prælati, & habẽt curã animarũ sicut episcopi: & sicut præsidet episcop⁹ in episcopatu, ita archidiaconus in archidiaconatu suo, & curatus in parochia sua: ergo videtur q̃ ipsi ita sint vocãdi ad cõcilium, sicut prælati maiores. Et confirmatur ex. c. concilia. di. 17. vbi cõcilia dicuntur synodi sacerdotum. & in. §. hinc etiam. ead. dist. dicitur, q̃ imperator sacerdotes conuenire præcepit ad vrbem. ¶ Sextò. Domini cardinales, presbyteri, & diaconi non sunt de numero prælatorum maiorũ, vt colligitur tam ex textu, quàm ex glo. c. quanquã. 2. q. 7. & tamẽ

1

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

tamẽ si verum est q̃ soli prælati maiores vocandi essent necessariò ad concilium vniuersale, Cardinales præfati non venirent vocandi, quod videtur esse falsum. ¶ Septimò sic. Vbi est eadẽ ratio, ibi videtur esse idem ius: sed causa & ratio quare in antiquis concilijs soli episcopi vocabantur erat ex eo, q̃ in fide & doctrina religionis Christianæ amplius essent eruditi, & in moribus plus compositi, ac in regimine subditorum plenius circumspecti: sed hæc quandoq; & frequenter concurrunt abundantius in alijs prælatis inferioribus, in doctoribus, & eruditis religiosis, abbatibus, prouincialibus, ministris, atq; prioribus. ergo videtur q̃ tales eodem iure vocandi essent. ¶ Octauo. Quæ in vniuersali concilio agenda sunt, omnes fideles videntur respicere, & tangere, ergo videtur vt ab omnibus approbentur, quæ in eis constituẽda sunt, & omnes debeant conuocari, cum regula iuris sit. Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. ¶ Nonò. Concilium vniuersale representat vniuersalem ecclesiam: sed vniuersalis ecclesia dicitur collectio omnium fidelium, vt in ca. ecclesia. de consecr. distin. 1. ergo videtur q̃ ad hoc, quòd tale concilium veraciter vniuersalem ecclesiam representans rectè celebretur, omnes fideles, aut saltẽ de quo libet statu aliqui debeant necessariò ad illud vocari. ¶ Decimò arguitur, quòd in concilijs vniuersalibus primis legũtur non modò episcopi, sed etiam monachi, & presbyteri, & etiam laici subscripsisse, sicut potest colligi ex sexta & octaua synodo: ergo videtur ita esse obseruandum in alijs.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

¶ In quo ponitur solutio ad obiecta facta. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum circa ea quæ dicuntur de uocatione prælatorũ ad uniuersalia concilia, &c. diluuntur.*

VT plenior habeatur veritatis notitia, & clariùs satisfiat obiectionibus factis ex aduerso, consideranda sunt quæ in superioribus tetigimus, vbi descripsimus concilium vniuersale. Synodus vniuersalis congregatur principaliter ad ordinandum authoritatiuè aliquid in ecclesia Dei: & quia ad hoc rectè faciendũ necessariò pręire oportet maturum consilium: quoniam vt dicit quidam sapiens, Diu deliberandum est, quod constituendum est semel. Hinc duæ voces distinguuntur in concilio, scilicet vox cõsultoria, siue consultiua: & vox decisiua, siue diffiniti ua. Prima vox est propriè eorũ, qui prudentia præcellunt, quæ mater est cõciliorum, & sapientia ad altissimarum rerum, quę in concilijs vniuersalibus sæpe considerãdę veniũt, cognitionem illustrat. Secunda vox est eorum, qui potestate clauium authoritatem in ecclesia superiorem tenent: & quoniam prælati maiores in ecclesia vtrunq; habent, vtpote qui apostolis succedunt, quibus dominus ait. Matth. 18. quæcunq; ligaueritis super terram, &c. ipsi ergo de iure conuocandi sunt ad vniuersale cõcilium, vtpote quibus ex officio conuenit interesse: quod nulli alij licitũ esse videtur: quoniam vt in. c. satis euidenter dicitur. di. 96. Illicitũ nanq; est eum, qui non sit in ordine sanctorum episcoporum ecclesiasticorum, interesse tractatibus. & sunt verba Theodosij imperatoris sanctæ synodo Ephesinæ scribentis. Secundò considerãdum, quòd licèt prælati maiores vocãdi sint de iure ad cõcilium vniuersale, possunt etiam alij vocari per summum pontificẽ ad voces consultiuas, qui aut pro singularitate prudentiæ eorum & experiẽtia in agẽdis dubijs occurrentibus, aut doctrina diuini vel humani iuris idonei, quẽadmodũ multi magistri & doctores excellẽtes in ecclesia sunt, siue sint seculares, siue religiosi, qui non sunt prælati. Quẽadmodum nõ tãtùm factũ tempore prę terito legimus, sed etiã in diebus nostris tam in concilio Constantien. q̃ Basilien. vidimus practicatũ, quibus interfuimus: quod etiam opportunum erit cõtinuare plùs vel minùs secũdùm causas, propter quas cõgregãda veniũt talia cõcilia: & hoc, qa in his nostris diebus (prohdolor) multi domini episcopi, siue prælati maiores non tanta prudentia & sapientia splendent, quanta pro singularitate dignitatis, qua cæteris eminent, refulgere deberent. Et ita hoc modo plures non prælati vocãtur ad consiliandum super rebus agendis vel inquirendis veritatibus ad concilium vniuersale, qui de iure nec venire, nec interesse habent: & tales solam vocem consultiuam habere debent: episcopi verò & cõsultiuam, & decisiuam. Non negamus tamen, quin papa vocãs aliquas personas notabiles inferioris ſtatus ad concilũ vniuersale, vtputa prælatos

Ee

Universidad de Deusto
Biblioteca

latos minores, aut alias perſonas doctas, poſſet illas gratioſè honorare, dando eis authoritatem vt etiã habeant vocem diffinitiuam cum epiſcopis, ſicut fortè factum eſt cũ abbatibus. vt in cap. Adrianus. & in. c. in ſynodo. diſtin. 63. Sed hoc nec regulariter fiendũ eſt, ne ex conſuetudine prætendant ius habere in diffinitionibus vniuerſalis concilij. Nec etiam cũ multis hoc agendum eſt: aliàs iudicio noſtro (ſaluo ſemper meliori) plura inconuenientia ſequi poſſent. Primum eſt, quia vt dictum eſt in præcedenti. c. frequẽter contingeret, vt iudicium vniuerſalis eccleſiæ nõ ad vota dñorum maiorum prælatorum, ſed inferiorũ reuolueretur, & tota vniuerſalis concilij authoritas ſederet apud inferiores & minores in eccleſia: quod quãtum eſſet periculoſum, & quàm abſurdum, vnuſquiſq; bene doctus, & ſanus mente intelligit. Intellexi-mus tamen eum in Baſilien. concilio ſuimus quoſdã nouellos magiſtros nõ ætate, ſed doctrina ad hoc ſummã violẽtia intendere, cognoſcẽtes, q̃ admiſsis nouellis doctrinis eorum de authoritate cõciliorum & admiſsione inferiorum prælatorum ad voces diffinitiuas, maior pars eccleſiæ eſſet ſemper apud eos quotieſcũq; celebrarẽtur vniuerſalia cõcilia: à quo periculo dignetur eccleſiã ſuam ſanctam Chriſtus cuſtodire. Secundũ inconueniens quod ſequeretur, ſi alij, q̃ epiſcopi admitterentur in multitudine ad voces diffinitiuas, eſt. Quia hoc dato, eſſet in poteſtate vnius principis, in cuius terra celebraretur cõcilium vniuerſale, diffinire quicquid vellet in concilio, ſiue aduerſus papam, ſiue clericum, ſiue alios principes ſeculares: cũ mittere poſſet tot doctores, magiſtros, & abbates, preſbyteros curatos, qui ſupergrederẽtur multitudinem epiſcoporũ. Practicam hanc ſacrilegam partim oculis noſtris aſpeximus dolenter in Baſilien. concilio. Quid autem hoc magis inimicum fidei, & vnitati, ac paci eccleſiæ eſſe poteſt? Planè nihil. Prætereà tertium inconueniens quod ſequeretur eſt, q̃ ſi inferiores prælati in concilijs vniuerſalibus haberẽt voces diffinitiuas quẽadmodum domini epiſcopi, iam in regimine vniuerſalis eccleſiæ inferiores equarẽtur ſuperioribus, quod nec natura patitur, ne ratio admittit, nec diſpoſitioni diuinæ conſonare poteſt. Tenendum eſt ergo, & diligenter obſeruandũ, vt ad concilium vniuerſale non niſi prælati ad voces diffinitiuas regulariter admittantur. His habitis, ad rationes iam deueniendum eſt. ¶ Ad

Ad primũ. primã reſpondetur negãdo conſequentiam, ſi ex illo vellet aduerſarius arguere, q̃ ſeniores illi, qui cum apoſtolis conueniſſe dicuntur, habuerint voces diffinitiuas in illo concilio: maximè quia ſeniores illi, qui etiam ibi dicuntur presbyteri, dubiũ eſt, an fuerint laici vel ſacerdotes: cum glo. ſuper verbo. preſbyteros, dicit ætate vel gradu. Sciẽdum ergo videtur, q̃ ſeniores illi licẽt cõuenerint cum apoſtolis in concilio conſultando, nihilominus determinatio, & diffinitio facta fuit per apoſtolum Petrum. Nam vt ait Hiero. in epiſtola ad Augu. Petrus princeps fuit illius decreti. vnde gl. ſuper verbo. tacuit omnis multitudo. dicit cõcordans Petro. Et ita etiam exponit magiſter Nicolaus de Lira. Nec obſtat quod ſequitur: viſum eſt Spiritui ſanctο & nobis: quia hoc nõ arguit, q̃ omnes habuiſſent in decreto authoritatem diffiniẽdi, quod ſolis maioribus cõuenit: ſed bene q̃ omnes cõcurrerint in conſultãdo & diſcernẽdo quid conueniebat. Præterea nec obſtat, q̃ in perſona omnium ſcripta legatur epiſtola, quam ad fratres Antiochiæ exiſtentes mittebant. Quoniam vt ibidem dicit gl. & cõmemorat dñs Hugo cardinalis in expoſitione. Ideo titulus communis ponitur in epiſtola, ne aliqua diſſenſiõis occaſio relinqueretur, id eſt, vt daretur intelligi, q̃ omnes in illa ſententia conuenirent, ratione cuius cõmunis ſenſus nomine omnium ſcripta eſt epiſtola illa: nõ autem ex hoc, q̃ omnes habuerũt voces diffinitiuas in illo concilio. ¶ Ad ſecundam ra-

Ad ſecũdũ. tionem reſpondetur, q̃ text. præfatus nõ eſt ad propoſitum: quoniam illi dicũtur ibi à papa miſsi tanquam eius legati, vt locum eius tenerent in cõcilio: hoc autem fieri bene poteſt authoritate papæ, quẽadmodum etiam alij etiã minores vt diaconi loca tenere poſſunt aliorum patriarcharũ in cõcilijs: vt colligitur in. c. præcipimus. diſt. 92. quod eſt factũ in ſexta ſynodo. & ex. c. 1. 94. diſt. quod eſt Symmachi papæ. ¶ Ad tertiam reſpon-

Ad tertium detur negando conſequentiam: quia licẽt abbates leguntur interueniſſe in præfato concilio generali cum epiſcopis, differenter tamen. Primò, quia epiſcopi ſunt hi, qui de iure & officio intereſſe debebant: abbates verò ſunt hi, qui de gratia ſummi pontificis vocabãtur. Secũdò, quia in cõcilio epiſcopi habebant voces conſultiuas & diffinitiuas, abbates verò conſultiuas tãtùm: vel ſi etiam diffinitiuas, hoc erat ex beneplacito Romani pontificis, quod fieri poteſt, ſicut ſuprà dixi-mus. ¶ Ad quartam dicitur, quòd nullo mo-

Ad quartũ. do facit ad propoſitum: quoniam clerus totus

tus & populus non eſt vocatus ad conſulendũ ſiue diffiniẽdum aliquid ſynodaliter, ſed ad hoc, q̃ ipſis præſentibus, & gratũ habentibus Leo papa cum maiori ſolẽnitate daret regi Carolo patritiatus dignitatem, & ordi-

Ad quintũ. nationem apoſtolicæ ſedis, & ita non eſt ad propoſitum. ¶ Ad quintam reſpondetur negando aſſumptum: non enim videtur concedendum iuxta ſanctum Thom. tam in. 2. 2. q̃ in quotlibetis: & vt nos ſuprà induximus libro. 1. huius noſtræ ſummæ. c. 78. q̃ archidiaconi, & presbyteri curati ita prælati veniant dicendi ſicut epiſcopi: quia epiſcopi ſunt, qui principaliter habẽt curam populi: presbyteri aũt, vel archidiaconi habẽt aliquas ſubminiſtrationes ſub epiſcopis. Vnde ſuper illud 1. Corinth. 12. alij opitulationes, alij gubernatiões. dicit glo. ſic. opitulationes. i. eos qui maioribus ferunt opem, vt Titus Paulo, vel archidiaconi epiſcopis. gubernationes, id eſt minorum perſonarũ vt presbyteri, qui plebi documẽto ſunt. Vnde & hoc ipſum oſtenditur in ordinatiõe ſacerdotũ, de quibus epiſcopus ita dicit. quãtò fragiliores ſumus ſcilicet apoſtolis, tãtò magis his auxilijs indigemus. Vnde in. c. cũctis. ex authoritate Clementis papę, omnibus presbyteris, & diaconibus, & reliquis clericis attẽdendũ præcipitur, vt nihil abſque proprij epiſcopi licẽtia agatur. & idem in. c. non debere. diſt. 80. Vnde patet, q̃ ad epiſcopos principaliter pertineat regimẽ eccleſiæ. ipſi enim ſunt veri & principales prælati: & ideo ipſorum tãtùm eſt habere voces diffinitiuas in concilijs vniuerſalibus. In cuius ſignũ cùm diffinitio aliqua fienda eſt in concilio vniuerſali, ipſi ſoli regulariter ornamentis pontificalibus induuntur, vtpote ad quos iudicium illius tribunalis tantũ ſpectat. ¶ Ad confirmationẽ autem inductam ex. c. concilia. reſpõdetur vt ibi gl. exponit, q̃ per

Ad ſextum. ſacerdotes intelligũtur epiſcopi. ¶ Ad ſextã de cardinalibus reſpõdetur, q̃ licẽt non oẽs ipſi ſint epiſcopi, ſunt tamẽ quaſi vnum corpus cum Romano põtifice ſummo epiſcoporum: vnde cũ perſona papæ, qui caput cõciliorum eſt, intelligẽdi veniũt ipſi cardinales, cùm ſint ſpiritualia mẽbra eius: vt notat Hoſtien. in. c. antiqua. de priuile. & non minùs q̃ epiſcopi vocem diffinitiuam habent in cõcilijs: vnde ſimul cum epiſcopis, id eſt pontificalibus veſtibus & mitris in diffinitionibus ſynodalibus concurrunt. ¶ Præterea licẽt nõ omnes cardinales ſint epiſcopi, vt dictũ eſt, nihilominus habent epiſcopalem iuriſdictionem. Vnde in. c. in nomine domini. Cardinales epiſcopi vocantur. vt ait glo. ſuper verbo, cardinales epiſcopi. Succedũt etiã apoſtolis in dignitate apoſtolica, ſicut in primo huius operis declarauimus, q̃ principalẽ locũ in eccleſia tenẽt. ¶ Ad ſeptimã reſpõdetur negan-

Ad ſeptimũ do aſſumptũ, videlicet q̃ ideo principaliter ad concilũ euocãdi ſunt vniuerſale, qa in lege dñi fuerint pleniùs eruditi, &c. hoc enim falſum eſt, licẽt tales eſſe deberẽt. iuxta. c. qui eccleſiaſticis. diſt. 36. Sed hoc debetur eis iure dignitatis eorum, ſunt enim principes eccleſiæ à Deo conſtituti. pſal. 44. ¶ Ad octauã

Ad octauũ. reſpõdetur negãdo conſequẽtiam. & cũ dicitur q̃ regula iuris eſt. Reſpõdetur dupliciter. ¶ Primò, q̃ ab omnibus intelligitur approbatum, quod à potioribus, ſiue maioribus in vniuerſitate approbatur. Secũdòreſpõdetur, q̃ regula illa non facit ad propoſitũ, cùm nõ habeat locũ niſi vbi iura aliquorũ tangerentur cum aliquo præiudicio. Vnde Inno. notat in ca. veſtra. & in. c. 2. de offi. leg. dicens, q̃ cùm epiſcopus, vel legatus velit facere ſtatutum tangens iura aliorũ, hoc debet facere cũ eorum aſſenſu, etiã ſi ſint laici, vel ſi non conſentiant, ſaltem debẽt eſſe præſentes. Hoc autem non eſt in concilijs vniuerſalibus, vbi regulæ viuẽdi, & doctrinæ nemini præiudiciales, ſed ſalutares inſtituuntur. ¶ Ad nonum

Ad nonum. reſpondetur negãdo conſequentiã. Dicimus enim, q̃ ad hoc q̃ concilũ vniuerſale repreſentet vniuerſalem eccleſiam, nõ requiritur præſentia omium fidelium, hoc enim eſt impoſsibile, nec aliquo tẽpore factum legitur, ſed ſufficit q̃ in eo ſint maiores, ſiue potiores reip. Chriſtianæ, cuiuſmodi ſunt prelati maiores, vt dictum eſt: vnde facta in concilio per tales tota eccleſia feciſſe dicitur, vt apertè colligitur ex. c. confidimus. 25. q. 1. ¶ Ad decimam

Ad decimũ. reſpondetur, q̃ licẽt in aliquibus concilijs legantur interfuiſſe presbyteri, aut monachi, ſiue etiam laici, non tñ ad diffinitiuas voces admiſsi: ſed vel ad conſultatiuas, vel vt teſtes eſſent. Quod manifeſtè colligitur ex varietate formarũ ſubſcriptionũ, quibus vtũtur iſti, & illi. Forma autẽ epiſcoporum ſubſcriptionis eſt talis. Flauius epiſcopus Conſtantinus iudicans ſubſcripſi. Forma verò presbyterorum Archimandritarum ſic. Fauſtus presbyter archimandrita monaſterij ſancti Dionyſij ſubſcripſi. Ecce quòd non ait ſicut epiſcopus iudicans ſubſcripſi. Imperatores verò ſubſcribentes non dicebant ſe diffinire, vel iudicare, ſed diffinita & iudicata ſuſcipere. vt patet ſubſcriptionibus imperatorum in octaua ſynodo. De iſta autem mate-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria etiam aliquid in ſequenti capite dicetur.

¶ Qui admittendi ſunt ad concilium vniuerſale,& qui non. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Concilio vniuerſali qui admitti debeant, & qui non.*

POſtquàm oſtendimus qui regulariter ad vniuerſalia concilia neceſſariò vocãdi ſunt, & qui non (quoniam multi etiam nõ vocati veniunt, petentes admitti) iam enucleemus,qui, & quibus de cauſis admittendi veniant,& qui non.In primis notum eſt hæreticos non eſſe admittendos ad cõcilium, iuxta cap.cum quibus.23.quæſt.3.vbi Gelaſius papa dicit non eſſe eccleſiaſtici moris cũ his, qui pollutam habent communionem, permixtamq; cum perfidis miſcere concilium. De fidelibus verò,q; omnes petentes admitti admittendi ſint, videtur aliquibus de numero nouellorum magiſtrorum, inducentibus pro ſe & practicã aliquorum antiquorũ conciliorũ,& aliquas perſuaſiones. ¶Ex practica quidem conciliorum arguẽtes inducũt primò, q; in concilio celebrato per apoſtolos ſuper electiõe Mathię,de quo Actorũ.1. non ſolùm interfuerunt apoſtoli, ſed etiam laici,& mulieres videntur admiſsi.vt videtur colligi ex litera illius.c. ¶Secundò inducunt idem ex concilio ſecundo apoſtolorum, vbi multitudo diſcipulorũ vocata legitur vt eligerẽt aliquos ad quotidianæ diſpenſationis miniſterium peragendum,vt habetur Act.6. ¶Tertiò inducunt practicã cõciliorum modernorum,ſcilicet Piſani,Conſtantini, & Baſilien.in quibus indifferenter abbates,magiſtri,doctores,licentiati,etiam baccalarij,preſbyteri,religioſi,procuratores: imò etiã quaſi quicunque volebant,admiſsi fuerũt. ¶Quartò ratione ſic.Ad conciliũ vniuerſale,in quo decidendæ veniunt arduæ cauſæ, videntur omnes admittendi,quorum res agitur,& vtitur intereſſe propriæ ſalutis: ſed huiuſmodi ſunt omnes fideles,ergo nullus fidelis,qui intereſſe vult,debet excludi,ſiue non admitti. ¶ Quintò. Quilibet filius tenetur pro ſua facultate ſuccurrere matri ſuæ in anguſtijs conſtitutæ, ſed omnes fideles ſunt filij matris eccleſiæ, vt patet, ergo omnis fidelis tenetur pro ſua poſsibilitate ſubuenire ſanctæ matri eccleſiæ: ſed vniuerſale concilium ad hoc congregatur, vt neceſsitatibus eccleſiæ ſubueniatur, ergo ad illud debent admitti omnes,qui opem volunt conferre. ¶ Sextò confirmatur ſic ratio ipſa. Quilibet homo ſanus mente videns domum propriam, vel domini ſui ardere, debet occurrere vel cũ aqua, vel cum aliqua alia re ad extinguendum incendium:ſed domus propria,ſiue domini noſtri Dei eſt vniuerſalis eccleſia, ergo incenſo in illa ſcandalo, debent omnes fideles concurrere.iuxta illud prophetæ.pſalm.78. Zelus domus tuæ comedit me,& opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. ſed hic concurſus fit in concilio vniuerſali,ergo ad id ſunt admittendi omnes fideles concurrentes ad patrocinium conferendum. ¶ In oppoſitum tamen videntur eſſe quæ dicta ſunt in præcedenti capi. Præterea ſi paſsim omnes fideles petentes admitti ad cõcilium admittendi eſſent, maximè ad voces diffinitiuas & conſultiuas, plura mala ſequerentur,vt perturbatio pacis,ſcandalorum materia, ſeditiones,rixæ,contentiones, difficultas aliquid rectè concludendi orirentur:quoniam vt ait beatus Chryſoſt. in princ. ſuprà Ioann.in commento literali.Multitudo mater eſt ſeditionis & cõtumaciæ,paucitas magiſtra diſciplinæ.Et Auguſtinus cõtra Iulianum.lib.2.artic.2.dicit,In cauſa iudicandi amoto ſtrepitu turbarum honorandam eſſe paucitatem, quam ratio eruditionis, libertaſq; ſublimat. Reſpondendo ergo ad hanc quæſtionem,videtur nobis dicendum,quòd nullo modo cõueniat admittere omnes, qui admitti poſtulant ad vniuerſale concilium ad voces diffinitiuas, nec etiam conſultiuas, niſi vt ſupra diximus. Et tamen notandum, quòd reuoluẽtibus nobis multas hiſtorias & practicas obſeruatas in multis concilijs, cognoſcimus occurriſſe in facto, quòd multis, & varijs de cauſis aliqui præter prælatos ſuperiores quos ſupra diximus in his quæ pertinent ad corpus vniuerſalis concilij admiſsi & poſſunt admitti ad vniuerſalia concilia.

Ratio prima quorundam, &c. 1

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Primo quidẽ modo ad pleniùs conſulẽdum in agendis & diſponendis in concilijs vniuerſalibus,vt aliqui prudentes & experti viri in notitia rerũ tractandarũ in concilio vt etiam ſi diſponeretur via in Hieruſalẽ, aut de bello contra Turcos, admittendi venirent homines,

nes, qui in diſpoſitione rerũ neceſſariarum pro tali negotio eſſent docti & experti. ¶Secundò leguntur admiſsi gratia diſputationis tantùm, vt ſi contra hæreticos diſputatione agendum eſſet, vt aliqui doctiſsimi magiſtri & doctores: ſicut diebus noſtris primò vidimus Baſileæ, cùm contra Bohemos diſputabatur. Secundò Florentiæ ad diſputãdum cum Græcis. Hoc etiam ſuperioribus temporibus legimus latiùs pertractatum ſuper quæſtione de gradibus conſanguinitatis per Alexandrum papam ſecundum,de quo in.c. ad ſedem.35.quæſt.5. ita papa loquitur. Ad ſedem apoſtolicam perlata eſt quæſtio nouiter orta de gradibus conſanguinitatis:quã quidam legum, & canonum imperiti excitantes,&c.ſequitur infrà.Hanc quæſtionem diſcutere curauimus in ſynodo habita in Lateranenſi conſiſtorio: conuocatis ad hoc opus epiſcopis,& clericis,atq; iudicibus diuerſarum prouinciarum.hæc ibi. ¶Tertiò admiſsi leguntur aliqui tanquam iudices diſcretiui ad diſcernendum inter altercantes aliquos ſuper aliqua profunda ſiue ardua quæſtione. Vnde in ſynodo illa ampliſsima celebrata Romæ,in qua cùm coram imperatore Conſtantino & Helena diſputandum veniret inter Chriſtianos & Iudeos tempore beati Sylueſtri:quæ lex,an ſcilicet, Chriſtianorum an Iudæorum præferenda veniret, Iudices duo poſiti ſunt nõ ſuſpecti,ſcilicet,Crato philoſophus, qui nihil terrenum habere volebat:& Zenoſimo,qui conſul exiſtens,nunquàm munus ab aliquo ſuſcepit. Legimus etiam in concilio Chalcedonenſi in diſputatione contra Dioſcorum iudices diſcretiuos poſitos fuiſſe. Vnde de eis in actione.16. ſic habetur.Glorioſi iudices dixerũt ex his quæ geſta ſunt,vel ab vnoquoque depoſita, ante omnia quidem primatum & honorem præcipuum ſecundum canones antiquos Romę Deo amantiſsimo archiepiſcopo conſeruari oportet.Item in octaua ſynodo actione.1. ſic habetur. Imperatores noſtri miſerũt nos ſeruos ſuos,qui ſenatores eorum ſenatus vocamur, qui voluntate Dei honoratus eſt ſecundùm omnia,vt ſimus diſcreti eorum,quę geruntur, auditores. ¶ Quartò admiſsi leguntur ad vniuerſalia concilia, & etiam admitti poſſent ad conſeruationem fidei,& defenſionem, & geſtarum rerum pleniorem acceptationẽ.Hoc modo imperatores & principes quandoq; leguntur ad vniuerſalia concilia admiſsi.ait enim Martianus imperator in Chalcedoneñ.concilio.Nos ad conſeruandam fidem,non ad potentiam oſtendendam exemplo glorioſiſsimi principis Conſtantini ſynodo intereſſe volumus,vt inuenta veritate, non vltrà multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet. ¶Quintò admittuntur aliqui ad concilium gratia protectionis ſynodi,& libertatis illius:vt princeps,vel eius locum tenentes,in cuius territorio ſynodus celebratur: maximè quando ſynodum extra terras eccleſiæ Romanę celebrare contingit. ¶Sextò admittũtur aliqui ad concilium gratia doctrinæ & eruditionis.Hac ratione non modò clerici,ſed etiam laici admitti poſſunt: cùm aut de fide agitur, aut de gradibus conſanguinitatis,vt erudiantur. Vnde Nicolaus papa in.c.vbi.diſt.96. inquit. Vbinam legiſtis imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus interfuiſſe conuentibus, niſi forſan vbi de fide tractatum eſt: quę vniuerſalis eſt,quę omnium communis eſt, quæ non ſolùm ad clericos,verùm etiam ad laicos, & ad omnes pertinet Chriſtianos? ¶Septimò admittuntur aliqui,qui habent aliquid opponere: vtputa aut querelas: vt qui habent cauſas litigioſas, vel qui ſuper aliquibus grauibus occurrentibus cauſis circa materias ſuper quibus ſynodus eſt congregata, petunt ſibi per ſynodum prouideri. Verùm iſti nec diffiniti uam,nec conſultiuam vocem habent in concilio,ſed expoſitiuam tantùm. Vnde expoſitis verbo, vel ſcripto quæ exponere voluerunt, non habent amplius ſynodo intereſſe. ¶Octauò aliqui leguntur admiſsi ad concilia ad ampliorem notitiam iuſtitiæ & veritatis. Hac de cauſa Inno.in.c.ad apoſtolicæ.de ſententia & re iudi.lib.6. dicit. Si diceret. ſ. ipſe Fredericus,q; in nullo contra iuſtitiã eccleſiã læſerat,vel q; nos eum contra iuſtitiam læſiſſemus,parati eramus conuocare reges,prælatos,& principes tam eccleſiaſticos, q; ſeculares ad aliquem tutũ locum,vbi per ſe,vel ſolennes nuntios conueniret,&c. ¶Nonò admiſsi leguntur aliqui ad concilia gratia miniſterij, vt officiales,notarij, & procuratores. Vnde plurima verba leguntur in geſtis conciliorum,quæ ſunt verba notariorũ referentium tam dicta patrum,q; etiam imperatorũ. ¶Decimò admiſsi leguntur aliqui ad maiorem ſolennitatem eiuſdem:ſicut patet in ſynodo Romæ celebrata, in qua Leo papa clero & populo ſimul conueniente,dat regi Carolo patritiatus dignitatẽ.vt in ca.ſynodo.diſt.63.Hoc etiam patet in ſynodo Romæ celebrata, in qua Nicolaus papa formam electionis Romani pontificis diſponens in.c.in no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomine domini.distinct.23.In talibus enim synodus ad quæ non fiebat conuocatio episcoporum de diuersis prouincijs admittebantur quandoq; alij inferiores,vt diaconi,presbyteri,& monachi: sicut in prædictis concilijs legitur factum pro honore & amplitudine concilij. ¶ Vndecimò reperiuntur aliqui admissi ad concilium vt sint testes gestorum in concilijs per subscriptiones eorum: sicut in quinta & octaua synodis legitur, q̃ presbyteri,monachi,diaconi, lectores subscripserunt,& imperator,ac senatus. ¶ Duodecimò leguntur aliqui admissi gratia sanctitatis: cũ scilicet aliquid orationum suffragio à Deo postulandum occurrit.Exemplum huius colligitur ex primo concilio apostolorum, in quo cùm orationibus impetrandum foret, admissi sunt omnes. 120. qui cum apostolis erant in cœnaculo ad concilium illud, vt omnium orationibus interuenientibus, facilius eorum petitio exaudiretur. ¶ His habitis, facilè respõdetur ad rationes factas in oppositum. Verùm pro solutione obiectionũ, quæ sumuntur ex practica & forma præteritorum conciliorum,Notãdum, quòd de modo celebrandi cõcilia vniuersalia quo ad personas maximè vocandas vel admittẽdas præter episcopos,nulla certa forma data est. Cuius ratio esse videtur: quia forma & modus celebrationis vniuersalium conciliorum pendet omnino ex dispositione papæ, qui authoritate, & potestate est suprà concilia, vt extra de elect.cap.significasti. qui pro rerum & casuum varietate potest illos vel illos vocare, vel admittere: & ideo ex modo, vel ex forma seruata in vno concilio vniuersali, vel in alio, siue per apostolos & patres succedentes non potest capi efficax argumẽtum: quia variæ formæ leguntur obseruatæ circa personas instantes admittendas,vel non admittendas,vt iam visum est. Et maximè hoc verum est forma obseruata in quibusdã conciljs,quæ non pro gravibus causis,& vniuersalibus,sed particularibus,& nõ ad diffiniendum,vel statuendũ aliquid vniuersaliter pro tota ecclesia, celebrata sunt. Quare licèt primitiua ecclesia celebrãdo aliqua concilia exemplum nobis dederit,vt nos occurrentibus necessitatibus illa celebremus. vt ait gl. Act. 15.non tamen obligamur ritum tunc obseruatum nunc obseruare: sicut nec ritum tunc circa sacramentorum dispositionem obseruatum obseruare tenemur.sicut patet de vsu sacramenti eucharistiæ,quod institutum, & celebratum post cœnam legitur, & apostolis traditum Lucæ. 22. quod tamen nos non nisi ieiuni celebramus,& sumimus, iuxta.ca. liquido.de consecr.distinct.2.vbi. Augu. ita inquit.Placuit Spiritui sancto, vt in honore tanti sacramenti priùs in os Christiani corpus dominicum intraret, quàm cæteri cibi. Vnde ad argumentum, quod fit, Christus post cœnam siue cibum sumpsit sacramentum:ergo nos ita debemus facere. Respondit sanctus Thom. in.4. quòd non sequitur: quia non oportet quòd ecclesia seruet ordinem sumendi, quem Christus seruauit: quia non oportet quod conuenit principio, vel generationi alicuius rei, q̃ competat ei,quando iam est in esse perfecto. & similiter non oportet,vt quod conuenit sacramento in sui institutione, quòd competat ei quantum ad suum vsum. Similiter dicere possumus de ordine & forma celebrãdi concilia. Non enim oportet, quod ritus obseruatus per apostolos in concilijs suis, seruetur per omnia nunc à nobis: quia aliquid fuit tunc conueniens quãdo erat paruula & in principio sui, quod nunc non cõueniret ecclesia perducta ad perfectiorem statum multa varietate ordinum ac officiorum distributum. ¶ Ad argumenta autem duo prima sumpta ex practica conciliorum obseruata per apostolos, Respondetur negando consequentiam factam: tum ratione iam dicta:tum,quia nunc non occurrit circa omnes qui admitti petunt ad concilia eadem ratio,propter quam apostoli alios quàm apostolos & ecclesiasticos admittebãt ad cõcilia sua. ¶ Ad tertium quod inducitur de concilio Constantien. & Basilien.Respondetur primò, quòd consequentia non valet, vt patet ex dictis. Secundò dicitur,quòd paruum,aut nullum argumentum faciunt obseruata in præfatis concilijs. Tum,quia Pisanũ, & Constantien. quantum ad eorum principium antequam forent omnes tres obedientiæ cõgregatæ cùm fuerint celebrata in schismate,non fuerunt vniuersalia concilia habita à tota ecclesia.Basilien. verũ cùm fuerit toti ecclesiæ scandalosum, quod maximè euenit ex hac indiscreta admissione multorum ad voces diffinitiuas in concilio, non est habendum in memoria alicuius authoritatis. ¶ Ad quartam respondetur sub tali distinctione. Aut in cõcilio vniuersali,in quo aliqs de inferioribus petit admitti, tangitur res & salus illius in particulari,vt puta,quia est accusatus de aliquo crimine,& proceditur contra eum:tũc cõcedimus,q̃ admittẽdus est omnis talis ad respõdendum pro se,vel ad indulgentiam

Ad rationes factas in oppositum.

Ad duas pri ma.

Ad tertiam

Ad quartã.

tiam petendum:quod etiã vt ait glo.in.c.conuenientibus.1.q.7.conceditur.& tamen non propter hoc dicuntur admitti in concilio ad voces cõsultatiuas,vel diffinitiuas.Si verò nõ agitur de salute illius in particulari, sed in cõmuni cum omnibus alijs fidelibus:tunc non est necessariũ illum admitti,sed sufficit q̃ superiores, in quibus virtute oẽs alij continentur, intersint concilio:aliàs quilibet fidelis,& etiã mulieres admittẽdæ venirẽt ad quẽcunq; concilia,in quibus tractaretur de salute fidelium,aut rebus vniuersitatũ, quod est absurdum. ¶ Ad quintam respondetur negãdo consequentiam.Quoniã licèt oẽs fideles,qui se offerunt ad subueniendum necessitatibus ecclesiæ occurrẽtibus admitti debeãt ad succurrendum ecclesiæ, & cum magna charitate susçipi,quãdo iuxta cõditionem status eorum & facultates in subsidium ecclesiæ se offerũt,vtputa si agẽdum esset cõtra hæreticos & infideles manu armata,aut passagium fiendum in terram sanctam offerent se aut bona sua,non tamen ex hoc sequitur,q̃ admittendi veniant in cõcilio, prout hîc loquimur de admissiõe,videlicet ad voces diffinitiuas, vel etiam consultatiuas habẽdum in eo: quia si hoc daretur, vt iam diximus, nimis confusa esset synodalis congregatio. ¶ Ad vltimam rationem simili modo respondetur.

Ad quintã.

Ad sextam.

¶ An omnes prælati maiores totius orbis Christiani necessariò vocandi veniant ad concilium vniuersale. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Prælati omnes maiores totius orbis, an necessariò sint ad vniuersale concilij uocandi, & huic interesse debeant,ostenditur.*

VIso qui ad vniuersalia concilia de per se & necessariò vocandi veniunt, quia scilicet prælati maiores, consequenter enucleãdum venit,an necessariò omnes prælati maiores orbis vocandi sint, & interesse debeant vniuersali concilio. Ad cuius quæstionis determinationem repetenda nobis est distinctio concilij vniuersalis, quam suprà posuimus.Diximus enim q̃ vniuersale concilium ad præsens capitur dupliciter. Vno modo dictum ab vniuerso,sicut prouinciale à prouincia: & hoc modo conciliũ vniuersale dicitur quod papa, vel eius legatus cum patribus de toto vniuerso celebrat. quod iuxta Aug. appellamus plenarium concilium. Alio modo dicitur vniuersale ab vniuersitate authoritatis,quę est supra totam ecclesiam.Primo modo loquendo de vniuersali concilio quod dicitur plenariũ, dicimus ad perfectionem huius concilij omnes episcopos orbis cõuocandos esse,& si non particulariter,in communi saltem conuocãdo, & inuitando patriarchas oẽs,& primates, vt ipsi cum episcopis, quos duxerint eligendos (quia nec est possibile, nec etiam vtile omnes simul conuenire) veniant ad concilium. Hoc satis apertè probatur ex gestis octaui concilij,ad quod Basilius imperator dicitur architectos ecclesiasticis tabernaculi à finibus orbis conuocasse.Item legitur ibi, q̃ in aduẽtu vicarij patriarchæ Alexandriæ, qui deficiebat,patres istius concilij dixerunt:Glorificamus Deum vniuersorum qui quod deerat vniuersali concilio, supplevit,& nunc perfectissimũ demonstrauit.hæc ibi. Vnde abbas Anastasius in epistola ad Adrianum papam de octaua synodo loquens ait sic.Facta est ergo hæc sacrosancta synod⁹ anno imperij Basilij pij principis tertio, qui vniuersos patriarchales thronos sic vt aliorum nulla in eorum loci seruitoribus præsules habens vniuersalis non inconuenienter ab omnibus appellatur. Vniuersalis est ẽm primò, quia catholica fides in ea & sanctæ leges,quæ nõ solùm à sacerdotibus, sed ab vniuersis Christianis coli debent, & venerari,& contra hostes earum consona voce defendi. Deinde, quia cùm Christus in corpore suo, q̃d̃ est ecclesia,tot patriarchales sedes,quot in cuiuscunq; mortalis corpore sensus locauerat, profectò generalitati nihil deesset ecclesiæ,si omnes illæ sedes vnius fuerint voluntatis: sicut nihil deest motui corporis, si oẽs sensus integræ communisq; fuerint sanitatis:inter quas videlicet sedes quia Romana præcellit, visui non immeritò comparatur: qui profectò cunctis sensibus præeminet, acutior illis existens, & communionem sicut nullus eorum cum omnibus habẽs. hæc ibi. Ex quibus patet,quòd concilium vniuersale non dicitur,quia omnes orbis præsules præsentialiter cõueniant, sed representatiuè tantùm. Vnde ipsi patres aduenientes,& si pauci respectu aliorum, tamen cùm vniuersitatem aliorum representent,authoritatem con

Universidad de Deusto
Biblioteca

cilij adimplent,cùm nomine aliorum veniãt. Vnde in secundo concilio Africano dicitur, q̃ legati aliorum nomine plenam tribuunt concilio authoritatẽ. Et inde est,q̃ quicquid per præsentes conclusum fuerit, vniuersali consensu dicitur conclusum. vt ex.c.sicut.di stin.19.colligitur,vbi beatus Gregorius post commemorationem quinq; primorum conciliorum vniuersalium ita inquit.Cunctas verò personas, quæ præfata venerãda concilia respuũt,respuo, quæ venerantur,amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta,se, & non illa destruit,quisquis præsumit, &c.Licèt enim omnes prelati orbis in illis cõcilijs congregati non fuerint,quia tamen pręsentes representabãt omnes, qui vocati erãt, omnium illorum authoritatem siue consensum habuisse iudicantur. Vnde in quodam concilio Toletano sic dicitur. Si quis autem tam nostrarum, quàm eorum, qui nunc ex prouincia sanctæ synodo defuerunt,huic salubri ordinationi obuiare præsumpserit,conuictus totius fraternę charitatis habeatur extraneus:censentur enim illi præsentes alijs ritè ad synodum spectantibus vocatis omnẽ authoritatem habere.hæc ibi.Hoc vniuersalitatis modo prima.8. concilia vniuersalia dicta sunt, quoniã ad ea dẽ vniuerso orbe Christiano patres cõuenerunt: & licèt pauci numero,omnes tamen authoritatis representatione fuerunt.Quia primũ fuit.318.patrum. Secundum.150.Tertium.200. Quartũ.230. æquè tñ dicuntur fuisse vniuersalia & plenaria concilia:tum ex præsentia authoritatiua apostolicæ sedis,quæ in totum orbem habet primatũ: tum ex representatione in præsentibus cõsensus omnium episcoporum orbis. Quod etiam manifestè colligitur ex actione tertia septimæ synodi,vbi in epistola,quam orientales episcopi scribunt Cæsario Constantinopolitano patriarchæ,ita habetur. Si volueritis celebrare synodum, ne molestia vobis appareat trium apostolicarum sediũ patriarchalium & sanctissimorũ episcoporum, qui sub ipsis degunt,absentia,nõ ex proprio eorum accidens proposito,sed ex dominantiũ illis terribilibus minis, & mortiferis pœnis. Hoc autẽ subtilius est considerandũ etiã ab ipsa sacra & vniuersali sexta synodo, in qua nullus eorum, qui per idem tẽpus in his partibus episcopi erant, conuenisse repertus propter obscænorum obtinentiam, sed nullum ex hoc sanctæ adhæsit synodo præiudicium,nec vires habuit prohibitio aliqua statuendi, & manifesta faciendi recta dogmata pietatis, præcipuè cùm sanctissimus,& apostolicus papa Romanus concordauerit,& in ea inuentus sit per apocrisarios suos,& nũc sanctissimè hoc cum Dei adiutorio similiter fiet:hæc ibi. Vbi non est prætereundum, q̃ in his cõcilijs vniuersalibus in partibus orientalibus celebratis pauci, aut nulli de latinis fuerunt, præter legatos papæ. Secundo autem modo loquendo de vniuersali concilio dicto non ab vniuersitate orbis, ita quòd de vniuerso orbe patres vocati sint, aut conuenerint,sed ab vniuersitate potestatis(quomodo dicitur vniuersale concilium, quod papa per se,vel legatum suum celebrat, aliquibus prælatis vocatis de rebus, quæ vniuersalem ecclesiam respiciunt) dicimus,quod non est necessarium ad illud vocare omnes prelatos orbis, siue episcopos de toto orbe, sed sufficit vocare aliquos de aliquibus prouincijs,& eos,de quibus pro qualitate negotiorum, & temporum opportunitate Romano pontifici videbitur expedire,& fuerit facultas nunc de multis, nunc de paucioribus prouincijs, siue etiam de vna tantùm.vt in cap. Guilisanus. 23. quæstio. 4. dicit papa, cum episcopis,quos cõgregare potui. Hoc autem etiam exemplo ostendimus. Primò quidem exemplo & practica conciliorũ celebratorum tẽpore ecclesiæ primitiuæ per apostolos. Licèt enim beatus Petrus à Christo summus ecclesiæ vniuersalis pontifex constitutus plura legatur cum apostolis concilia etiam vniuersalia celebrasse, vt superiùs.c.2. commemorauimus, non tamen omnibus apostolis præsentibus illa celebrasse legitur: nec absentes apostoli, qui illis tẽporibus per Iudæam dispersi erant ad prædicandum conuocati,nec aduenisse leguntur,sed solùm cum his, qui Hierosolymis erant apostolis & senioribus legitur celebrasse. Imò in cõcilio,quod in materia fidei super quæstione de cessatione legalium celebratum est, solùm beatus Petrus & Iacobus, qui Hierosolymorum episcopus erat, & Paulus & Barnabas, qui ad habendum determinationẽ præfatæ quæstionis venerant Hierosolymam, conuenisse leguntur. Secundò hoc idem colligitur ex practica aliorum conciliorum, quæ per sanctos patres celebrata leguntur. Tempore enim Cornelij papæ cùm noua hæresis insurgeret, negantium indulgentiam assequi posse post lapsum, cuius authorem Nouatum presbyterum fuisse ferunt,cõgregata est synodus celeberrima Romæ ab ipso beato Cornelio,in qua Nouatus ipse cũ suis cõplicibus

plicibus ab ecclesia proiectus est: & diffinitum est eos,qui lapsi fuerunt, indulgentiam consequi posse:ad quã tamen synodũ nõ omnes patriarchæ, nec episcopi orbis vocati leguntur. Præterea idẽ patet de amplissima synodo Romæ celebrata per beatum Syluestrũ post Nicænã synodũ.277. episcoporũ, in qua confirmatis regulis Niceni concilij,& damnato Arrio,multa ecclesiasticis profutura diffinita sunt:& tamen ad hanc synodũ nõ leguntur episcopi de toto orbe congregati. Idem est etiã de synodo tẽpore Celestini papæ congregata Romæ celeberrima, quæ Nestorium veluti hęreticum damnauit. De qua synodo beatus Cyrillus Alexandrinus episcopus in synodica epistola ad eundem Nestoriũ sic ait.Ecce itaq; cum sancta synodo, quæ apud amplam vrbem Romam congregata est,præsidente sanctissimo, & venerandissimo fratre,& consacerdote nostro Celestino episcopo,his scriptis synodicis te iã tertiò conuenimus.&c.& ita de multis alijs.&c. Quæ vniuersalia & celeberrima, ad quæ non de toto orbe Christiano leguntur conuocati prælati, sed de aliquibus tantùm prouincijs,de quibus cõuenientiùs,atq; faciliùs poterant conuenire: & tñ in ipsis de fide, quæ vniuersalis est,actũ est:& instituta sunt multa, ad quorũ obseruantiã tota ecclesia est astricta,sicut de concilijs multis exẽpla adducere possemus faciliter,sicut de celebratis sub Hylario papa,sub Felice.3. sub Gelasio, sub Symmacho,sub Stephano.3.sub Nicolao.1. sub Gregorio.6.sub Calixto.2.sub Innoc.2. sub Eugenio.3.sub Alexandro.3.sub Innoc. 3.& Clemẽte.5.Exemplum etiam, q̃ ad synodum generalẽ solùm patres vnius prouinciæ sunt euocati, põt colligi ex concilio illo apostolorũ, quod congregatum fuit super quæstione legaliũ Act.15.vbi cũ apostolis seniores tantùm prouincię Iudęæ dicuntur cõuenisse:nec alij absentes apostoli,aut discipuli sunt vocati,sicut superius circa.2.c. notauimus.Est aũt notandũ circa vniuersalia concilia quæ plenaria dicuntur, ad quæ de toto orbe patres vocabantur, q̃ qa talia plurimũ habebant difficultatis & laboris, non nisi p̃ maximis rebus & arduis congregabantur, vtpote quando hæreses exortæ magnos habebant authores,& fautores, aut multitudinem episcoporum,sicut contigit de præfatis octo vniuersalibus concilijs: & ideo raro leguntur à patribus celebrata,prout ex tẽporibus summorum pontificum colligi potest. Vnde à primo concilio Nicæno, quod celebratum fuit sub papa Syluestro, vsq; ad secũdũ,quod celebratũ est Constantinopoli sub Damaso papa,fluxerunt. 42.anni. A secunda synodo vsq; ad tertiam, quæ fuit Ephesina prima, quæ celebrata fuit sub Celestino papa, fluxerunt anni.40. A tertio verò concilio, vsq; ad quartum in Chalcedonia, quod celebratum fuit tempore Leonis papę primi,fluxerunt secundum aliquos.30.decũdum alios.19. A quarta vsq; ad quintã synodum, quæ est celebrata Constantinopoli, fluxerũt anni.128.A sexta vsq; ad septimã, quæ celebrata fuit in Nicæna vrbe tempore Adriani papæ,fluxerunt.90. A septima vsq; ad octauã, quæ celebrata est in Constantinopoli tẽpore Adriani.2.fluxerunt anni.72. Et ita patet,quàm raro celebrabantur tẽporibꝰ illis concilia illa generalia,cum spatio quingentorum quadraginta quinque annorum tantùm octo concilia plenaria celebrata legantur.

¶In quo ponuntur obiectiones aliquæ contra prædicta. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 Obiectiones sex contra id quod dicitur de vocatione omnium maiorum totius orbis prælatorum ad vniuersale concilium, referuntur.

ADuersus ea quæ iã dicta sunt, videlicet,q̃ concilium, quod romanus pontifex non vocatis omnibus episcopis orbis, sed aliquibus tantùm celebrat, vniuersale concilium dicatur, obuiatur per aduersarios multipliciter. ¶Primò ex definitione illa posita in glo. cap. primo. distinctione. 17. vbi sic dicitur. Concilium vniuersale est, quod papa, vel eius legatus cum omnibus episcopis constituit.ergo videtur quòd de ratione vniuersalis concilij sit,vt omnes episcopi conueniant ad illud, vel saltem vocentur. ¶Secundò sic. Vniuersale concilium dicitur repræsentare vniuersalem ecclesiam, vt colligitur tam ex cap.confidimus. 15.quęstione prima. quàm ex.c.sicut.dist.15.ergo necessariũ videtur, q̃ in eo concurrat vniuersalitas prælatorum, in quibus cæteri continẽri & repræsentari videtur. ¶Tertiò sic. Cùm romanus põtifex non sit

Argum. 1.

Secundum.

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō sit vniuersalis dicēdus,iuxta.c.vbi. di. 99. nō videtur q ipse sine episcopis totius vniuersi posit constituere vniuersale concilium.

Quartum. ¶Quartò sic.Si papa paucis episcopis vocatis de vna aut duabus vel trib⁹ prouincijs exclusis omnibus alijs,intra tamē ecclesiæ vnitatē existentibus posset celebrare vniuersale conciliū,tunc totus status tam fidei quàm vniuersalis ecclesiæ, qui consueuit declarari & disponi in cōcilijs vniuersalibus plenarijs, per hunc modum indirectè ad votū papæ & paucorum reuolueretur,quod videtur nimis periculosum,vt q fides nostra committatur arbitrio vnius hominis, vt inquit Archi.in

Quintum. glo.c.Anastasius.di. 19.¶Quintò sic.Si papa cum paucis episcopis de vna vel duabus vel tribus prouincijs potest facere conciliū vniuersale tantæ authoritatis sicut plenariū, tūc sequeretur q frustra fierent & facta essent cōcilia plenaria:quoniam magis viderentur esse in fatigationē ecclesiæ, quàm vtilitatem: quod tū non est dicendū, cùm in maxima veneratione habita sint.iuxta.c. sicut. distin.

Sextum. 15.&.cap.octo.distin. 16.¶Sextò sic.Si prælati qui habiles sunt, & de officio interesse tenentur vniuersali concilio, si non vocantur, videntur posse agere de contemptu,iuxta.c. quod sicut.de elec.sed hoc non esset nisi q omnes prælati tales sunt vocandi.&c.

¶In quo datur responsio ad superiora obiecta. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum circa uocationē prælatorum ad uniuersale concilium. &c. refelluntur.*

SAnè sicut suprà dixim⁹, dicendum videtur, q & si de congruo omnes episcopi, q habiles sunt, & intra vnitatem ecclesiæ constituti si commode fieri posset ad vniuersale concilium inuitandi essent, nihilomin⁹ tū non oēs necessariò de toto vniuerso christiano sunt semper vocandi.Nā vt testatur beatus Tho.in quæstionibus de potentia.q. 10. ar.4.Constantinus Augustus, sub quo celebrata est synodus.6.dixit,q propter imminētia bella vniuersaliter episcopos cōgregare nō potuit,vñ nō interfuerunt nisi. 150. & tū vniuersalis synodus inter alias est appellata. vt in.c.sexta.di. 16.Dicendū ergo est ad rōnes in oppositū factas.¶Ad primā,quæ fundatur in glo.c. 1.dist. 17.dicimus, q loquitur de vniuersali concilio primo modo dicto.s. plenario:nec tamē vniuersalis illa cùm dicitur,cū omnibus episcopis orbis, accipienda est vt distribuat p ro singulis episcopis orbis: quia fortasis nunq adhuc tale conciliū fuit, aut futurū est,in quo oēs episcopi orbis personaliter conuenirent,sed magis videtur accipienda,vt distribuat pro singulis regionibus orbis christiani.vt sit sensus, Concilium vniuersale est,quod papa,vel eius legatus cū episcopis totius orbis Christiani constituit. iuxta modū loquendi beati Augusti. Verùm quia in tali concilio etiam oēs episcopi iuris interpretatione interesse intelliguntur,vt suprà exposuimus, potest adhuc sustineri prę dicta definitio vniuersalis concilij plenarij in prædicta glo. vt intelligatur cum omnib⁹ episcopis,scilicet vel personaliter, vel representatiuè constituitur.¶Ad secundā respondetur,q prælati illi per summum pontificem ad cōcilium vocati cum intentione vel eius authoritate aliquid disponant in vniuersali ecclesia,licèt pauci sint respectu aliorum, nihilominus tamen papa, vel eius authoritate fulti representant etiam vniuersalem ecclesiā: quemadmodum concilium populi in ciuitate representat totū populum.vt notat glos. super Rubri.C.quæ sit longa consuetu. Episcopus enim est in ecclesia,& ecclesia in episcopo.vt inquit Cyprianus in cap. scire debet.7.q. 1.papa etiam singulariter dicitur figurare ecclesiam.vt dicit Aug.iuxta.c̄quod cunq;.24.q. 1. hinc est, quòd id quod princeps totius reipublicæ christianæ, cuiusmodi est papa, facit cum prelatis aliquibus iuxta discretionem, secundū temporum dispositionem, & tractandarū rerū qualitatē concluserit,ordinauerit,totius ecclesiæ authoritate dicitur esse factū.¶Ad tertiā rationē respondemus,quēadmodū tetigimus in. 2.lib. q papa veraciter potest dici vniuersalis episcopus,siue patriarcha,cùm sit episcopus totius orbis.vnde in Chalcedonen. concilio acclamatum est Leoni papæ per patres eiusdē concilij:apostolicus œcumenicus,id est vniuersalis,siue orbicularis.vt etiam testatur beatus Gregorius in regist̄ro. & beatus Tho. in tractatu suo cōtra errores Græcorum. Non est autem credendum,quòd sancta synodus vniuersalis præfata falsè hoc attribuisset beato Leoni papæ. Verùm summi pontifices noluerunt vti hoc vocabulo duplici de causa

Ad primū. 1

Ad secūdū

Ad tertiū.

causa.Primò ratione humilitatis,vt dicit sanctus Thomas, videbatur enim in superficie sua verbum hoc superbæ appellationis. vt ait beatus Grego.vt suprà.Secūdò,ne daret intelligi,q papa esset præfectus cuilibet particulari ecclesiæ vt specialis illius ecclesiæ rector.Sic enim vt arguit beatus Grego. cessārēt oīm aliorū pontificū authoritates & administrationes.& ista est intelligentia.c.nullus.&.c.ecclesię.di.99. ¶Ad quartā rōnē respondetur negando cōsequentiā. Quia vbicunq; cū papa cōcurrit nō modò sacrū dñorum cardinaliū collegiū,sed etiā cōdecēs multitudo prælatorū synodaliter conuocatorū, nō est verum,q fides, & status vniuersalis ecclesiæ arbitrio vnius hominis cōmittatur. & ita non facit ad propositū quod dicit Archi. quia ista repugnāt.s. q cōgregatio multorū prælatorū cōcurrit cū papa, quod rō concilij importat,vt suprà diximus, vt cōmuni eorum assensu cū omni libertate ,pferatur diffinitio fidei,& dispositio status ecclesiastici, & q solius papæ arbitrio ista dicantur cōmitti. Secundò dicimus,q falsum est q semper solitum sit de fide & statu vniuersalis ecclesiæ in concilijs vniuersalibus disponi, ita q non alibi: quoniā frequenter per solā apostolicā sedē fit & factū est,vt suprà tetigim⁹,iuxta.c. quotiēs.24.q.&.c. 1.hæc est fides.¶Ad quin

Ad quintū. tam respondetur,q non ideo cōuocātur vniuersalia concilia,q in eis sit plenior authoritas,aut clauiū potestas,quàm in sola apostolica sede,in quā totius ecclesię Deus principatū locauit. vt in.c.nolite errare. di. 9.& in.c. basilicas.de cōsecra.di. 1.sed cōuocant̄ ,ppter multa alia,vt superiùs ostendimus.c. 10.inter quæ fit propter maiorē authoritatē reputationis:quia quæ multorū sapientum studio diu deliberata atque approbata sunt, & communi consensu tantorū patrū diffinita,maioris authoritatis reputantur. Vnde glos.super illud Act. 15. Placuit nobis collectis in vnū. dicit glo.interli.vt maior sit authoritas.¶Ad

Ad sextū. sextam respondetur, q episcopi absentes à concilio aut fuerūt per papā,aut aliū de mādato eius vocati, aut non. Si sic, & non venerint, non possunt agere de contemptu si nō fuerunt vocati,& constat de voluntate, q ipsis etiā non vocatis haberentur valida quæ ibi facta sunt,non possunt agere de contemptu:quia papa est, qui robur cōcilijs tribuit & firmitatē.iuxta cap.significasti.de electio. vnde quod inductum est de.c. quod sic.non est ad propositum.

¶De qualitate prælatorum ad vniuersalia cōcilia conuocandorum. Cap.XIX.

SVMMARIVM.

1 *Concilium celebraturi, & ad ipsum uocādi prælati quales esse debeant.*

OStenso iā non oēs prælatos maiores ecclesiæ necessariò conuocandos ad vniuersalia concilia, nec benè possibile fore oēs conuocare,sed oportere sæpenumero aliquos cōuocare,alijs prætermissis,conueniens duximus,vt de qualitate conuocandorum capitulum hoc subiungeremus. Requiruntur aūt 1 potissimè in cōuocandis prælatis ad vniuersalia concilia quatuor.s.Sapientia,Vitæ sanctitas,Experientia,& Zelus ad bonū reipub. Vnde Constantinus imperator pro.6. synodo cōgreganda scribens Agapitoni papæ ita dicit.Adhortamur vestrā paternā beatitudinē per præsentē nostram piam sacrā dirigere viros vtiles & modestos notitiā habentes totius Deo inspirante doctrinæ,& peritiā irreprehensibilē habentes dogmatū, induentes personā vestræ apostolicæ sedis. hæc ille. Meritò ergo dicimus,q in conuocādis requiritur primo sapientia.Sanè cū inquiēte Tullio lib.de senectutute: Magnę res nō viribus gerāt,sed cōcilio & authoritate. liquet oportere esse præditos vocādos ad vniuersalia cōcilia,in quibus cùm de rebus maximis tractā dū veniat,viros oportet esse multa sapientia prestātes.Vñ Tobiæ.4.dicitur. Consiliū à sapiēte semper require.Ecclesiastici.8.Os prudentis quæritur in ecclesia.&.c.9.dicitur. cū sapientibus & prudētibus tracta.Quantæ autē sapientiæ lumine fulgere debeant patres ad vniuersales synodos conuocādi,qui & doctrinæ lumen,& normam vitæ cæteris daturi sunt,beatus Dionysius docet, dicēs eos, q alios superuehere lumen habēt , oportet doctissimæ claritatis esse repletos, & aliorū esse doctores.7.q. 1.c.conuenientibus. ¶Secundò vocandi ad concilia debent pollere vitæ sanctitate,vt veraciter eorum conuentus ,cōuentus sanctorum patrum nominari possit, ac de eo dicicum Propheta:Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in concilio iustorum & congregatione. Vt enim inquit sanctus Ambrosius in libro de offic.talis debet es-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet esse consiliarius,qui nihil nebulosum habeat,nihil fallax, nihil simulatum,quod vitã eius atq; mores reselat, nihil improbũ aut maleuolum,quod auertat consultantes. Sanè non erunt conuenientes consiliarij, cùm tractandum de reformatione ecclesiæ venerint homines vani,carnales,auari, qui iuxta Greg. præsentia appetũt, æterna delpiciunt, iniusta agunt,& iusta derident,sua quærunt, non quæ Iesu Christi.Et hoc est quod sapiẽs ironicè inquit. Cũ viro irreligioso tracta de sanctitate,cum iniusto de iustitia. Quocirca dicitur ibidem. Noli consiliari cum socero tuo. Socer est mundus, qui pater est carnis, quæ vxor est spiritus, per quem intelligunt carnales homines, amatores terrenorum. de quibus Iob in persona ecclesiæ dicit orans. Consilium impiorum longè fac. Consilium impiorum,vt ait Gregorius,est terrenã gloriã quærere,ęternam negligere. Laborandũ ergo est,vt cum sanctis viris habenda sint cõsilia:quoniam sanctitas plurimùm conducit ad benè consulendum, quod Sapiens testatur cùm ait. Cor boni consilij statue tecum. & subdit. Anima viri sancti enuntiat aliquã do vera quàm septem circunspectores sedẽtes in excelso ad speculãdum.glos. tanquàm magistri. Tertiò patres vocandi ad concilij debent esse experti, maximè in illis, super quibus quærendum est consilium. Quia vnusquisque in ea re, quam expertus est, aptiùs consulere potest. Vnde dicit Valerius maximus. Suæ artis vnumquemque & authorem & disputatorem optimum esse non dubitamus.Quoniam in multis expertus, vt ait sapiens : cogitabit multa:& qui multa dicit,enarrabit intellectum. Qui non est expertus pauca recognoscit. Hinc reprobatur iuuenum consilium: quia inexperti sunt. Sicut patet in Roboam, qui relicto senum consilio, & iuuenum adhærens consilio pro magna parte regnum amisit. propter quod dicitur Ecclesiastici.15. Quàm speciosum canicicij iudicium,& presbyteris cognoscere cõsilium.Quàm speciosa veteranis sapientia,& gloriosus intellectus & consilium:corona senũ in multa peritia, & gloria illorum timor Dei. Vbi inquit glo. Audiant presbyteri, & ecclesiarũ præpositi:quia non licet eis ignorare legis scientiã, & sapientiã. Ex quo loco satis apertè colligitur quãtã impietatẽ in ecclesiam sanctã committant, qui aut diuina sapiẽtia vacuos,aut moribus depranatos, aut pueros ecclesijs pficiũt plato. Qualis enim synodus constituetur ex istis? quale ecclesiæ regimẽ ab istis spectabit?&c. De hac impietate beatus Bernardus loquitur.Quænã maior impietas,q̃ ponere super vnũ puerũ on' angelicis humeris formidãdũ? Ex hoc etiam c.ostenditur apertè q̃ dignè reprehendendi veniant,qui ad vniuersaliaconcilia homines inhabiles,sine scientia,sine moribus, sine experientia,sine authoritate admittunt,& maximè ad voces diffinitiuas cũ episcopis: qui error in Basiliensi cõcilio scãdala grauissima peperit in populo Christiano. ¶Quartò vocandi ad concilium vniuersale sunt habentes zelũ domus Dei, vt sint de numero eorũ, de quibus in Psalm.dicitur. Zelus domus tuæ comedit me,& opprobria.&c. Siquidem debent habere zelum ad reformationẽ morũ, ad correctionem vitiorum, & ad augmentũ diuini cultus.De hoc zelo exemplũ habem' in filijs Israel: qui vt dicitur Iudic. 20.congregati.400.millia.dixerunt,q̃ non redirent domũ, donec vlciscerentur scelus cõmissum in vxorem leuitæ in Gabaa.

Ecclesiastici.37.

Ecclesiastici.34.

3.Reg.11.

Psalm.68.

¶De punitione prælatorũ, qui vocati ad conciliũ venire contemnunt. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Prælati ad conciliũ uocati, si uenire negligant seu contemnant, qua pœna afficiantur.*

VErùm quia sæpenumerò euenit, vt prælati ad cõcilia euocati venire negligãt,siue cõtẽnãt,cõsequẽs est, vt de taliũ punitione aliquid subiũgamus.Sanè plati ad cõciliũ venire admoniti, vt vult glo.in.c. si episcopus. di. 18. nullo legitimo interueniẽte impedimento si venire contẽpserint,multipliciter veniunt rationabiliter puniẽdi, & potiùs, q̃ qui prouincialibus cõcilijs,de quibus iura loquũtur expressiùs,interesse recusant. Vnde imperator Theodosius scribẽs Dioscoro vt veniret ad vniuersalẽ synodũ,ita ait. Si quis verò tã necessariã & verè Deo amicã synodũ prætermiserit,& non omni virtute secundùm prædictũ tẽpus ad pręfinitũ locũ peruenerit, nullã excusationẽ neq; apud Deũ,neq; apud nostrã inueniet pietatẽ:sacerdotalẽ em conuentũ nõ nisi quis mala conscientia sauciatus omittit.hæc ille.¶Veniunt aũt huiusmodi cõciliorũ cõtẽptores puniẽdi pluribus animaduersionibus.& primò quidẽ pœna excõmunicationis.iuxta.c.si episcopus.distin.18.vbi ex insti-

1

1

ex instituto concilij Agathẽsis ita scribitur. Si episcopus metropolitanus ad prouinciales episcopos epistolas direxerit,in qbus eos ad ordinationem summi pon. vel ad synodũ inuitet,postpositis omnibus, excepta graui infirmitate corporis,aut præceptione regia, ad constitutam diem adesse non differant:q̃ si defuerint sicut prisca canonũ præcepit authoritas, vsque ad primã synodũ à charitate fratrũ & ecclesiæ cõmunione priuentur. hęc ibi. Item idem habetur in.c.sequenti. si quis episcoporum.Sed hic non est prætereundũ, q̃ excommunicatio in hoc loco prout colligitur tam ex glos.q̃ ex Hug. & Archidi. non accipitur prout excõicatio dicitur separatio à sacramẽtis,& à cõione fideliũ,sed pro suspẽsione quadã à cõibus negotijs cũ alijs episcopis in cõi pertractãdis:vtputa q̃ nõ admittetur talis episcopus tractatibus cõmunibus prouinciæ cũ alijs episcopis, nõ etiã ad scrutiniũ episcoporũ:nõ ad consecrationẽ eorũ: non generaliter ad alia,quæ cõmuniter sunt tractanda ab oĩbus episcopis cũ metropolitano:& hoc est ei in pœnã. Vñ epi, qui taliter dicuntur excõicati, licitè possunt celebrare diuina officia,& recipere sacramẽta ecclesiastica,& cõicare cũ cæteris epis & alijs,præter quàm in præmissis.Hu.Nõ negatur tũ, q̃ tales excõicari poterint ex cõmunicatione prima,quæ est separatio à participatione sacramentorũ,& cõmunione fideliũ, si contumaces reperiant,vt inquit Archi.in dict.c.si quis episcoporũ.iuxta.c.certũ. 11.q.3. ¶Secũdò pfati epi vocati contẽnentes ad cõciliũ venire si reperti fuerint transgressores iuramẽti, secũdũ formã.c.Ego.n.de iureiur. puniri possunt pœna depositionis à dignitate,quã periurantibus sẽti patres descripserunt, iuxta.c. querelã.&.c.tua nos.extra de iureiuran.Tertiò incurrunt pœnã dãnationis æternæ, vtpote contemptores & subsannatores patris sui,oĩmq; fideliũ.s.romani pontificis,& matris suæ vniuersalis ecclesiæ per vniuersale cõciliũ repñtatæ:quos videtur respicere sentẽtia illa terribilis. Oculũ qui subsannat patrẽ & qui despicit partũ matris suæ fodient eum corui de torrentibus, & comedent eũ filij aquilæ.Notanter aũt diximus prælatos vocatos ad concilium venire contemnentes præfatis pœnis venire plectendos :quoniam sẽcùs esset, si non ex contemptu, sed impedimento legitimo eos non venire contingeret. Quod ex duobus perpendi potest. Primò, si antequàm terminetur concilium veniant: quia licèt à principio nõ venerint,ex quo tñ veniunt,præsumitur q̃ non ex contemptu, sed ex aliquo impedimento demorati sint.sępe enim ex eo qđ sequitur, præsumitur quale fuerit quod pręcessit. ar. 22.q.2. quod ait. Ista est sententia tam Hug.q̃ Archi. in.c.si episcopus.superiùs allegato. Secũdò si ep̃s ex cusatiões literatorie scribit ad synodũ,vel,p̃ curatorẽ mittit cũ legitimis rõnibus q̃ venire non potuerit.De primo in.c. placuit. dist. 18.loquitur cõciliũ Carthaginẽse ita dicẽs. Placuit, vt quocũq; congregandũ sit concilij,episcopi, qui nec ætate, nec ægritudine, nec grauiori necessitate impediuntur cõpetẽter occurrãt:q̃ si non potuerint occurrere, excusationes suas literatorie scribãt. De secũdo.s.de procuratore habetur in. c. & si ægrotãs fuerit. 5.q.3.vbi Adrianus in synodo instituit.Si ep̃s ęgrotans fuerit, aut aliqua eũ grauis necessitas detinuerit,p̃ se legatũ ad synodũ mittat,q.s.assignet,siue p̃bet causam legitimã esse q̃ episcopus nõ veniat. Quia nõ sufficit dicere nõ posse, nisi rationẽ impedimenti assignet.vt dicit glo. super verbo. rõnẽ.in præallegato.c. placuit. Et si quæritur quomodo probabit legitima causa assignata impedimenti?respondet glo. ibi,q̃ sufficit per vnum testem probare cũ iuramẽto suo: quod intelligendum videtur,cùm episcopus per procuratorẽ se excusat.Quoniã si per seipsum literatorie adhibito iuramento de veritate legitimi impedimenti sufficienter videtur probata causa absentiæ : & ita standũ erit iuramento suo, & ipse habendus est excusatus.Verùm est aduertendum, q̃ præfati prælati,qui ad concilium vocati venire neglexerunt,antequàm iudicẽtur contumaces, & vt tales puniendi veniant,admonitio pręcedere debet, & requisitio. vt est casus in. c. propter ecclesiasticas. dist. 18. super verbo, admoneant autem. &c.vbi glos.inquit ar. q̃ mora potest purgari, licèt sit certus dies appositus.Et ratio est:quia vbicunq; tractatur q̃ propter negligentiam quis puniatur, aut punietur iure suo, requiritur admonitio. ar. 12.q.2.indignè.

Prouer.3 c.

¶De impedientibus celebrationem vniuersalium cõciliorũ. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 Cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Concilij uniuersalis celebrationem impedientes, qua pœna puniri debeant.*

POstquàm de prælatis ad cõcilium vocatis & venire cõtẽtibus sermo habitus est, iam loquendum venit de impedimenta præstantibus, ne concilia legitima authoritate conuocata, suam habeant prosecutionem. Planè non sufficit sermo noster explicare, quanta pœna digni sunt, qui conciliorũ celebrationi impedimẽta moliũtur inferre. Isti in primis veluti tyranni, & reipublicæ hostes habẽdi sunt: tot morte digni, quot egregia bona per talia vniuersalia cõcilia fiẽda sperabantur. Præterea si tollendi schismatis causa synodus adunata esset, proculdubio tales conciliorum turbatores veluti fautores schismatis habendi venirent. Et si ob cõfundendas hæreses, & hæreticos expugnandos congregata foret, tales certè conciliorũ celebrationi impedimenta præstantes, hæreticorum defensores, siue fautores viderẽtur. Si verò reformationis causa patres conuenissent, certè qui concilij celebrationi aduersarẽtur, tanquàm hostes religionis Christianæ sanctimoniæ ecclesiæ habendi forent: ad quorum propulsandas temeritates obligati sunt reges, & principes Christiani, qui ecclesiam tuẽdam susceperunt. vt in.c. principes. 23.q. 5. in quo si negligentes reperirẽtur, suspecti haberentur de fautoria hæresis, aut schismatis. iuxta cap. qui. 23. q. 3. vbi dicitur: Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est quàm fauere impietati eorum.

¶Quis in vniuersali cõcilio præsidere debeat. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Concilio in uniuersali quis debeat præsidere.*

SYnodo iam cõstituta, reliquum est ostendere quis in ea præsidere debeat: cùm in omni multitudine benè ordinata, necesse sit aliquem præsidentem esse. Quoniam Prouer. 11. vt ait sapiens. Vbi non est gubernator, corruet populus. Dicimus autẽ prout tã ex practica antiquorum cõciliorum, quàm ratione colligere possumus de præsidentia in concilijs vniuersalibus, quòd regulariter Romanus pontifex per se, aut legatos suos habet vniuersali concilio præsidere. Hanc conclusionem primò ex practica antiquorum conciliorum sic ostendimus. Et primò ex concilio, quod apostoli super institutione Mathiæ loco Iudæ celebrasse leguntur Act. 1. in quo beatus Petrus vtpote apostolorũ princeps, ac totius christianæ plebis præsedisse videtur, quod ex circunstantijs literæ patet. Tum ex illo, quòd in medio eorum exemplo Christi, vt ait glos. fuisse describitur. Dicit enim sic, Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit. glo. pastor pro ouibus loquitur. Item colligitur ex concilio celebrato super quæstione obseruantiæ vel cessationis legalium. de quo Act. 15. dicitur, quia conuenerũt apostoli & seniores Iudæorum de verbo hoc. cùm autem magna cõquisitio fieret, surgens Petrus. &c. in quo concilio Petrus præsedit. Vnde glo. super verbo, surgens Petrus dixit ad eos. ita præ omnibus quasi princeps loquitur. Præterea hoc etiam ostenditur ex aliorum cõciliorum practica, vt luce clariùs tam ex libro conciliorum, & ex corpore decreti, quàm ex decretalibus colligi potest. Habetur enim in libro conciliorum. Hylari⁹ episcop⁹ ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit. &c. Item Greg. in generali synodo præsidens dixit. &c. Item Symmachus papa in generali synodo præ. di. &c. Item in decreto in. c. in nomine Domini. dis. 23. dicitur, præsidente quoque reuerendissimo Nicolao papa. Item. 25. quæstione secũda. c. si quis dogmata. dicitur. Nicolaus papa vniuersali synodo præsidens, dixit. &c. Item extra de elect. in. c. licet. habetur. Inno. 3. in concilio existens & præsidens. Nos ad malum hoc euitandum. &c. Cæterùm quòd præsidere in concilijs vniuersalibus ad summum pontificem spectet, etiam rationibus ostenditur multipliciter. ¶Et primò ad hoc faciunt omnes illæ rationes, quibus ostensum est suprà in cap. sexto. quòd ad solum romanum pontificem spectet regulariter congregare vniuersale concilium, & id sua authoritate fulcire: quoniam ex hoc consequenter concluditur, quòd ipse vniuersali concilio præsidere habeat. ¶Secundò sic. Caput naturali iure præsidet corpori: sed papa est caput ecclesiæ catholicæ, vt suprà in secundo libro monstratũ est, ergo in synodo vniuersali catholicę ecclesię papa iure debet p̃sidere. p̃sidẽtia dico nõ solùm honoraria, sed etiã authoritatiua, quemadmodum caput præsidet corpori nõ solùm situ, sed etiam influxu regiminis, & authoritatis. Vnde sancti patres in cõcilio Chalcedonẽsi cõstituti scribẽtes Leoni papæ, licèt ipse non fuerit in concilio personaliter, sed per legatos suos scribunt. Tu eis, id est patribus concilij sicut mẽbris caput præeras. ¶Tertiò sic. Papa est excelsior & princeps cunctis sacerdotibus. vt in cap. Cõstantinus. distinctio. 96. ergo ipse vniuersali synodo, quæ ex sacerdotibus colligitur, veluti princeps eorum præsidere debet. ¶Quartò sic. Si synodus vniuersalis tempore Christi celebrata fuisset, soli Christo conueniebat præsidere. ergo illo à conuersatione nostra absente, in vniuersali synodo p̃sidere soli suo generali vicario videt conuenire. Cõsequẽtia videt manifesta, cùm romanus pon. vices eius gerat. De præsentia verò romani põ. per legatos suos, apertè docemur tã ratione, quàm exemplis. Ratione verò, quia non dubium est, quin quod quis potest facere per alium, etiam potest per seipsum, & ita ponere loco sui vicarium ad præsidẽdum. Exemplis etiam patet ex concilijs vniuersalibus tã anti quis quàm modernis, in quibus summi pontifices personaliter non interfuerunt. Vnde cõcilio Chalcedonẽsi. Leo papa scribẽs, cùm mitteret legatos suos, ita inter alia dicit. In his fratribus, hoc est Paschasio, & Vincentio episcopis, Bonifacio & Basilio presbyteris, qui ab apostolica sede directi sunt, me synodo vestræ vestra fraternitas confidat præsidere. Et in epistola, quam ad Anatholiũ scribit ita dicẽs. Fratres nostri ab apostolica sede directi, qui vice mea synodo præsederant, probabiliter, atq; constanter illicitis ausibus obsteterunt. &c. Vbi etiã notandũ venit, q̃ p̃sidere in cõsilio vniuersali loco romani põ. non solùm possunt prelati maiores, cuiusmodi sunt episcopi, sed etiam inferiores, vt abbates, & archidiaconi, ac presbyteri. vt patet tam ex iã dictis, q̃ ex. c. conuenientibus. 1. q. 7. Prædicta etiã conclusio ostenditur ex practica obseruata in octaua synodo. vbi papa Adrianus scribens dño imperatori Basilio ita dicit. Volumus ergo per vestræ pietatis industriã illic numerosum celebrare cõciliũ, cui nostri quoq; missi præsidentes, & culparum personarum differentias liquidò cognoscentes, iuxta quod in mandatis acceperunt singulorum liberæ discretiones exerceant. hæc ille. notentur verba. Præterea quòd legati illi fuerint præsidentes, manifestè dicitur ex tenore & forma subscriptionum episcoporum eiusdem concilij. Vnde in principio sic habetur. Ego Donat⁹ episcopus Hostiẽn. ecclesiæ locũ obtinens domini mei Adriani summi pontificis & vniuersalis papæ, omnia quę superiùs leguntur, huic sanctæ & vniuersali synodo præsidens vsque ad voluntatem eiusdem eximij præsulis promulgaui, & manu mea subscripsi. Secundò subscribit Stephanus sanctæ Nerisinæ ecclesiæ episcopus eodem modo nominando se præsidentem. Eodem modo & Martinus romanæ ecclesię diaconus subscribit. Prædicta etiam conclusio ostenditur ex practica obseruata in concilijs vniuersalibus alijs, sicut manifestũ est in concilijs temporum nostrorum.

¶In quo obijcitur per aduersarios contra ea quę dicta sunt de præsidentia romani pontificis in concilio vniuersali. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorũ aduersus id quod dicitur de præsidentia Romani pontificis in concilio generali recensentur.*

COntra hanc præsidentiã in concilijs vniuersalibus oi iure romano pon. debitã dũ in Basilieñ. cõcilio essemus, & quæstio magna & inaudita mota esset per eos, qui occasionẽ quærebãt turbãdi ecclesiã: an. s. p̃sidẽtes sanctæ memoriæ dñi Eugenij ad præsidendũ cõcilio admitterẽtur, Audiuimus aliquos de nouellis magistris multa & varia circa hãc materiam dicere, & plurima obijcere vt non admitterentur. Sed hi erant in duplici differentia. Quidã enim dicebant, q̃ nullo mõ deberẽt admitti ad præsidẽdũ vniuersali cõcilio. Alij verò, q̃ admitti deberent ad p̃sidẽtiam honorariã tãtũ, videlicet, vt eminẽtiorẽ locũ in cõcilio tenerẽt, & primò in eo loquerẽtur, & quę agẽda erãt, p̃ interlocutionẽ dirigerẽt, nõ aũt ad p̃sidẽtiã authoritatiuã: dicẽtes etiã, q̃ si papa præsens esset, nihil authoritatis haberet præter eminentiã loci, & ministeriũ directiõis. Primi aũt opinionẽ suã (si opinio & non error dicenda sit) sic fulcire nitebãtur.

¶Primò in cõcilijs vniuersalibus per apostolos celebratis, Petrus apostolus prim⁹ romanus pon- *Probatio prima pri-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus pontifex non legitur præsedisse. ergo vi
mæ opin. quæ soluitur cùm sequētibus. c. proximo. detur quòd etiam nunc Romanus pontifex
hanc præsidentiam in concilijs vniuersalibus non debet expetere. Consequentia videtur nota. Antecedens patet: cùm de præsidē
1 tia Petri nulla fiat mentio in prædictis conci
Secunda. lijs. ¶ Secundò sic. Conciliū hoc Basilien. fuit verum concilium, & tamen nullum in principio habuit præsidentem. ergo non videtur necessarium, quòd aliquis, vtputa papa, aut eius legatus, præsideat in vniuersali concilio.
Tertia. ¶ Tertiò. Spiritussanctus præsidet concilijs vniuersalibus. dicit enim Matth. 18. vbi duo vel tres cōgregati fuerint in noie meo, in medio eorum sum. ergo non videtur, q̄ sine iniuria spiritussancti possit aliquis alius admit-
Quarta. ti ad præsidendum. ¶ Quarto sic. Nullus inferior præsidere debet suo superiori, sed concilium vniuersale superius est romano pontifice iuxta decretum concilij Constantien. er-
Probatio prima secūdæ opi. quæ cū sequēti soluetur. c. 25. go papa non debet illi præsidere, nec aliquis loco eius. ¶ Pro opinione aliorum arguebatur sic per alios. Si papa, aut aliquis nomine eius præsideret vniuersali concilio præsidentia authoritatiua, iam sublata esset essentialis forma à concilio, puta libertas in consultando, obstante coactione; & sic non omnes, sed
Secunda. vnus omnia faceret, & per consequens synodus nulla redderetur. ¶ Secundò dicebant (quod etiam nō veriti sunt aliqui eorum scriptis demandare) q̄ in concilijs, in quibus papa non fuit, sed imperatores interfuerunt, Imperatores & iudices destinati leguntur habuisse primatum & officiū præsidentiæ per interlocutiones, & de consensu synodi, siue ex mandato conclusiones & iudicia fecisse: & non reperitur (inquiunt) instantia in octo concilijs vniuersalibus, de quibus distinctio. 16. c. sancta octo. præterquàm in actione. 3. Chalcedonensis cōcilij, vbi vicarij Leonis papæ vicem gerentes: quia nullus pro parte imperatoris interfuit aut in synodo primatum tenuisse & præsedisse, & concilium direxisse per prælocutiones, & demum ex iussu synodi dixisse sententiam in Dioscorum ex communi consensu alijs omnibus conindicantibus. Hæc sunt verba cuiusdam aduersariorū in quibusdam scriptis suis.

¶ In quo respondetur ad obiectiones præfatas in primo loco positas. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum dicentium nullo modo papam admittendū ad præsidendum vniuersali concilio, refelluntur.*

ASTis non obstantibus, quibus facilè est respondere, tenēdū est quod dictum est: q̄ regulariter in cōcilijs vniuersalibus si papa prēsens sit, ipse præsidet in eo. Non enim summus pō. minùs est habens dignitatem aut authoritatem in concilio vniuersali, quàm metropolitanus in concilio prouinciali cui præsidet, & episcopus in episcopali, imò multò plus. Tum, quia romanus pon. vocatus est in plenitudinem potestatis, alij verò non, vt dictum est suprà. Tum, quia superioritas papæ super omnes prælatos ecclesiæ est ex diuina institutione, metropolitanorum verò supra episcopos comprouinciales est ex humana institutione, vnde non habent nisi in certis casibus respectu aliorum iurisdictionem. ¶ Ad rationes ergo in oppositum est dicendum. ¶ Ad primam respondetur dupliciter. *Ad primā proba. primæ opi. recitatæ. c. 23.* ¶ Primo quia consequentia illa, qua sepe vtūtur aduersarij, videlicet hæc: hoc non legitur factum, ergo non fuit factum, nō valet. locus enim ab authoritate negatiuè nullius roboris est. Dicit enim beatus Iohan. Iohan. vlti. Multa alia fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. Præterea in hoc decipiuntur aduersarij, quòd ex hoc, quòd Petrus ex humilitate, vt dicit beatus Chryso. super Act. Apostolorum, omnia agebat cōmuni omniū volūtate, & nihil agebat principaliter aut dominatiuè, credunt, quòd per se faciendi non haberet authoritatem: quod falsum est, sicut patet ex ipso Chrysost. vt suprà ostendimus circa. c. 18. secundi libri. Secundò respondetur, quòd si expresè & formaliter non legatur, quòd beatus Petrus præsederit in concilijs celebratis per apostolos, datur tamen intelligi tam ex circunstantijs literæ, quàm ex glossa sanctorum patrum. Patet primùm de primo concilio, de quo Acto. 1. & primò ex loco, quia in medio fratrum dicitur fuisse. vbi glo. dicit, q̄ exemplo Christi, qui in medio discipulorum dicitur fuisse. vt habetur Iohā. 20. Secūdò ex eo, q̄ primus loquebatur. hoc enim nō præsumpsisset Petrus plenus spiritu sancto, nisi toti congregationi præsedisset vt princeps, siue prelatus. vnde glos. ait, sic loquitur

quitur pastor pro ouibus suis. Tertiò colligitur hoc ex forma loquendi. ait enim. Viri fratres, oportet impleri scripturam. & iterum. oportet ergo ex his qui nobiscū sunt. &c. Certè ista loquendi forma magis præsidentiam & authoritatem notat in Petro respectum totius congregationis, quàm subiectionē. Quartò hoc irrefragabiliter arguit ex eo, q̄ vt beatus Cyrillus testatur in lib. thesaurorum. Apostoli in euangelijs & epistolis affirmarunt in omni doctrina Petrum esse in loco domini & eius ecclesiæ, ei dantes locum in omni capitulo & cōgregatione, in omni electione & cōfirmatione. Clarissimum est autem, q̄ si in congregatione apostolorum locum domini nostri Iesu Christi Petrus tenebat, vt dicit beatus Cyrillus, quod congregationi præsederit sicut ipse Christus præsedisset. Vnde beatus
Ad secūdā. Chryso. beatum Petrum verticem Apostolorum vocat. ¶ Ad secundam respōdetur etiam dupliciter. Primò, quòd cùm concilium Basilien. vt toti orbi notum est, scandalosum fuerit, & in multis præsumptuosum, trāsgrediens terminos, quos posuerunt patres sancti in cōcilijs vniuersalibus, ab illo nullum argumentum sumendum est. Secūdò respondetur falsum esse, quòd Basilien. concilium præsidentem non habuit: quoniam habuit legatum apostolicæ sedis dominum Iulianum de Cæsarinis bonæ memoriæ diaconum cardinalem tituli sancti angeli, qui præsidēs illius fuit per magna tempora: qui & si in principio personaliter non interfuit, occupatus cum Bohe-
Ad tertiam mis, habuit tamen locum tenentem. ¶ Ad tertiam respondetur dupliciter. Primò negando consequentiam. Sane si consequentia illa valida esset, nullus princeps præsideret alicui regno, aut prælatus alicui sanctæ congregationi. Vnde dicendum est, quòd sicut causalitas primæ causæ non tollit causalitatem secundę causæ: ita nec præsidētia, siue p̄sentia Dei tollit præsidētiam ministrorum eius. Per hoc ergo, quòd spiritus sanctus dicitur prēsidere sanctæ synodo, nec præsidentia romani pontificis tollitur, nec eius authoritas diminuitur. Præterea si consequentia illa esset bona, peccassent summi pontifices sancti tanquàm prę sumptuosi, qui præsedisse leguntur, sicut visum est in multis concilijs vniuersalibus: peccassent etiam concilia ipsa, quæ hoc permittebant: maximè si hoc (vt aduersariorum stultitia arguit) vergeret in contumeliam spiritus sancti: quorum tamen vtrumque esse erroneū nullus catholicus ignorat. Secundò respondetur, quòd falsum est vniuersaliter quod assumitur, sicut patet de secunda synodo Ephesina, quæ cùm damnatissima fuit, magis ei prę sedisse credendus est spiritus malignus, quàm sanctus: licèt patres in ea congregati se iactassent, quòd spiritus sanctus eis cōsedisset. Vnde sicut leguntur dixisse in eorum synodo: Si ergo spiritus sanctus consedit patribus, sicut manifestè consedit & ordinata sunt, quis retractat? quis spiritus sancti cassat gratiam? Quod verò inducitur ex Matthæ. decimo octauo vbi Christus ait: vbi duo vel tres. &c. ad propositum non est: quia cùm authoritas loquatur ad literam de congregatione quorū cunque fidelium siue laicorum siue clericorū qui congregantur in nomine domini, nec loquatur de congregatione locali in aliquo loco siue ciuitate, sed de congregatione quæ est vnanimitas in aliqua vna re, in qua conueniunt, nō loquitur ad literam de concilijs vniuersalibus, sicut manifestum est cuique euangelium legenti. Non negamus tamen dictum illud adaptari posse concilijs vniuersalibus, & prouincialibus, & capitulis etiam religiosorum in nomine domini congregatis quo ad promissionem assistentiæ diuinæ gratiæ, arguendo per locum à minori ad maius. Præterea assistentia illa ibidem promissa congregatis in nomine domini non est prędsidentia synodalis, vt de se patet, vnde non est ad propositum. Præterea cùm non possint dici congregati in nomine domini, qui eius vicarium vniuersalem ad prędsidentiam non admittunt, sed contemnunt: manifestum est, quòd ratio illa aduersariorum nullius sit roboris, atque momenti. ¶ Ad quartam respondetur negando *Ad quartā* minorem, videlicet, quòd concilium vniuersale sit superius authoritate romano pontifice: quoniam hoc videtur contrariari iuri naturali, iuri diuino, & iuri positiuo. Iuri quidem naturali: quoniam naturaliter sicut caput humanum situm superius: ita & virtute ac regiminis authoritate præstantius est suo corpore. Summus autem pontifex caput est, & vertex concilij vniuersalis. Iuri diuino etiam repugnat: cùm romanus pontifex diuina institutione princeps sit super totam vniuersalem Christi ecclesiam. dicente domino, Petro. super plebem meam principem te constitui. & cum ei dicitur. pasce oues meas. Iohan. vltim. Iuri etiam humano contradicit. vt patet extra de elec. cap. significasti. & ex multis alijs locis superiùs inductis. Ad id verò quod inducitur de concilio Constantiensi, superiùs respōsum est in cap. 99. secundi libri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In quo respondetur ad obiectiones secundo loco positas. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum, dicentium nec papã, nec eius legatos habere præsidentiam in concilijs authoritatiuã, sed tantùm honorariã. &c. diluuntur.*

1 COnsequenter respondeamus ad rationes dicentium, q̃ nec papa, nec eius legati debẽt habere præsidentiam in cõcilijs authoritatiuam, sed tãtùm honorariam. ¶Ad primam cùm sic arguitur, q̃ si sic, tolleretur forma essentiapositiç.c.24 lis à concilio. Respondetur negando hanc cõsequentiam, quoniã nulla est. Non enim propter hoc q̃ papa præsidet authoritatiuè in cõcilio, sequitur q̃ remoueatur libertas consulẽdi: nisi quis ita insipienter sapiat, quòd nõ sint alij actus iurisdictionis, quos papa posset habere in concilio, quàm cogere existẽtes in eo, vt cõcurrãt ad votũ ipsius. ¶Ad id verò quod in loco secundo dicunt, quòd in concilijs vniuersalibus cùm papa præsens non fuerit, imperatores & iudices destinati per eos habuerunt primatum & præsidentiam. &c. Respondetur primatum & præsidentiam, quòd hoc totum, quod dicunt, est falsum, vt patet per singula discurrendo. Et mirãdum est, quòd talia qui christiani sunt, & ecclesiastici, & qui doctos se existimant, libris suis demandent. Quod enim in primis dicũt, q̃ absente papa imperatores & iudices destinati per eos habuerunt primatum & præsidẽtiam tenuerunt in concilijs vniuersalibus, patet esse falsum ex illo quod Martianus imperator inquit in actione sexta concilij Chalcedonensis, & ponitur in cap. nos. distinctio. 96. Nos ad fidem roborandam, non ad potentiã aliquam ostendendam siue exercendam exẽplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse volumus, vt veritate inuenta, nõ vltrà multitudo prauis doctrinis attractata discordet. aliàs, ne vlteriùs prauiùs persuasionibus à recta separentur fide. Ecce quòd imperatores non primatum, non præsidentiam habeant in concilijs vniuersalibus: in quibus ipsi confitentur non nisi protectionis gratia velle interesse. Quòd autem non solùm in actione tertia concilij Chalcedonensis vicarij papę præsiderent & primò loquerentur & dirigerent omnia vt dicit aduersarius, sed etiam in octo concilijs, & nõ imperatores aut iudices, patet ex eo quod ponitur in ipsa tertia actione, vbi vicarij papæ sic leguntur allocuti sacrum concilium. Notũ est nẽpe huic amabili concilio ad beatum apostolũ Leonem sacras literas esse destinatas, quatenus huic sacro cõcilio se præsentare dignaretur: sed quoniam nec antiqua consuetudo, nec necessitas temporis permittere videatur, nostram paruitatẽ huic concilio sacro pro se præsidere præceperat. Ideoq̃ necessarium est hæc, quæ in medium proferuntur, per nostram interlocutionem discẽptari. Propter hoc ergo porrectus libellus à religiosissimo fratre nostro & coepiscopo Eusebio susceptus recitetur, & factum est ita. hæc ibi. Ecce manifestè primò, quòd legati papæ præsidere debeant concilio loco papæ. Secundò, quòd ad eorum officium necessariò spectaret, vt per eorum interlocutiones ea quæ proferenda in medium venirent, proponi & discẽptari: vnde quòd aliquando iudices aliqui deputati legantur in concilijs vniuersalibus ab imperatoribus, non fuerunt deputati ad præsidendum, aut diffiniendum, aut iudicandum authoritatiuè, cùm talem potestatem non haberent ipsi imperatores. Vnde si reperiatur scriptum, quod imperatores præsiderent, intelligitur nõ authoritatiuè, sed ad ornatum. Vnde in epistola, quam Chalcedonensis synodus scribit papæ, sic habetur. Quibus scilicet patribus congregatis, tãquam caput membris præpositus eras per eos, qui tuam continent vicem rectum concilium demõstrans: principes autem fideles ad ornatũ præsidebant. hæc ibi. Et ita patet, q̃ nec imperatores authoritatiuè præsidebant, nec deputati iudices per eos: sed cùm inter catholicos & alios hæreticos esset disputatio & cõtrouersia magna, ponebantur illi quasi auditores discretiui, & testes, vt audirent motiua & rationes altercantium, vt veritate tandẽ patefacta, & relatione facta imperatoribus, imperatores ipsi fauorãtes habẽtibus veritatem sententias eorum & diffinitiones per disciplinæ timorẽ facerẽt ab omnibus obseruari. Nam vt inquit beatus Isido. & habetur in ca. princeps. 23. q. 5. intra ecclesiam potestates necessariæ nõ essent, nisi vt quod nõ præualent sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Vnde quòd ita sit, patet ex illo quod habetur ex quarta actione octauæ synodi, vbi sic legit. Post hoc magnificentissimi & gloriosissimi principes per

Ad primã secũdæ opi.

Ad secũdã.

per Babanum magnificentissimum Patritiũ & præpositũ dixerũt imperatores nostri miserunt seruos suos, qui senatus vocatur, qui voluntate Dei honoratus est secundùm omnia, vt simus discretiui eorum quę geruntur auditores. Si vultis ergo à nobis sicut se habet ordo synodicus in fine sanctæ & vniuersalis huius synodi exire proprias subscriptiones per me indignũ seruũ sanctorum imperatorũ nostrorum cuncti fratres mei & compatritij dicunt sanctissimo domino nostro patriarchæ & sanctissimis vicarijs tam senioris Romæ q̃ oriẽtalium sedium nisi audierimus, & ab ipso Focio in cõspectu nostro stante, & ab episcopis eius, & ab his qui habẽtes cõsecrationem beatissimi Methodij & sanctissimi Ignatij apostatæ facti sunt, vt in cõspectu nostro obstruantur ora ipsorum ex canonicis & synodicis præceptionibus nõ scribet manus nostra vnãliteram in synodo ista: audiant quæ iudicata sunt à seniori Roma in cõspectu nostro, & si nihil cõtradicere potuerint, sanabitur mũdus ex cõsensu ipsorum. Si autem hoc factum non fuerit, scimus quia nostri non egetis ad subscribẽdum in fine à vobis gestorum. Quomodo enim subscribemus in huiusmodi iudicio illis clamantibus, atque dicentibus audiamus depositionem nostram, damnemur audientibus nobis, vt postulat iustitię ratio. &c. hæc ibi. Ex quibus manifestè patet, quòd illi deputati per imperatores nõ erant præsidentes vt iudices concilij per authoritatem, sicut nec ipsi imperatores erãt, sed vocati sunt iudices sicut deputati ad audiendũ aliquos altercãtes, sicut magis vt auditores eorum, & testes gestorũ per patres ibidẽ. Quod etiam manifestè colligit ex. c. satis. 96. di. vbi Nicolaꝰ papa ita inquit. Sed Theodosius minor sanctę synodi scribens primæ dixit. Deputatus est ergo Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire vsque ad sacratissimam synodum nostrã, & in nullo quidẽ quæ faciendę sunt de pijs dogmatibusq̃ stiones seu potius expositiones communicare. Illicitum nanq; est eum qui non sit in ordine sanctorum episcoporum ecclesiasticis immiscere tractatibus. hęc ille. Ex quibus luce clarius habetur, q̃ laici illi nobiles, qui ad concilium mittebãtur per imperatores, nõ ad præsidendum authoritatiuè, aut ad diffiniendum vel iudicdum ãdeputabãtur, cùm ipsemet imperator protestetur illicitum esse tales laicos ecclesiasticis immiscẽri tractatibus. Quod verò vltimò dicitur ex aduerso, quòd præsidentes papæ de mandato & authoritate concilij sententiam proferebant, falsissimum est, imò ipsi authoritate summi pontificis sententiabant: quod manifestè colligitur ex quinta actione præfatæ octauæ synodi, vbi præsidentes sententiã dãtes contra Fociũ ita dicũt. Vidistis fratres: vidistis & audistis quę ex multo tẽpore dicta & gesta sunt de huiusmodi causa, & apparuit vobis oibꝰ quia irreceptibilis erat, ꝓmotio huius viri, & depositio sẽtissimi patriarchę Ignatij de sede sua sine iustitia & sine legibꝰ fuerit acta. Nos ergo nõ nouũ aliqd̃ vel recẽs iudiciũ iudicabimus, sed vetus, & ex multo tẽpore præiudicatũ quidem à sanctissimo & beatissimo papa Nicolao, firmatum autem à sanctissimo papa Adriano: & non possumus trãsferri & commoueri à paternis diffinitionibus & legibus: nec declinare ad dextram nec ad sinistram. Scriptum est enim, audi fili leges patris, & ne repellas iura matris tuæ. Et infrà. Talem conatum abijcimus & anathematizamus, ne vlteriùs contra ecclesiã quælibet alia fortè in omne seculum maligna introducatur actio. Et infrà. Quid ergo placet, talia sunt nostra & nostræ sedis, quæ si apud vos non fuerint acceptabilia, nos tamen super montem excelsum huius synodi ascendemus, & exaltabimus in fortitudine vocem nostram, euangelizantes vobis, & consequentiam quæ facta & ore promulgata est sanctorũ patrum nostrorum à gratia spiritusſancti. Et sequit. Ad hoc qd̃ dicit sancta synodꝰ: sunt hæc quæ à nobis per lectionem dicta sunt apud vos accepta? Sancta & vniuersalis synodus exclamauit: recipimus omnes. valde quippe sunt discreta, & congrua, & consona ecclesiasticis regulis atque legibus. hæc ibi. Ex quibus manifestè patet falsum esse & iniquum quod aduersarij dicunt, q̃ præsidentes papæ authoritate & mãdato concilij sententiã protulerunt. Nec debet quis moueri per hoc, q̃ præsidentes aliquando cùm sententiam dare deberẽt, legant dixisse ad synodũ, vel ad illos iudices deputatos discretiuos: si iubeatis. qa hoc nõ erat petitio authoritatis, sed erat verbũ humilitatis: quod sonat, id est, dignemini audire.

¶De his quæ in ipso vniuersalis cõcilij prosecutionis exordio obseruãda sunt. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Cõcilij uniuersalis in exordio quæ obseruãda sint. Hoc est, in quo habitu comparere patres concilij debeant. Quo ordine sedere. Et à quo synodũ inchoare.*

DEsignatis iam patribus ad cõcilium vocandis, & præsidente in eo, iã ad ea quæ in ipsius concilij prosecutione veniunt primitus obseruanda, descendamus. Occurrunt autem tria
1 considerandа. Primum est, quo habitu vestiti prælati synodum ingredi debeant, an in habitu communi, an in habitu dignitati suæ conuenienti. Secundum est, quomodo ordinari debeant in sedendo. Tertium est, à quo debeant synodum inchoare. Quantum ad primum cõuenientissimum nobis videtur, quòd prælati vestibus dignitati suæ congruentibus conueniant ad synodum celebrandam. Quod duo satis persuadẽt. Primò, quia cùm ea quæ foris geruntur, conformari, & congruere debeant actibus, qui aliqua excellentiori potestate exercentur: vnde non nisi in vestibus sacris sacerdos ad cõsecrandum corpus Christi accedere debet, iuxta capitu. vestimenta. de consecratio. distinctio. prima. conuenientissimum videtur, vt prælati ad actum iudiciariæ potestatis exercendum, & in maximis rebus in concilio conuenientes, non nisi in vestibus eorum dignitatibus aut prærogatiuis condecentibus accedant. Secundò hoc persuadet exemplũ. Planè si in prouincialibus concilijs hoc obseruatur, vt à prælatis vestibus eorum conuenientibus adornatis, & cum mitris in capite celebrentur. iuxta capit. quod sicut. extra de electio. libro sexto. vbi patet, quòd archiepiscopus sine pallio non congregat cõcilium. & de mitra habetur de priuile. vt apostolicæ. libro sexto. conuenientius est, vt hoc in vniuersalibus concilijs obseruetur, quę pro rerum gerendarum maiestate maiore solennitate veniunt celebranda. Mitræ verò prælatorum sicut vidimus obseruari tam Constantiæ quàm Basileæ omnes albæ esse debent, & planæ sine ornamentis. iuxta notata per Iohannem Andreæ in dicto capitulo. vt apostolicæ. vbi dicit, quòd episcopi in ipsa præsentia legatorum ecclesiæ Romanæ, & per consequens maiorum suorum vtuntur tãtùm mitris albis, & planis. Quod fortiùs obseruatum est in præsentia romani pontificis, qui princeps est episcoporum. Hæc etiam obseruantia tenetur in curia, cùm missam in capella papa celebrat. ¶ Secundum quod considerandum venit est de ordine, quẽ prelati tenere debent in sedendo, & per consequens in subscriptionibus, quia ordine quo sedent, se subscribunt. Pro quo tali forma obseruanda videtur, vt primum locum teneat romanus pontifex, qui caput & princeps est totius ecclesiæ. vt in capit. non decet. distinctio. 12. Secundum locum obtinet cardinalis Hostiẽs. qui hoc habet ex priuilegio: quia romanum pontificem consecrat. vt notat Hostiẽs. in capit. antiqua. de priuile. Tertium locum de iure (nisi obuiet aliqua romanæ ecclesiæ consuetudo) obtinet patriarcha Constantinop. Quartum Alexandrinus. Quintum patriarcha Antiochenus. Sextum Hierosolymitanus. De quo ordine habetur in capitu. renouantes. distinctio. vigesimatertia. & in capit. prælegato. antiqua. de priuile. Post autem has patriarchales sedes sequuntur aliæ quatuor sedes, scilicet Aquilegiensis, Bituricẽs. Grandẽs. & Risangẽs. de quibus Archi. in gloss. fi. distinctio. vigesima secunda. Cardinales verò secundùm consuetudinem romanæ curiæ præferuntur in sedendo istis vltimis patriarchis. Alij verò sequuntur ordinem dignitatis eorum, vt primò archiepiscopi: deinde episcopi: deinde abbates, quando eos synodo interesse cõtinget. Inter autem istos ordo seruandus est iuxta tempus ordinationis eorum. distinctio. 17. §. episcopos. Tertium quod cõsiderandum est, à quo actu synodus est inchoanda. Ad quod dicimus, quòd ab oratione, sicut à missa spiritus sancti, quæ celebrari debet per aliquem prælatum de concilio. Si enim (vt inquit Plato) in rebus etiam minimis diuinum auxilium est implorãdum, multùm reprehensibile foret, si cùm habenda sunt cõcilia de rebus maximis, primò ad Deum sine quo fieri nihil potest, oratione non præmissa recurreretur. Vnde Hieronymus in principio cuiuslibet operis orationem dominicam dicit præmittendã. Item tota ecclesia in singulis horarum principio diuinum implorat auxilium, dicens: Deus in adiutorium meum intende. Congruitatis autem huius, quòd diximus ab oratione in synodo esse inchoandum, exemplum habetur ex illa religiosa cõsuetudine in omni capitulo vetustissimè obseruata: quòd cùm eligendus venit prælatus, missa de spiritu sancto præmittitur. vt notat Innocen. de electio. cùm nobis olim. Quod certè fortiùs fiendũ est, cùm pro rebus maximis totius reipub. Christianæ vniuersitatem tangentibus, non vnius particularis ecclesiæ capitulum, sed totius ecclesiæ representatiua synodus adunatur, præmittenda est vt diximus specialis oratio ad spiritum sanctũ. Quoniã & si illud quod oratione sua impetrare synodus optat, effectus communis sit totius trinitatis, appropriatur nihilominus personæ spiritus sancti. Quod patet. Duo nanque sunt potissimè necessaria ad ritè & bene celebrandum vniuersale concilium. Primum est, illuminatio veritatis in diffiniendis & agendis. Secundum est, vnanimitas patrum congregatorum in synodo in concludendis, vt omnium sit vna mens, vna sententia, & vnus sensus: vtrunque istorum attribuitur spiritui

Iohan. 16. sancto. De primo patet ex illo. Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. De secundo patet

Roma. 8. ex illo. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quòd simus filij Dei. Super quo verbo dicit. gl. Spiritus sanctus cõmunis est patri & filio, amborumq; vnio: per ipsum fit societas & vnitas, qua efficimur vnum corpus vnici filij Dei. Vnitas enim nos compaginat, quam fecit charitas: charitas vnde est nisi à spiritu sancto? hæc glo. Quia verò hæc dona quæ diximus maximè patribus conuenientibus ad synodum necessaria dona spiritus sancti sunt: laudabili cõsuetudine introductum est, vt in ipso concilij principio antequam ad alia procedatur, hymnus ille, Veni creator spiritus. voce alta decantetur. Consequenter proponendus est sermo diuinus de pertinentibus ad concilium, vt omnes intelligant quid agendum sit, vt moueantur ad volendum & exequendum ea quæ Deo placita sunt, & vniuersali ecclesiæ accommoda. Proponendum est ergo verbum Dei coram synodali congregatione sicut diximus. Ad quod nos hortantur inter alia maiorum nostrorum exempla. Exemplum habemus primò à domino nostro Deo & saluatore nostro Iesu Christo, qui discipulis congregatis coram se, ferè semper prædicabat eis. Cùm se-

Matth. 5. disset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos. Item hoc exemplum reliquit nobis vicarius eius beatus Petrus, qui cùm conuenissent apostoli & seniores super quæstione de circumcisione, surgens, & prædicans dixit ad eos, Viri

Act. 15. fratres, vos scitis. &c. Hoc etiam exemplum reliquit nobis vas electionis, qui vocatis maioribus natu ecclesiæ apud Miletum ab Epheso prædicauit eis dicens. Vos scitis à prima

Act. 20. die. &c.

¶ A quibus cauendũ est in concilijs. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Concilijs in uniuersalibus à quibus cauẽdum sit, ostenditur.*

VIso à quo synodus est inchoãda. Reliquum est videre à quibus in processu illius patres congregatos cauere decet, si synodum suam venerabilem mundo & ecclesię vtilem reddere cupiunt. Occurrunt autem decem à qui-1 bus cauendum est. Primũ est malitia, siue prauitas affectionis. Vnde imperator Basilius in principio octauæ synodi sic hortatur fratres concilij. Commonemus, & exhortamur omnes vos fratres, vt cum multo pudore, ac reuerentia conueniatis ad sanctam hanc & vniuersalem synodum, tanquam ad communẽ, & vniuersis aptam, atque sine labore medelam, nullam vitiosam motionem vel affectum ferentes, nec ad contentiosam voluntatem respicientes, sed potiùs vinci, quàm velle vincere periculose. hæc ille. Est ergo excludenda omnis sinistra ac vitiosa assertio à patribus cõuenientibus ad synodum, & dirigenda omnis eorum intentio ad honorem & gloriam Dei ne oppositum facientes, videantur magis conuenisse aduersus Christum, quale fuit concilium principum sacerdotum & seniorum populi, de quo habetur Matth. 26. ca. Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis, & concilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Secundò, vt ad status apostolici dignitatem & authoritatem conseruandam, & non ad eius destructionem conspirent: quale fuit concilium quod aduersus apostolos congregatum est, de quo Actuum. 5. vbi dicitur, quòd princeps sacerdotum, & omnes qui cum eo erant, conuocarunt concilium. & sequitur pòst. & statuerunt illos, scilicet apostolos in cõcilio. Tertiò, vt ad quietem, & pacem fidelium, & non ad inquietationem, & turbationem bonorũ studeant: quale fuit concilium contra beatum Stephanum venerabilem Christi discipulum congregatum. de quo habetur Actuum. 6. vbi sic dicitur. Concurrentes rapuerũt Stephanũ, & adduxerunt in concilium, & statuerunt falsos testes. Huiusmodi autẽ cõcilium, quod in

Universidad de Deusto
Biblioteca

perturbationē virorū religiosorū est,non consilium sanctorum patrum est,sed conciliū malignantium dicēdum est,de quo dominus per prophetam dicit.concilium malignātium obsedit me.Cauēdum est ergo à patribus ad vniuersale concilium conuenientibus, ne aliqua eis insit intentio siniſtra, aut affectio praua in eis aliqua regnet: sed præ oculis semper habeant quæ sunt ad honorem Dei,ad decorem domus Dei,& ad pacem populi christiani. Tales autem sunt,qui in nomine domini congregantur,de quibus dicitur per prophetam. Omnes isti congregati sunt tibi,id est ad ea quę tua sunt facienda. In tali concilio glorificatur Deus secundùm illud psalm. Deus qui glorificatur in concilio sanctorum. Taliter autem in veritate congregatis in nomine Christi diuinitatis suæ promittitur assistentia,iuxta illud. Matth. 18. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. ¶Secundū quod cauendum est à patribus in concilio,est negligentia circa bonum commune: vt totis viribus, omnique studio publicis commodis intendant, prætermissis causis priuatis. Vnde Leo papa ad Theodosium imperatorem scribens, vnde error secundæ Ephesinæ synodi originem traxit, inquit, Dum priuatæ causæ religionis exercentur obtētu, commissum est impietate paucorū,quod vniuersam ecclesiam vulnerat,hęc ille. Quocirca Tul. dicit eos, qui reipub. profuturi sunt,duo Platonis præcepta obseruare debere. Vnum est,vt ad vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quęcunque agant, ad eandem referant, obliti commodorum suorum. Alterum, vt totum corpus respiciant,ne dum vnam partem tueantur,alteram deserant. Vnde rectè patribus congregatis in concilio potest dici illud, quod dicebat Iosaphat. Sit timor domini vobiscum,& cum magna diligentia cuncta facite. ¶Tertiò à quo cauendum est in concilio,est timiditas:ne scilicet aliquis propter timorem cuiuscunque pertimescat dicere veritatem eius quod sentit de his, quæ pertinent ad gloriam Dei, & decorem domus eius, vt veraciter dicere possit cum propheta. Non abscondi veritatem tuam à concilio multo. Dicit enim Augustl. ad Casulanum, & habetur in capit. quisquis. vndecima quæstio.tertia. Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. Et Iohan. Chryso. vt in capit.nolite.eadem causa & quæstio.proditor est veritatis,qui non liberè veritatem pronuntiat. ¶Quartum cauendum à patribus in concilio, est amor vanæ gloriæ seu vanitatis: ne scilicet patres ad ostentationē sui multa & magnifica introducentes, tempus salubribus rebus deputatū in vanitate consumant. Talem vanitatis concilium detestatur propheta dicens. Non sedi cum cōcilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. ¶Quintum quod cauendum est,est dissolutio: ne scilicet in concilio,vbi cuncta cum timore Dei & grauitate peragenda sunt, dissolutionibus, & carnalibus solatijs,siue festiuitatibus vacetur. Tale itaque concilium abominatur Hiere. dicēs. Hiere. 15. Non sedi in concilio ludentium. ¶Sextum quod cauenduni est in concilio, fuit tumultus,disceptationes obstinatæ,& dissensiones: ne scilicet inter patres contentiones & diuisiones sint,ne eorum congregationes sint de quibus ait apostolus. Conuenientibus vobis, audio inter vos scissuras esse. Ad quod pulchrè exhortatur concilium Toletanum. 11. vt habetur in cap. in loco. 5. quæstio. 4. sic dicens. In loco benedictionis consedentes domini sacerdotes nullus debet aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus, vel risibus agere,& (quod est deteri⁹) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. De vitando etiam huiusmodi tumultu in concilijs vniuersalibus habetur etiam monitorium in gestis Chalcedonensis concilij,à quo describendo supersedemus gratia breuitatis. ¶Septimum quod est cauendum à patribus in concilio, est tepida correctio circa culpas præteritas,& maximè in domo domini commissas. Heli enim sacerdos, quia filios suos tepidè correxit, diuino iudicio de sede cadens, fractis ceruicibus expirauit. Christus etiam,vt habetur Iohan. 2. tanto zelo contra peccata in templo exarsit, vt factis funiculis, negotiatores de templo manu propria eiecerit. ¶Octauum quod cauēdum,est siniſtra persecutio aliorum: ne scilicet aliqui odio contra alios in concilio persequantur,contra eos iniustè aliquid molientes. Odio enim vt inquit Greg. & habetur in cap. quatuor. 11. quęstio. 3. peruertitur humanū iudiciū,dum cōtra quē libet aduersarium molimur: amore dū aliquo amico vel propinquo præstare auxilium contēdimus. De talibus enim dicitur. Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio, dum scilicet apertè contra sibi odiosos insurgit. Quod exemplariter vidimus in concilio Basilienſi, vbi quorundam studio, qui contra sanctæ memoriæ dominum Eugenium odium habebant, totam quasi synodum ad illius persecutionem in scandalum totius

1sa.60.

2. Paralip. 19.

1. Reg. 4.

1. Cor. 11.

Prouer. 26

totius ecclesiæ commouerunt. Quare beatus Gregorius in epistola quam vniuersis episcopis per Siciliam constitutis scribit, vt cum Petro subdiacono suo legato celebrarent concilium,dicit sic. A quo cōcilio procul absint otia facinorum nutrimenta,atque inuidia interna tabescat nimis execrabilis animorū, sacerdotes suos concordia Deo placita & charitas recognoscat: hæc ergo omnia cum maturitate & tranquilitate gerite, vt dignissimè possit episcopale concilium nuncupari. ¶Nonum cauendum à patribus in concilio est, ne innitentes quibusdam fantasijs,aut somnijs, & incertis reuelationibus,siue visionibus aliud ordinēt, siue disponant in ecclesia. Sensus enim sanctorum patrum non fantasijs,sed sanctarū literarum regulis formari debent, atque inniti. Propter quod dicitur Hiere. 14. Prophetæ qui vident vana, atque diuinant mendacia,in concilio populi mei non erunt. ¶Decimum quod cauendum est à patribus in concilio,est error in promouendo materias in concilio, ne scilicet parua magnis, temporalia spiritualibus anteponant,quod nullo modo faciendū est: promouenda enim principaliter sunt maiora sicut spiritualia: vtpote quæ ad fidem catholicam:ad cultum diuinum: ad morum reformationem:ad pacem christiani populi: ad vtilitatem totius reipu. christianæ pertinent. Ita legitur obseruatum in concilijs sanctis antiquis vniuersalibus. Vnde in gestis Ephesinæ synodi habetur, q⁹ Telasius episcop⁹ sic dixit. Pijssimus,& christianissimus imperator desiderans fidem quæ hactenus est inconcussam manere,præcepit nil aliud nec dicere, nec agere in sancta synodo, nisi priùs de fide statuatur: vnde omnia nunc negotia vacēt, quę sunt interim de fide in medium proferantur. Et similia multi alij episcopi prosecuti sunt. Oppositа enim facientes, deridet beatus Bernardus dicens: optimi æstimatores, qui de maximis minimam, & de minimis maximam curā gerunt. Vndecimum quod cauendum est in concilio,est leuitas, & præcipitatio in consulendo,siue concludendo. Celeritas enim, vt dicit Diogenes,maximè inimicatur concilio. & vt inquit Tullius est inimica iudicij. Quare dicitur Prouerbiorum. 19. Qui festinat pedibus offendit. & Sen. ait, Velox cōcilium, sequitur pœnitentia: maximè concilio contraria sunt festinatio & ira. Et ideo dicit beatus Grego. vt habetur in capit. summoperè. 10. quæstio. 3. Summopere præcauēdum est, vt qui iusta iudicia exercent, in dictandis sententijs nullatenus leuitate aut fauore ducti sint præcipites: sed causis priùs diligenter ventilatis, cùm res quæ ignorabatur, pleniter ad notitiam venerit, nūc diuina & humana lex resoluatur, & secundum quod ibi cōstitutum est, remota per sonarū acceptione, diffinitiua proferatur sententia. Duodecimum cauēdum est violentia. Libertas enim maxime requiritur in consulēdo, ita vt vbi libertas non est, synodus esse nō possit. Vnde de violentia facta in secunda synodo Ephesina orientales quidam episcopi dixerunt. Nullus consensit: violentia facta est: vix cum plagis in pura charta subscripsimus: minabatur nobis damnatio: minæ exilij tendebantur: milites cum gladijs & fustibus instabant: timebamus fustes & gladios, vbi gladij & fustes qualis synodus? hæc ille. quasi dicat nulla.

¶Quòd vniuersalium conciliorum authoritas à romano pontifice deriuetur & pendeat. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conciliorū uniuersalium authoritas quòd à summo pontifice deriuetur, & dependeat, latis simè ostenditur.*

SI quis superius dicta, quæ de romani pontificis primatu & eiusdem sedis prærogatiuis ex sanctorum patrum sententijs stabiliuimus luce clarius percipiet, q⁹ vniuersaliter conciliorum authoritas à romano pontifice pendeat, & emanet. Vnde sanctus Thom. doctor egregius in tractatu suo contra impugnantes religionem. hanc sententiam confirmat, dicens, Sancti patres in concilio congregati nihil statuere potuissent, nisi authoritate summi pōtificis interueniente, sine qua etiā cōciliū cōgregari nō potest. hæc ille. Quòd autē hęc sententia tā ex superiùs dictis, q⁹ ex alijs sit vera, ostēditur primò ex eo, quod in. 2. libro multipliciter ostendimus, quòd romanus pontifex caput esset vniuersalis ecclesiæ, & per consequens vniuersalis concilij illam representantis. ¶Ex quo manifestè sequitur, quòd habitudo romani pontificis ad vniuersalem ecclesiam, & per consequens ad vniuersale concilium ipsam representans sit habitudo capitis ad corpus: cùm autem talis ita sit, quòd corpus non nisi mediante capite recipiat influxum

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

fluxum virtutis sensus & motus, vt ait philosophus,& etiam Isido.lib. 10.Etymo.(inquit enim:prima pars corporis caput est,datumq; est illi hoc nomẽ,eo q̃ sensus & nerui inde initium capiant,vt ex eo omnis vigendi causa oriatur)videtur necessariò,q̃ omnis authoritas & potestas concilij vniuersalis à papa sicut à capite immediatè dependeat. Vnde Leo papa,vt in.c.ita dominus.habetur.di.19.hãc cõclusionem confirmat,ita dicẽs.Huius muneris sacramentum ita dominus ad omniũ apostolorum officiũ pertinere voluit, vt in beatissimo Petro omniũ apostolorũ summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodã capite dona sua velut in corpus omne diffunderet,vt exortem se ministerij intelligeret esse diuini,qui ausus fuisset à Petræ soliditate recedere.¶Secundò sic.In superioribus in secũdo libro ostensum est,q̃ romano pontifici cura totius ecclesiæ commissa est, & non alteri personæ aut cõgregationi, cùm dictum sit soli beato Petro pro se & suis successoribus, Petre pasce oues meas. Ioh. 21.Super quo dicit Theophilus,& habetur in glosl.conti. Finito prandio,commissionem ouium mundi Petro commendat.Et idem di.Chryso.& Grego.& August.& Ber.vt superiùs induximus.ergo ad solius romani pontificis authoritatem spectat prouidere & dare pabulũ toti ecclesiæ: quod fit in vniuersalibus concilijs disponendo,ordinando,constituendo, corrigendo, diffiniendo,interpretãdo,& ad nullos alios dispersos siue congregatos, nisi quantum ipse principalis pastor concedit & tribuit potestatem. Ergo tota potestas vniuersalis concilij pendet à romano pontifice sicut à capite & pastore totius ecclesiæ. ¶Tertiò sic. Superius in secundo libro inter alia induximus, quòd hierarchia nostra tam iuxta Ioha.in cap.21. quàm iuxta beatum Diony. in libro de ecclesiastica hierarchia.sit exemplata à cælesti. Vnde beatus Ambro.dicit,quòd ecclesia est imago cælestiũ. sed sic est,quòd in angelica siue cælesti hierarchia nulla potestas ad actus hierarchicos perficiendos tribuitur desuper à Deo per sonæ aut ordini aut toti hierarchiæ, quæ non tribuatur siue descendat mediante hierarcha illius hierarchiæ, vt patet ex ipsa beati Dio. doctrina.ait enim. 5. capit. ecclesiasticæ hierarchiæ. Lex diuinitatis sacratissima est per prima media in diuinissimam reducere lucẽ. ergo pari modo nulla potestas confertur à Christo ipsi ecclesiasticæ hierarchiæ aut vniuersali concilio ipsam representanti, quę non conferatur mediante romano pontifice, qui est hierarcha & primus in tota hierarchia. & ideo quicquid authoritatis habet vniuersale concilium, habet immediatè à romano pontifice. Vnde oppositum dicere, est negare ecclesiam militantem ad formam cęlestis hierarchiæ esse dispositam, & negare quòd lex illa sacratissima diuinitatis in illa obseruetur.

¶Quartò sic. In secundo libro tam authoritatibus quàm rationibus ostendimus, quòd omnis authoritas iurisdictionis prælatorum in ecclesia Dei depẽderet à papa & deriuaretur à romano pontifice. ergo concilium vniuersale, quod ex prælatis ecclesiæ congregatur, omnem potestatem suæ iurisdictionis constituendi aut diffiniendi aliquid authoritatiuè non habet immediatè nisi à romano pontifice.Consequentia est bona. ¶Quinto sic. Superiùs in secundo libro ostensum est efficacissimis rationibus, quòd vniuersalis ecclesia vt vniuersitas in omnibus membris suis nec recipit à Christo immediatè potestatem clauium ordinis,nec iurisdictionis.ergo nec vniuersale concilium illam representans. Consequentia patet. Antecedens sicut diximus secundo libro multis rationibus monstratum est.¶Sextò sic. Concilia vniuersalia videntur habere originem ex institutione humana, & non à Christo immediatè.ergo falsum est, q̃ concilia habeant immediatè à Christo potestatem iurisdictionis supra omnes fideles.Consequẽtia videtur bona.Et antecedẽs patet. Tum ex c.canones.15.di.&.ex.c.generalia quoque cõcilia.di.17.Tum, quia nullibi in sacra scriptura legitur de institutione facta à Christo vniuersalium conciliorũ, licèt bene legatur q̃ fuerint aliqua per apostolos celebrata: vt suprà in hoc tertio libro notauimus:sed hoc non arguit institutionem eorum immediatam fuisse à Deo.¶Septimò sic. Nec ex scriptura sancta noui aut veteris testamenti, nec ex doctrina sanctorum ab ecclesia approbatorum habetur,q̃ vniuersale concilium habeat potestatem immediatè à Christo sine ordine ad romanum pontificem.ergo hoc nõ est dicendũ, maximè cũ cõtrariari videatur sacræ scripturæ & doctrinæ sanctorũ doctorũ. Cõsequẽtia patet: quia vt dicit Hiero. quod de scripturis nõ habet veritatẽ,eadẽ facilitate cõtemnitur, qua ꝓbatur. Antecedens verò est notũ discurrenti per passus sacræ scripturę: & manifestũ factũ est,cùm respõsum est suprà in secũdo libro in.c.98.da authoritates inductas paduersarios,q̃ claues datæ sint vniuersali ecclesiæ: quia illis se armarunt ad probãdum,quòd vniuersale concilium illas habeat immediatè à Christo

Christo.De quibus etiã aliquid infrà dicetur.

¶Octauò sic.Si conciliũ vniuersale recipit immediatè potestatem à Christo, aut ergo quãdo nõdum est cõgregatũ,aut quãdo cõgregatur.Primum nõ potest dici, quia nõ existens capax potestatis nõ est. Si quãdo est, quæritur de hora.Et dicunt q̃ immediatè adueniente termino assignato cõuentionis, qua aliqui cõueniunt, tũc sequeretur q̃ in potestate duorũ,vel trium, aut paucorum concurrentiũ ad conciliũ stabit dispositio totius orbis terrarũ, & ex paucorũ & fortè hominũ nullius authoritatis pendeat fides & status vniuersalis ecclesiæ,quod videtur incõueniens. Si detur quòd alia hora,quicquid dicetur,videtur fictitiũ. Si verò dicatur q̃ data sit hæc potestas cõcilio, quãdo data est ecclesiæ vniuersali,ita q̃ potestas quæ erat in habitu in ecclesia dispersa efficitur in actu ipsa synodaliter cõgregata,hoc stare non potest:quia sicut iam antè diximus & in secundò libro amplissimè ostendimus, falsum est, q̃ potestas aliqua iurisdictionis sit data vniuersali ecclesiæ vt vniuersitati in omnibus membris suis,aut etiam toti vniuersitati clericorum ad intellectum aduersariorũ. Præterea si dicatur,q̃ data sit hæc potestas cõcilio quãdo episcopis in apostolis,quibus indistinctè & vniuersaliter videtur data potestas à Christo ad regendum christianum populum, hoc stare nõ potest: quia vt superiùs in secundo libro planè ostendimus, nulla talis potestatis plenitudo data est collectiuè omnib⁹ apostolis simul,sed Petro,qui princeps apostolorum constitutus est,& pastor totius gregis dominici talis potestas plenè data est: vt dicit beatus Cyrillus & beatus Chrysostomus.& vt suprà induximus, hoc requirit tam vnitas ecclesiæ,q̃ ratio principatus regalis siue monarchici,cuiusmodi est principatus ecclesiæ, q̃ etiã forma dispositionis hierarchiæ, sub qua constituta est militans ecclesia. ¶Non nò arguitur sic. Si vniuersale concilium recipit aliquam authoritatem immediatè ã Christo,aut eandem,aut aliam:&si aliam,aut ęqualem cum potestate papę,aut maiorem,aut minorem:nec sic nec sic,ergo nullam.Consequẽtia patet à sufficienti diuisione. Antecedens etiam.Non potest dici quòd recipiat eandem: quia sicut aliàs argutum est in secundo libro, nulla superioritas attendi posset in cõcilio respectu papæ,quod aduersarij prætendũt.Nec potest dici quod susciplat aliam,quæ sit equalis.Tum quia etiam tunc nulla superioritas esset authoritatis in concilio supra papam:quia par in parem imperiũ non habet.Tum,quia papa,vt habetur in articulo quodã Constañ. concilij,& ratio ipsa manifestat,cùm sit caput & princeps ecclesiæ, habet supremam potestatem in ecclesia Dei:si concilium haberet ęqualem potestatem,duæ supremæ potestates & duo capita essẽt in ecclesia:hoc autem esse non potest.Tum,quia quod per superabũdantiam dicitur in vnoquoque genere vnum tantùm est.Tum secũdo:quia pluralitas principatuum non est bona.12.Metaph.quod autem bonum non est,nõ est credẽdum à Christo in ecclesia sua constitutum essẽ. Tum tertiò:quia duas supremas potestates ecclesiæ vnitas pati nõ potest,quæ nõ solùm in vnitate fidei,charitatis,aut finis vltimi attẽdit, sed ex ordine ad vnã supremã potestatẽ regitiuã totiꝰ vniuersitatis Christianæ,vt in secũdo libro ostẽdimus.Vnde vt beatus Cyprianus inquit in epistola ad quinq; presbyteros.Deus vnus est,& Christꝰ vnꝰ, & vna ecclesia,& cathedra vna super Petrũ dñi voce fundata:aliud altare constrtui,aut sacerdotiũ nouũ fieri prẽter vnũ altare & vnum sacerdotium nõ potest: quisquis alibi collegerit:spargit,adulteriũ est, impium est,sacrilegium est,quodcunq; humano fauore constituitur, vt dispositio diuina violetur. hæc Cyprianus. Item non potest dici, quòd concilium recipiat maiorem potestatẽ, q̃ papa.Patet.Tum, quia vt iam diximus papa habet supremam potestatẽ in ecclesia Dei. Tum,quia tunc constituto concilio papa desineret esse caput ecclesiæ, cùm defineret habere supremam potestatem& dignitatem supra corpus ecclesię,quod esset absurdũ,& alienũ à fide nostra.Prætera non potest dici etiam q̃ minorẽ receperit: quia talis videretur frustra esse,cùm potestas papæ esset maior, & sufficeret ad perficiẽdum omnia,ad quæ cõcilium cõgregaretur.Tum, quia cõcilium nõ esset superius papa,aut papa illi subiectus:quod tamẽ aduersarij prætẽdunt. Ergo videtur,q̃ cõciliũ nullã potestatẽ recipit immediatè à Christo, sed omnẽ quã habet recipiat à vicario eius, scilicet roma.pon.¶Decimò sic.Viuente vno rectore vnius ecclesię,alter non substituitur: sicut viuente marito alter vir non datur vxori.septima quæstione prima.factus est Cornelius episcopus. & capitu. sicut. ergo viuente papa rectore vniuersalis ecclesiæ non substituitur alius rector eiusdem ecclesiæ à Deo:sed hoc fieret, si viuente vero & indubitato romano pontifice vniuersali cõcilio daretur aliqua vniuersalis potestas regitiua totius populi christiani.ergo sequitur, quòd non sit verum, quòd vniuersale concilium recipiat à

Universidad de Deusto
Biblioteca

christo immediatè potestatem. ¶Vndecimò sic. Si concilium vniuersale dicitur habere potestatem à Christo immediatè quia vniuersali ecclesiæ quam representat data sit, tūc sicut aliàs arguebamus in secundo libro, necessariū esset, vt ad concilium conuocarentur omnes fideles, qui intra vniuersitatem ecclesiæ continentur, si concilium debeat exire in actum siue exercitium potestatis suæ: sed hoc est incōueniens, nec vnquam in ecclesia fuit practicatum. Consequentia tamē patet: quia si aliqua potestas est data ecclesiæ vt vniuersitati, omnes fideles æqualiter se haberent ad ius potestatis illius, & per cōsequens omnes veniūt vocandi: quoniā quādo iurisdictio ad vniuersitatē vt vniuersitatē spectat, singuli non sunt iudices, sed omnes sunt coniudices. ar. 12. q. 2. quimanumittitur. ¶Duodecimò sic. Superius in hoc libro tertio in. c. sexto ostensum est, q̄ authoritas vniuersalium conciliorum dependet immediatè ab authoritate apostolicæ sedis, vt patet ex di. 17. per totum. nec dependētia ista est solùm accipienda respectu conuocationis, aut congregationis conciliorū, sicut quidam aduersariorum prauè interpretantur, sed etiam quantum ad robur & firmitatem omnium actitatorum in eisdem, quod manifestum est ex multis. Tum ex præfata dist. 17. per totum. Tum secundò ex eo quod dicit papa Pelagius in. c. confidimus. 25. q. 1. q̄ apostolica sedes vnāquanq; synodum sua authoritate confirmat. Item tertiò, synodus venerabilis tempore Symmachi papæ Romæ celebrata. vt habetur in cap. bene quidem. distin. 96. dicit, quod apostolica sedes statutis synodalibus consueuit tribuere firmitatem. Ecce quòd non tantùm quo ad vocationem, siue congregationem concilia pēdent à papa, sed etiam quo ad authoritatem constituendi, & iudicandi, & diffiniendi. Quartò extra de ele. cap. significasti. dicit Paschalis papa, q̄ omnia concilia per ecclesiæ romanæ authoritatem & facta sunt, & robur acceperunt. ergo concilia vniuersalia immediatè capiunt à papa potestatem iurisdictionis, cùm robur eorum & firmitas pendeat à romano pontifice. Consequentia est manifesta. Quia firmitas ista, quā apostolica sedes statutis tribuit synodalibus, nō est firmitas, quam cancellarij dicuntur facere signando literas suorum dominorū, sicut quidam aduersarij erroneè interpretantur, sed est firmitas roboris & authoritatis, quā princeps tribuere dicitur legibus, sine qua leges ipsę vigore carent ac firmitate, sicut infrà plenius explicabimus.

¶In quo obiectiones aliquæ aduersariorum ponuntur contra prædicta. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones septem aduersariorum, asserentiū cōciliū vniuersale habere immediatè potestatem à Christo, nō mediante roma. pōtifi. recensentur.*

SVrrexerunt quidam nouelli magistri hoc nostro tempore, qui dogmatizare ausi sunt, q̄ concilium vniuersale potestatem immediate habeat à Christo, & tātā & tā plenā, vt ei omnis fidelis cuiuscūq; stat⁹ sit aut præeminentię, etiam si papalis, obedire teneatur: quod etiam præsumpserūt dicere pertinere ad veritatem catholicæ fidei. Quam nouellam doctrinam multipliciter probare & roborare moliuntur, tam authoritatibus, quàm rationibus, quàm etiam vt dicunt determinatione vniuersalis ecclesiæ. ¶Primò authoritate ex illo Deuterono. 17. Si difficile inquit & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis qui iudicabunt tibi iudicij veritatē, & facies quæcunq; dixerint tibi qui præsunt loco quem elegerit dominus Deus tuus, & docuerit te, iuxta legem eius non declinabis ad dextram nec ad sinistram. Vbi inquit gloss. hoc quoque in ecclesia seruādum est. Ex hoc arguunt aduersarij sic. ergo sequitur quòd generale concilium in loco quem elegit dominus audiendum est in sententia sua: nec declinandum ad dextram nec ad sinistram. hoc autem non esset nisi concilium vniuersale haberet à Deo immediatè potestatem supremam & authoritatem in ecclesia. ergo. &c. *Probatio prima quæ cū sequenti bus improbabitur infrà. c. 31. 1*

¶Secundò sic ex illo Matthæ. 18. vbi Christus inquit apostolis. Quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata. &c. vbi videtur dedisse apostolis immediatè potestatem iurisdictionis, quibus cùm succedant episcopi, ex quorum congregatione fit concilium vniuersale, videtur, quòd concilium vniuersale immediatè recipiat à Christo potestatem. *Secunda.*

¶Tertiò

Tertia. ¶Tertiò ex eo quod ibidem Matth. 18. sequitur, Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, in medio eorum sum. ergo videtur, q̄ à præsentia Christi concilium capiat immediatè potestatem, & non à papa. ¶Quartò ex illo Ioha. 20. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis. &c. ex quo videtur, quòd apostoli immediatè à Christo acceperunt potestatem clauium, & per consequēs concilium collegium eorum representans. ¶Quintò ad idē arguunt ex concilijs vniuersalibus: primò ex octaua synodo, in qua patres congregati in damnatione Focij ita dixisse legūtur. hoc autem nolentem intelligere Focium vt bene ageret: sed inobedientem & resistentem huic vniuersali synodo repulimus & anathematizauimus, atque à tota catholica & apostolica ecclesia fecimus alienum per datam nobis potestatem in spiritu sancto à primo & magno pontifice nostro & Deo liberatore & saluatore cunctorum. Ecce (inquiunt) quòd synodus habet potestatem à Christo, & vt videtur immediatè. ¶Sextò inducunt decretum quod esse dicunt concilij Constan. in quo dicunt haberi, quòd synodus vniuersalis habet immediatè potestatem à Christo, cui quilibet fidelis cuiuscunque dignitatis sit etiam papalis obedire tenetur. ¶Septimò inducunt talem rationem. Si papa mortuo naturaliter siue civiliter, aut legitima causa renuntiante, vel à barbaris capto sine spe relaxationis, siue à tyrannis in exilium relegato sine spe liberationis ecclesia non haberet potestatem immediatè à Christo ante creationem papæ, non videretur quòd sapientissimus legislator sufficienter prouidisset ecclesiæ suæ, quod videtur absurdum. ergo sequitur quòd necessarium sit dicere, quod vniuersalis ecclesia habeat potestatem immediatè à Christo, cui omnes obedire tenentur.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

¶In quo reprobatur prędicta aduersariorum assertio, scilicet quòd concilium habeat immediatè potestatē à Christo, non mediante roma. pon. & q̄ hoc pertinet ad veritatem fidei. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Assertio aduersariorū, dicētiū cōciliū uniuersale potestatē habere à Christo immediatè sine quacūq; mediatione Romani pontificis, reprobatur.*

QVoniam præfata aduersariorum assertio quātum ad illam partem, in qua ponit, q̄ vniuersale concilium vt dicitur corpus prælatorum ecclesiæ conditū nēcum è roma. pont. habeat potestatem à Christo immediate sine quacunq; mediatione roma. pont. satis plenè improbata est, tam libro secundo. c. 80. q̄ in hoc tertio libro. c. superiori. Solùm nūc restat illam refutare quantū ad illam partem, in qua aduersarij Basilien. plus sapientes q̄ oportebat, stulta temeritate dogmatizarunt id ad fidei veritatem pertinere. Agemus autem breuibus, quoniam improbata illorum assertione de continentia veritatis ex supradictis necessariò relinquitur improbata de attinētia ad fidem catholicam, cum fidei catholicæ veritati non nisi verum consonare possit. ¶Arguitur autem primò sic. Nullum quod repugnat rationi naturali potest dici ad fidem catholicam pertinere: sed q̄ concilium vniuersale non habeat potestatem à papa sed à Christo immediatè videtur rationi naturali repugnare. ergo. &c. Cōsequentia est bona. Maior etiā patet: quia cum ius naturale deriuetur à iure diuino, impossibile est vt quod contradicit iuri naturali pertineat ad ius diuinum. Minor patet: quoniam rationi naturali repugnat, q̄ cōciliū vniuersale sit corpus, & romanus pō. caput eius, & tamen concilium vniuersale non depēdeat & potestate & authoritate à romano pont. caput enim vt dicit Isidor. libro ety. prima pars corporis est, datūq; est ei hoc nomē, eo quòd sensus & nerui inde initium capiant, atque ex eo omnis vigēdi causa oriatur. ¶Secundò sic. Nulla assertio, quæ repugnat euangelio Christi, potest ad veritatem catholicam pertinere: sed dicere q̄ concilium vniuersale habeat authoritatem à Christo cui etiam papa sit subiectus, videtur repugnare euangelio. ergo talis assertio non pertinet ad veritatē fidei catholicæ, imò tanquā erronea & hæretica est repellenda. Cōsequētia est bona. Maior manifesta. Minor patet: quoniā repugnat euangelio, vbi Christus ait Ioh. vltimo. Simon Ioh. pasce oues meas. vbi Petrus, & in eo eius successor romanus ponti. totius gregis dominici vniuersaliter nullo fidelium in illa fidelium congregatione excepto pastor & rector constitutus est. Vnde dicit Chryso. super hunc locum, q̄ Petrus supra omnes qui filij sunt cepit potestatē. ergo synodus si est Christi, necesse est q̄ papa super illā habeat potestatē, & nō ecōuerso. ¶Tertiò sic. Nihil quod repugnat verbo Christi, pertinet ad veritatem fidei catholicæ, sed

1

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed magis erroneum est dicendum: sed assertio dicens, q vniuersalis ecclesia, siue vniuersale concilium potestatem regitiuam siue curã regiminis non tantùm respectu omnium fidelium sed etiam papæ, non à papa, sed à Christo immediatè recipiat, repugnat verbo Christi dicentis. Erit vnum ouile & vnus pastor. ergo talis assertio non pertinet ad veritatem fidei, sed magis eirepugnare videtur. Consequẽtia est bona. Et maior est manifesta. Et minor etiam patet: quia cùm papa sit pastor omniũ fidelium, & assertio illa ponit concilium vniuersale esse pastorem omnium fideliũ, vt vnus istorũ nõ sit alius, sequit secundùm assertionẽ illã, q sint duo pastores respectu ouilis Christi. ¶ Quartò sic. Nihil quod repugnat articulo fidei potest dici ad fidem catholicã pertinere, sed q concilia vniuersalia recipiant nõ à romano pont. sed à Christo immediatè potestatẽ iurisdictionis repugnat articulo fidei. ergo. &c. Consequẽtia est formalis. Et maior est manifesta. Minor verò probatur. Videtur enim esse contra articulum. Vnam sanctã ecclesiam. quod sic ostenditur: quia cùm vnitas ecclesiæ inter alia attendenda sit ex ordine ad vnam supremam potestatem regitiuã totius ecclesiæ, quæ est in papa, vt in superioribus est ostensum, & deducit. S. Tho. pulchrè in. 4. dist. in. 24. & colligitur ex gloss. Matth. 16. sed ponere aliam supremam potestatem in concilio regitiuã, cui omnis fidelis obedire teneatur independentem à potestate regitiua data pastori vniuersali totius ecclesiæ, est manifestè vnitatem ecclesiæ scindere, cùm rumpat ordinem & connexionem totius corporis ecclesiæ ad vnam potestatem supremam ipsius pastoris totius multitudinis christianorum, qui est papa. Nam vt dicit Cypria. in epistola ad quinque presbyteros. Deus vnus est, & Christus vnus, & vna ecclesia, & cathedra vna super Petrum dominivoce fundata: aliud altare construi aut sacerdotium nouum fieri præter vnum altare & vnum sacerdotium nõ potest: quisquis alibi collegerit, spargit: adulterium est, impium est, sacrilegium est quicquid humano furore constituitur, vt dispositio diuina violetur. ¶ Quintò. Nullum quod contradicit dispositioni diuinæ potest ad fidem catholicam pertinere: sed quòd vniuersalis ecclesia per modum vniuersitatis aut concilium vniuersale habeat potestatem supremam non à papa sed à Christo immediatè, repugnat ordinationi & dispositioni diuinæ. ergo talis assertio aduersariorum non potest dici ad catholicam fidem pertinere, sed magis contradicere. Consequentia est bona. Maior patet. Minor probat. Repugnat enim dispositioni illi, qua Deus ecclesiæ regimen constituit monarchicum siue regale, de cuius ratione est, vt colligitur tam ex tertio politicorũ, quàm ex 9. ethi. q suprema potestas eius non in multitudine, sed in vno totius multitudinis principe siue capite locata sit. Quòd verò ecclesiæ regimen sit monarchicum siue regale à Christo constitutum, non solùm habetur ex illis locis scripturæ diuinæ, vbi ecclesia sub regni nomine describitur, sed etiam ratione manifestè demonstrat. S. Tho. in. 4. contra gẽtiles. c. 76. probat enim hoc sic. Nullum dubium esse debet, quin regimẽ ecclesię sit optimè ordinatum, vtpote per eum dispositum, per quem reges regnãt, & legũ cõditores iusta decernunt. Optimũ autẽ regimen multitudinis est, quod regatur per vnum. Quod patet ex fine regiminis, qui est pax: pax enim & vnitas subditorũ est finis regentis, vnitatis autẽ causa cõgruentior est vnus q multi. ergo manifestũ est regimen ecclesiæ sic à Deo esse dispositũ, vt vnus toti ecclesiæ præsit: & potestas & principatus nõ in multitudine ipsa locat⁹ sit, sed in vno supremo, à quo in omnes alios potestas deriuet. Quod manifestè in. c. nolite errare. di. 11. attestatur Iulius papa, dicẽs. Multùm cõuenit vt totũ corpus ecclesię in hac sibi obseruatione cõcordet: quę inde authoritat habetẽ, vbi dominus totius ecclesiæ posuit principatum. ¶ Sextò. Nulla assertio, quæ derogat honori & priuilegijs apostolicę sedis pertinet ad veritatẽ fidei catholicę, imò tãquã falsa & erronea est abijciẽda: sed assertio dicẽs, q vniuersale cõciliũ nõ depẽdeat in potestate à ro. põ. detrahit honori & priuilegijs apostolicę sedis. ergo talis assertio nõ pertinet ad veritatem fidei catholicæ, sed magis tãquã erronea venit abijciẽda. Consequẽtia est bona. Maior patet ex. c. omnes. di. 22. Minor aũt patet: quoniã inter alia priuilegia apostolicę sedis hoc cõnumerat, q ro. põ. cõcilia vniuersalia cõgreget, authoritate fulciat, & eorũ gesta sua authoritate roboret & cõfirmet. vt patet ex di. 17. per totũ. ex c. cõfidimus. 25. q. 1. ex. c. significasti. de ele. & ex multis alijs inferiùs deducẽdis. cui priuilegio manifestè derogat assertio dicẽs, q vniuersale cõciliũ nõ à papa, sed à Christo immediatè potestatẽ habeat, cui etiã papa obedire teneatur. ¶ Septimò. Nulla assertio quæ subtrahit obedientiam debitam iure diuino à romano pontifice, potest dici pertinere ad veritatem catholicæ fidei, imò magis tanquam erronea venit abijcienda: sed assertio dicens quòd

q concilium vniuersale habeat potestatẽ non à papa sed à Christo immediatè, & tantam, q ei roma. pon. obedire teneatur, subtrahit obedientiam à roma. pon. debitam iure diuino ei à cunctis fidelib⁹, quorũ pater est, & princeps & subijcit eum alijs: ergo talis assertio nõ pertinet ad fidei catholicæ veritatem, sed magis videtur sapere schismaticã & hæreticam prauitatem. Consequentia est bona. Et maior patet ex. c. si qui sunt. di. 81, vbi inquit beat⁹ Grego. Peccatũ paganitatis incurrit, quisquis dũ christianum se asserit, sedi apostolicæ obedire contẽnit. Et in extrauagãte Bonifacij. vnã sanctam ecclesiam. sedes apostolica diffiniuit de necessitate esse salutis omnem hominẽ subesse roma. pon. Ex quibus manifestè colligitur, q sicut nullus homo alius à papa potest se asserere in veritate christianũ aut esse in statu salutis, qui subesse renuit roma. pont. ita nulla hominum congregatio quantũcũq; nomine glorietur vniuersalis concilij, potest dici christiana, aut in statu esse salutis, quę per obediẽtiam se negat esse subiectã roma. pont. Minor verò patet ex terminis. ¶ Octauo sic. Nulla assertio, quę manifestè repugnat apostolicæ sedis diffinitioni, & sanctorum doctorum sentẽtiæ est dicenda ad fidei catholicę pertinere veritatẽ: sed assertio illa dicens concilium vniuersale habere potestatem à Christo, cui etiã papa subiectus sit, est manifestè repugnans diffinitioni apostolicæ sedis & sanctorum patrũ doctrinis. ergo. Consequentia bona est. Et maior etiam vera ex. c. hæc est fides pater beatissime. 24. q. 1. Minor patet ex. c. significasti. extra de electio. vbi Paschasius papa dicit, q omnia concilia per ecclesiæ romanæ authoritatem & facta sint, & robur acceperint. Dicit etiam. S. Tho. in libro suo contra impugnantes religionem. quòd sancti patres in concilio congregati nihil statuere potuissent, nisi authoritate summi ponti. interueniẽte, sine qua concilium congregari non potest. Nonò sic. Nulla assertio pertinet ad veritatem fidei catholicæ, sed magis erronea videtur iudicanda, quæ ab ecclesia tollit ordinem & ornatũ hierarchicæ dispositionis: sed assertio dicens q vniuersalis ecclesia siue concilium vniuersale vt dicit congregationem fidelium aut prælatorum constitutam à roma. pon. habeat hierarchizandi potestatẽ non à papa, qui est immediatus hierarcha suus, sed immediatè à Christo, tollit ordinem & ornatum hierarchicæ dispositionis ab ecclesia Dei: ergo talis assertio non est dicenda ad veritatem catholicam pertinere, sed potiùs vt inimica fidei est abijcienda. Consequentia est bona. Maior est manifesta. Minor verò sic ostenditur. Præsupponitur in primis cum beato Dionỹ. libro de ecclesiastica hierarchia. q ecclesia nostra sit ad modum hierarchiæ à Deo disposita. Secundò præsupponitur cum eodem, q hierarchia nostra formata sit ad exemplar & similitudinem hierarchię cælestis. vnde etiam Moysi à Deo dictũ est. Inspice, & fac secundùm exemplar quod tibi in monte monstratum est. Sanctus præterea Ioh. euangelista dicit se vidisse ciuitatẽ sanctam Hierusalem nouam descendentem de cęlo, scilicet exẽplariter, vt doctores exponunt. & beatus Bernar. 3. de consideratione ad Eugenium inducit. Præterea beatus Ambr. dicit, q ecclesia sit imago cælestium. sed sic est, q in angelica hierarchia nulla potestas ad act⁹ hierarchicos perficiendos tribuit desuper à Deo personæ aut ordini aut corpori totius hierarchiæ, qui nõ tribuatur mediante primo illius hierarchiæ. vt patet ex ipsa doctrina beati Diony. ait enim. 5. ecclesiasticæ hierarchiæ. lex diuinitatis sacratissima, est per prima media, & per media vltima in diuinissimam reducere lucem: an non sensibiles electorum essentias in cognatiora primùm videmus venientes, & per illa alia ꝓpriã diuidentes operationẽ? Pulchrè ergo omnis visibilis & inuisibilis ornatus principiũ & fundamẽtũ in deiformes primos infert deificos radios venire, & p illos tanquam lucidiores animos, & ad participationem luminis & traditionem opportunam habentes in subiectis proportionaliter lucet, & superapparet. Ergo pari modo potestas regitiua à Christo deriuatur ecclesiasticę hierarchiæ, aut vniuersali concilio illam representãti, quæ non confertur nisi mediante Roma. pontifi. qui est hierarcha, & primus in tota hierarchia, sicut etiam satis apertè colligitur ex cap. ita dominus. distinctio. 19. Vnde manifestum est, quòd asserere, quòd ecclesia vniuersalis, aut concilium vniuersale vt dicit fidelium congregationẽ condistincta à roma. põ. habeat aliquam potestatem regitiuã non mediante roma. pon. est negare ecclesiam Christi hierarchicè esse dispositam, & negare eam ad similitudinem cælestis hierarchiæ esse formatam: quæ omnia sunt absurda, & erronea. Et hæc pro nunc sufficiant ad ostendendum falsum esse quod aduersarij dicũt, videlicet ad veritatem catholicę fidei pertinere, quòd vniuersale concilium regulariter non à romano ponti. habeat potestatem, sed immediatè à Christo, cui omnes fideles etiam papa obedire teneantur.

¶ In

Iohan. 10.

Exod. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In quo respondetur obiectionibus suprà positis aduersariorum, ad probandum, quòd vniuersale concilium habeat immediatè à Christo potestatem. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum dicentium uniuersale concilium immediatè potestatè habere à Christo, & non à Romano pontifice. &c. diluuntur.*

REprobata autem assertione aduersariorum, iam respondendum est rationibus eorum. ¶Ad primum ergo qđ inducitur ex illo Deute. 17. respondetur, quòd authoritas illa non est ad propositum: quia tex. ille non loquitur de concilio vniuersali, cùm concilia vniuersalia, de quibus nũc loquimur, nõ essent tunc in vsu ecclesiæ: sed loquitur de loco, vbi summus sacerdos erat. s. Hierusalem: vbi locus erat tam orationis, quàm magisterij diuinę legis, & tribunal iudicij. Et cùm dicitur ꝙ glo. ait, ꝙ ita faciendum est in ecclesia: respondetur, quòd ita fit, quando in arduis causis siue maioribus, quę authoritatẽ excedũt particularium iudicum siue prælatorum, recurritur ad summum pontificem & dominos cardinales, qui succedũt sacerdotibus leuitici generis: vt dicit Innocen. tertius in. c. per venerabilem. qui fi. sunt legi. & hoc in loco quem elegit Dominus Deus noster, hoc est apostolica sedes, in qua Dominus totius ecclesię principatum posuit. Secundò respondetur, ꝙ dato quòd authoritas illa applicaretur vniuersali concilio, non facit ad propositum aduersariorum, sed magis ad propositum nostrum: quoniam & si discussio dubiorum, & relatio veritatis conuentui ascribatur sacerdotũ, diffinitiuum tamen iudicium & imperium, cui sub pœna mortis obediendum erat, vni. s. sacerdoti summo cõueniebat. Vnde sequitur in tex. Qui subierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, decreto iudicis morietur hõ ille. hęc ille. Hoc aũt minimè conuenisset, si cõuentus ille sacerdotum habuisset potestatem à Deo non mediante summo sacerdote. ¶Ad secundam, quæ sumitur ex illo Mat. 18. Quæcunq; ligaueritis. &c. respondetur tripliciter. Primò quòd authoritas illa nõ videtur facere ad propositum: quia per illa verba cùm tantùm diri gerentur apostolis, quibus promittebatur potestas iurisdictionis, non arguitur aliqua potestas data vniuersali ecclesiæ in solidũ, siue vt collegio, quod aduersarij nituntur probare: quoniam apostoli tunc non erant vniuersalis ecclesia tota, nec re, vt patet: quoniam plures alij tam viri quàm mulieres erant fideles: & ita de corpore ecclesiæ. nec representatione, cùm adhuc non essent prælati aliorum fidelium: imò nec sacerdotes qui facti sunt in cœna Domini. Secundò respondetur, quòd apostolis non est data potestas per illa verba vt collegialiter congregatis, sed vt singulis. Quod manifestè patet: cùm in hoc loco fundetur authoritas iurisdictionis singulorum prælatorum, qua possunt contumaces gladio excommunicationis ferire. Vnde nec hic, nec alibi legitur, ꝙ apostolis communiter sit data aliqua potestas, qua quilibet eorum per se vteretur. Patet etiam ex eo quod Origenes dicit in glo. ibidem, quòd ideo Christus dicẽs apostolis quæcunque ligaueritis. &c. dixit in cælo, & non in cælis sicut Petro: quia non erant tantæ perfectionis sicut Petrus. Tertiò respondetur, quòd dato quòd potestas aliqua attributa esset apostolis per illa verba vt collegio, non tamen hoc fuit sine apostolo Petro, imò in ordine ad Petrum, sicut mediante quo in alios deriuanda erat: quod manifestè colligitur ex ipso ordine verborum Christi. Priùs enim beato Petro Christus ait: Tibi dabo claues regni cælorum. &c. quàm apostolis dixerit, Quæcunque ligaueritis. &c. ad ostendendum, vt inquit S. Tho. tam in. 4. sententiarum. distin. 19. quàm in. 4. contra gentiles. c. 76. quòd per Petrum ad alios potestas clauium esset deriuata ad conseruandam vnitatẽ ecclesiæ. Ex quibus clarissimè patet, quòd ex illa authoritate magis veritas roboratur conclusionis nostræ, quàm aduersariorum. ¶Ad tertiam aũt quæ sumitur ex illo Mat. 18. vbi duo. &c. supra satis diximus in. c. 24. nihilominus dicimus, ꝙ assistentia illa, quam Dominus sanctis congregationibus pollicetur, inspirando quæ bona sunt, & adiuuando ad prosecutionẽ, nõ arguit potestatẽ clauiũ, aut iurisdictionis, aut regiminis, vt clarissimũ est: aliàs omnium sanctorũ omniũ virorum siue fœminarum congregationes in Christi nomine cõuenientes potestatẽ haberẽt: quod nõ modò periculosum est, sed etiam videtur sapere hæresim

Ad 1. probationem Cap. 29.

Ad secundã

Ad tertiã.

hęresim Valdensium, qui omnes sanctos homines claues habere ecclesiæ asserere præsumpserunt. Vnde manifestum est, ꝙ ex illa Christi promissione, qua dominꝰ pollicetur in nomine suo cõgregatis adesse, nulla potestas iurisdictionis arguitur in cõcilijs vniuersalibus nõ interueniẽte summo põtifice, & multò minus in cõgregationibus, in quibꝰ vicarij Iesu Christi nõ interuenit authoritas & assensus, sed cõtradicit, cùm tales non possint dici in Christi nomine cõuenire, qui cõtempto vero Christi vicario cõuenticula præsumunt facere. ¶Ad quartã respõdetur quasi sicut ad secũdã: ad eã dem etiã respõdimus supra in. c. 61. secundi libri. ¶Ad quintã quę assũmitur de octaua synodo, respõdetur negãdo cõsequentiam. ex verbis enim illis patrũ cõgregatorum nec habetur, nec sequitur, ꝙ synodus ipsa potestatem à Christo habuerit immediatè: imò arguendo sic cõmittitur fallacia figuræ dictionis, qua fæpe fallũtur aduersarij. Sanè si hæc argumẽtatio locũ haberet, cũ iuxta apostolũ ad Ro. 13. nõ sit potestas nisi à Deo, quilibet, q potestatẽ aliquã haberet, dicendus veniret illã habere immediatè à Deo: & ita nõ solùm ab ipsa ecclesia, verùm abvniuerso tolleret id qđ in ipso potissimũ est, quod est ordo: quod est absurdũ, dicẽte apostolo vbi suprà: Quę à deo sunt, ordinata sunt. ¶Ad sextã quæ sumitur de cõcilio Cõstantiẽli, iam plenissimè respõsum est superiùs, maximè in secũdo libro. c. 99. ¶Ad septimã, quæ videtur aduersarijs Achilles, respõdetur negãdo assumptum, videlicet, ꝙ nisi vniuersalis ecclesia haberet immediatè à Christo plenitudinis potestatem, Christus legislator nõ sufficienter prouidisset spõsæ suæ: hoc enim est falsum & præsumptuosè dictũ, imò videtur, ꝙ sufficiẽtiùs prouisum sit talibus casibus non dando talem potestatem vniuersali ecclesiæ eo modo, quo aduersarij dicũt, quàm dando. Patet: quoniam si in prædictis casibus esset semper conuocandum concilium vniuersale, tardè, & per consequens malè prouideretur similibus necessitatibus, quæ quasi subita expoſcunt remedia. Vnde optimè & sapienter sufficienterque videtur esse prouisum, cùm collegio dominorum Cardinalium apostolica authoritate commissum est, vt vacante sede, aut quasi vacante datum est prouidere posse in his quæ necessariò occurrerent celeriter prouidenda in ecclesia vsque ad creationem Romani pontificis, vt notatur in capit. vbi periculum. de electio. §. idem quoque lib. 6. de quo infrà plenius dicetur.

Ad quartã.

Ad quintã.

Ad sextam.

Ad septimã

¶Quòd quicquid in cõcilijs vniuersalibus statuitur, diffinitur, authoritate Roma. pon. principaliter fit. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Cõcilijs in uniuersalibus quicquid diffinitur, aut sententiatur, quòd authoritate summi pontificis principaliter fieri debeat, ostenditur.*

SAnè si quis superiùs iam dicta attentè rimetur, & practicas obseruatas in concilijs vniuersalibus, in quibus maximè Roma. põ. interfuisse legitur, cõ memorauerit, facilè cognoscet, ꝙ ea, quæ in vniuersalibus concilijs statuuntur, sententiantur, aut diffiniuntur, aut interpretantur, authoritate Roma. pontifi. principaliter regulariter fiant. Quod licèt ex superioribus satis pateat, nos tamen ad abundantiam doctrinæ hoc ipsum rationibus, & plurium antiquorum conciliorum vniuersalium exemplis ostendere curabimus. Primò sic, vt habet Aristotelis doctrina primo ethi. secundùm ordinem finium est ordo artium. Primus ergo finis siue consideratio, qui totũ populum respicit, solùm est apud eum, qui toti reipub. præsidet: sed Papa est huiusmodi in repub. christiana, cùm caput sit & princeps, ergo ipsius tantùm est condere & statuere ea quę totum populum christianum respiciunt: & si alij quandoque hoc faciunt, ex deriuatione aut communicatione potestatis illius fit, qui eos conuocat ad hoc. ergo sequitur, quòd in concilijs vniuersalibus, vbi disponuntur ea quæ vniuersitatẽ populi christiani respiciũt, papa principaliter cuncta disponat. Secundò ratione sancti Thom. qua in. 2. 2. quæstio. 1. artic. vlti. probat, quòd ad summum pontifi. pertineat editio symboli sic. Noua editio symboli necessaria est ad vitandum insurgentes errores: ad illius ergo authoritatẽ pertinet editio symboli, ad cuius authoritatem pertinet sententialiter determinare ea quæ sunt fidei, vt ab omnibus inconcussa fide teneãtur. Hoc autem pertinet ad authoritatẽ summi pon. ad quẽ maiores & difficiliores quęstiones ecclesię referũtur. hęc. S. Tho. Tertio sic. Papa est princeps ecclesiæ principatu non dependente ab ecclesia,

1

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesia,sed à Deo immediatè,vt in secundo libro copiosè demonstratum est,& habetur in cap.in nouo.di.21.& in capit.sacrosancta.di. 22.leges autem non habent vigorem & virtutem coactiuam,nisi ex principis authoritate, siue eius,in quo principatus totius communitatis est collocatus, vt est clarissimum apud omnia iura. vnde. S. Anacletus papa & martyr in.c.leges.3.q.6.inquit:Leges ecclesię apostolica firmamusauthoritate.Et ratio est:quoniam in apostolica sede totius ecclesiæ principatus est collocatus.vt in.c.nolite errare.dist. 12.& in.c.basilicas,de cons.dist.1. ergo sequitur quòd firmitas & robur authoritatis quoruncunque gestorum in concilijs vniuersalibus pendeat à Romano ponti. Cæterùm hoc idem ostenditur exēplis & practica antiquorum cōciliorum,in quibus siue sit materia fidei,siue de schismate tollēdo,siue de reformatione vniuersalis ecclesiæ facienda,omnia papa principaliter authoritatiuè facit, licèt alij patres consulendo & consentiendo cōcurrāt. Et primò quidem hoc patet ex concilijs primitiuæ ecclesiæ: in omnibus enim illis in quibus præsens fuit beatus Petrus,tanquam vertex collegij, & princeps totius congregationis loquebatur primus,diffiniens, & sentētiās omnia. sicut Act. 1.patet in electione Mathię.& Act.15.in.q. de cessatione legaliū. vbi cùm grauis quæstio mota esset in concilio apostolorū,beatus Petrus tāquam princeps,vt ait glo. primò locutus est,& in cuius sententiam tota multitudo apostolorum transiuit. vnde Hier.ad Aug.epist.23.ita inquit: Post quā breui sermone scilicet Petrus totā cinxit historiam,ait.tacuit autem omnis multitudo, & in sententiam eius Iocobus apostolus& omnes simul presbyteri transierunt.Hęc enim non debent esse molesta lectori,sed & mihi& illi vtilia, vt probemus ante apostolum Paulum non ignorasse Petrum,imò principē esse huius decreti legem post euangelium nō esse seruandam.hæc Hiero.Secundò hoc idem colligitur ex eo, q imperator Martianus scribēs Leoni Papæ vt ad Chalcedonēn.synodum veniret,ita inquit inter alia: Supereſt, vt si placuerit tuæ beatitudini in his partibus aduenire,& synodū celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur,nostris vtique desiderijs vestra sanctitas satisfaciet,& sacrę religioni quę vtilia sunt, decernet. Si verò hoc onerosum est,vt in has partes aduenias,hoc ipsum nobis proprijs tua sanctitas literis manifestet. & infra.Omnes sanctissimi episcopi debeant conuenire,& quæ christianæ religioni, atque catholicæ fidei prosint,sicut sanctitas tua secundùm ecclesiasticas literas diffiniuit,sua depositione declarent.hæc ibi. Ecce quòd christianissimus imperator nouerat, q si papa præsentialiter interesset concilio, ipse decernere debebat:siverò absens,episcopi conuenientes iuxta priùs factam per eum diffinitionem deberent in materia concludere. Tertiò hoc apertè ostenditur ex concilio Chalcedonēn.in sententia data contra Dioscorum. vnde in actione tertia sic habetur.Iulianus episcopus Hipponēn. Paschasio & cæteris legatis papę. Nunc vestra sanctitas primatum tenens sanctissimi Leonis nouit, q Dioscorus semel & secundò & tertiò vocatus synodo præsentari nullatenus voluit obedire:petimus autem sanctitatem vestram in eo, q magis inter cæteros eminentis habetis locum sanctissimi papæ Leonis iustam in contumacem promulgare vindictam,ac regulis insitam contra cū proferre sententiam:omnes enim nos & vniuersalis synodus concors efficitur vestræ sententiæ sanctitatis. Et infrà.Paschasius autem & cæteri legati tenentes locū beatissimi Leonis papæ,replicatis priùs sub compendio malis multis, quæ Dioscorus commiserat,pronūtiauerent sententiam in Dioscorum,sic dicentes.Sanctissimus, & beatissimus archiepiscopus magnæ senioris Romæ Leo per nos & præsentem sanctam synodum vnà cùm beatissimo & omni laude digno beato Petro Apostolo,q nūcupatus est à domino Petrus, & spiritualis catholicæ ecclesiæ factus est firmamentum,nudauit eum tam episcopatus dignitate,quàm etiam omni sacerdotali officio, simulque eum alienauit à ministerio sacrosancto.Et infrà.Anatholius archiepiscopus Constantinus, & omnes alij episcopi suum votū exprimentes,in eandem sententiam concordarunt,omnes se subscribentes.Et ita patet,q Leo papa per suos legatos sententiauit in cōcilijs vniuersalibus.Quartò hoc idem colligitur ex gestis octauæ synodi, in qua epistola Nicolai papæ, quam vniuerso clero ecclesiæ Constantinæ scribit, lecta fuit, & recepta cū omni laude,in qua post aliqua decreta sic habetur.Hæc sunt,quæ sedes apostolica statuit: hæc sunt, quæ vos tantò studiosiùs oportet amplecti, tātò sollicitiùs obseruare,quātò sciētis quæ ab ea statuta fuerint,hęc vniuersalem ecclesiam semper tenuisse : ita cōtra singulos errores in ecclesia exortos prior hic secūdum primatus sui authoritatem sentētiam dederit, & ita demum vniuersalis ecclesia:licèt aliquādo per aliquantum temporis in quibusdam

reluctata

reluctata sit, quæ illa tamen quandoq; probauerit probauit, & quæ illa sedes refutauerit, & ipsa vniuersalis ecclesia refutauit. Item in eodem concilio scribitur neminē iustificatum per sedē apostolicā damnatū per ecclesiam:aut damnatū per ipsam sedē,iustificatū per ecclesiam. Ex quibus manifestè patet authoritas apostolicę sedis respectu conciliorū & reuerētia sanctorum patrū ad eā.Quintò patet ex illo, quod in Chalcedoñ. cōcilio circa.6.actionē legitur:prout refert Isido. libro conciliorum,q in omnibus synodis apocrisarij.i.vicarij, siue legati apostolicæ sedis decretas sententias propter summam sedis eiusdem authoritatem confirmabant & subscribebant:quia antè nullū robur habebant. hęc ibi.Et infrà sic habeī,Cùm de Iba episcopo episcopi petierāt quid sanctæ synodo placeret fiendū,locū apostolicæ sedis tenentes: quia missi apostolici semper in synodis primò loqui & cōfirmare sententias soliti sunt, per Paschasium dixerunt:Relecta epistola Ibæ,cognouimus eum catholicum, & ob hoc decernimus ad honorem episcopatus & ecclesiam, de qua iniustè expulsus est,ad præsens reuocandum. Similiter & omnes episcopi sequentes authoritatem apostolicę sedis decreuerunt.hæc ibi.Sextò colligitur idē ex vniuersali concilio Romæ celebrato, in quo Nicolaus papa præsidens, sic inquit. vt in.c.in nomine Domini.dist.23. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum authoritate decernimus, atque statuimus.Septimò hocidem colligitur ex concilio vniuersali Romæ celebrato per Alexandrum tertium, in quo vt habetur in cap. licèt.de electio. dicit. Nos ad malum hoc euitandum de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione conclij, aliquid decernimus adiungendum.&c. Octauò hoc accipitur ex concilio Lateranēn. in quo Innocen. tertius, vt habetur in cap. damnamus.inquit.Damnamus, & reprobamus libellum, seu tractatū, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum. Item in eodē. reprobamus etiam, & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici. Nonò idem colligitur ex concilio generali,in quo Innocentius tertius,vt habetur in.c. cum laicis.extra.de re eccle.non alie.ita dicit.Volentes ergo super his indemnitatibus consulere ecclesiarum,atque tantis grauaminibus prouidere,huiusmodi cōstitutiones, & venditiones.&c.sacri approbatione concilij decernimus non tenere.Decimò itē colligitur ex.c. licèt.de bap. & eius effec.in quo idē Innoc. in concilio pśidens ita loquitur.Volentes ergo tantum scandalum ab ecclesia remouere, sacro suadēte concilio distinctè præcepim⁹, vt talia de cætero non præsumant. Vndecimò ex.c.in quibusdā.extra de pœnis. vbi idē Inno.in concilio vniuersali præsidens ita dicit.Sacri nihilominus concilij approbatione statuimus.&c.Duodecimò idem manifestè colligitur ex.c. sacro approbante concilio.extra de sen. excom. vbi Inno. concilio præsidens ita dicit.Sacro approbante concilio prohibemus,ne quis aliquem.&c. Tredecimò idem colligitur ex.c. vbi periculum.de elec.lib.6.vbi Greg.9. in concilio præsidens ita inquit. Hæc sacro approbante concilio statuimus.&c.& infrà,authoritate nostra, & eiusdē approbatione concilij. Decimoquartò idē colligitur ex cōcilio vniuersali Lugduni celebrato,in quo Grego.10.præsidens ita inqt.vt in.c.1. de summa tri.& fide catho. Sacro approbāte concilio damnamus & reprobamus oēs, qui negare præsumpserunt. &c. Quintodecimò idem colligitur ex concilio Viennensi, in quo Clemens quintus concilio præsidēs,vt habetur in.c.1. extra.de sum. tri.& fid.ca.in Clemen. ita inquit. Sacro approbante concilio declaramus. Sextodecimò idem colligitur ex epistola,quam Adrianus papa misit imperatori Basilio ad octauā synodum,vbi inter alia dicit sic. Volumus ergo per vestrę pietatis industriā illuc numerosum celebrare concilium, cui nostri quoque præsidentes,& culparum personarū differētias liquidò cognoscentes,iuxta quod in mādatis acceperunt singulorum liberæ discretiones exerceant:in quo videlicet sacrato cœtu execrandi vanitatis concilij, quod aduersus sedis huius actum est prorsus reuerentiā cūcta decernimus exemplaria prorsùs à possessoribus suis ablata,in mediumq; delata cōtemplantibus igne cremari: nec superesse apud quemlibet ex his omnibus vnum iota vel vnum apicem,nisi fortè quis totius clericatus, imò totius nomine Christianitatis anathemate propulsus carere voluerit. non enim nos tam detestādum collegium nisi Arimineñ.sub Cōstantino,vtl Ephesino à Dioscoro congregato latrocinio comparandum decernimus.hæc ille. Nota verba, ex quibus luce clariùs apparet authoritas magna romani pon. in concilio vniuersali. Decimoseptimò idem colligitur ex concilio Constantiēsi,in quo postquàm Martinus creat⁹ est,syn

Universidad de Deusto
Biblioteca

odus non est vsa nomine constituentis, aut diffinientis, sed omnia nomine Martini instar aliorum conciliorum approbante synodo diffinita sunt, & constituta. Mirum est autē, q̄ tam glorioſi principes ecclesiæ summi pontifices præsumpserint vti talimodo loquendi, vt omnia diffinita, constituta, declarata, & prohibita in concilijs vniuersalibus suæ ascriberent authoritati, si ad eorum authoritatem nō pertineret, sed concilia immediatè à Christo haberent authoritatē talia faciendi. Stupendum est insuper, quomodo tot & tā glorioſa concilia, in quibus multi sancti patres religione & sapientia celeberrimi interfuerunt, permiserunt summos pontifices hac in concilijs vti authoritate, si (vt aduersarij garriunt) concilia vniuersalia immediatè à Christo, & non à papa habeant authoritatem diffiniendi, statuendi, & iudicādi. &c. Nec dici potest, q̄ romani pontifices in hoc vsurpauerint authoritatem alienam, aut q̄ illis temporibus vniuersalibus concilijs nondum erat reuelata ista veritas potestatis conciliorum, qualem præfati nouelli magistri confingunt: aut q̄ romani pontifices à concilijs vniuersalibus illam authoritatem accommodatam susceperunt: quoniam vtrūq; horum est inconuenientissimè & stultè dictum. Primum enim ponit maculam in multis sanctis pontificibus, & in apostolica sede, in qua tamen, vt ait Hiero. & alij patres sancti, sicut suprà in secūdo libro induxim⁹, Christiana religio semper immaculata permansit. Secundum ponit vniuersalem ecclesiam vsq; ad tempora istorum nouellorū magistrorum tanta caligasse ignorantiæ cæcitate, vt non nouerint hanc prærogatiuam suæ potestatis. Tertium est falsum: quoniā vt in secundo plenissimè est demonstratum, Ro. pon. non à concilijs, sed ab ipso Christo saluatore nostro cuius vicarius est, & vices gerit, hanc potestatis excellentiam habet. vt etiam habetur in cap. quanuis. distinctione. 21. Ex quibus omnibus confutatur inter alia erroris stultitia dicentium, quòd solùm quo ad conuocationem concilia ipsa indigeant authoritate papæ, & non quoad prosecutionem, videlicet ad diffiniendum, vel constituendum, aut sententiandum: qui error cùm papam non iudicem, sed præconē tantùm faciat respectu conciliorum, iudicio nostro maximus est & periculosus vniuersali ecclesiæ: contra quem errorem est sanctorum patrum & sacrorum canonum doctrina, de quo lucupletissimus testis est clarissimus pater & magnæ authoritatis in ecclesia Dei archiepiscopus Remensis dominus Aymarus libro de synodis in cap. 18. ita dicens: Non mireris, quòd ipsorum conciliorum authoritatem Romano Pontifici ascribamus: nam nulla concilia rata leguntur, quæ apostolica authoritate fulta non fuerint, vt beatus Damasus papa in decretis suis. capit. nono. asserit: cui sanctus Athanasius & Iulius papa Nicænum quoque concilium, & reliqui sancti patres astipulātur: nam illius sedis episcopus iudex est totius ecclesiæ, nec aliquod iudiciū valet absq; legitimo iudice. Hæc ille. Nota quòd dicit iudex, non præco. Hæc autem quę diximus de authoritate romani pontificis supra concilium, adhuc plenius ex infrà dicēdis clariora reddemus.

¶De laudabili consuetudine antiquorum conciliorum, quòd absq; priùs habito decreto apostolicæ sedis non fieret in synodo diffinitio cuiuscunq; quæstionis ad fidem pertinentis. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Conciliorum antiquorum laudabilis consuetudo, videlicet, quòd absque decreto apostolicæ sedis nulla diffinitio cuiuscunque quæstionis ad fidem pertinentis fieret, recensetur.*

ILlustre planè testimoniū eminētis præfatæ authoritatis romani pontificis respectu cōciliorum vniuersaliū colligitur ex obseruantia, quam sancti patres spiritu sancto pleni, in antiquis, & venerandissimis concilijs vsi sunt: sancti inquam patres in concilijs vniuersalibus constituti, ante omnem determinationem quæstionis, quæ de fide orta foret, semper apostolicæ sedis præstolabantur decretum, de qua beata consuetudine testimonia plura habemus & egregia. ¶Primò enim hoc habet ex prima actione Ephesini concilij, vbi sancta synodus ita loquitur. Congregatis nobis, Nestoriū à sacerdotio remouimus, depositionē eius canonicā facientes atque laudantes Deo amantissimū & sanctissimum episcopum maximè Romæ Celestinum, qui ante nostram sententiā hęretica Nestorij dogmata, & ante nos protulit aduersus eum sententiam propter ecclesiarum cautelam, & traditam nobis fidem ab apostolis. hæc ibi. ¶Secundò idem habetur testimonio Damasi papæ, qui & cæteri episcopi Romæ congregati scribentes de concilio Ariminiēn. episcopis in Illirico constitutis sic dicunt: nec enim præiudicium aliquod fieri potuit per numerum episcoporum Ariminij congregatum, quando constat ro. pō. cuius ante omnia decebat expectare decretū, talibus non præbuisset consensum. ¶Tertiò idē habetur ex eo, q̄ Leo papa ad Theodosiū imperatorē scribens, & ostendens, vnde occasionē erroris susceperat secunda synodus Ephesina, ita ait. Ad episcopale cōciliū, quod haberi apud Ephesum præcepistis, tā instructi sunt missi, vt si scripta, quæ ad sanctam synodū, vel ad Flauianum episcopum detulerūt, episcoporū publicari auribus Alexandrinus permisisset antistes ita manifestatione purissimę fidei, quā diuinitùs inspiratā & accepimus & tenemus, vt omniū cōcertationū strepitus quieuisset, vt nec imperitia vltrà desiperet, nec nocēdi æmulatio viā reperiret. Hæc ille. ¶Cęterū idē quartò colligit de 6. synodo, in qua suggestio Agaptōis papę directa imperatori per legatos suos lecta fuit, & subscriptione omnium episcoporum acceptata: in cuius suggestionis epistola post descriptam fidem apostolicæ sedis, ita papa orat imperatorem. Corde contrito, & fluentibus lachyrmis mēte prostatus exoro porrigere dignemini clementissimā dexterā vestrā apostolicæ doctrinæ, quā cooperatorpiorū laborum vestrorū beatus Petrus apostolus tradidit, vt nō sub modio conclusam, sed tuba clariùs in toto orbe prędicetur: quia eius vera confessio à patre de cœlis reuelata est, pro qua à Dño omniū beatus esse pronūtiatus est beatus Petrus, qui & spirituales oues ecclesiæ ab ipso redemptore omniū trina cōmendatione pascendas susscepit: cuius annuente præsidio hæc eius apostolica ecclesia nunquàm à via veritatis in quālibet erroris partē deflexa est: cuius authoritatē, vtpote omniū apostolorū principis semper oīs catholica Christi ecclesia & vniuersales synodi amplectentes in cunctis secutæ sunt. Vñ in. 6. ipsa synodo, actiōe. 8. patres susceperūt suggestiones Agaptonis papæ cū multa deuotione. Vñ Demetrius episcopus plusiados ita dicit. Suggestiōes directas à patre nostro Agaptōe sanctissimo archiepiscopo apostolicę & principalis sedis antiquę Romę ad à Deo coronatū & magnū victorē imperatorē tanq̄ à Spūsancto dictatas p os Spiritussancti ac principis apostolorū Petri & digito prędicti beatissimi papę Agaptonis scripta susscipio, & amplector: & ita credo, ita assentio. &c. Item Genesius episcopus Anastasiū peleos dixit secundū veritatē relatarum suggestionū sanctissimi papæ romani sic credo, & cōfiteor. Item Georgius episcopus Camulianorū susscipio & sequor suggestiones ab Agaptone sanctissimo papa romæ: & sic credo, & sic confiteor. & ita de omnibus. propter qd papa Nicolaus scribens Michaeli imperatori ita dicit. Qūo non egeat quælibet synodus iuuamine sedis quādo in Ephesino latrocinio cūctis p̄sulibus, & ipsis quoq; patriarchis prolabētibus nisi magnus Leo imitator. s. illius leonis, de quo scriptū est: vicit leo de tribu Iuda, diuinitùs excitatus, os aperiēs, totū orbē, & ipsos quoq; Augustos concuteret, & ad pietatē cōmoueret, religio catholica penitùs corruisset. ¶Quintò idem colligit ex. 4. synodo Chalcedonēn. de qua Leo papa scribēs Theodorico epo Cypri ita dicit. Reueniētib⁹ ad nos fratribus & cōsacerdotib⁹ nostris, quos ad sētū cōciliū sedes beati Petri direxit, agnouim⁹ dilectionē tuā sup no adiutorio nobiscū tā Nestorię impietatis, quàm Euticianæ vesaniæ extitisse victricē. Vñ gloriamur in Dño cū Propheta canētes. Adiutoriū nostrū in noīe Dñi, qui fecit cœlum, & terrā: qui nullū nos in nostris fratrib⁹ detrimētū sustinere permisit, sed quę nostro priùs diffinierat ministerio, vniuersæ fraternitatis irretractabili firmat assensu, vt verè à se p̄dire ostēderet, q̄d prùs à prima oīum sede firmatū totius Christiani orbis iudiciū recepisset, vt in hoc quoq; capiti mēbra cōcordēt. hæc ibi. ¶Itē sextò ad idē est beatissimus Leo, qui scribēs vniuersis episcopis p Siciliā cōstitutis, ita dicit. Culpā nullo mō potuisse tis incidere, si vñ cōsecrationē honoris accepistis, inde legē totius obseruātiæ sumeretis, & beati Petri apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, essēt ecclesiasticæ magistra rōnis. Itē Nicolaus papa in epistola ad imperatorē Michaelē, quę in. 4. actione. 8. synodi lecta fuit, dicit. Sicut cōstat sanctā romanā ecclesiā: & beatū Petrū principē apostolorū, qui Dñico ore primatū ecclesię susscipere promeruit, oīum ecclesiarū caput esse, & ab ea rectitudinē atq; ordinē in cunctis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctis vtilitatib⁹ & ecclesiasticis institutiõib⁹, quas canonicas & synodicas sctõrũ patrũ sermone inuiolabiliter atq; irrefragabiliter retinet exquirere atque sectare. Hæc ille. ¶Septimò idẽ patet testimonio Nicolai papæ, qui Imperatori Michaeli scribẽs inter alia, dicit sic. Ad cuius eñ. s. fidei integritatẽ obseruationis multotiẽs cõuẽtus factus est sancto rũ patrũ, à quib⁹ & deliberatũ & obseruatũ extitit, qualiter absq; ro. põ. cõsensu nullius insurgẽtis deliberationis terminus daretur. hęc ibi. ¶Octauò etiam patet in septima synodo, ad quã scribit Adrianus papa epistolã siue decretũ de adoratione imaginũ, qua per lecta, quærẽtibus apocrisarijs papæ, an Cæsarius patriarcha, & tota synod⁹ acceptarẽt, Rũdit tota synod⁹: tota sacratissima synod⁹ ita credit, ita sapit, ita dogmatizat. Et infrà petẽtibus apocrisarijs papæ, dicat nobis sancta synodus si admittat literas sanctissimi papæ senioris Romæ, an nõ. Rũdit sancta synodus: sequimur, & suscipimus, & admittim⁹. ¶Nono hoc idẽ patet ex. 8. synodo Cõstãtinopolitana, ad quã papa Adrianus libellum mittit, vt oẽs epi secũdũ formã illius ꝓfitean tur, & procedãt, qd & factũ est. Qui libellus vt ex gestis eiusdẽ synodi patet, incepit, Prima salus est rectæ fidei regulã custodire, & à cõstitutis Dei & patrũ nullatenus deuiare. &c. Quã patres synodi ꝓfitẽtes sic dicũt. Porrò de venerabilissimo Ignatio patriarcha nostro, & de his, qui ex parte ipsius sunt quod authoritas apostolicæ sedis vestræ decreuit, tota mẽte sequimur, & religiosa deuotione veneramur, atq; ꝓ posse & nosse nostro pia intẽtione ac spiritali cõflictu defendimus: qm̃ sicut p̃diximus sequẽtes in oibus apostolicã sedẽ, & obseruãtes eius oia cõstituta, speramus, vt in vna cõione, quã sedes apostolica prędicat, esse mereamur, in qua est integra, & vera christianæ religionis soliditas: promittẽtes etiã oẽs sequestratos à cõione ecclesiæ catholicæ. i. non cõsentientes sedi apostolicæ eorũ nomina inter sacra recitãda esse mysteria. hæc ibi. Ex quorũ cõcilio rũ sacrorũ laudabili & debita reuerẽtia ad apostolicã sedẽ ꝙ sine eiusdẽ p̃misis decretis nihil agerẽt, luce clarius, quãtũ à bonitate & honestate aberrẽt tã asserẽtes vniuersalia cõcilia à papa nõ suscipere authoritatẽ suã, sed à Christo immediate, q̃ p̃sumptuosi illi, q in vniuersalibus cõcilijs nulla priùs habita consultatione apostolicæ sedis, quæ & mater cũctarum ecclesiarum & magistra fidei est, arduas materias, vtputa fidei, & maiores cau-

Lib. III. Cap. XXXIIII.

sas diffinire præsumunt, & ab alijs obseruari præcipiunt.

¶Quòd vniuersalia cõcilia sem per solita sunt gesta sua petere confirmari per romanũ põ. Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Cõcilia uniuersalia quòd semper supplicare siat solita, ut sua gesta per Ro. pon. confirmarẽtur multorum patrum testimonijs ostenditur.*

AMpliùs egregium atq; irrefragabile argumẽtũ præfatæ authoritatis, quã Ro. pon. diximus habere in vniuersalibus cõcilijs est, ꝙ sancti patres in cõcilijs vniuersalibus cõgregati, diffinitiones suas, & gesta ad eorũ vigorẽ & firmitatẽ regulariter ab apostolica sede cõfirmari ac roborari postularũt, apertè cognoscẽtes oportere leges ecclesiæ robur accipere & authoritatem ab eo, in quo Deus totius ecclesiæ principatũ posuit, & primatũ, cuiusmodi est Ro. pon. vt in. c. nolite errare. dist. 11. dicit Iulius papa. Huiusmodi beatæ obseruationis exẽplũ in primis habemus à patribus singularissimi & præ alijs excellẽtissimi cõcilij Nicæni, qui oia gesta sua & diffinita humiliter & deuotè à beato Syluestro petierũt cõfirmari. Vñ in epistola, quã eidẽ beato Syluestro scribũt, ita inquiũt, Beatissimo eṕo vrbis Romæ cũ oi reuerẽtia colẽdo Syluestro Osius eps prouinciæ Hispaniæ, ciuitatis Cordubẽsis, & Macharius eps ecclesię Cõstãtinopolitanæ, & Victor & Vincẽtius presbyteri ordinati ex directione vrbis Romæ, & cæteri coep̃i. 318. in Dño Salutẽ. Qm̃ oia corroborata de diuinis mysterijs ecclesiasticę vtilitatis, quæ ad robur pertinẽt sanctæ ecclesiæ catholicæ & apostolicæ ad sedẽ tuã romanã explanata, & de græco in latinũ redacta scribere cõfitemur. Nũc itaq; ad vestrę sedis augmẽtũ occurrimus roborari. Itaq; cõstat vestra apostolica doctrina toti⁹ vestræ apostolicæ vrbis in vnũ cõuenire, vestrũq; habere cõciliũ, sicut docet mystica veritas. Sequit infrà. Quicquid statuimus in Nicæno cõcilio p̃camur vt vestri oris cõsortio roboretur. hæc ibi. In decreto verò cõfirmatiõis, quã præfatorũ gestorũ beatus Syluester in cõcilio cõgregato Romæ facit, ita scribit. Syluester eps catholicæ & apostolicę sedis prędsul vrbis Romę quicquid in Nicęna lichina

lichina cõstitutũ ad robur sanctę matris ecclesiæ catholicæ & apostolicę à sanctis sacerdotibus. 318. nostro ore cõsortes firmamus. Oẽs qui ausi fuerint dissoluere diffinitionẽ sancti magni cõcilij, qd apud Nicænã cõgregatũ est sub præsentia pijssimi & venerandi principis Cõstãtini Augusti anathematizamus: & dixerũt oẽs epi, placet. hęc ibi. Secũdò testimoniũ habem⁹ de Ephesino cõcilio, de quo dicit dñs Aymarus lib. de synodis, ꝙ in eo legati apostolicæ sedis beatus Cyrillus & Archadius eps ex Italia vice Celestini papæ præfuerũt, & ipsam apostolica authoritate roborauerũt. Habet etiã ex gestis eiusdẽ synodi, ꝙ imperator. s. Theodosius iunior ad pfectionẽ diuinit⁹ statutorũ petijt apostolicæ cathedræ apponi cõfirmationem, vt sic tanq̃ à beato Petro facta veneremur. Tertiò habemus de hoc testimoniũ à patribus in cõcilio Chalcedonẽsi cõuenientibus, qui ad Leonẽ papã ita scribũt, deprecãtes, vt eorũ decreta cõfirmare dignaretur. Nouimus quicquid rectitudinis à filijs fit, ad patres recurrit: faciẽtes hoc quasi propriũ sibi. Rogamus ergo & tuis nostrũ decretis honora iudiciũ: & sicut nos audierimus in bonis cupitã cõsonantiã, sic summitas filijs qd deceat adimpleat. Vbi notãdũ cõtra superbiã Basilien. ꝙ synodus papã patrẽ vocat. Et infrà. Vt aũt cognoscatis, quia nihil donãdo cuilibet gratiã fecimus, aut per iniustitiã aduersando, sed vt nutu gubernãte diuino oĩm gestorũ vim vobis insinuamus ad probationẽ vestræ sinceritatis, ad eorũ, quæ à nobis gesta sunt, firmitatẽ, & consonantiã hæc synodus. Hanc cæterùm quartò apostolicę sedis prærogatiuã imperatores Valẽtinus & Martianus non ignorãtes, pro cõfirmatione gestorũ præfatæ synodi, scribẽtes ita dicũt. Miramur permaximè, ꝙ synodũ Chalcedoñ. & literas venerabiliũ episcoporũ, quæ ad tuã Deo amicitiã missæ sunt, per quas oia quæ in ipsa facta sunt, nobis nuntiarũt, nequaq̃ à tua sanctitate tales literæ missę sunt: quæ videlicet in sanctissimis ecclesijs lectæ in notitiã omniũ deuenirẽt: quod quorũdã animabus, quæ prauã adhuc opinionẽ sectãtur, ambiguitatẽ immisit, ytrùm. s. tua beatitudo, quæ in sancta synodo ædita sunt, cõfirmauerit: & propter hæc tua reuerentia literas mittere dignetur, per quas in oibus ecclesijs & episcopis notũ sit vniuersã, quę in sancta synodo gesta sunt, à tua beatitudine cõfirmata. Quintò patet ex epistola, quã Leo papa, q Agaptõi succedẽs ad pijssimũ Cõstãtinũ sup cõfirmatione

gestorũ in. 6. vniuersali synodo scribit dicẽs. Hãc ergo rectæ atq; apostolicæ traditionis normã p̃decessor meus Agapto apostolicę memoriæ papa cũ sua synodo p̃dicauit: hãc scriptis p̃currẽtib⁹ in suæ suggestiõis pagina yrę pietati p̃ suos legatos emisit, approbãs, & confirmãs testimonijs sanctorũ, ac ꝓbabiliũ doctorũ, quã sancta nunc magna synod⁹ suscepit, & in oibus nobiscũ cõplexa est: vtpote beati Petri apostolorũ principis sincerã doctrinã in ea cognoscẽs. Et infrà. Et quia diffinitionẽ rectæ fidei, vt dictũ est, prædicauit, quã & apostolica sedes beati Petri apostoli, cui⁹ licet impares ministerio fungimur veneramur suscepti. Idcirco & nos & p nostrũ officiũ hæc venerãda sedes apostolica cõcorditer & vnanimiter quæ diffinita sunt ab ea consentit, & beati Petri authoritate cõfirmat. hęc ibi. Itẽ sextò patet ex gestis. 7. synodi, quæ fuit apud Nicęnã, legitur ꝙ Tarasi⁹ ecclesiæ Cõstãtinopolitanę p̃sul totũ processum eiusdẽ synodi summo pon. vt mos erat retulit, vt tale cõciliũ sua authoritate firmaret. Vbi nota, ꝙ dicit, vt moserat: quia ex hoc apertè colligitur ita fieri per oia concilia: sicut & verũ est ex practica aliorũ posteriorũ. Septimò ad idẽ est synodus illa venerabilis Romæ tẽpore Symmachi papæ celebrata, de qua in. c. benè. di. 96. in qua sic habetur. Si cuiuslibet prouincię sacerdotes inter suos terminos concilio habito quicquid sine Metropolitani sui authoritate tractauerint irritũ esse debere, sancti patres sanxerũt: quãtò magis quod in apostolica sede nunc stante præsulę, qui meritò beati Petri apostoli per vniuersum orbẽ primatũ obtinens, statutis synodalibus cõsueuit tribuere firmitatẽ? hęc ibi. Pręterea dicit Gratianus dis. 16. c. placuit. ꝙ papa recepit sextã synodum cũ canonibus suis, & etiã sancta octo vniuersalia concilia quę Romani pontificis professione dicit esse roborata. Ex quibus satis apertè apparet, ꝙ alia fides fuit apud illos sanctos patres antiquorum conciliorum sanctissimorum de authoritate conciliorum & ro. pon. quàm sit apud nouellos magistros, cõturbantes phantasticis adinuẽtionibus suis ecclesiã Dei. Planè si concilia vniuersalia haberent illã supremã authoritatem immediatè à Deo constituendi, diffiniendi, sententiãdi, puniendi: & etiã supra papã sanctę vniuersales illę synodi, non tam regulariter, tã deuotè & humiliter à Romanis ponti. gesta sua peterent confirmari, planũ est, ꝙ ista stare non possunt simul, ꝙ concilium habeat im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediatè potestatē à Christo:cui etiā papa obedire teneatur:& ꝙ concilij sentētiæ & gesta nullius sint roboris nisi Ro. pon.authoritate firmētur.superioris est eū roborare acta inferiorū, & non ecōuerso. Octauò etiā inducem⁹ testimoniū de cōcilio Cōstātien. quod cùm plenariū ex oībus obedientijs existeret integratū,supplicasse etiā legitur dño Martino papæ.5.vt dignaretur decreta eiusdē concilij sua authoritate roborare & confirmare.Nonò hoc etiā Basilien. non obstātibus corū erroribus voluissent obtinuisse à dño Eugenio vt corū decreta approbasset, sed obtinere nō potuerūt,& meritò. Ex quibus luculēter apparet,q̄ periculosē, & quàm scandalosē errent, qui statuta cōciliorū, aut diffinita antequàm Ro.pon.authoritate firmentur atq; roborentur publicāt per orbē, & obseruari præcipiunt: cùm tū antequàm principis ecclesiæ authoritate firmētur, nullū obligēt,cùm nullum robur habeant:vt patet ex dictis,& colligitur ex cōcilio Chalcedonen.Patet etiam ex.c.benè.dis. 96.Hocetiā ostendit apertissimè Leo papa in epistola ad Aquilegen. episcopū, in qua scribens de forma recipiendi hęreticos arrianos,ita inquit.Inter omnia alia decreta synodalia, quę ad excisionē huiusmodi hæresis apostolicæ sedis firmauit authoritas,amplecti se,& in oīnibus approbare eloquātur, &c.Ecce sola illa synodalia decreta,quę apostolicæ sedis firmauit authoritas,iubētur amplecti & venerari. Cæterùm huiusmodi apostolicę sedis prærogatiuā sic apertissimè profitetur christianissimus imperator Iustinianus, qui vt habetur.C.de sum.trī.& fide ca.scribēs ad papā Iohannē, petēs approbationē fidei suæ & suorū cōfirmationē,ita dicit. Victor Iustinianus. &c. Nos reddentes honorē & apostolicæ sedi, & vestræ sanctitati, quod semp nobis in voto fuit & est, & vt decet patrē honorantes vestrā beatitudinē oīa quæ ad ecclesiarū statū pertinent festinamus ad notitiā deferre vestræ sanctitatis.Et infrà.Oēs verò sacerdotes sanctæ catholicæ atq; apostolicæ ecclesiæ & reuerendissimi archimādritæ sacrorū monasteriorū sequētes sanctitatē vestram, & custodientes statū & vnitatē sanctarū ecclesiarū quē habēt ad apostolicā vestrę sanctitatis sedē nihil penitùs immutātes. Et infrà.Suscipimus aūt quatuor cōcilia prima. s. secūdū qd vestra apostolica sedes docet, atque prædicat: oēs ergo sacerdotes sequētes doctrinā vestræ apostolicæ sedis ita credūt, & cōfitētur & p̄dicāt:vñ properamus hęc ad notitiā deferre vestræ sanctitatis.Et infrà.Petimus ergò paternū affectū,vt vestris ad nos destinatis literis, & ad sanctissimū episcopū huius almæ vrbis & patriarchā manifestum nobis faciatis,ꝙ oēs, qui prędicta cōfitētur, susc ipit sanctitas vestra.hæc ille. Cui imperatori rñdens papa Io.ita scribēs dicit:vt habet vbi suprà.Liquet ergo glorioſissime imperator,vt lectionis,& legatorū vestrorū patefecit nos apostolicis eruditionib⁹ studere:cùm de religione catholicę fidei ea sapiatis,ea scribatis, ea populis fidelib⁹ publicatis,quę dixi mus,& sedes apostolica & patrū reuerēda decreuit authoritas, & cōfirmam⁹ in oībus.hęc ille.Ecce testimoniū clarissimū progatiuę apostolicæ sedis,de quo iā dixim⁹. Ex p̄dictis manifestè cōfutāt tā erroneæ duæ interpretationes datæ ꝑ aliquos nouellos magistros aduersarios & inimicos doctrinæ oīum sctōrū patrū in suis tractatib⁹. Prima est,ꝙ papa nō cōfirmat aut robur authoritatis tribuit vniuersalibus cōcilijs,quæ de toto orbe Christiano cōgregātur,sed tm̄ de cōcilijs patriarchalib⁹,quę q̄ndoq; etiā dicta reperiūtur vniuersalia. Quòd ista interpretatio erronea sit,manifestè patet ex dictis:qm̄ cōcilū Niceno & Chalcedonen.vniuersalia fuerūt,& sancti loquētes de hac progatiua, de vniuersalibus cōcilijs oībus loquūtur,& rōnes factę de oībus etiā cōcludunt. Secūda interpretatio, quā præfati aduersarij dāt, est ꝙ cōfirmatio, quā ro.pō.tribuere dicitur cōcilijs vniuersalibus,nō est authoritatiua,ita ꝙ authoritatē & robur tribuat cōcilijs:quia (vt aiūt) authoritatē habēt à Deo immediatè, sed in signū tātùm.s.ꝙ facta in synodo in cōcordia sint acti tata:ficut & alij ep̄i se subscribētes in synodis dicūtur eas cōfirmare. Quòd aūt hæc interpretatio falsa sit & erronea,patet ex dictis in superioribus, specialiter ꝑ illud qđ habetur in.6.actione Chalcedonen.synodi,vbi dicit, ꝙ in oībus synodis apocrisarij apostolici decretas sententias primò,ꝑpter summā authoritatē eiusdē sanctæ sedis cōfirmabāt, & subscribebāt:quia aliter nullū robur habebāt.Ecce ꝙ cōfirmatio quæ fiebat ꝑ legatos papæ, nō erat tātùm significās,sed etiā authorizās: quia vt inquit nullū robur habebat.Pręterea idē habetur ex.c. regula.di. 17.& ex.c.benè. di.96,quæ expressè idē loquūtur & de omnibus synodis vniuersaliter, quod luce clarius ostēditur ex illo, quod Leo sanctissimus scribit Maximo Antiocheno episcopo, quod supra eodē.c.inductū est. Cæterùm quòd erronea sit interpretatio pręfata aduersariorū,

patet

patet ex hoc,ꝙ respectu cōciliorū vniuersaliū nihil pl⁹ authoritatis dāt summo pō.principi totius ecclesię,q̄ alteri episcoporū:quod quantū dissonet fidei catholicæ, & etiā sctōrū patrū doctrinæ,nullus sanæ mētis, parū etiā in sacris literis nutritus potest cognoscere.Patet ergo quantum errent præfati apostolicæ sedis aduersarij.

¶In quo ponūtur aduersariorū obiectiones. Cap.XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones decem aduersariorū aduersus id quod dicitur,quòd universalia cōcilia sint semper solita petere, ut gesta sua ꝙ Ro.pō.cōfirmarētur.*

Argu. 1.

1

VEritatē aūt eam, quā in superiori cap. tantis rationibus, & vniuersaliū cōciliorū practica,& exēplis ostēdimus, aduersarij moliuntur infringere.¶Primò quidē ex veteri testamēto. Dicunt enim, ꝙ Esdræ vltimo legitur cōcilium vniuersale cōgregatū in Hierusalē, vt prouideretur super congregatione filiorū Israel,qui duxerāt vxores alienigenas:vbi dicitur,ꝙ missa est vox.s.citationis in Iudæa & Hierusalē omnibus filijs trāsmigrationis, vt cōgregarentur in Hierusalē: & oīs qui nō veniret,tribus diebus iuxta cōciliū principum & seniorū,auferetur ab eo substantia eius,& ipse abijceretur à cœtu transmigrationis.&c. vsq; sic fiat. Ex illo loco aduersarij arguunt duo.Primū est,ꝙ Esdras licèt non esset summus sacerdos,sed Iosue filius Iosedech,nihilominùs nomine totius cōcilij dedit sentētiam in prædicta causa. & ita cōcludunt,ꝙ determinatio & diffinitio in cōcilijs vniuersalib⁹ nō est solius papæ.Secūdū est, ꝙ punitio spiritualis & tēporalis inferēda contēnentibus

Secundum.

venire fuit reseruata cōcilij authoritati,& nō summi pon.¶Secundò arguunt ex illo Act. 15.vbi sic dicitur. Placuit apostolis & seniorib⁹ cū omni ecclesia eligere viros, & ex illis mittere in Antiochiā.Et infrà in epistola, in qua diffinitionē,quam de quæstione mota de obseruatione legalium fecerant,notificāt, dicitur sic.Apostoli & cæteri fratres his qui sunt Antiochiæ salutem. Et post pauca. Visum est Spiritui sancto & nobis nihil vltrà imponere vobis oneris,quàm.&c.Ex quibus videtur manifestè (inquiunt)primò, ꝙ apostoli & seniores simul omnia fecerunt,& non Petrus solus.Secundò videtur, ꝙ nomine totius synodalis congregationis conscripta est sententia, & non solius Petri. ¶Tertiò arguūt ex gestis.8.synodi Constantinopolitanæ, vbi in allocutione Thomæ metropolitæ Tyri facta ad synodū incipientē, Vestris ecclesiasticis negotijs confusionē patiētibus.&c. cuius verba sunt hæc,loquendo de imperatore Basilio. Conuocauit humilitatē nostram de orientalibus sedibus ac diœcesibus cum his qui putabantur aduenire atque concurrere à seniori Roma sanctissimi papæ vicarij circunspectè ecclesiastica dissoluere mus certamina: propter quod & nunc vsq; perseuerātes,illorū pstolamur aduētū. Qm̄ verò nulla est facta tarditas, & suspicamur ex tyrānica potestate propter tātā moram multas nobis superuēturas calamitates atq; necessitates: imo vero & totum nostrū genus Christianorum propter talē causam submittendū varijs tentationibus, nequaquàm eos qui à Roma venire putabantur,expectare iustū putamus,sed superfluū atq; superuacuum arbitramur esse:pręsertim cùm ea quę Romæ regulariter ac synodicè gesta sunt, præ manibus habeamus:ita vt hìc constet vnà nobiscū esse beatissimū papā Nicolaū p literarū suarū voces, adhuc etiā & successorē eius sanctissimū Adrianū p proprias epistolas. Ipsi ergo habētes nobiscū beatissimum papā Nicolaū & sanctissimū papā Adrianū, ineptum & incōgruū omninò putamus despicere fluctuantē Christi & saluatoris nostri ecclesiā per dilationē diffinitionis, quæ illi debetur.Hinc ergo velut ex necessitate: nunc vobis denuntiamus iustificationē Dei, & diuinæ misericordissimæ prouidentiæ cōsilium atq; iudicium quantū ad capacitatem nostrā attinet.hæc ibi.Ex quibus habetur(inquiunt) ꝙ sine papa & eius legatis synodus congregata possit procedere ad diffiniendū ac instituēdum.¶Quartò sic. In concilijs vniuersalibus semper nomine synodi sententiæ leguntur prolatæ & institutiones canonum.sicut patet in.c.quoniam.dis. 16.vbi sic dicitur:placuit huic sanctæ synodo.Idem in

Tertium.

Quartum.

frà.confirmamus & cæteros canones. Item octaua synodus inquit, Focium inobedientem & resistentem huic sanctæ synodo reprobamus,& anathematizamus. ¶Quintò

Quintum.

arguunt ex illo.c. si episcopus. 2.q.6.vbi omnes episcopi in concilio videtur esse cōiudices. ¶Sextò ex illo quod Nicolaus papa in epistola quā vniuersis archiepiscopis & metropolitis ac episcopis Constātinopolitanæ sedi subiectis in sententia contra Fo-

Sextum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cium scribit, dicens. Hæc & his similia cõtra euangelica Apostolica prophetica atque canonica statuta se offerens sit Dei omnipotẽtis & beatorum Apostolorum principũ Petri & Pauli & omniũ simul sanctorum ac venerandorum sex vniuersalium conciliorum authoritate, necnon & spiritus sancti per nos iudicio omni sacerdotali honore, & nomine alienus. &c.. Ecce quòd authoritate conciliorum pronuntiat sententiam. ergo. &c. ¶ Septimò ab aduersarijs arguitur ex similitudine subscriptionis papæ præsentis in concilio vniuersali, aut iuorum legatorum cũ subscriptionibus aliorũ prælatorum sic: omnes isti eãdem formam subscribendi se in gestis conciliorum vniuersalium obseruarunt, ergo videtur quòd omnes æquè concurrũt ad constituendum, iudicandum, & diffiniendũ & non solus papa diffinit, aut constituit siue etiam principaliter. Consequentia videtur bona ex similitudine subscriptionis. Antecedens dicunt patere ex multis cõcilijs. Dicũt enim, quòd in omnibus vniuersalibus ecclesiæ concilijs legunt or legati absq; differẽtia pariformiter alijs se subscripsisse. Vnde vnusquisq; episcopus vel dicit annuens, vel statuens, vel diffiniens subscripsi: ita pariformiter Apostolicæ sedis legati. Vnde in concilio Martini papæ, quod præcesit sextã synodũ vniuersalem, reperitur Martinus sic subscripsisse. Martinus sanctæ & catholicæ, & Apostolicæ episcopus vrbis Romæ huic diffinitioni consummationis orthodoxæ fidei & damnationẽ Sergij statuens, subscripsi: & sic Maximus sanctæ Aquilegiẽs. ecclesiæ pci se cõfirmãdo, dãnãdo, & statuẽdo vna cũ 103 episcopis se subscripsit quisq; in eadem forma. Sic etiam (vt aiunt) reperitur in concilio, cui Greg. iunior tempore Leonis & Constãtini iunioris Imperatoris Romæ præsedit. Vnde ipse Gregor. sic ait. Grego. sanctæ catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ vrbis Romæ eẽus huic statuto à nobis promulgato subscripsi. Aguellus eẽus sanctę ecclesię Florẽ. huic cõstituto à nobis promulgato subscripsi. Et ita de cæteris idem dicunt reperiri in cõcilio in quo Symmachus p̃sedit. ¶ Octauò arguitur sic. Contingit quod concilium congregetur super facto papæ, vtpote quia accusatus, vel suspectus de hæresi, sicut factum legitur tempore Symmachi papæ. vt in. §. hinc etiã. distin. 17. & tempore Marcellini papæ. dist. 21. in. c. nunc autem. sed notum est, q̃ ibi cõciliũ iudicat, & non papa: quia nemo iudex est in propria causa, ergo non est verum, q̃ semper sentẽtiæ cõcilij authoritate papæ, & nomine cùm est præsens, proferãtur. ¶ Nonò arguitur ex. c. cõstitutũ. 16. q. 1. vbi dicit. Cõstitutũ est à præsenti cõcilio. &c. ¶ Decimò arguit sic. Omniũ ordinatorũ ad finẽ regula, metrũ, & mẽsura est ipse finis: sed vniuersalis ecclesia, quã vniuersale concilĩ repsentat, est finis ptãtis papalis, ergo illius mẽsura & regula sumenda est ex legibus & regulis vniuersaliũ cõciliorũ, & nõ econuerso. ergo videtur q̃ magis pertineat ad synodum ipsam cõstituere, & regulas dare, ac cõseruare sentẽtias Apostolicæ sedis, q̃ ecõuerso. Cõsequẽtia videtur bona. Maior est Aristotelis 2. phy. &. 1. ethi. Minor patet: quoniã papa est propter ecclesiã & nõ econuerso. Vnde Apõlus. 2. ad Cor. 10. inquit: potestatẽ dedit nobis Deus in ędificationem, & non in destructionem.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

¶ In quo respondetur ad obiectiones factas. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorũ, dicẽtiũ non requiri q̃ gesta per vniuersale concilium per Romanum põtificẽ semp cõfirmẽtur, validissimè refellũtur.*

Adista quæ aduersarij inducunt contra clarissimam, & fundatissimã sententiã, quã posuimus, nõ est difficile ex superioribus respõdere. ¶ Ad primam autem quæ sumitur de veteri testamento, licèt superuacuũ sit respõdere, cùm manifestũ sit nõ facere ad propositum, nihilomin9 vt hic liquidius pateat, respondetur primò negando quòd congregatio illa facta in Hierusalem virorum Iuda & Beniamin cum vxoribus & pueris suis fuerit synodus generalis, sicut in p̃sentiarum de synodo vniuersali est sermo. Secundò etiã dicimus, quòd falsum sit, quòd Esdras nomine & authoritate illius congregationis dederit sententiã in causa separationis vxorũ alienigenarũ, sed dedit eã authoritate Regis Artaxerxis, cuius erat vicarius & princeps cõstitutus ad reductionẽ captiui populi in Hierusalẽ potestatẽ ab eo habẽs super oẽs transgressores legis Dei. vt patet in. c. 2. eiusdẽ libri. vbi exẽplar ponitur epistolę datę sibi authoritatis. ¶ Tertiò dicimus, q̃ etiã falsum sit q̃ punitio nõ venientiũ ad illã cõuocationẽ fuerit reseruata authoritati illius cõgregationis

Ad primũ.

nis: imò reseruata fuit Esdræ, qui quasi princeps erat, vt dixim9 ex regis cõmissione præfatæ cõgregationis: verum tũ est, q̃ fiendum erat iuxta cõsilium principũ & seniorũ, vt dicit textus. ¶ Ad secũdã, quæ sumitur ex illo. Act. 15. respõdetur, q̃ in nullo obuiat proposito nostro: qm̃ licèt concederetur, q̃ patres existẽtes in cõcilio, simul cõcurrant cũ papa in diffiniẽdo, aut constituẽdo canones, siue sententiãdo, sicut hic de apostolis & senioribus cũ Petro videtur aduersarijs arguẽtibus: nihilominus tũ quicquid ibi ageretur, principaliter, & originaliter ascribẽdum esset Romano pont. vtpote principi totius reip. Christianę. Vnde glo. Hiero. super illo loco, vt parum antè in. c. 31. inductũ est, cõmemorato qualiter Iacobus & oẽs alij seniores in sentẽtiam Petri transierãt, dicit Petrum principẽ fuisse illius decreti, legem post euãgelium nõ esse seruandã. Ecce q̃ Hiero. dicit Petrũ illius decreti, quod factũ est in illa synodo, principẽ, id est principalẽ auctorẽ fuisse: & hoc plane manifestũ, si quis tex. illũ attẽtè cõsideret. Postq̃ enim Petrus diffinierat non esse imponendum onus obseruantiæ legalis conuersis ex gentilitate. Sequitur in textu. Tacuit autem omnis multitudo. Dicit Nicolaus de Lyra iuxta Hiero. consentiens Petro: quam Petri sententiam beatus Iacobus commẽdans protulit illam, dicẽs. Ego iudico ita q̃ iudicare Iacobi nõ fuit sentẽtiam authoritatiuè dare, scilicet sentẽtiam datam p Petrũ principẽ & verticem cõgregationis synodalis proferre: erat enim episcopus Hierosolymitanus: licèt enim, vt ait magister Nicolaus de Lyra ibidẽ, Petr9 esset principalis inter apostolos, tamẽ detulit ei in sua diœcesi vt determinationẽ dubij proferret. Quod verò sequitur. tunc placuit apostolis & senioribus cũ omni ecclesia eligere viros ex eis, & mittere in Antiochiam, non importat aliquam diffinitionem alicuius dubij, sed iam diffinitam velle illam publicare, & notam facere per nuntios suos fratribus existentibus Antiochiæ. Per hoc verò, quòd apostoli scribentes fratribus existẽtibus Antiochię dicunt, visum est Spiritui sancto & nobis. non habetur, quòd illa potestas iurisdictionis sit data illi congregationi apostolorum & seniorum immediatè à Spiritu sancto, sicut aduersarij confingunt, sed tantùm habetur, quòd diffinitio illa præfatæ quæstionis inspiratione Spiritus sancti facta fuerit per apostolos & seniores. vt glo. Bedæ ibi tangit, quæ exponens prędicta verba, ita dicit: placuit Spiritui sancto, qui arbiter suæ potestatis vbi vult spirat, vbi vult loquitur, & nobis, id est, non solùm voluntate nostra, sed instinctu Spiritus sancti. hæc glo. Et ita ex illis verbis nihil aliud habetur, nisi q̃ Petrus, & alij apostoli, & seniores in sententiam illius canonis de lege non obseruanda post euangelium instinctu Spiritus sancti in vnum cõuenerant. Planè huiusmodi assistentia, qua Spiritus sanctus, qui est author pacis & vnitatis sanctis congregationibus assistit spirando & docendo quid agẽdum sit, non abstulit à Petro, nec nunc à successoribus suis primatum supra synodum vniuersalem, nec vnitatem, nec connexionem totius corporis ecclesiæ ad vnũ caput, scilicet Christi vicarium, qui vt dicit Chryso. fuerat vertex collegij, & caput apostolici chori. Præterea quod epistolę illius titulus scriptus cõmunis fuerat omnibus apostolis & senioribus, non obuiat, quin Petrus author & princeps fuerit illius decreti, vt dicit beatus Hieronym̃. quoniam titulus epistolæ illius formatus est communis omnibus, vt omnis dissensionis tolleretur occasio. vnde glo. interli. super verbo, apostoli & seniores. dicit sic. Apostolorum cõmunis titulus præfertur, ne aliqua dissensiõnis relinquatur occasio. ¶ Ad tertiam, quæ sumitur ex synodo Constantinopolitana, respondetur, q̃ gesta illius synodi bene considerata in nullo fauẽt aduersariorum proposito, sed magis confirmãt propositum nostrũ. Tum primò: quia licèt vicarij & legati papæ nondum venissent in locum synodi, patres tamẽ synodi authoritate papæ procedebãt. Tum, quia synodus ipsa authoritate papæ Nicolai esset cõgregata. Tũ, qa patres ipsi de mẽte & volũtate summi pon. circa diffiniẽda erãt iam instructi sufficiẽter, vt præfatus metropolita cõfitetur, dicens: præsertim cũ ea, quæ Romę regulariter gesta sunt, præmib9 habeamus libellũ, scilicet quẽ papa Adrianus miserat ad synodũ Constãtinopolitanã, secundùm cuius formã procedẽdum esset. Tũ, quia ibi imminebat casus maximę necessitatis, quæ legẽ nõ habet: vñ imminẽte tãta necessitate, sicut ipsi patres describũt, non erat incõueniẽs vt deliberarẽt pronũtiare sententiam diffinitionis habitæ per eos etiam non præsentibus vicarijs papæ: maximè qa sicut dictũ est ipsi conformãtes se mẽti tam papæ Nicolai, q̃ Adriani sententiã suam conceperãt. Tum tertiò qđ induc̃t non facit ad propositũ aduersariorũ: qa licèt tardantibus vicarijs papæ consuluisset præfatus metropolita procedere illis am-

Ad tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plius nõ expectatis. Nihilominus tandẽ vicarij papæ, scilicet Adriani venerunt, videlicet Donatus episcopꝰ Hostiẽn. & Stephanꝰ episcopus Ephesinæ ecclesiæ, & Marinus diaconus Cardinalis, & tenuerũt locũ Ro.pont. in omnibus: sicut patet ex gestis eiusdẽ synodi. & habetur in.c. Adrianus. dist. 63. Vndẽ de iudicio & sentẽtia data p eos in Fociũ, ita in actione. 5. eiusdẽ synodi habetur. Deinde accipiẽs Theodorus deuotus à secretarijs, legit quæ à sanctissimis vicarijs senioris Romæ breuiter dicta sunt, habẽtia ita. Vidistis fratres, vidistis & audistis, quæ ex multo tẽpore dicta & gesta sunt de hmõi causa: & apparuit omnibus vobis, qa irreceptibilis erat, ꝓmotio huius viri: & q depositio sanctissimi patriarchę Ignatij de sede sua sine iustitia, & sine legibus tuerat: nos ergo nõ nouũ aliquod vel recẽs iudiciũ iudicabimus, sed vetus, ex multo tẽpore præiudicatũ quidẽ à sanctissimo & beatissimo papa Nicolao, firmatũ aũt à sanctissimo patre Adriano. Et infrà. Talẽ conatũ abijcimus & anathematizamus, ne vlteriùs cõtra ecclesiã Dei quælibet alia fortè in oẽ seculũ maligna introducat actio. hæc ibi. Et post infrà in fine synodꝰ cõformãdo se sentẽtiæ Romanorũ pon. dicit sic: propter hoc ergo nolẽtem intelligere vt bene ageret Fociũ, nec obedientiã eligentẽ, nec cõsitentẽ peccatũ suum, & iniquissimũ pręsulatũ, sed inobedientem, & resistẽtem huic sanctæ & vniuersali synodo repulimus, & anathematizamus, atq; à tota ecclesia catholica & apostolica facimus alienũ, &c. Et sic patet propositũ nostrum. ¶ Ad quartã respõdetur, q licẽt in cõciliis vniuersalibus vbi papa nõ præsidet personaliter sententię & canones nomine cõcilij proferãtur, sicut patet in.c. quidã. 16. q. 1. de cõcilio Chalcedonen. nihilominus tñ authoritate Romani põt. statuitur vniuersaliter quicquid ibi cõcluditur, habẽs vim obligãdi vt supra dictum est. c. 32. Quia cũ papa solus sit princeps reipu. Christianæ, ipseq; vtpote caput catholicæ ecclesię sit solus vocatus in plenitudinem potestatis, nõ potest fieri regulariter lex quę oẽs fideles liget siue obliget, nisi illius authoritate fulciat. Vnde vt habetur in.c. bene. dist. 96. patres in synodo cõgregati loquentes de valitudine quatũdam scripturarũ, ad probãdum q prefata scriptura ibidẽ lecta nullas vires haberet, his duabus rationibus vtuntur. Primò q canonibus nõ cõcordabat. Secũdò & maximè quia in ea nullus præsul apostolicæ sedis interfuisset, vel propria subscriptione eam confirmasse mõstraretur. Vbi super verbo, nec canonibus. dicit glo. coniuncta accipe hæc duo indiuisa iuris conceptio authoritatẽ apostolici expostulat. ¶ Ad quintã respondetur q tex. ille, vt manifestũ est, loquitur de concilio prouinciali, in quo omnes episcopi sunt cõiudices, non sic aũt in cõcilio vniuersali. Et si huiusmodi diuersitatis ratio petatur, dicendũ q ratio diuersitatis est multiplex. Primo, quia non ita pendet authoritas episcoporũ ab archiepiscopo, siue prima te, aut patriarcha, sicut à papa, à quo omnes gradus dignitatũ in ecclesia disponũtur. iuxta.c. omnes. dist. 22. Secundò, quia à papa deriuatur ois potestas iurisdictionis aliorum prælatorũ. vt in.c. ita Dominus. dist. 19. vt suprà. 2. lib. c. 54. amplissimè ostendimus. Tertio, quia episcopi non subijciuntur in omnibus archiepiscopis, primatibus, aut patriarchis, nisi in illis tantum, in quibus Ro.pon. à quo potestas & ordo illorum pendet, illos illis subiecit. vt dicit sanctus Tho. in. 2. sententiarũ. dist. vlt. in expositione literę. Dicit etiã papa Nicolaus in.c. cõquestus. 9. q. 3. primates, & patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris episcopis, nisi quãtum sacri canones cõcedunt. ¶ Ad sextã, quæ sumit ex epistola papæ Nicolai, nõ est opꝰ respõdere: qa prius authoritate beatorũ apostolorũ Petri & Pauli, quæ residet in apostolica sede, papa Nicolaus pronũtiat sentẽtiam, q authoritate sex cõciliorũ: authoritatẽ aũt cõciliorũ post suã subiũgit ad maiorẽ exaggerationẽ pœnæ siue sentẽtiæ cõtra Fociũ, non aũt ad necessitatẽ: qm̃ potestas illa primatꝰ Roma.pont. qua potest quẽlibet iudicare, nõ depẽdet à concilijs, sed ab ipso omnipotẽte Deo, vt sæpe repetitũ est, & habetur in.c. quãuis. dist. 32. Qđ manifestè patet ex eo, quod idẽ Nicolaus in eadẽ epistola cõdemnãs Gregoriũ Syracusanæ ecclesiæ episcopũ, qa Fociũ cõsecrauerat, scribit, ita dicẽs. Iuxta canonicã deliberationẽ apostolica authoritate diffinimus atq; statuimus omni sacerdotali carere & priuari ministerio: ita q nullo modo liceat ei in quacũq; synodo restitutionis spem habere. ¶ Ad septimã cũ arguit de subscriptionũ pariformitate, respõdetur dupliciter. Primo negãdo antecedens: quoniã falsum est, q regulariter pariformis sit subscriptio papæ ac legatorũ eiꝰ & aliorũ episcoporũ. Vnde q subscriptio papæ alia sit à subscriptione aliorũ prælatorũ communiter, apertè colligitur ex omnibus illis locis in decreto, & decretalibus, sextò, & clementinis, quæ inducta sunt suprà cap. 31. in quibus papa solus describitur statuere

Ad quintũ.

Ad sextum

Ad septimũ

Ad quartũ.

tuere de cõsilio, aut approbatione patrũ concilij, vbi cõsultatio, & assensus, siue approbatio tãtũ tribuitur cõsilio patrũ: statuere verò Rom. põt. Itẽ diebus nostris in decreto vnionis Græcorũ facto Florẽtiæ sub sanctæ memoriæ dño Eugenio solus Eugenius in subscriptione dicit diffiniẽs subscripsi. vnde verba sunt ista. Eugenius catholicæ ecclesiæ episcopus ita diffiniẽs subscripsi: Alij vt prælati tam Latini q Græci tãtùm dicũt, Subscripsi. Patet etiã falsitas antecedẽtis illius aduersariorũ ex varietatẽ subscriptionũ legatorũ papæ, & aliorũ prælatorũ. Vnde in libro concilioꝝ habetur sic, Legatus papæ se subscripsit in concilio Chalcedonen. Paschasius episcopus ciuitatis Lucanæ vicarius dñi mei beatissimi, atq; apostolicæ & vniuersalis ecclesiæ papæ Leonis vrbis Romæ synodo præsidẽs statui, consensi, & subscripsi. Nullus vero prælatorũ aliorũ statui, nec diffiniens subscripsi, sed tãtum subscripsi. Secũdò respondetur negando consequẽtiam illã aduersariorũ: quoniam ex hoc, q aliquãdo simili modo papa & alij in cõcilijs se subscribũt, non sequitur q pari siue æquali authoritate simul concurrãt prælati: cùm papa in statuendo, diffiniendo, aut iudicãdo aliquid in cõcilijs, cũ omnis huiusmodi potestas aliorũ prælatorũ pendeat à Roma. ponti. vt in superioribus, maximè in 2. libr. c. 54. clarè ostendimus. Sicut per hoc, q causæ secũdæ dicãtur simul cum causa prima operari aliquẽ effectum, nõ propter hoc sequitur, q pari virtute cõcurrant oẽs ad effectum illũ. Ad octauam respõdetur, q ratio facta nõ arguit, quin regulariter sit verũ quod dictũ est, licẽt in aliquo particulari casu posset contingere cõtrarium, sicut inferiùs dicemus. Nihilominus in casu inducto ex aduerso de accusatione Symmachi papæ authoritate ipsius Symmachi synodꝰ ipsa fecit quicquid fecit, vt ex ipso tex. patet. Ad nonam respõdetur, q non facit ad propositũ. Tum, qa concilium illud Toletanũ non fuit vniuersale, sed prouinciale. In prouincialibus autem concilijs aliud est, vt suprà diximus respondendo ad quartum: quoniam in vniuersalibus tota potestas authoritatis pendet ex Romano pon. vt prædiximus. Et ita dicendum est ad multas alias allegationes similes de cõcilijs prouincialibus. Vnde in hac argumentatione aduersariorũ, qua ex cõciliis prouincialibus arguunt ad vniuersale, est maximus error, non enim est similitudo, vt in superioribus ostendimus. Fatemur tamen, q quandoq; papa exaggerando prohibitionem, vel volendo honorare patres in concilio cõgregatos aliquãdo dicit, sacri concilij authoritate prohibemus. & alibi dicit, generalis concilij decreuit authoritas. alibi dicit, nostrorum episcoporum omniumq; cęterorum sacerdotum & leuitarũ authoritate & consensu, atq; reliquorum fidelium & cunctorum conciliariorum nostrorum consultu diffinitum est. ¶ Ad decimũ respondetur, q regula, siue lex ecclesiæ non potest dici regulariter esse cõcilium vniuersale, nisi plenarium, in quo authoritas & consensus interuenit apostolicæ sedis, cùm plura cõcilia exorbitasse legãtur à fide, vt de Arimin. & Ephesino secũdo, & de alijs, quæ infrà cõmemorabũtur. & etiam colligitur ex gl. ipsi sunt canones. 9. q. 3. sed lex illa & regula est apostolica sedes, quæ nunq; exorbitasse à fide catholica legitur, dicente dño beato Petro. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua: quod sancti doctores de firmitate & inobliquitate fidei apostolicę sedis exponũt, sicut diffusè suprà in. 2. lib. ca. 109. ostẽdimus. vnde hac ratiõe mater fidei & magistra dicitur ecclesia Romana. vt in.c. oẽs. dist. 22. Et ad probationẽ respõdemus, q nulla est. Pro quo notãdum, q prout suprà secũdo lib. circa. c. 84. distinximus, dupliciter aliquid dicitur finis alicuius rei. Vno, scilicet, modo in quod tẽdit res illa ex ordine sibi dato, aut naturali aut supnaturali, siue id quod est intentũ ab agẽte. Alio modo dicitur finis id, ad cuius vtilitatẽ est ordinatũ opus agentis. Cuius exẽplũ potest poni in arte medicinæ. Vno modo dicitur finis artis sanitas, quã inducere intendit. Alio modo infirmus, siue corpus humanũ, sicut ad cuius vtilitatẽ ordinatũ est totũ opus artis. Itẽ finis politiæ videtur esse pax & trãquillitas ordinis, cũ hoc videtur bonũ ipsius, ad quod vniuersum regimen eius respicere & tendere videtur. Ipsa verò cõitas dicitur finis regiminis siue potestatis publicæ, sicut ad cuius vtilitatẽ ordinatum est opus præsidẽtis & agẽtis: ita finis potestatis papalis nõ est ipsa ecclesia vniuersalis sicut id, ad quod est finaliter ordinatũ, sed ad quod per vsum eius ipsa ecclesia recta & gubernata perducitur, qđ est ipsa beatitudo cælestis. Secũdo verò mõ, scilicet sicut id, ad cuiꝰ vtilitatẽ potestas ipsa ordinata est, bene dicit finis eiꝰ ipsa vniuersalis ecclesia. Qua distinctione habita, dicimus ad antecedẽs, q regula regiminis, & lex ordinationis eorũ, quę sunt ad finẽ, non accipit à fine secũdo mõ dicto, sed primo. Nã medicus nõ capit regulas medicandi à curandis: nec dux regulam militandi

Ad octauũ.

Ad nonum.

Ad decimũ.

Luc. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

litādi ab exercitu suo: nec princeps à populo legēs regendi, sed econtra. Vnde ratio illa aduersariorū nullius videtur esse virtutis, licèt apud eos aliter videatur. Et ad probationem quam inducūt ex apostolo, respondemus, q̄ per illam authoritatem nō probatur, nisi q̄ ecclesia potestatis papalis sit finis modo assignato. Vnde leges & regulæ, quibus ædificari debet ecclesia, non sunt sumēdę ab ipsa ecclesia ædificanda & regēda, sed ab ædificatore Christo, qui sicut est principium ecclesiæ, ita est finis, ad cuius amplexum per regimē sui generalis vicarij, scilicet summi pontifi. qui vices eius gerit in terris, perducenda est. Hinc optimè in definitione ecclesiasticæ potestatis dicitur, q̄ est ad ædificationem ecclesiæ secūdùm leges euangelicas & apostolicæ sedis, quæ mater cunctarum ecclesiarum & caput existit, atq; fidei, ac legum magistra sanctiones & decreta. Vnde potestas papalis non dicitur esse in ecclesia sicut in regulāte, sed sicut in regulato. In vero aūt vicario Christi est sicut in regulante & dirigente. Vnde rector ecclesiæ est, & pastor, ac princeps, cuius est oues & plebem sibi commissam pascere, regere, & gubernare iuxta leges & mandata Christi, cuius est vicarius.

¶ De honorando summo pontifice per vniuersalia concilia & vniuersos fideles: & de grauitate culpæ inhonorātium eū. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Concilia uniuersalia quomodo summum pontificem honorare debeant, ostenditur.*
2 *Papæ honori & authoritati detrahentes quam incurrant poenam.*

PErspectis bene his, quæ de romani pontifi. principatu super vniuersalem ecclesiā suprà. 2. lib. amplissimè disputauimus, ostēdendo eum & patrem, & pastorem, & principem, generalem vicariū super vniuersam remp. Christianā, & q̄ ab eius potestatis excellentia vniuersum cōciliorum robur pendeat & authoritas sicut in hoc tertio lib. copiosè suprà mōstrauimus, luce clarius colligitur, quāto honore & reuerentia teneantur omnes fideles, oēs maximè ecclesiæ prælati Romanū pōtif. reuereri, colere, ac venerari: quātoq; studio ab vniuersalibus concilijs seruādus sit honor apostolicæ sedi debitus, atq; quàm oppidò decertādum, ne authoritas Roma. pon. in qua & ecclesia fundata est, & vniuersa cōcilia robur & authoritatē suscipiūt, ab aliquo deprimi præsumatur, cùm de hac per prophetā dictum esse videatur: si hæc humiliatur, ad cuius cōfugietis auxiliū? aut vbi relinquetis gloriā vestrā? vt Symmachus papa in. c. aliorū. 9. q. 3. inquit. Quis enim sedis illius honorē, quæ fidei magistra est, & cunctarum ecclesiarū mater tuebitur, si concilia generalia deprimāt, quæ nūc in primis contra oppressores, & contēptores omnes seruare debuerunt? Vbi vnquam auditū est sacras & venerabiles synodos quicquam aduersus sedē illā inclementer statuisse? Certè nusquā, imò inhonorātes illā, multa animaduersione castigasse, sicut patet de sancta & vniuersali synodo Chalcedonen. in qua Dioscorus qa contra Leonem papam excōmunicationem dictauit, sine vlla restitutione dānatus est. vt in. c. intātum. habetur. dist. 21. Item idem patet de sancta & vniuersali synodo. 8. in qua Focius quia concilium generale absq; cōsensu Ro. pō. cōgregare præsumpsit in iniuriā & derogationem apostolicæ sedis, dānationis etiā sententia percussus est. vt ex gestis eiusdem cōcilij manifestè habetur. Cæterùm vniuersalium conciliorū antiquorū reuerentia ad apostolicam sedem illustri testimonio colligitur ex eo, q̄ synodi ipsæ vniuersales semper Roma. pon. patrē & caput eorū profitentes, semper veneratæ sunt, ac eorū robur & authoritatem ab eo pēdere recognoscentes, semper solitæ sunt humiliter petere quę-q; per eos statuta & gesta authoritate apostolica cōfirmari, sicut suprà de multis exemplariter ostendimus. Si enim quādo oriēs totus & Aphrica fidei Christianæ titulo & gloria erat illustris: qñ orbis totus Christum loquebatur cum sanctissimis viris oēs fermè ecclesiæ præsulibus gloriarentur: cùm deserta ipsa & mōtes sanctos fouerēt, nihil vnquam vllis in locis contra sedis illius authoritatem ac dignitatē leuiter fuit attentatū. Modò verò valde dolēdum esset, si quādo fermè in sola occidentali parte Christi religio sincera & immaculata seruatur, sacrę illius sedis minueretur aut supprimeretur authoritas: absit. maximè considerando quanta mala hìc & in futuro illis immineant, qui apostolicæ sedi iniuriari, aut illius honori, & authoritati derogare

3 derogare præsumūt. incurrūt enim inter alia pœnam primò maledictionis, qua Chanaan patris sui derisor prostratus est. Genē. 9. Vnde Auguſt. Nihil ita Deo placet, sicut obediē tia. Cham ideo maledictus fuit, & post multa secula manet, quia patri non est obsecutus. Cæterùm Sem, qui obsecutus est patri, benedictionem habuit in omnia secula. Hoc quare dico? vt obediētiam exhibeamus patribus nostris. Qui patribus non obsequitur, Deo nō obsequitur. hæc ille. Dicitur em̄ Deutero. 17. Maledictus qui inhonorat patrem suum. Secūdò incurrūt crimen læsę maiestatis, pro eo q̄ vniuersalis ecclesiæ principem, & rectorem, atq; in eo regem regum & domin ū dominātium, cuius vicarius est, inhonorant, dicēte dño. Qui vos contēnit, me contēnit. Tertiò incurrunt scelus schismatis, pro eo, q̄ ecclesiarum omniū fundamentum deserunt. Dicit enim beatus Cyprianus in. c. qui cathedram. dist. 93. Qui cathedrā, super quam ecclesia fundata est, deserit, in ecclesia se esse non confidat. Quartò incurrūt labem hæresis, eo q̄ apostolicæ sedis priuilegia violare præsumant. Vt enim inquit Nicolaus papa in. c. omnes. dist. 22. Qui Romanæ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur: fidē qui dem violat, qui aduersus illam agit, quæ mater est fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cūctis ecclesijs prætulisse cognoscit. hæc ille. ¶ Quintò excluduntur omnino à spe regni cælestis: quoniam vt patres concilij occidentalis in epistola, quam ad papam Adrianum scribunt, quæ lecta fuit in. 8. synodo dicunt. Nemo quippe fidelium in iniuriā beati Petri principatus impunè prorumpit, in cuius videlicet contumeliam, vt sanctus Bonifacius papa scribit, quisquis insurgit, habitator cælestium non poterit esse regnorum. Tibi inquit dabo claues regni cælorum, in quod nullus absq; gratia ianitoris introibit. hæc ille. Quanta insuper confusio & ignominia etiam temporalis hìc huiusmodi præsumptores sequatur, non modò antiquæ historiæ, quę omnes tales communiter mala mortem interijsse referunt, sed etiam scandala ipsa, & ignominiæ, quæ Basilien sibus superuenerunt, pro eo, q̄ Dioscori & Focij præsumptionis imitatores diabolica temeritate Romanum pont. Christi vicariū, ac ecclesiæ totius prælatum ac rectorem sibi subijcere attentarunt, aperta luce demonstrant.

Luc. 10.

¶ De quibus causis vniuersale concilium debeat se intromittere. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium uniuersale de quibus causis se debeat intromittere, ostenditur.*

QVM autem ex iam dictis omnibus notū factum sit vniuersalium cōciliorum authoritatem à papa dependere, & per consequēs limitatam habere potestatē, ordo ipse exposcit, vt excutiamus ad quæ vniuersalia cōcilia determinando, sententiando, aut constituendo extendere se debeāt siue possint, aut de quibus causis se debeant intromittere: an scilicet, indifferenter de omnibus, an de aliquibus tantùm. Apparet autem nobis saluo semper meliori iudicio, q̄ stante in sede apostolica vero & indubitato pontifice, vniuersale concilium non debeat indifferenter se intromittere de singulis causis, sed tātùm de his, ad quorum determinationem & diffinitionem extitit cōgregatum. Quod nos multiplici ex capite rationabile ostendemus.

¶ Primò irrefragabili testimonio beatissimi Leonis papæ: beatus em̄ Leo papa Anatholio episcopo Constantinopolitano scribēs, & reprehendens quod induxisset Chalcedonen. synodum, vt prima sedes post Romanā, quæ prius erat Alexandrina constitueretur, Constātinopolitana dicit sic. Quib⁹ auditis, & nunquā antè tētatis ita præueneris excessibus, vt sanctā synodū ad extinguēdam solū hæresim, & ad cōfirmationem fidei catholicæ studio Christianissimi principis cōgregatam in occasionē ambitus tui trahas, & vt cōminētiam suā sibi dedit interpellas, tanq̄ irritari nequeat, quod licitè voluit multitudo. Et infrà. Nimis ergo hæc improba, nimis praua sunt, quæ sacratissimis canonibus inueniuntur esse contraria, in totius ecclesiæ perturbationē superba hæc tēdit elatio, quæ ita abuti voluit cōcilio synodali, vt fratres in fidei tantūmodo negotio conuocatos & diffinitione ei⁹ causæ quæ erat curāda pfunctos ad cōsentiendū sibi aut deprauādo traduceret, aut terrendo cōpelleret. hæc ille. Itē papa Nicolaus in secūda epistola quā scribit Michaēli imperatori, quæ lecta fuit in quarta actiōe, manifestè

1

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

stè designat,q̃ sancta synodus non debeat se intromittere nisi de eis quæ papa concesserit, aut cõmiserit. ita di. Quòd verò strenuũ virum Ignatium patriarcham vestro speciali deposuistis,damnastis,& expulistis arbitrio, & Fociũ de laicali agmine vobis improvidè in eius loco subrogastis episcopum,æquanimiter ferre omnino non possumus:maximè cùm horum duorum negotium inuestigari, & nobis renuntiari,non diffinire mandaueri mus.hæc ille.Ecce manifestè habere ex huiusmodi repræhẽsionibus,q̃ concilia vniuersalia congregata ad ea tãtum extendere se debeant sentẽtiando siue diffiniẽdo,ad quæ cõgregata siue conuocata sunt, & non ad alia. ¶Secundò sic ratione. Concilium vniuersale habet robur & authoritatẽ à Romano pontifice vt suprà ostẽsum est multipliciter,iuxta dist.17.per totum.& ca.Significasti.extra de elect. ergo concilium vniuersale ad tantũ se extendere potest regulariter,quantum papa ordinat,vel disponit,qui vniuersale concilium conuocat,& sua authoritate fulcit.Vnde prædictus beatissimus Leo papa ad episcopos, qui in sancta synodo Chalcedonẽsi congregati fuerant,inter cętera ita scribit.Vt fraterna vniuersitas,& omnium fidelium corda cognoscant me non solùm per fratres,qui vicem meam executi sunt,sed etiam approbationem gestorum synodaliũ propriam inijsse sentẽtiam,in sola scilicet fidei causa, quod sæpe dicendum est, propter quam generale conciliũ & ex præcepto Christianorũ principũ, & ex cõsensu apostolicæ sedis placuit congregari: vt damnatis hæreticis,&c. Ecce q̃ solùm papa approbat ea, ad quæ conciliũ fuerat congregatum,& alia non. ¶Tertiò arguitur sic.Concilia vniuersalia non congregantur nisi pro magnis & arduis causis, quæ ita cõmodè expediri non possunt sine concilio sicut cum cõcilio: ergo ad illarum tãtùm expeditionem & quæ necessaria dependent ex illis aut faciunt ad executionem illorum concilia vniuersalia se extendere possunt.Patet consequentia, cùm ad illorum tantùm expeditionem cõuocata sint,& authoritatẽ receperint. Vnde Agapto papa de potestate, quam apocrisarijs suis dedit scribẽs imperatori, & narrans qualiter mittebat apocrisarios ad sextam synodum,ita dicit.Licentiam dedimus siue authoritatẽ apud tranquillissimũ tuum imperium dum vixerit tua clementia simpliciter satisfaciẽdi,inquãtum dũtaxat iniunctũ est,vt nihil præsumant augere,mutare,vel minuere,sed traditionem apostolicę sedis vt à prædecessoribus instituta est,sincere enarrare. Propter quã etiam rationẽ legati papæ in octaua synodo, vt colligit ex quinta actione,sciẽtes se non posse extẽdere, nisi quãtum ab apostolica sede eorum potestas ampliata erat,dicebãt sic ad synodũ.Nos non nouũ aliquod,vel recẽs iudicium iudicabimus,sed vetus,& multo tẽpore iudicatum quidẽ à sanctissimo & beatissimo papa Nicolao,firmatũ autẽ à sanctissimo papa Adriano,& nõ possumus trãsferri,vel cõmoueri à paternis diffinitionibus,& legibus, nec declinare ad dextrã,vel sinistram.hæc ibi.¶Quartò sic.Si vniuersale cõcilium intromitteret se de singulis causis indifferẽter,iam in ecclesia essent duo suprema tribunalia,duæ cathedrę supremæ,quod vnitas ecclesię non admittit, vt sæpius repetitũ est suprà:ergo cõcilium vniuersale nõ potest se intromittere de singulis causis. ¶Quintò sic. Soli apostolicæ sedi eo q̃ in ea Deus totius ecclesiæ posuit principatum cõuenit de singulis causis omniũ fidelium iudicare & diffinire.iuxta.c.episcopus. 9.q.3.vbi venerabilis Beda inquit. Sola Romana ecclesia sua authoritate valet iudicare de omnibus.& in.c.per principalem.ea.cau. &.q.ergo videtur q̃ hoc nõ conueniat concilijs vniuersalibus.Consequẽtia patet.¶Sextò papa respectu cõcilij vniuersalis est prælatus,cõparatur enim ad ecclesiã vt pater,prælatus,caput,& princeps eius,vt patet:ergo synodus vniuersalis vniuersalẽ ecclesiã repræsentãs,non põt aliquid,nisi quãtum authoritate patris prælati & capitis sui ac principis ei cõceditur.Consequẽtia patet, & specialiter ex gl.illa super illud psal. Pro patribus tuis,&c. quæ sic habet.æq paratur in hoc patri episcopus,& ecclesia filio:qa sicut filius nõ põt sine authoritate patris litigare, sic nec ecclesia sine authoritate prælati.¶Septimò sic.Romano pon.sunt aliqua in iure reseruata rõne sui primatus,sicut est cõuocatio vniuersaliũ cõciliorũ,depositio episcoporũ, maiorũ causarũ discussio.de quib⁹ in. c.Dudũ.3.q.6.& de multis specificè habetur in decreto & decretalibus.ergo cũ soli Romano põtifici ista reseruata sint, nullus põt sine apostolicæ sedis iniuria ad illa manus extẽdere sine licẽtia & authoritate illius.Cõsequẽtia patet.Quod verò quidã aduersarij dicũt,q̃ cùm dicitur q̃ solus papa põt illa facere, aut q̃ soli papæ sunt talia vel talia reseruata, nõ fit exclusio nisi respectu inferiorũ,nõ aũt respectu cõgregationis vniuersalis cõcilij,in qua authoritas papę inclusa videtur:hoc nihil valet.Tum primò: quia

Psalm. 44

quia cõgregatio ipsa vt de ea nũc loquimur, vt scilicet distinguitur à papa,nõ est nisi congregatio inferiorũ, & ideo,si per ly solus excludũtur inferiores, clarũ est,q̃ excludit congregatio eorũ:qa inferiores siue sint dispersi, siue collecti,semp manẽt inferiores respectu eius,q̃ eis superior est.Tum secũdò:qa vt infrà dicetur,licẽt papa cõuocet cõcilium,non propter hoc incorporat tantã plenitudinem suæ potestatis cõcilio ad faciẽdum quicquid voluerit,sed tãtùm ad ea expediẽda, propter quæ cõgregatũ est.Vnde in hoc magistri non uelli decipiũtur:& ideo nõ mirũ, si dato malo principio,,pruperint in varios errores,dicẽte Aristotele.paruus error in pricipio, maximus fit in fine. Octauò sic. Nihil est attribuẽdum vniuersali cõcilio,per quod schisma tis occasio daretur in ecclesia inter caput & mẽbra inter Romanũ pon.siue apostolicam sedẽ & vniuersale cõcilium.hoc est notũ: sed cõcilium vniuersale intermittẽdo se de singulis causis & de reseruatis apostolicæ sedi introducit diuisio & schisma inter apostolicæ sedis iudiciũ & cõcilij vniuersalis iudiciũ:qm̃ sæpe contingeret,vt quod ligaret & solueret apostolica sedes,solueret, vel ligaret cõciliũ, vel ecõuerso.vt practica nobis exemplariter ostẽdit Basileę,cũ ad persuasionẽ quorũdam nouellorum magistrorũ congregatio illa de singulis etiã reseruatis Ro.pon.minùs prudẽter tentauerit se intromittere, reuocãdo, retractãdo sentẽtias in Ro.curia datas per apostolicã sedem, vnde multa sunt orta scãdala in ecclesia Dei.Nonò sic.Nihil est attribuendum vniuersali cõcilio,q̃d grauiter perturbaret, & dãnificaret totã ecclesiam. patet hoc: sed si conciliũ vniuersale se intromitteret indifferẽter de singulis causis, oporteret vt q̃si perpetuũ fieret,aut in nimiũ longũ tẽpus extenderetur,cũ necessariũ videretur, vt causas oẽs assumptas terminaret: q̃d certè sine magno dispẽdio ecclesiarũ & iactura episcoporũ manifestũ est fieri non posse. Decimò sic. Præsupponẽdo cum dñis iuristis q̃ impossibile sit, q̃ idẽ & in solidũ eodẽ modo & pro eodem tẽpore possit à duobus possideri,& p consequens nec exerceri. vt. ff. cõmo. l. si vt certo.§.si duobus vehiculũ.sed nulli dubium est,quin papa vtpote pastor & iudex totius reipub. Christianæ sit in possessione & actu exercito iudicãdi de singulis causis fidelium, & exequẽdi ea quę sũt plenitudinis potestatis clauiũ in tota ecclesia Dei. ergo pro eodẽ tẽpore non videtur posibile, q̃ hoc conueniat cõcilio vniuersali.Consequẽtia patet cũ omnibus præmissis.Ex quibus omnibus manifestè conuincitur nullitas dispẽsationũ,indulgẽtiarum, sententiarum multarũ causarũ atq; collationũ beneficiorũ & donationis & aliorũ,quæ Basileæ cõtradicẽte Romano põtifice sanctæ memoriæ dño Eugenio facta esse dicũtur,nisi priùs authoritate apostolicę sedis susceperint firmitatẽ.Ex dictis autẽ per multa capitula de dependentia authoritatis conciliorũ à Romano põtifice Christi vicario cõfutatur manifestè error dãnatissimus Marsilij de Padua, attribuẽtis vniuersali concilio quod vniuersitatẽ dicit esse omniũ fidelium, nõ distinguẽs inter laicos & clericos sine aliqua dependentia à papa totum exercitiũ ecclesiasticæ potestatis tã in ,puisionibus beneficiorum & dispẽsationibus & indulgẽtijs atq; correctionibus quorũcunq; errantium.

¶In quo obijcitur contra prædicta. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones nouem aduersariorum, asserentium uniuersale concilium cùm est congregatum, habere potestatem exercendi omnem actum iurisdictionis sicut & Papa.*

ADuersus iam dicta arguunt multipliciter aduersarij asserẽtes, q̃ vniuersale cõcilium cũ est cõgregatũ, potestatẽ habeat exercẽdi oẽm actum potestatis iurisdictiõis sicut & papa.¶Primò sic.Conciliũ vniuersale habet authoritatẽ supremã à Christo immediatè super oẽs fideles cuiuscũq; status aut cõditionis existãt:ergo põt exire in actũ illius potestatis qñ est cõgregatũ cùm voluerit. Consequẽtia videtur bona: quia frustra esset potẽtia quę nõ exiret in actũ. Antecedens colligitur ex decreto cõcilij Constãtiensis. ¶Secũdò sic.Qñ papa cõgregat cõcilium vniuersale,videtur illi incorporare authoritatẽ suã: vnde vniuersale cõcilium legitimè congregatum ipsum papam,& ita eius authoritatẽ includit,& ita dato q̃ vniuersale cõciliũ non à Christo immediatè,sed à papa susciperet suã authoritatẽ, exire poterit in actũ potestatis plenitudinis papalis:sed papa potest de oñ̃ bus causis agere: ergo & concilium legitimè congregatum.Consequẽtia videtur bona,& antecedens manifestũ.¶Tertiò idẽ arguitur ex practica aliorũ præcedẽtium conciliorũ vniuer-

Argumentum primũ 1

Secundum.

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuerſalium. Primò ex illo apoſtolorũ concilio, de quo Act. 1. habetur. vbi vacante apoſtolatu Iudæ proditoris omnes apoſtoli & diſcipuli tractauerunt de eius ſucceſſore, & elegerunt duos ex omnibus, ſcilicet Barnabam & Mathiam, & ſic ille fuit ſuſceptus in numero duodenario. ergo videtur q̃ concilium poſsit ſe intromittere de prouiſiõe prælatorum. ¶ Quartò ſic. ex ca. primates. 2. q. 1. vbi glo. dicit, q̃ ſynodus authoritate Romani pontificis congregata poteſt priuare ſeu damnare epiſcopos. & hoc idem habetur in ca. nullus. 5. q. 4. ergo idẽ quod prius. ¶ Quintò arguitur ex practica conciliorum vniuerſalium antiquorum, quæ omnem iuriſdictionem videntur exercuiſſe etiam in reſeruatis apoſtolicæ ſedi, quæ non ſolùm excommunicaſſe, ſed etiam depoſuiſſe aliquos epiſcopos à ſuis dignitatibus, & reſtituiſſe depoſitos, ſicut quaſi per omnia octo concilia vniuerſalia legitur. Cùm ergo omnia concilia vniuerſalia æqualis videantur eſſe authoritatis, videtur q̃ vniuerſale concilium poſsit ſe intromittere regulariter de omnibus cauſis etiam particularibus. ¶ Sextò idem arguunt ex ca. Inter cætera. 10. quæſt. vlti. vbi concilium quartum Toletanum ita dicit. Inter cætera deniq;, quæ conſenſu cõmuni inter nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parochialiũ presbyterorum Galliæ prouinciæ ſolertiſsimè decernere, &c. Itẽ in. c. ſi clericus. 11. quæſt. 1. vbi dicitur, quòd ſi clericus habet contra ſuum epiſcopum vel alium cauſam, apud audientiam ſynodi prouinciæ conqueratur: ergo idem quod priùs. ¶ Septimò arguitur etiam de diſpenſationibus, q̃ poſsit facere ex ca. presbyter. diſt. 82. vbi conciliũ vniuerſale diſpẽſat contra canones apoſtolorũ, vt dicit tex. & glo. ſuper verbo, apoſtolorum. Item in. c. presbyteros. 50. diſt. vbi concilium vniuerſale diſpenſat cum presbyteris, quę immolauerũt idolis, & poſtea pœnituerunt, q̃ poſsint retinere beneficia, ſed non in ordine miniſtrare, & hoc diſpenſatiuè. vt dicit gloſſ. ſuper verbo, fungi. ¶ Octauò q̃ etiam ad maiores cauſas ſe poſsit extendere arguitur: quia poteſt epiſcopũ deponere, & reſtituere. vt in ca. Si quis epiſcopus. & cap. Certum. & ca. Epiſcopos. &. c. Irritã. 11. quæſt. 3. ¶ Nonò arguitur ex practica concilij Baſilienſis: quod non modò de cauſis particularibus ſe intromiſit, ſed etiam plenarias indulgentias dedit.

Quartum.
Quintum.
Sextum.
Septimum.
Octauum.
Nonum.

Lib. III. Cap. XL.

¶ In quo reſpondetur ad obiectiones prædictas. Cap. XL.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduerſariorum circa aſſertum eorum, quòd concilium uniuerſale cùm ſit congregatum poteſtatem habeat exercendi omnem actum iuriſdictionis ſicut & Papa, diluuntur.*

BEne autem conſiderando ea quæ dicta ſunt ſuperius, facilè occurrit, q̃ obiectiões præ dictæ aduerſariorum contra concluſionem noſtram præfatam parum militant. Concluſio autem noſtra fuit, q̃ vniuerſale concilium ſtante vnico & indubitato Roma. ponti. in ſede Petri, & contradicente, non poſſet ad alia tractanda, diffinienda, ac iudicanda debitè ſe extendere, quàm ad illa, ad quæ per Roma ponti. fuerit conuocatum. Vnde dicendum eſt ad rationes inductas. ¶ Ad primam quæ ſumitur ex concilio Conſtantien. reſponſum eſt ſuprà tam li. 2. in ca. 99. quàm in hoc. 3. lib. ca. 31. q̃ aſſumptum eſt falſum. ¶ Ad ſecundam, in qua dicitur, q̃ papa conuocans concilium videatur illi authoritatem ſuam incorporare: reſpondetur, q̃ conceſſo, q̃ papa conuocando concilium vniuerſale incorporet illi authoritatem ſuam, nõ tamen cõceditur, q̃ incorporet illi omnem eius plenitudinem poteſtatis, ſed tantum quantum neceſſe eſt ad prouidẽdum ſuper illis, ad quę illud cõuocat. Vnde ſi patres illius cõcilij ad alia ſe extendant, quàm ad ea, ad quæ à Roma. pontifi. receperint poteſtatem, & errant vſurpando ſibi quod non conuenit, & etiam facta ſic per eos extra poteſtatis datæ terminos viribus vacua ſunt, ſicut apertè colligitur ex Chalcedonẽſi cõcilio, in quo quia patres, qui tantùm ad fidem confirmandam erant congregati, extenderunt ſe ad alia, ſanctus Leo papa durè reprehendit patriarchã Conſtantinopolitanum, vt patet ex ſuperius in ca. 38. dictis. Hocetiam ex modo ſubſcribendi, quo vſi ſunt legati papæ in geſtis octaui concilij patet, quifuit iſte. Ego Donatus Dei gratia epiſcopus ſanctæ Hoſtien. eccleſiæ locum obtinens domini mei Adriani ſummi pontificis, & vniuerſalis papæ omnia quę ſuperius legũtur, huic ſanctæ & vniuerſali ſynodo præſidens, vſq; ad voluntatem eiuſdem eximij præſulis promulgaui, & manu propria

Ad primũ. 1
Ad ſecundã
Ad tertium
Ad quartũ.
Ad quintũ.
Ad ſextum.
Ad ſeptimũ

pria ſubſcripſi. Eadẽ forma vſi ſunt ſecundus legatus, & tertius, videlicet Stephan⁹ Nephſinæ eccleſiæ epiſcopus, & Martinus Romanæ eccleſiæ diaconus: qa enim alia ibi fuerãt cõcluſa, de quibus fortè prius Romanus põ. non fuerat informatus, præter principalem materiã, pro qua erãt cõgregati, legati papæ non dabãt plenarium aſſenſum, aut cõfirmationẽ, niſi vſq; ad beneplacitũ Romani põtificis. ¶ Ad tertiã quæ ſumitur ex cõcilio apoſtolorum, reſpõdetur nõ eſſe ad ꝓpoſitum: quoniã in cõcilio illo fuit B. Petrus & præſidẽs, & ad mãdatum eius ſiue ordinationẽ electio illa facta eſt. Vnde ait, Viri fratres, oportet impleri ſcripturã quam prędixit ſpiritus ſanctus p os Dauid d Iuda, &c. & infra. oportet ergo ex his q nobiſcum ſunt cõgregati teſtem reſurrectionis Chriſti nobiſcũ fieri vnũ ex iſtis. & ſequitur. & ſtatuerunt duos. Ecce manifeſtè, q̃ principatus huius electiõis fuit apud eum, qui caput, & vertex erat apoſtolici chori, vt dicit Chryſo. ¶ Ad quartã, quæ ſumitur ex. c. primates. reſpõdetur, q̃ ſynodus authoritate papæ cõgregata bene poteſt cõdemnare epiſcopos, ſi ad hoc habeat ſpeciale mãdatum. Vnde glo. in. c. allegato. nulli. 5. q. 4. dicit ſic loquẽdo de ſynodo. Authoritate generali audiri põt cauſa epiſcopi: ſed non poteſt terminari ſine ſpeciali mãdato apoſtolicæ ſedis. hæc ibi. Quæ glo. eſt multùm notãda in hac parte, cùm expreſsè cõfirmet propoſitũ. ¶ Ad quintã, quæ ſumitur de practica antiquorum generaliũ cõciliorum, reſpõdetur, q̃ non facit ad propoſitũ: quoniã omnia illa in cõcilijs præfatis geſta facta ſunt authoritate Roma. pont. ſicut patet ex ſuperioribus. Tum ſecũdò: quia licèt de aliquibus, ad quæ erant cõgregata cõcilia, & ad eorũ depẽdẽtia patres ſe intromiſerũt, non tñ de omnibus paaticularibus cauſis & omnibus reſeruatis apoſtolicæ ſedi. ¶ Ad ſextã, quæ ſumitur ex ca. Inter cætera. 10. q. vlt. & in. c. Si clericus. 11. q. 1. reſpõdetur ſicut ad præcedẽtia, q̃ in omnibus geſtis illis cõcurrit conſenſus & authoritas Roma. pont. & ita capitula illa non militant cõtra concluſionem noſtram. ¶ Ad ſeptimã, quòd ſumitur ex. c. Presbyter. diſt. 81. & ex. c. Presbyteros. diſt. 50. reſpõdetur primò, quia nõ faciũt ad propoſitũ: quia illa nõ ſunt cõcilia vniuerſalia, de quibus loquimur, ſed ſunt prouincialia, ſicut patet ex rubri. Secundò reſpõdetur ſicut ad præcedẽtia, q̃ diſpẽſatio illa facta eſt authoritate Roma. pon. Vnde in. c. præfato. presbyter. quod eſt cõcilij Grangeñ. ita habetur. Presbyter ſi fornicationẽ fecerit, quãquam ſecũdùm canones apoſtolorũ debeat deponi, tamẽ iuxta authoritatẽ Sylueſtri papæ ſi in vitio non perduranerit, &c. ¶ Ad octauã, quæ ſumitur ex. c. ſi epiſcopus. 11. q. 3. & ex alijs capitulis eiuſdẽ cauſæ, &. q. Reſpõdetur primò, q̃ in illis capitulis nõ habetur de depoſitione epiſcoporũ, licèt bene de dãnatione, quę dicitur ibi excõicatio. ſicut patet ex glo. c. ſi epiſcopus. Secũdò etiã reſpõdetur, q̃ dato q̃ ita ſit ſicut aduerſarius inducit, illud non fuit factũ ſine ſpeciali authoritate Ro. pon. iuxta glo. c. nullus. 5. q. 4. ¶ Ad vltimam, quæ ſumitur ex practica cõcilij Baſilieñ. reſpõdetur, q̃ practica habita in cõcilio Baſilieñ. in multis fuit exorbitãs ab omni iure introducta per quoſdã temerarios & præſumptuoſos homines. Vnde à practica & geſtis illius congregationis, quæ tot ſcãdala in eccleſia peperit, nulla exẽpla ſumẽda ſunt, ſed potiùs de omniũ fideliũ veniunt delenda pectoribus. Ex iſtis etiã patet, q̃ inualida ſint, omniq; virtute vacua, quę in pragmatica ſanctione regni Frãciæ ex decretis Baſilieñ. continẽtur: qũ multa illorum aut falſa ſunt, aut viribus carẽt, cũ apoſtolicę ſedis nulla ſint authoritate vallata. Nec põt dici, q̃ illa decreta per acceptationẽ illã regni Franciæ minùs bene cõſultè factã (ſalua reuerentia) acceperunt aliquid firmitatis.

Ad octauũ.
Ad nonum.

¶ Ad quæ vniuerſale concilium congregatũ aut congregandũ vacante ſede apoſtolica ſe debet aut poſsit extẽdere: & qua authoritate. Cap. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium uniuerſale congregatũ, aut congregandum uacante ſede apoſtolica ad quæ ſe poſsit extendere, & qua authoritate, oſtenditur.*

POſtquam oſtendimus exiſtẽte in ſede apoſtolica præſule aliquo indubitato ad quæ vniuerſale cõcilium poſsit aut valeat poteſtatiuè ſe extendere. Iam diſcutiẽdum venit ad quæ ſe debeat aut poſsit extendere, ſi congregari contingat apoſtolica ſede vacante. In qua diſputatiõe nobis dicẽdum videtur (ſaluo ſemper meliori iudicio) q̃ vniuerſale concilium congregatum vacante apoſtolica ſede ante Romani pontifi. creationem poſsit & valeat

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

exequi quæ necessariò occurrerēt pro regimine & tuitione ecclesiæ, vbi per dispositionem iuris nō posset prouideri, & quæ sine dispendio magno prorogari nō possent vsque ad creationē Romani pon. Quæ cōclusio faciliter ostēditur: quia nisi detur q̄ vacante sede apostolica, in qua dns posuit ecclesię principatū & gubernaculū populi Christiani apud prælatos ecclesiæ sit potestas prouidendi in casu prædicto necessitatibus imminentibus ecclesiæ, non videtur sufficiēter prouisum ecclesiæ in his, quæ necessaria sunt populo Christiano: quod nullo modo dicendū est de Christo fundatore & capite ipsius ecclesiæ, cuius sapiētia attingit à fine vsq; ad finem suauiter cuncta disponēs, & cuius prouidentia in sui dispositione nō fallitur. Sed si quæratur quomodo hoc esse potest, aut qua authoritate, maximè cùm nō videatur concedendum, q̄ aliquā cōgregatio prælatorum inferiorū à Romano principe sine habitudine ad apostolicā sedem habeat potestatē aliquid ordinādi vniuersaliter in vniuersali ecclesia, videtur nobis respōdendum (saluo semper meliori iudicio) q̄ prælati maiores congregati hoc facere possunt authoritate ipsa quā prius habebāt ab apostolica sede, quę in necessitatis istius articulo videtur ampliata. Pro cuius intelligētia & solutione multarum difficultatū in hac materia videtur nobis notandū, q̄ quēadmodum simplex sacerdos nō obstante q̄ limitatam habeat potestatem iurisdictionis tam quo ad personas, ita vt iure prohibeatur ei quēquam absoluere nisi parochianū ei⁹. vt in.c.Ecce.16.q.1.& in.c.Placuit.de pœni.dis.6.q̄ quo ad casus, quoniam multi sunt reseruati, à quibus ipse regulāriter absoluere nō potest. In articulo tn necessitatis potest absoluere oēs homines, & de omnibus peccatis, & de omnibus sententijs. Tum, quia necessitas non habet legē. 1.q.1. remissiones. Tum secūdò, quia (vt inquit Bernardus) quod cōstitutum est pro charitate, contra charitatem militare nō debet. Ita dicendū videtur in proposito, q̄ prælati ipsius ecclesiæ maiores, qui apostolis in ecclesia succedūt, licèt regulariter habeāt limitatā potestatem & quo ad territoria, quia distinctas habent diœceses & terminos certos, vltra quos non se debēt extēdere, & etiam quo ad casus multos, vtpote qui non sunt vocati in plenitudinē potestatis sed in partē sollicitudinis, vt inquit Greg. in.c.Decreto.2.q.6.& Iulius papa ibi.c. sequenti. in articulo tamen necessitatis ecclesiæ deficiēte per naturalem mortem, aut alio modo summo pontifice omnīno impedito, cui cura & regimē totius ecclesiæ vniuersaliter est cōmissa, videretur habere authoritatē apostolicam ad prouidēdum tantùm tñ in necessarijs, quæ immediatā exigūt expeditionem, si nec illis per antiquam iuris dispositionē prouideri potest, nec prorogari possunt vsq; ad creationem Romani pontificis, sicut in superioribus de dñis cardīnalibus diximus. Ad prouidēdam autem tātùm in necessarijs diximus: quoniam vacante sede apostolica patres congregati nec dēt cardinales debent se intromittere extra casum magnæ necessitatis de alijs particularibus cauis aut de reseruatis apostolicæ sedi: qa sicut vacante sede nullus dicitur succedere Romano pōtifici in plenitudine potestatis, ita nec per consequēs in exercitio aut administratione plena illius: quemadmodum nec capitulum succedit vacante sede episcopo in his quæ ad solum episcopum pertinēt, vtputa in potestate conferēdi beneficia ad collationem solius episcopi spectātia. vt habetur in.c.1.ne se.vacan.li.6. Multa alia induci possunt ad hoc, sed ista nobis sufficere videntur. Ex quibus satis videtur confutata opinio dicentium, q̄ vacante sede apostolica concilium vniuersale congregatū possit exercitium potestatis apostolicæ & administrationē eiusdem vniuersaliter siue plenariè habere sicut papa. Quorū error iudicio nostro inde oritur, q̄ nō intelligūt quomodo claues sint datę vniuersali ecclesiæ: iudicāt enim de vniuersali ecclesia ad modū capituli vnius ecclesiæ collegiatæ, vel ad modū prouincialis concilij, aut ad modū vnius vniuersitatis popularis laicorū, & non rectè iudicāt, quoniā non est simile in hac parte hinc & inde. vt libr.2. maximè circa.c.72. ostēdimus copiosè. Habet ergo concilium cōgregatum vacāte sede apostolica potestatē ampliā ā ad prouidendum ecclesiæ in necessarijs, quæ immediatā, vt diximus exigūt expeditionē, nec prorogari possunt vsq; ad creationē Roma.ponti. ad quā omni studio est festinādum. Itaq; concilium prælatorū in tali casu administrator & executor est necessarius, & nō volūtarius. Et inde est, q̄ in nō necessarijs prędicti prælati nō habent extēsionem potestatis: qa quod necessitate cōceditur, cessante necessitate solui debet. vt in.c.quicquid.de consec.dis.5. & hoc videtur aliàs obseruatū. Vnde cùm auditum esset, q̄ Marcellinus papa mortis metu Dioletiano cōpellente idolis thurificāsset, illico episcopi ex diuersis prouincijs in magno numero

Sapien. 8.

mero nullo eos vocāte ad prouidēdum ecclesię in prędicta necessitate Romā conuenerūt, cognoscētes eorū potestatem in tātæ necessitatis articulo ad hoc se extēdere. Nec debet alicui videri mirū hoc quod diximus de ampliatiōe potestatis in casibus necessitatis: qm̄ vt dicitur in libro de regimine principū, quę ascribitur S. Thomæ, lib.2.ca.19. In duobus casibus ampliatur potestas Roma.ponti. vel ratiōe delicti, vel pro bono vniuersalis ecclesiæ. Quod elegāter ostēdit nobis Hiere. propheta, cui in persona vicarij Iesu Christi dicitur. Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas, & destruas, & dispdas, & dissipes, & ædifices, & plātes, &c. Quod ad rationē dicti ferimus, vbi in quatuor illis vocabulis diuersa genera pœnarū accipimus, quæ infligi possunt vnicuiq; fideli siue subdito, cùm dicit, super gētes. siue dño, cùm dicit, & super regna. Secundū aūt est vnde accipim⁹ ampliatam potestatē cùm postea dicitur, vt ædifices. &c. quæ ad prouidētiā vicarij Christi pertinet pro bono vniuersalis ecclesiæ. hæc ibi. Non est aūt prætereūdum, qđ salubriter videtur cōsultum ad auferēdum omnē dubietatis scrupulū, vt omnia quæ per vniuersale cōciliū vacante sede gesta sunt ac cōstituta per Romanum ponti. futurū confirmētur, sicut practicatū fuit in cōcilio Constātien. in quo creato dño Martino patres cōcilij supplicarunt sanctitati suæ, vt ea quæ ante creationem eius per omnes obedientias simul positas fuerāt constituta, cōfirmare dignaretur: quod & fecit de his quæ ad fidē spectabant.

Hiere. 1.

Secundum:

Tertium.

Quartum.

Quintum.

arguitur ex concilio Senensi, quod legitur dedisse indulgētiam plenariam. ¶ Quintò idem arguitur ex concilio Basilien., quod nō modò rotā audientiæ causarum erexit, sed etiā indulgentiam plenariam dedit pro negotio Græcorum.

¶ In quo obijcitur contra prædicta. Cap. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones quinq; aduersariorum circa id quod dicitur, q̄ concilium vniuersale sede uacāte possit & ualeat exequi quæ necessariò occurrerēt pro regimine & tuitione ecclesiæ.*

Argu. primum.

1 OBijciunt autē contra prædictā conclusionem aduersarij multipliciter. ¶ Primò sic. Vniuersale conciliū representat vniuersalē ecclesiam: sed vniuersali ecclesiæ data est potestas clauiū, cùm data est Petro. quia vt ait Aug. super Iohā. & habetur in.c.Quod cunq;.24.q.1. cùm Petrus claues accepit, ecclesiā sanctā significauit. ergo videtur q̄ cùm ecclesia vniuersalis sit synodaliter cōgregata, possit maximè vacāte apostolica sede omnia ministrare, ad quæ potestas clauium se extēdit. Consequentia videtur clara. ¶ Secūdò sic. Vniuersale cōciliuꝫ vacante sede apostolica potest aliqua, vt habetur ex concessis in præcedenti capitulo: ergo etiā omnia alia. Consequentia videtur bona: quia eadem ratio videtur currere de quibusdam, & de oībus. ¶ Tertiò sic. Concilium vniuersale Constantiense vacante sede confirmauit archiepiscopum Lugdunen. dedit etiam indulgentias, & super irregularitate dispēsasse legitur, quæ videntur reseruata apostolicæ sedi. ergo videtur idem quod prius. ¶ Quartò idem ar-

¶ In quo respondetur obiectionibus prędictis aduersariorum. Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum circa id quod dicitur de concilio congregato sede uacāte, & de eius authoritate, &c. diluuntur.*

Ad primū.

1 PRæfatis obiectionibus non est difficilè respōdere, superioribus bene consideratis. Vnde ad primam, quæ sumitur ex illo, q̄ vniuersali ecclesiæ datæ sunt claues, qđ est fundamentum principale fabularum & errorum aduersariorum, respondetur, q̄ vt superius lib.2.c.70. plenè ostēdimus, id nō habet veritatem ad intelligētiam, quam aduersarij interprætātur, videlicet, q̄ vniuersali ecclesię, quæ dicitur omium fidelium collectio, vt in c.ecclesia, de cōse.dist.1. in omnibus suis mēbris siue diuisim siue cōiunctim data sit clauium potestas. Præterea dicimus, q̄ soli Petro, & in eo suis successorib⁹, quē toti vniuersitati fideliū præposuit caput, & principē dedit, vt dicit B. Cyrillus, quod suum est plenū & ipsum solū: vt ait B. Greg. & Iulius papa: vocauit in plenitudinē potestatis. Quomo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do autem sit intelligẽdum,q̃ cùm Petrus claues accepit,ecclesiam sanctã significauit, suprà exposuimus lib.2.c.15.dicetes,q̃ ideo dictum sit,quia non soli Petro vt singulari personæ datæ sunt claues: quoniã vt optimè arguit beatus Aug.si tantù Petro datæ fuissent, nec iam aliquis absolui posset,nec ligari, nec aliqua recõciliatio fieret in ecclesia: cùm ergo omni die in veritate fiat p prælatos & sacerdotes Christi,sequitur q̃ non tantù Petro datæ sunt,sed in eo omnibus eius successoribus,& vniuersis prælatis futuris in ecclesia p deriuationẽ ab eo in eos.secundù illud quod B. Ambrosius inquit, q̃ in beato Petro oẽs nos sacerdotes claues accepimus, & hoc est ipsum Petrũ,cùm claues accepit, ecclesiã sanctam significasse,vt patet ex litera beati Augusti.bene põderata. Vnde dñs Archi.in rosario hũc locũ ad hanc intelligẽtiam exponẽs, ita dicit.Si hoc tãtùm Petro dictũ est,scilicet vt eius personã non trãsgrediatur, non facit hoc ecclesia, id est, eius authoritas.hæc ille. Planè hæc est vera intelligẽtia illius authoritatis, & ita patet q̃ rectè intellecta nihil facit pro aduersarijs. ¶ Ad secũdam cùm arguitur, potest quædã ergo omnia,respõdetur negãdo consequẽtiam:qm̃ nullam habet apparẽtiam: & cùm dicitur q̃ sit eadẽ ratio de quibusdã & de omnibus, respõdemus q̃ falsum est,quod in exẽplo,quod d simplici sacerdote suprà induximus,apertissimè patet. Licèt enim simplex sacerdos in articulo necessitatis posset absoluere oẽm hominem de omnibus peccatis,& ab omnibus censuris, non tñ hoc potest extra necessitatis articulũ. Item licèt in articulo necessitatis possẽt aliqua,puta quæ necessaria sunt saluti humanæ, sicut est absolutio à peccatis, & ab excõmunicatione si fuerit excõicatus,non tñ alia quæ necessaria nõ sunt,sicut dispẽsare super irregularitatibus,cõferre indulgẽtias, & huiusmodi,qa sine his potest salus animæ haberi. Ita est in proposito, licèt prælati cõgregati pro bono ecclesiæ possint vacante sede facere in casu necessitatis aliqua pro defensione fidei, pro bono vniuersalis ecclesiæ, quæ vsque ad creationẽ Romani ponti. sine magno ecclesiæ dispẽdio differri nõ possunt, nõ sequitur tñ, q̃ possint omnia, aut quæ necessitas non exposcit, aut q̃ etiam idem postea possint: quoniam vt habetur in. c.Quod. 1.q.7.quod pro remedio aut necessitate tẽporis statutũ est,cõstat primitùs non fuisse: quod ergo necessitas p remedio reperit,cessante vtiq; necessitate,debet cessare pariter quod vrgebat: quia aliud est ordo legitimus, & aliud quod vsurpatio ad præsens fieri tempus impellit. ¶ Ad tertiã,quæ sumitur ex cõcilio Constãtiensi,respõdetur, q̃ ratio illa nõ militat multiplici ratione. Primò, qa cùm id quod factũ est tũc cùm per vnã obediẽtiam factũ fuerit, videlicet per obediẽtiam Iohã.23.quæ apud alias duas obedientias,scilicet Gregorij & Benedicti non credebatur facere conciliũ vniuersale, siue ecclesiam catholicã representare,nõ est multùm ponderandũ,sicut nec multa alia ibi facta,sicut superius diximus in varijs locis loquendo de decretis factis per illã obediẽtiam. Secũdò dato q̃ cõcessa fuisset indulgentia per concilũ postq̃ fuerat congregatum ex omnibus tribus obedientijs, ratio adhuc non militat: quia indulgẽtia illa non fuit plenaria,quę reseruatur Roma.pon.hoc enim non præsumpserũt prælati Constãtiæ congregati,sciẽtes q̃ cũ ea quæ sunt multitudinis alicuius distribuere singulis de multitudine solũ cõpetit ordinaria potestate ei qui multitudini præest. distribuere verò thesaurum ecclesiæ papæ soli cõpetit:qui toti ecclesiæ præest,& nõ multitudini.vt S. Tho.in.4. dist.20.dicit.Prætereà cùm ad spõsum solùm pertinere videatur dispẽsatio dotis spõsæ.vt in.l.dote ancillam.C.de rei vend. & ad patrẽ familias thesauri domus in.l.fin. C. de bonis quæ liberis.& huiusmodi.sic summus pontifex ad eum solùm authoritate ordinaria,qui solus vocatus est in plenitudinẽ potestatis, pertinet dare plenariã indulgentiã. Vnde ad papam solũ pertinet indulgentiã plenariam concedere:ad multitudinẽ autem, siue cõgregationem synodalẽ orationum suffragia impartiri. Quod apertissimè colligitur ex forma indulgẽtiarum datarũ in Lateranẽsi concilio pro passagio,quæ habetur in.c.Ad liberandũ. extra de Iudæis & Saracenis. vbi Innocentius in apparatu,& post eum Iohann. An.formã indulgentiarum, de quibus ibi fit mentio, narratis quibusdam, ponẽtes talem dicunt fuisse formam indulgentiarum. Nos ergo de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum apostolorũ Petri & Pauli authoritate confisi,& ex illa,quam nobis licèt indignis contulit Deus,ligandi, atq; soluendi potestatem omnibus qui laborem istum in proprijs personis subierint & expensis, suorum peccaminũ, de quibus veraciter fuerint corde contriti & ore confessi veniam indulgentiã,&c. Sequitur infrà.sancta vniuersalis synodus orationum, & beneficiorum suorum suffragia impartitur, vt eis dignè proficiat ad

Ad tertium

Ad secũd.

ad salutem. Datũ Laterani. 19.kalẽ.Ianuarij põtificatus nostri anno.8.Ecce q̃ synodus tam vniuersalis, tam gloriosa sicut illa, non præsumpsit dare indulgẽtias,sciens q̃ ad spõsum,& ad thesaurarium,& præsidentem huiusmodi dispensatio tantummodo conueniebat:vnde prælati Constantiæ existẽtes non plenariam,sed multo minorem dabant,scilicet centum dierum,vel quadraginta: & hoc authoritate legatorum dominorum cardinalium præfati Iohan.23. qui ex antiqua consuetudine dant centum dies indulgẽtiarum, licèt concilio ascripta sit. Tertiò dato q̃ illa indulgentia plenaria fuit postquã omnibus tribus obedientijs simul conuenientibus concilium habitum est indubitatum,dicimus, q̃ data est sub spe ratihabitionis futuri Romani pont.& ita ratio non procedit. ¶ Ad quartum de concilio Seneñ.respondetur, q̃ non est ad propositum:quia concilium illud non dedit indulgentias,licèt statuerit,q̃ indulgẽtiam talem, vel talem consequerentur præstantes fauorem inquisitoribus fidei: & quicquid ibi statutum fuit,fuit de mẽte & voluntate summi pont.& eius authoritate, scilicet domini Martini. vnde indulgentia illa data, scilicet præstantibus fauorẽ inquisitoribus, sub bulla eiusdem domini Martini processit, vt à domino Paduano bo. me. qui in eodem concilio vnus de præsidentibus fuit, sæpenumero Basileæ audiuimus. ¶ Ad quintũ quod inducitur de Basilieñ. concilio suprà respondimus, q̃ cùm in illo multa præsumptuosè in totius ecclesiæ perturbationem attentata fuerunt, magis memoria illorum execranda venit,quàm ex eo exempla sumenda.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

¶ In quo ostenditur, q̃ Romanus pont. authoritate iurisdictionis superior sit vniuersali concilio. Cap. XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium vniuersale quòd sit minoris authoritatis quàm papa, ostenditur.*

ET si ex supradictis possit quilibet doctus sufficiẽter intelligere veritatem huius quæstionis,quę inter multos decurrit, An scilicet Romanus pon. superior sit iurisdictionis authoritate vniuersali cõcilio, vel ecõuerso,nihilominus pro amplioriillustratione veritatis hoc paucis rationibus probare volumus,videlicèt, q̃ Romanus pon.superior sit vniuersali cõcilio, capiẽdo vniuersale concilũ vt dicit distinctã congregationẽ prælatorũ vniuersalis ecclesię cõdistinctã contra Romanum pon. Licèt autẽ ad hoc probandum efficaces sint oẽs rationes, quas suprà in secũdo libro induximus, ad ostẽdendum,q̃ in ecclesia necessariò esset dandus vnus rector & princeps supremã potestatẽ habẽs super totam vniuersalẽecclesiam, quẽ ipsum vniuersale concilũ repræsentat:nihilominus in speciali,& ex proprijs illud probamus. ¶ Et primò sic. Omne quod tribuit alteri potestatẽ est superius illo, cui authoritatẽ tribuit.hoc patet:qa causa potior est suo effectu. sed papa tribuit authoritatẽ concilio vniuersali, vt suprà circa.c.32.sufficiẽter ostẽdimus.& habetur dist.17.per totũ.& extra de electione. c.significasti. ergo papa authoritate iurisdictionis superior est vniuersalicõcilio. Consequẽtia est bona. ¶ Secũdò. Omne quod tribuit esse & quasi formã alteri, est superius illo,cui esse tribuit.patet hoc.sed papa tribuit esse & quasi formam vniuersali cõcilio illud conuocãdo & approbãdo.patet. Nam absq; Romani pon.licẽtia celebratũ,non concilũ, sed cõciliabulum,aut conuẽticulum nominatur.vt in.c.in multis dicitur.dist.17. ¶ Tertiò sic.Omne illud quod in aliqua cõitate habet rationẽ rectoris & præsidẽtis est superius authoritate tota illa multitudine, cui præest vt rector.patet & colligitur ex primo politicorum:sed papa est rector & præsidẽs cõcilio, vt ostẽdimus suprà in. c.22. ergo idem quod prius. ¶ Quartò sic.Papa tribuit robur canonibus, & cõfirmat sentẽtias cõciliorũ vniuersalium, vt multipliciter ostendimus suprà in cap.34.ergo papa est superior iurisdictionis authoritate vniuersali cõcilio.Consequentia patet. ¶ Quintòsic. Sedesapostolica absoluit, quãdoq; cõcilium ligat & dãnat:ergo sequitur q̃ Romanus põtifex sit superior authoritate cõcilio vniuersali.Consequẽtia patet, & colligitur manifestè ex cap.Inferior.dist.21. Antecedẽs patet ex eo,quod papa Nicolaus in epistola quã scribit patriarchæ & toti clero Constãtinopolitano. necnon & patrũ & prædecessorũ nostrorũ secuti vestigia,q̃ soliti sunt etiã vniuersorũ cõcilia nequiter celebrata cassare põtificum,si qua socia sunt crebrò dictæ,vel exemplaria fortasis epistolæ, quin potiùs nõ solũ hoc,sed & omnia scripta vel aduersus fratrẽ & coepiscopũ nostrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ignatiũ iniquè cõfecta,vel aduersus nos causam illius canonicè prosequentes furiosè deprompta sunt,perẽni dãnationi mandamus. hæcibi.Itẽ patet ex eo,q̃ papa Pelagius vniuersis episcopis p̃ Dardaniã constitutis scribẽs:vt habet in.c.cũcta per mundũ.9.q.3.ait. Sed nec illa prætermittimus, q̃ apostolica sedes frequẽter more maiorũ etiã sine vlla synodo præcedẽte exoluẽdi quos synodus iniqua damnauerat & dãnandi nulla existẽte synodo quos oportuit habuit facultatẽ, & hoc nimirũ pro suo principatu,quẽ B.Petrus apostolus dñi voce & tenuit semper & tenebit. Sanctæ quippe memoriæ Athanasium synodus oriẽtalis abdixerat,quẽ tñ exceptũ sedes apostolica qa dãnationi Græcorũ non cõsensit, absoluit.Sãctæ memoriæ Iohã.Constãtinopolitanũ synodus catholicorũ præsulũ dãnauerat,quẽ simili modo sedes apostolica quia non cõsensit,absoluit.Itaq; S.Flauianũ pontificem Græcorũ damnatũ pari tenore, q̃m sola sedes apostolica nõ consensit,potiùs qui illic receptus fuerat,sedis secũdæ præsulẽ sua authoritate dãnauit,& impiam synodũ non consentiẽdo sola submouit & authoritatẽ vt synodus fieret Chalcedonẽsis sola decreuit. hæc ibi.Ex quibus manifestè patet falsitas interpretationis cuiusdã aduersarij,qui vt scribit,authoritas apostolicę sedis poterat absoluere quos cõcilia ꝓuincialia siue patriarchalia damnauerãt,non aũt quos vniuersalia: vniuersale eñ fuit Ephesinũ secũdum , in quo Flauian⁹ præsidẽs papæ fuerat condẽnatus. ¶Sextò sic. Solus Romanus põtifex est vocatus in plenitudinẽ potestatis: nã solus ipse habet potestatẽ illimitatã, in cuius argumentum,vt dicit S.Tho.in.4.dist.24.papa nõ vtitur baculo sicut alij episcopi,in signũ, q̃ non habet coartatã potestatẽ, quam curuatio baculi designat:sed alij prẽlati,ex quibus cõgregatur concilij, cõuocati sunt in partem sollicitudinis:vt in.c.Decreto.ait Grego.2.q.6.& ita habẽt potestatẽ limitatã, ergo sequitur q̃ papa sit superior authoritate vniuersali cõcilio.¶Septimò sic.Omnis pastor superior est authoritate gregẽ suo,patet:sed papa est pastor omniũ ouiũ Christi,secundũ illud Iohã. vlt.Pasce oues meas. & concilium vniuersale pertinet ad gregẽ Christi , vt patet:ergo necessariò confitẽdum est,q̃ papa sit authoritate superior cõcilio vniuersali.Cõfirmatur sic ista ratio. Conciliũ vniuersale seorsum sumptum à papa , aut est pastor ,aut ouile , siue grex:nõ potest dici q̃ sit pastor,quia nõ potest assignari cui⁹ gregis aut ouilis sit pastor. patet:quia nõ potest dici q̃ sit pastor vniuersalis ecclesiæ:quia cùm illã representet, & authoritate illius dicatur fulciri, nõ potest dici pastor eius , sicut nec superior illa. Non potest dici q̃ sit caput fidelium singulorum qui sunt extra concilium. Tum, quia etiam illos representet , & sit representatiuè ipsi. Tum, quia papa,est pastor omniũ fideliũ:vnius autem ouilis vnus est pastor,secũdùm illud Iohan. 10.Erit vnũ ouile & vnus pastor. Si aũt conciliũ est grex , necesse est si sit grex ouiũ Christi & nõ diaboli,q̃ sit sub Romani pontificis cura & potestate,cui in B.Petro Christus vniuersas oues suas sine exceptiõe quacũq; pascẽdas commisit.¶Octauo sic.Caput superius est non solũ situ,sed etiã authoritate toto residuo corpore.patet:sed Roman⁹ põtifex est caput cõcilij: ergo necessariò dicendum est q̃ sit superior authoritate vniuersali cõcilio.Consequẽtia est manifesta. Maior est nota.Minor etiã notissima,cùm sit caput vniuersalis ecclesiæ , quã representat ipsum conciliũ,vt in superioribus est detonstratũ. Vnde etiã B.Chryso. B.Petrũ verticẽ nominabat apostolici chori . Et synodus Chalcedonẽ.Leonem papam caput suũ profitetur apertè,vt superius introductum est. ¶Nonò sic. Christ⁹ est superior vniuersali cõcilio potestate authoritatis,vt patet.ergo & papa.patet consequẽtia:q̃m papa est vicarius generalis eius,vices ipsius gerẽs in ecclesia Dei, & p̃ consequẽs in cõcilio vniuersali:ergo papa est super cõcilium vniuersale. Vñ B.Cyrillus in libro thesaurorũ dicit,q̃ apostoli in euãgelijs & epistolis affirmarũt Petrũ esse loco dñi & eius ecclesiæ , eidẽ dantes locũ in omni capitulo, & in omni electione. ¶Decimò. Papa præest authoritate & prælatiõe toti ecclesiæ Dei,vtpote qui caput & princeps eius est,vt in secundo li. multipliciter probatũ est:ergo etiam superior est vniuersali cõcilio illam representãti.Consequẽtia est nota.Ex alijs etiã dicendis infrà hoc magis firmabitur. Ex quibus iam dictis & superius per diuersa capitula explanatis faciliter quisque intelliget papam multipliciter esse supra concilium,vi delicet causalitate prælationis, dignitate amplissimæ authoritatis, & extensione administrationis.Ex quo manifestè conuincitur error dicentium concilium vniuersale esse maius simpliciter Roma.pon.authoritate & potestate iurisdictionis.

¶ In quo ponuntur aduersariorum obiectiones. Cap. XLV.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Concilium uniuersale quòd non sit minoris authoritatis quam Papa,pluribus obiectionibus aduersarij ostendere conantur.*

COntra iam dicta de authoritate Roma.pont.& superioritate super vniuersalia concilia, aduersarij multa moliũtur, & inducũt (vt eis appareret) pro se plurima de authoritatibus sacræ scripturæ,& de vniuersalibus concilijs , atq; de dictis sanctorũ patrũ sumpta,addẽtes insuper aliquas rationes,de quibus multis principaliora,& quæ (eorũ iudicio) potiora sunt colligemus quæ sequũtur.

Argu. primum. ¶Primò enim arguunt ex illo Matth.18. Si peccauerit in te frater tuus , &c. sequitur:dic ecclesiæ.in quo loco Petrus,qui futurus ordinabatur summus pontifex , remitti videtur ad ecclesiam in casu iudicij sicut ad tribunal maius,& per cõsequens nõ dubiũ,quin ecclesia vniuersalis synodaliter cõgregata,sit superior ipso papa , cùm nullus remittatur in tali casu nisi ad superiorẽ. Quòd autẽ concilium vniuersale sit intelligẽdum per ecclesiam,cui Christus dixit, dic ecclesiæ. probare nitũtur ex trib⁹. ¶Primò per Grego. qui in registro suo epistola.265. reprehẽdens Iohã. Cõstantinopolitanũ eo q̃ vniuersalem se vocabat , dicit sic.Nos quidẽ in qbus talis tãtaq; p̃ ausum temeratium culpa cõmittitur,seruamus qd̃ præcepit veritas di.Si peccauerit in te frater,&c.seqtur: ego itaq; p̃ resonsales meos semel & bis verbis humilibus hoc,qd̃ in tota ecclesia pectat,corripere studui:p̃ me scribo quicqd humiliter facere debui,nõ omisi:si in mea correctione despiciar , restat vt ecclesiã habeã adhibere.hæc Greg.vbi dicit aduersarius, q̃ per ly ecclesiã adhibẽdam Gregorius intelligat cõcilium vniuersale. ¶Itẽ idẽ probare secũdò nitũtur authoritate Nicolai papæ,qui in ca. Præcipuè. 11.q.3.ita dicit regi Lothario.Cæterũ caue ne qñ nobis secũdùm præceptum dñi duos,vel tres testes adhibeamus,imo verò hoc sanctæ ecclesiæ dicamus: &(quod nõ optamus) de cætero cunctis fias ethnicus & publicanus.hæc ibi.Dicit aduersarius, q̃ ly sanctæ ecclesiæ dicere , intelligat dicere cõcilio vniuersali tanquã tribunali maiori.¶Tertiò probare nitũtur per Albertum magnũ , q̃ dicitur sic exposuisse authoritatẽ illam,dic ecclesiæ.i.prælato.vel synodo.¶Secundò principaliter arguunt ex illo Act. 8. vbi dicitur, q̃ cùm audissent apostoli q̃ erãt Hierosolymis,q̃ recepit Samaria verbũ Dei, miserũt ad illos Petrũ & Iohannẽ.Ex quo arguunt,q̃ cùm missio importet superioritatẽ in mittẽte respectu missi,q̃ collegiũ apostolorum,quod representat cõcilium vniuersale,esset maius,& superius authoritate ipso Petro, & per cõsequẽs cõcilium vniuersale ipso Roma.pon. ¶Tertiò ex illo Act.15.vbi cùm quæstio fieret super obseruatione legaliũ inter apostolos , Petrus volẽs votũ suum dicere,surrexit,vt ait tex. Surgẽs Petrus dixit ad eos. quod videtur fecisse in signũ reuerẽtiæ, sed reuerẽtia debetur superiori, ergo videtur q̃ collegiũ apostolorũ fuerit superius authoritate Petro. ¶Quartò ex cõcilio.8.Constantinopolitano,in quo habetur sic. Si synodus vniuersalis fuerit congregata , & facta fuerit etiã de sancta Romana ecclesia quæuis ambiguitas & cõtrouersia, oportet venerabiliter, & cũ conueniẽti reuerẽtia de proposita quæstiõe scisci tari,& solutionẽ accipere,aut proficere,aut profectũ facere : non tñ sentẽtiam audacter dare cõtra summos seniores pontifices.Ex quo ex aduerso arguitur,q̃ synodus vniuersalis,dum tñ non audacter, sed cũ conuenieti reuerẽtia,aduersus Romanũ pontificem posset proferre sentẽtiam si fuerit incusatus,& per consequẽs,q̃ synodus vniuersalis superior sit authoritate papa. ¶ Quintò ex concilio Constãtiensi,vbi declaratum est, q̃ conciliũ vniuersale habeat à Deo immediatè potestatẽ,cũi quilibet fidelis cuiuscũq; dignitatis sit etiã papalis tenet obedire. ¶Sextò ex eodẽ concilio vniuersali papa Martinus approbãte eodem cõcilio condẽnans articulũ illum nõ esse de necessitate salutis: credere Romanã ecclesiã esse supremã inter alias ecclesias. dicit error si per Romanã ecclesiam intelligatur vniuersalis ecclesia,aut concilium generale, aut pro quãto negaret primatum summi põtificis super alias ecclesias particulares. Ex quo arguitur ex aduerso , q̃ cõcilium legitimè cõgregatum sit super oẽs ecclesias & earũ rectores, & ita supra Romanã & eius põtificẽ. ¶Septimò ex verbis Hylarij papæ,qui cùm quãdam edidisset cõstitutionẽ corrigẽs excessus quorũdam,sic ad cõgregatã synodum dixisse fertur : vt habetur in cap.Quod quis.35.q.9. Quod vt deinceps possit illa tenaciùs custodire,sancta synodus sentẽtiam & propriam suscriptionem accõmodet,vt synodali iudicio aditus recludatur illicitus. Ex quo arguitur ex aduerso papam in ecclesiæ reformatione synodi cõgregatæ

Tertium. *Quartum.* *Quintum.* *Sextum.* *Septimum.*

Probatio prima. *Secunda.* *Tertia.* *Secundũ argum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudiciũ vt supremũ tribunal cognouisse: cùm potentius synodali iudicio q̃ suo aditum ad illicita posse claudi iudicauerit. ¶ Octauò ex verbis Symmachi papæ, qui in synodo præsidens, cùm de valitudine cuiusdã scripturæ, qua cautũ erat, vt si Rom. pon. hoc ex seculo migrare cõtingeret, nõ sine præfecti vrbis cõsultatione cuiusquam noua celebraretur electio, quæstionẽ referret, in mediũ illã voluit in sancta synodo perlegi, vt cuius esset vigoris posset agnosci, dicẽs id agere, ne ipsum in posterũ disputare cõtingeret, cũ sacra posset synodus iudicare, &c. vt in c. Bene. dist. 96. Ex quo ex aduerso arguit, q̃ Ro. pon. profitetur sanctã synodũ iudicare posse super eo, quod abusum cõtinet, & diminutionẽ ecclesiasticæ libertatis. ¶ Nonò ex. 9. itẽ Symmachus. 2. q. 7. vbi ita inquit Gratianus. Itẽ Symmachus papa in Romana synodo dignitate sua spoliat⁹ priùs statui pristino restitui discernitur, & tũc venire ad causam, & si ita rectè videretur, accusantiũ propositionibus respõderet, digna res visa est maximo numero sacerdotum, ac meretur effectũ: sed cùm postmodũ ordinaretur quomõ esset accusandus præfatus papa, vt causam diceret occurrebat, sed ab æmulis est impeditus, &c. Ex hoc arguitur ex aduerso lucidè haberi, q̃ Romani põ. causam si incusatus fuerit, si velut spoliatus restitutioni siue recuperationi intẽdat, deferri debere supremo tribunali vniuersalis concilij. ¶ Decimò ex. c. prouidẽtiæ. dist. 99. vbi B. Anacletus & papa Lucius etiã in. c. vrbes. dist. 80. planè dicũt nõ solùm Petrũ, sed etiã oẽs apostolos, in quibus ipse includebatur, tanq̃ primus distinxisse prouincias, patriarchas, archiepiscopos, & episcopos constituisse, quæ omnia signũ sunt iurisdictionis eminentissimæ. Ex quo arguũt, q̃ Petrus non fuerit maior collegio apostolorũ, & per cõsequẽs nec papa vniuersali cõcilio. ¶ Vndecimò sic. Eleutherius papa dicit in. c. quãuis. 3. q. 6. q̃ à cœtu apostolorũ, quẽ generalis synodus representat, diffinitũ est non nisi Roma. pon. debere diffinire põtificum accusationes. Item Iulius papa dicit in. c. dudũ. 3. q. 6. à sanctis apostolis, & sic ab eorũ cœtu statutũ fuisse non oportere absq; sentẽtia Roma. pon. concilia celebrari, quæ quidẽ (inquiũt aduersarij) eui dentissime demõstrant superioritatẽ congregatorum apostolorũ, & consequẽter concilij vniuersalis in Romanũ pon. cũ ex eorum decretis & non e contra Petri potestas fuerit sublimata. Planè & si diffinitionẽ causę accusati episcopi transtulerit cœtus apostolicus in Romanũ pon. non tamẽ illam à se abdicauit, & consequẽter nec à synodo generali, vt est clarissim⁹ textus. 4. q. 3. c. quisquis. ¶ Duodecimò arguũt sic. Ro. pont. tenetur obedire statutis vniuersalis cõcilij, & illa seruare, nec posse soluere. vt patet in. c. sicut. dist. 15. inqt Grego. & etiã idem habetur. c. cõtra. 25. q. 1. & per multa. c. ibidẽ. ergo, &c. ¶ Tredecimò sic. Sentẽtia Romani pon. examinatur in cõcilijs vniuersalibus. ergo videtur q̃ vniuersale cõcilium superius sit potestate & authoritate Roma. pon. Consequẽtia videtur nota. Antecedẽs nitũtur ostendere tribus exẽplis. Primò de depositione Dioscori facta p̃ Leonem papam quæ fuit examinata in concilio Chalcedonẽsi. Secũdò de depositione Pyrrhi & Sergij facta per Martinũ papã in synodo Romana, quæ fuit examinata in synodo Cõstãtinopolitana. Tertiò de depositione Focij Constãtinopolitani, quæ fuit per Nicolaum & Adrianũ Romanos pontifices, quæ pòst examinata fuit in. 8. synodo. ¶ Decimoquartò sic authoritate B. Ambro. in epistola. 72. vbi ipse referens epistolam B. Damasi papæ directam iudicibus deputatis à Capuen. synodo in causa Bonosi episcopi, sic dicit eũ dixisse. Pro veritate, vel pro modestia nostram sentẽtiam scisciscitari voluistis: sed cùm huiusmodi fuerit cõcilij Capuẽsis iudiciũ, vt finituri Bonoso ac eius accusatoribus iudices tribuerent, & præcipuè Macedones, qui cũ episcopo Thessalonicẽn. de eius factis agnoscerẽt, aduertimus, q̃ nobis iudicãdi fórma competere non posset. Nam si integra esset hodie synodus, rectè de his, quę cõprehẽdit vestrorum scriptorũ series decerneremus. Vestrum est ergo qui hoc recepistis iudicium sententiam ferre de omnibus: vicẽ enim synodi accepistis, quos ad examinãdum synodus elegit. Deniq; cũ Bossus episcopus post iudiciũ vestrũ misisset ad fratrẽ nostrũ Ambrosium, qui eius sentẽtiam cõsuleret, interdictã sibi ecclesiã interrũpere ac ingredi respõsum est ei, q̃ nihil temerandum foret, sed omnia modestè patienter oportere ferẽda, nec contra sententiam vestram tentãdum aliquid, vt quod videretur vobis iustitiæ cõuenire, statueretis, quibus hæc synodus dederat authoritatẽ. Et ideo primum est, vt hi iudicent, quibus iudicandi facultas est data. Vos eñ totius vt scripsimus synodi vice discernetis: nos eñ quasi de synodi authoritate iudicare non conuenit, &c. Et infrà subiũgit sic: vnde vestræ normam expectamus sententiæ. hæc ibi. Ex hoc arguunt aduersarij, q̃ Romanus põtifex fatetur,

Octauum. Nonum. Decimum. Vndecimũ. Duodecimũ Decimum tertium. Decimum quartum.

tur q̃ si synodus integra fuisset, hoc est si alteri causam non delegasset, ipsum de causa potuisse cognoscere: sed quia synodus alij delegando prœuenit, dicit se iudicandi onus non posse assumere, cùm illi synodi vice decernãt sibi autem de synodi authoritate iudicare nõ conuenit, cũ tamen si ipse synodo superior foret, aduocare posset causam per synodum delegatã. de appel. c. Vt nostrum. ¶ Decimoquintò sic ex authoritate eiusdem Ambros. qui in quadam præfatione dedicationis altaris maioris ecclesiæ Mediolanẽn. inter alia dicit sic: per Christũ dominum nõstrũ qui eminentiam potestatis acceptæ ecclesiæ contulit, quam pro honore susceptо reginam cõstituit, & sponsam cuius sublimitati vniuersa subiacet. &c. Ex quo arguitur sic ex aduerso: si igitur eminentiam potestatis acceptæ contulit ecclesiæ vniuersa eius subijctens potestati, necessariò contulit quod in eãdem transtulit potestatẽ summũ pon. iudicãdi in casu necessario. ¶ Decimosextò sic authoritate beati Hiero. qui in. c. Legimus. dist. 93. dicit sic. Si authoritas quæritur orbis maior est vrbe. Ex quo arguitur ex aduerso, q̃ si authoritas orbis maior est vrbe Romanæ ecclesię, ergo concilij vniuersalis potius, & maius est iudicium, in quo representatio est orbis. ¶ Decimoseptimò authoritate eiusdẽ Hieron. sic. Hieronymus loquẽs in quadam epistola ad Damasum papã de supremo ordine ecclesię, scilicet episcopali, sic ait. De hoc officio amplius disputare non possum: q̃m quicquid in clericis consecratum est, prædixi episcopum solum habere. Manifestũ est in illis partes & mẽbra virtutũ in ẽpo plenitudinẽ diuinitatis corporaliter habitare: atq; ita est, vt in ẽpis Deum, in presbyteris Apostolos, qui & ipsi sunt, recognoscas. Et infrà. omnem enim potestatẽ Deus discipulis dedit: & Moysen dominũ dici voluit Pharaonis. Ex hoc arguitur ex aduerso, q̃ si dñs Deus omnem potestatẽ dedit discipulis suis, sequitur q̃ & potestatẽ supra Romanũ pontificẽ dedit Apostolis cõgregatis, quorum vices representant episcopi congregati in vniuersali cõcilio. Cõsequẽtiam probare nitũtur per hoc, q̃ Apostolus loquens de Christo ad Hebræ. 2. super illud Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. dicit, In eo quod dicit oia subiecit, nihil dimisit nõ subiectũ ei. ¶ Decimooctauò sic ex dictis bti Aug. in epla quadã, quã scribit ad Gloriosum Eleusiũ & Felicẽ Grãmaticũ, qui aduersus Donatũ, & aliquos alios calũniatores sententiã quã Melchiades papa cũ ẽpis quibusdã promulgauerat in Ceciliañ. ẽpum in suo ẽpatu cõfirmauerat scribẽs ita dicit. Ecce putemus illos ẽpos qui Romę iudicarũt, nõ bonos iudices fuisse, restat adhuc plenariũ vniuersalis ecclesiæ cõciliũ, vbi etiã cũ ipsis iudicibus causa posit agitari, & si male iudicasse cõuicti essent, eorũ sentẽtiæ soluerẽtur. Ex hoc arguitẽ ex aduerso, q̃ sentẽtia data p̃ Ro. põ. si recta nõ fuerit, retractari posset per vniuersalẽ synodũ tanq̃ per tribunal superi⁹. ¶ Decimonono sic ex dicto Aug. qui in. c. Puto. 2. q. 7. ita dicit. Cùm Petrus à Paulo posteriore corrigitur, & pacis veritatis vinculo custodito ad martyriũ promouetur, quanto facilius & fortius quod per vniuersæ ecclesiæ statũ firmatũ est, vel vnius ẽpi authoritati, vel pro vnius prouinciæ cõcilio præferẽdũ est? Ex quo ex aduerso cõcluduntur duo. Primũ est, q̃ Petrus, licet esset summus pontifex nõ rectè agẽs à Paulo bene sentiẽte licitè argui potest. Secundũ est, q̃ statutũ vniuersalis cõcilij statuto cuiuslibet episcopi etiã Romani præferẽdũ sit. ¶ Vigesimò sic ex glo. in. c. Anastasius. di. 19. vbi ponit, q̃ vbi de fide agitur, tũc synodus maior est papa. ¶ Vigesimoprimò sic. Concilium vniuersale nõ potest errare in fide, vt videt, papa verò sic. vt in. c. Si papa. dist. 40. ergo cõciliũ vniuersale est superius Romano pon. ¶ Vigesimosecundò sic. Ex gestis octauę synodi, vbi reperit dixisse Zacharias episcopus cõtra sentẽtias Nicolai papę & Adriani summorũ pontificũ, & omniũ patriarcharũ canon princeps est, & secũdùm illũ agentes nihil faciũt extra illud qd̃ decet, cùm verò extra hũc faciunt siue papa Nicolaus, siue alius quis, non acquiescimus. ergo videtur q̃ si canon sit princeps papæ, q̃ per consequẽs concilij. ¶ Vigesimotertiò sic. Concilium vniuersale iudicat & deponit papã. ergo concilium vniuersale est authoritate superius papa. Cõsequẽtia est manifesta: quia huiusmodi iudiciũ nõ est nisi superioris. vt patet ex. c. inferior. di. 21. Antecedẽs etiã patet, tũ ex. c. præallegato. si papa. di. 40. tũ ex practica sępe habita in ecclesia. ¶ Vigesimoquartò sic. Si cõciliũ vniuersale nõ est maioris authoritatis q̃ papa, tũc frustra fit celebratio vniuersaliũ cõciliorũ, sed hoc nõ est dicendũ, ergo idẽ quod prius. ¶ Vigesimoquintò sic. In ca. de quib⁹. di. 20. traditur ordo talis seruãdus in solutione alicuius quæstionis, vt primũ recurrẽdũ sit ad scripta veteris vel noui testamẽti, secũdò ad canones Apłorũ vel conciliorũ: tertiò ad decreta & decretalia summorũ põtificũ. Ex quo arguũt aduersarij, q̃ cõciliũ vniuersale, cuius

Decimum quintum. Decimum sextum. Decimum septimum. Decimum octauum. Decimum nonum. Vigesimum primum. Vigesimum secundum. Vigesimum tertium. Vigesimum quartum. Vigesimum quintum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

le,cuius sunt canones, sit superioris autoritatis,q̃ Ro.pon. cuius sunt decretalia. Alia argumenta tangentur cùm de appellatione infrà erit sermo, & alia tacta sunt in secundo libro.circa cap.97.

¶In quo respondetur obiectionibus præfatis. Cap. XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorũ asserẽtiũ concilium universale nõ esse minoris authoritatis quàm papa refelluntur.*

HIs non obstantibus, quibus facile est respondere,licet sint multa numero, standum videtur firmiter in sentẽtia priùs posita, videlicet, q̃ papa Christi generalis vicarius, & vices suas & locum tenẽs in terris,non solùm quolibet prelato ecclesiæ particulari est authoritate maior,atq; superior, sed etiam concilio vniuersali ex omnibus alijs mundi prælatis cõgregato. Vnde dicẽdum est ad singulas rationes. ¶ Ad primã respondemus sicut aliàs in secundo lib.c.98. responsum est plenissimè,vbi in conclusione habitum est,q̃ per ly ecclesiam,ad quam sicut ad iudicem videtur quisq; fidelis remitti in authoritate illa Matthæ.18.dic ecclesiæ.non est regulariter necipienda vniuersalis ecclesia,nec per orbem dispersa,nec in vnum synodaliter congregata, sed prælatę ecclesię, iuxta expositionẽ Chrysost.beati Augustin.& beati Thomæ, & quasi omnium doctorũ antiquorum. Ad illa autẽ testimonia inducta per aduersariosad probãdum q̃ præfatus tex.dic ecclesiæ. sit intelligendus de concilio vniuersali,respondemus q̃ falsum sit,q̃ aliquis illorum doctorum voluerit hoc intelligere.Quod patet discurrendo per singulos.Non quidem beatus Gregorius cùm ait. restat vt ecclesiã habeam adhibere. quoniam ibi ecclesiam, non vniuersalem ecclesiam,quæ collectio est omnium fidelium nec synodum vniuersalem vocat,sed disciplinam, aut cẽsuram ecclesiasticę authoritatis. Quod patet manifestè ex duobus. Primò ex forma sermonis:ait enim. Si in mea correctione despiciar,restat vt ecclesiam debeam adhibere.Quod nihil aliud videtur sonare, quàm si in mea correctione,quã sæpe feci meis literis,& per nũtios meos despiciar, restat vt disciplinam ecclesiasticã adhibeã, puta excõicationis,vel suspẽsionis. Secundò colligitur hoc idẽ ex gestis beati Greg.circa illã causã: qm̃ despectus btũs Greg. in correctione sua à præfato Iohã.patriarcha Constantinopolitano,non adhibuit vniuersale cõciliũ ad correctionẽ illius,sed disciplinã ecclesiasticã:vnde mandauit respõsalibus suis,quos ad Constantinopolim mittebat, ne cõmunicarent cum eo in diuinis. Vnde idẽ Greg.scribẽs imperatori Mauricio,de eodẽ dicit, Eundẽ fratrẽ, & cõsacerdotẽ meũ studiosè admonere curaui,vt si pacem omniũ concordiãq; desiderat,à stulti vocabuli appellatiõe cõpescat. Item in epistola sequẽti ad Eugenium epũm Alexandrinũ & Anastasiũ epũm Antiochenũ de Ciriaco patriarcha, qui secutus fuerat Ioh.in vsurpatione nois vniuersalis dicit sic. Meus verò diaconus cum prędicto fratre nostro Ciriaco missarũ solẽnia celebrare nõ debet:quia prophanum vocabulũ culpa superbiæ aut cõmisit,aut sequitur:ne si (quod absit)ei tali elatione posito procedit,vanitatem stulti nois cõfirmare videamur: eundẽ verò fratrẽ admonere studui, vt se à tali superstitione corrigat:quia si hanc nõ correxerit, pacem nullo modo nobiscũ habebit.Itẽ in epistola alia ad eundẽ Ciriacum patriarchã ita scribit.Cũ ea charitate, qua dignũ est, studemus,vt prophanã elationẽ peruersi superbiq̃ que vocabuli scandalũ de medio ecclesiæ festinetis auferre,ne à pacis nostræ societate diuisi inueniri possitis.hæc ille. Ecce quid beatus Greg. vocat ecclesiã, quam adhibere vel adire voluit:quia non nisi ecclesiasticã censurã,quam ipse facere poterat. Secundò respõderi potest,q̃ dato q̃ beatus Greg.per ecclesiam ibi cõciliũ vniuersale intelligere voluisset,non sequitur propter hoc,q̃ conciliũ vniuersale sit superius authoritate Ro.pon.cùm vt ipse Grego.scribens imperatori Mauricio contra præfatũ Iohã.patriarchã Constantinopolitanũ dicat. Ecce claues regni cælestis accepit Petrus:potestas ei ligandi & soluẽdi tribuitur: cura ei totius ecclesiæ & principatus committitur, & tamen vniuersalis Apostolus non vocatur. Vnde non est accipiendũ,q̃ adhibiturus erat ecclesiã tanq̃ tribunal maius, sed ad maiorem cõfusionẽ & erubescentiã illius,quẽadmodũ inquit glo. Hiero. super illud Matth.18.dic ecclesiæ. vt scilicet maiorẽ erubescentiã patiatur. post hæc oĩa sequitur excõicatio, quæ fieri debet per os ecclesię,id est per sacerdotẽ. ¶ Quod verò secũdò inducitur ex.c.Præcipuè.11.q.3.etiam non facit pro aduersarijs:quia cum Nicolaus papa dicit q̃ dicamus ecclesiæ:nomine ecclesiæ non intelligit vniuersalem ecclesiam,vel vniuersale concilium, sed seipsum designat, vt in iudicio præsidentẽ.Nam vt S.Tho.tam in.4.di.19.quàm in.2.2.q.34. pertractans intellectum præfatę authoritatis.Si peccauerit in te.&c.die ecclesiæ,dicit,quòd dicere prælato in iudicio præsidẽti est dicere ecclesiæ: & q̃ ita sit in præsẽnti loco, patet per glossã præfati.ca. quæ ita habetur.sic ergo in causa denuntiationis idem potest esse iudex, accusator,& testis.extra de Symo.c.Licet. Quod verò tertiò inducitur ex Alberto Magno,nõ facit pro aduersarijs propter duo. Primò,quia falsum est,q̃ ita Albertus Magnus dixerit sicut allegat, sed verba sua formalia sunt quæ sequuntur:dic ecclesiæ.id est prælato in conspectu,vel synodo,ita quòd synodo est ablatiui casus,sicut ly cõspectu.Secũdò, quia dato q̃ diceret Albertus sicut inductum est ex aduerso,non sequitur propter hoc aliqua superioritas in synodo supra Romanum pontificem,vt manifestum est. ¶ Ad secundã rationem principalem de actibus Apostolorũ 8.ca.respondetur, quòd falsum est, q̃ semper missio importet superioritatem in mittente respectu personæ missæ, vt plenissimè ostendimus in.2.lib.c.14.ibi vide.¶ Ad tertiã,quę sumitur ex illo Act. 15. surgens.&c. dicendum,quòd parum valet: quoniã beatus Petrus non dicitur surrexisse ad loquendũ propter reuerentiam exhibendam alijs Apostolis tanquã maioribus,aut subiectionem ostendẽdã,cùm princeps esset Apostolorũ & caput Apostolici chori,sed vt in tãta multitudine meliùs audiretur, vt Nicolaus de Lyra exponens illud Act.11.Exurgens Petrus dicit. Et simili modo respondetur ad aliam obiectionem aduersariorum,qua arguunt ex eo, q̃ præsidentes papæ legũtur quandoq; cũ deberent loqui surrexisse in concilijs vniuersalibus, sicut in.6.concilio in actione.1. ¶ Ad quartam de synodo.8.respondetur,quòd authoritas illa sano oculo bene visa,consideratis etiã,quæ præcedunt,non facit aliquid pro aduersarijs,sed magis contra.Quod sic patet. Dicit enim synodus illa,quòd si aliqua ambiguitas orta fuerit de ecclesia Romana, liceat venerabiliter & cum conuenienti reuerentia scisitari;id est perscrutari de illa, & sic venerabiliter perscrutãdo,solutionẽ accipere,aut pficere,aut pfectũ facere,nõ tñ audacter sententiã dare.Et quasi rationẽ assignans, subiũgit contra summos senioris Romę põtifices. Planè Ro.põ.nõ esset summus,si cõtra eũ ex superioritate quis posset sententiã dare.Cõsequentia verò,quã aduersarij faciũt, dicẽdo q̃ synodus & si non audacter,tamen reuerẽter posset ferre sententiã contra Ro.pon. est nulla,quia in hoc vacat argumentum à contrario sensu:quia nõ esset reuerentia, sed irreuerentia,&cõfusio,& temeraria præsumptio contra summum pontificẽ inferiores põtifices ferre sententiã. Similia notat Archi.in.c. Non decet.di.12. super illo verbo,præceptis apũcis nõ dura superbia resistatur. ita dicẽs: vacat hic argumẽtũ à cõtrario sensu,quia nõ esset humilitas,sed superbia: nõ discretio,sed indiscretio si ei resistatur. ¶ Ad quintã, quæ sumitur ex declaratione factæ Constãtiæ per patres aliquos obedictiæ Iohan.23. sic in sua obedientia nominati sufficiẽter respondim⁹ suprà lib.2.c.99.ibi vide. ¶ Ad sextam, quæ sumitur ex bulla dñi Martini, respondetur negando cõsequentiã:qm̃ ex hoc quòd synodus vniuersalis dicatur suprema inter alias ecclesias,nullo modo sequitur, q̃ authoritatis superioritate sit supra caput suũ,quod est Romanus põtifex:maximè cùm tota authoritas ipsorũ conciliorũ,& nomen,& dignitas ab apostolica sede,in qua dñs totius ecclesiæ posuit principatum,censeatur dependere. vt di.17.per totum. ¶ Ad septimam,quæ sumitur ex.c.Quisquis.35.q.9.respõdetur, quòd aduersarij in duobus peccant. Primò, quia malè allegant authoritatẽ.Secundò, quia ex illa malè concludunt.Primum patet: textus enim ille non habet sicut inductus est, sed sic. dicit enim Hilarius papa, quòd scilicet constitutum per eum vt deinceps posit tenaciùs custodiri si placet omnes vos sententias,& subscriptiones proprias accommodate. &c. Secundum patet, scilicet, quòd ex illo textu malè arguatur ex aduerso: quoniam papa Hilarius non requirebat sententias & subscriptiones patrum illius synodi tanquam superioris tribunalis, aut maioris potestatis: sed quia omnium eorum interueniente consensu, & approbatione tenaciùs, vt habet textus, sententia sua ac institutio custodiretur. Superius enim diximus, quod cõsensus & approbatio synodi multùm operatur tam ad faciliorem obedientiã statutorum Ro.põ.quàm ad firmiorẽ custodiam eorũ.Præterea si aduersarius cõsideraret plenè tex.illũ, magis inuenisset eum contra se,q̃ pro se. Tum ex eo, quia papa in illo concilio dicitur præsidere.Secũdò ex hoc,q̃ ipse solus regulam dabat in reformatione ecclesiæ, & synodus assentiendo concurrebat. ¶ Ad octauam,quæ sumitur ex.c. Bene.dist. 96.re-

Ad 1. arg. 1

Ad probationem primam.

Ad probationem secũdam.

Ad tertiã.

Ad 2. arg.

Ad tertium

Ad quartũ.

Ad quintã.

Ad sextum

Ad septimũ

Ad octauũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

96.respondetur,quòd in nullo fauet aduersarijs,sed maximè cõfirmat propositum. Quoniam in isto loco non petit papa vt synodus sententiet authoritatiuè tanquam superior iudex quid agendum sit de illa scriptura, sed tantùm vt cõsulat, siue dicat quid appareat suæ discretionis iudicio, vtrùm aliquid roboris habeat illa scriptura,vel nõ. Vnde omnes illi episcopi,qui respondérũt quòd nullius esset roboris,assignauerunt hanc rationẽ:quia apostolicæ sedis, quæ statutis synodalibus consueuit tribuere firmitatẽ,non erat authoritate roborata. Præterea hoc idem fit manifestũ ex verbis ipsius synodi, quæ locuta est post præfatos episcopos,sic dicens. Licèt secundum prosecutionem venerabilium frãtrum nostrorum Laurentij Petri. &c. nec apud nos habetur incertum hanc ipsam scripturam nullius esse momenti, veruntamen & si aliqua posset ratione subsistere, omnib⁹ modis in synodali conspectu prouida beatitudinis tuæ sententia eneruari conueniebat, & irritum deduci.&c. Ecce quòd synodus cognoscẽs principatum authoritatis esse apud Romanũ pontificẽ,profitetur ad ipsam spectare in synodo sententiam diffinitiuam dare quid agendum esset circa præfatam scripturam, vel declarando nullius esse roboris, vel cassando, siue irritando illam, & non ad synodum. ¶ Ad nonam, quæ sumitur ex.§. Item Symmachus.respondetur quòd nõ fauet in aliquo aduersarijs. Tũ primò,quia synodus illa authoritate ipsius Symmachi papæ procedebat. Tum secũdò,quia dato quõd in casu aliquo, vtputa quòd papa incusaretur de hæreli, aut spoliatus & restituẽdus veniat vel non concilium esset iudex cõpetens, iuxta notata per doctores in cap. Si papa. distin. 40.non propter hoc sequitur,quòd concilium supra papam verum ac indubitatum esset superioritate authoritatis,¶ Ad decimam,quę sumitur ex.c. Prouidentiæ.&c. respondetur, quòd nihil facit ad propositum aduersariorum propter multa. Primò, quia Apostoli simul congregati synodaliter non legũtur distinxisse aliquas prouincias, aut constituisse aliquos patriarchas,siue primates,siue archiepiscopos. &c. Secũdò,quia & si Apostoli dispersi per mundum prædicando & conuertẽdo populos ad fidẽ Christi erexerint aliquas ecclesias, & constituerint aliquos prælatos, hoc fecerũt authoritate beati Petri, qui princeps eorũ erat: & quia quod per ecclesiæ Romanæ authoritatẽ factũ est,ipsa ecclesia Romana dicitur fecisse. Dicit enim Nicolaus papa in.c. Oẽs.di.22. Oẽs siue patriarchæ cuiuslibet apicẽ, siue metropoleõ primatus ac episcopatuũ cathedras,vel ecclesiarũ, siue cuiuscunq; ordinis dignitatẽ instituit Ro.ecclesia illã verò ipse solus fundauit,& supra petrã fidei mox nascẽtis erexit,qui beato Petro ęternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura cõmisit. ¶ Ad vndecimã, quę sũmitur ex.c. Quãuis.&.c. Dudũ.3.q.6. respondetur primo,q̃ falsum dicũt aduersarij,videlicet,q̃ cœtus Apostolorum quasi synodaliter cõgregatus talia diffinierit,nec hoc dicũt capitula inducta. Secundò respõdetur, q̃ dato q̃ ita esset quòd aduersarius dicit,videlicet q̃ à cœtu Apostolorũ quasi synodaliter congregatorũ fuerit diffinitũ non nisi Romanũ pontificẽ debere diffinire accusationes episcoporum,& congregare vniuersalia cõcilia, nõ sequitur ex hoc, q̃ aliqua superioritas sit in concilio supra papã, aut fuerit in concilio Apłorum supra Petrũ. Tũ primò, quia talis diffinitio non cõtulit Petro aliquã sublimitatem sicut falsè & erroneè intelligit aduersarius,sed bene declarauit id quod ratione primatus Petro debebatur. Tum secundò, quia falsum est quod subiungit aduersarius,q̃ cœtus Apostolorũ trãstulerit in Petrũ authoritatẽ tam de cõgregandis cõciliis vniuersalib⁹ quàm de determinatione causarũ episcoporũ:qm̃ nihil authoritatis Rom.pon.ab Apostolis alijs susceperit,sed potiùs ipsi ab eo,vt superiùs lib.2.c.54.multipliciter ostẽdimus.& habetur in.c. ita dñs.di.19.& in.c. Loquif.24 q.1. Quodverò aduersarij inducũt de.c. Quisquis. vbi videtur,q̃ olim primas,vel concilium deponebat episcopũ,parum valet, quia hoc fuit de licentia papæ,vt dicit glo.in.c. Accusatis.3.q.6. ¶ Ad duodecimã, in qua dicitur, q̃ papa teneatur obedire.&c. respondetur,q̃ dupliciter potest intelligi papã teneri obedire statutis cõcilij vniuersalis. Vno modo, qa statuta sunt cõcilij vniuersalis:& sic dicimus q̃ falsum est,q̃ papa teneatur necessariò obedire statutis cuiuscunq; cõcilij:qm̃ taliter teneri obedire statutis alterius,dignat inferioritatẽ in eo,qui obedire tenetur:cùm autẽ papa sit super omnia concilia,vt probatum est hoc modo, nullo modo dicendum est teneri de necessitate obedire cuicũq;, nisi Deo, qui solus est eo superior: sicut de hoc nos infrà plenius loquemur. Alio modo potest intelligi teneri obedire statutis concilij, non quia sunt statuta concilij, sed quia sunt de tali materia,puta fidei:aut sunt spectantia ad ius diuinũ,sicut potissimè sunt statuta siue diffi

Ad nonum.

Ad decimũ.

Ad undecimum.

Ad duodecimum

ne diffinita pro maiori parte quatuor conciliorum vniuersalium,de quibus Greg. loquitur in.c. Sicut.dist.15.&.c. Contra.25.q.1.& alia similia. & hoc modo obedire teneri statutis conciliorum, approbatis tamen per sedem apostolicam, ratione materiæ de qua loquuntur,non arguit superioritatem in cõcilijs supra papam,sicut nec in prædecessore, si similia statuat,quæ concernunt fidem,aut ius diuinum. sicut Grego. in.c. Si ea.25.quæs. 1. dicit. Si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt,non constructor,sed euersor esse comprobarer. & hoc est,quia talia sic diffinita in concilijs vniuersalibus nõ habẽt robur à concilijs,sed à iure diuino,cui subijcitur papa. Vnde etiam glo. super cap. Sicut. distin.15.dicit sic. Videtur ergo,quòd papa nõ posset destruere statuta concilij,sed intellige quod hic dicitur contra articulos fidei. Item dominus Archi. in rosario ad idẽ respondẽs dicit sic. Fateor in his,quæ ad fidem pertinẽt & generalem statum ecclesiæ: in alijs potest contra statuta conciliorum venire. ¶ Ad tre decimam,quæ sumitur de examinatione sententiarum papæ,respondetur negãdo assũptum. Diximus enim,quòd falsum est,quòd vnquam sententia Romani ponti. habita sit tanquam suspecta de veritate aut iustitia in aliquo concilio vniuersali, & inde venisse in eo examinanda. Vnde Agapto papa scribens imperatoribus ad sextam synodum de legatis,quos mittebat,ita inquit. Qui suggestionem in qua apostolicæ nostræ fidei confessionem prælibamus,offerre debeant,non tamen tanquã de incertis contendere, sed vt certa,atq; immutabilia compendiosa diffinitione proferre simpliciter. Ea verò,quæ inducta sunt ex aduerso ad probandum antecedens,nullius sunt roboris,si gesta præfatorũ rectè ponderentur. Sententiæ quidem Romanorum ponti. contra præfatos hæreticos non sunt refutatæ aut lectæ in synodis,vt examinarentur per synodum, sed prout ex gestis præfatorum conciliorum colligitur hoc factum esse videtur duplici ratione. Primò, vt omnibus patribus existentibus in concilio notitia fieret sententiarum, quæ datæ erant à Romano pont. Vnde in sexta synodo Georgius archiepiscopus Constantinopolitanus,& quę subest synodus dixerunt ad imperatorem: Petimus vestram trãquillitatem suggestiones directas ad à Deo instructam vestram fortitudinem tam ab Agaptone sanctissimo papa apostolicæ sedis antiquæ Romæ,quàm ab eius synodo relegantur, vt auditum capiamus,quatenus & nos cognitionem accipiamus totius virtutis, quæ in ipsis continentur. hæc ille. Item in octaua synodo in.5.actione habetur,quòd cùm Focius ductus in præsentia synodi interrogatus à synodo ipsa an apostolicę cathedræ iudicia tam de se quàm de Ignatio patriarcha promulgata amplecteretur,& ille taceret,vicarij senioris Romæ dixerunt,Ecce homo,qui obturat aures sicut aspis surda, & non audit vocem, quam ei sancta synodus obijcit, sed vult per hoc silentium effugere condemnationẽ,quã sancta Romana ecclesia ante multos annos promulgauit aduersus eum: veruntamen legantur epistolæ,quæ de eo missæ sunt à sancta Romana ecclesia. Placet ergo omnib⁹ vt legantur: sancta synodus dixit,placet. Ecce quòd ad petitionem vicariorum papæ lectę sunt epistolæ istæ,& hoc vt venirent in notitiam omnium. & non vt examinarentur, an iustę,vel canonicę essent. Licèt autem post completionem primæ epistolæ legantur vicarij papæ dixisse ad synodum ad hoc quid dicit sancta synodus,est canonica expositio ne plena epistola hæc an non? & respondérit sancta synodus canonicam legem cõplet, & synodicã præceptionem,& legislationem. nihilominus ista non sunt facta aut dicta per viam examinationis: quoniã in actione quarta eiusdem synodi omnes epistolæ ipsæ lectę fuerunt iam acceptatæ & commendatæ,nec interrogatio ista vicariorum papæ fuit interrogatio dubitationis,ita quòd dubitarent de veritate epistolarũ apostolicarũ,sed facta est, vt calumniã tollerent aduersariorũ,sicut fuit quæstio illa Iohan. Matth.11. Tu quis es? an alium expectamus. Item, quæstio Christi cũ de Lazaro quærit: vbi posuistis eum? nõ quia ignoraret, sed vt illi qui ostenderent sepulchrum non possent negare, nec calumniari. Ita hic interrogant,vt ex responsione danda per synodum plenùs auferretur calumnia hæreticorum. Secundò, quia condescensum est,vt coram synodo ipsi iudicati siue condẽnati audirentur,si quid vellent contra iudicata obijcere: tam vt obturarẽtur ora obloquẽtiũ, maximè quia cõquerebantur (licèt falsè) nõ audiuisse depositionẽ suã. Vnde dicebãt, audiamus depositionẽ nr̃am, dãnemur nobis audiẽtibus. q̃ vt iustitia Ro. põtificis illustrior fieret. Quod patet ex his quæ habẽtur in actione quarta octauæ synodi, vbi sic legitur. Post hæc magnificentissimi & gloriosissimi principes per Babanim. &c. suprà est in cap.25. ad longum. Cæterùm hoc manifestũ fit ex

Ad decimũ tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fit ex actione quarta, vbi Babanis magnificentissimus patritius diceret, quòd Focius & complices sui ignorarent iudicium factũ per papam contra eos, & ideo deberet corã ipsis sententia condemnationis recitari, dicunt sic vicarij Nicolai papæ. Nobis non licet rescindere iudicium sacrorum Romanorum pontificum, hoc enim contrariũ est canonicis institutis: quoniam præsentes illic per proprios missos & Romæ demorantes contra se sententiam & prolatam damnationem in Focium & in manus impositionem eius & audierunt, & liquidò didicerunt. Veruntamen vt manifestiorem eis iustã iudicationem sanctæ Romanæ ecclesiæ faciamus, ingrediantur, & audiant legi synodicas diffinitiones, & iudicia beatissimi Nicolai papæ, & certificẽtur magis ac magis. magnificentissimi & gloriosissimi dixerunt, hoc probum & bonũ est. hæc ibi. Ex quibus verbis manifestè patet, quòd talis retricatio sententiæ Romani põtificis rationibus assignatis facta in synodo ad insinuationẽ præfatorũ principũ, nullã in synodo superioritatem supra Romanũ pontificẽ arguit. ¶ Ad decimã quartã, quæ sumit ex epistola beati Ambro sij, respondetur, quòd nihil est in illa epistola beati Ambro. quod in veritate faueat aduersarijs, quod ex multis colligitur. Tum primò, quia cùm illud concilium Capuense fuerit prouinciale, & nõ vniuersale, si ratio procederet, non modò vniuersale, sed etiam prouinciale argueretur essẽ supra papam, quod esset error prior peiore. Secũdò dicitur, quòd dato quòd esset vniuersale concilium, epistola in omnibus illis partibus, ex quibus argumenta sumunt aduersarij, habet aliam intelligentiam, quàm aduersarius prætendit. Nam cùm ait Dama. papa, nobis iudicandi forma competere non posset: non est sensus quòd ipse papa non haberet facultatem iudicandi, sed dicit, quòd forma iudicandi, scilicet per modum delegationis à concilio, nõ poterat sibi competere, cùm scilicet esset superior. Et hoc est quod infrà subiungit. Nos enim quasi de synodi authoritate iudicare non conuenit, qui scilicet Christi legatione fungimur, non concilij vestri. Cum verò consequenter ait: nam si integra esset hodie synodus rectè de his quæ comprehendit vestrorum scriptorum series discerneremus. non est sensus ille, quem dat aduersarius, dicens quòd papa confiteatur, q̃ si synodus non delegasset, papa potuisset de causa cognoscere, sed quia synodus delegando præuenit, dicit se iudicandi onus suscipere non posse. Ista sunt verba conficta, nec talia in præfata litera cõtinentur, sed verus sensus est, Damasus papa dicit, quòd si synodus integra esset, conuenienter de causa illa iudicasset, assumendo ad se iudicium: sed quia integra nõ erat, quia iam dissoluta, & iudicium ex parte synodi erat commissum illis iudicibus, quibus scribebat, dicit cùm ad ipsum non pertineat talis forma iudicandi, scilicet per delegationem à cõcilio, q̃ ipsi, quibus causa erat delegata primò iudicent, & ipse expectabit normam sententiæ eorum, & tunc poterit ipse iudicare, eorum iudicium approbando, aut dissoluendo. Vnde nulli dubium est, q̃ ex hoc, q̃ papa noluit assumere ad se causas delegatas per synodum, sed voluit q̃ iudices deputati primò iudicarent, non arguitur q̃ synodus sit supra papam: sed bene verum est, q̃ arguitur in papa honestas, cùm voluerit, q̃ delegatio causæ facta per synodum haberet locũ. ¶ Ad decimamquintam, quæ sumitur ex authoritate beati Ambro. respondetur, quòd authoritas illa in nullo fauet aduersarijs. Dicimus enim, q̃ verum inquit Ambr. q̃ Christus dedit eminentiam potestatis ecclesię, ei cuncta subijciens, sed nõ ad intellectum aduersariorum, scilicet q̃ ecclesiæ vniuersali vt vniuersitati in omnibus eius membris cõiunctim data sit talis excellentia potestatis: quia vt inquit Ambro. lib. de pœ. & habetur de pœni. di. 1. §. certum est. in solis presbyteris ecclesia claues accepit. ergo excellentia potestatis ecclesiæ est in prælatis, & præcipuè in prælatorum prælato Christi generali vicario, qui solus vocatus est in plenitudinem potestatis: & cui, vt inquit Cirillus, omnes iure diuino caput inclinant. ¶ Ad decimamsextam, quę sumitur ex ca. Legimus. di. 93. respondetur, q̃ nihil facit ad propositum propter duo. Primò, quia ibi Hiero. non loquitur de authoritate iurisdictionis orbis respectu ecclesiæ romanæ siue apostolicæ sedis, sed loquitur de authoritate consuetudinis, quæ tantò maioris authoritatis esse dicitur, quãtò generalior est, & à pluribus approbatur: vt colligitur ex cap. Nouit. dist. 12. quemadmodum de canonicis scripturis dicit Augustꝰ. & habetur in. c. in canonicis. di. 19. secundũ quam regulã nõ dubiũ est, quin cõsuetudo orbis maior sit cõsuetudine vrbis, quã apostolica sedes in omnibus obseruare nõ iubet. Quòd hoc modo loquit Hiero. patet ex intẽtione Hiero. loquentis. loquit. n. cõtra cõsuetudinẽ, quæ in vrbe regnabat, vt quidã diaconi pferrentur presbyteris

Ad decimũ quartum. *Ad decimũ quintum.* *Ad decimũ sextum.*

byteris, ex qua consuetudine alij diaconi per orbem volebãt præcedere suos presbyteros, cùm tamen contraria consuetudo esset per orbem: de qua consuetudine ita in tex. loquitur. Quid mihi profers vnius vrbis consuetudinem? quid paucitatem, de quà ortum est supercilium, in leges ecclesiæ vendicas? omne quod rarum est plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius est: diaconos paucitas honorabiles facit, presbyteros verò turba contemptibiles facit. hæc ille. Hoc etiam quod tex. ille de consuetudine loquatur, patet ex gl. quæ sic ibidẽ ait super verbo maior. maior est, & ideo magis est sequenda cõsuetudo generalis, vt hic. Tum secũdò authoritas præfata Hierony. non militat pro aduersarijs: quia Romanus pontifex non solùm vrbis, sed orbis est episcopus, cùm caput & princeps sit vniuersalis ecclesię. Vnde ipse Hiero. de obitu siue ortu sanctorum patrum de beato Petro loquẽs, ita ait. Petrus in Christo ecclesiæ fundamentum Cephas corporis Christi principatus, & caput est, Apostolorum princeps, pastor humani generis, petra ecclesiæ, clauicularius regni. ¶ Ad decimamseptimam quæ sumitur ex quadam epistola cuiusdẽ Hiero. respondetur, q̃ in nullo fauet aduersarijs. Quod enim dicit Hiero. quòd Deus omnem potestatem suam dedit discipulis, sanè est intelligendum: quia non est intelligendũ sic, nec intellexit beatus Hieron. de omni potestate diuina absolutè: quia nec potestatem authoritatis, quæ est solius Dei, nec potestatem excellẽtiæ, quæ est propria Christo, dedit discipulis, sed tantùm ministerialem, vt dicit Augustꝰ. Nec istam ministerialẽ dedit discipulis suis sine ordine: quia omnia quæ sunt à Deo ordinata sunt. Dicit ergo Christus dedisse omnem potestatem discipulis: quia omnes fecit participes illius potestatis, non tamen sic, vt quilibet eorum vocaretur in plenitudinem potestatis, sed vnus tantùm scilicet Petrus, quem caput, & principem omnibus præfecit, sicut ipse Hieron. ait, vt patet in responsione præcedentis rationis. Et ita patet, quòd licèt alij prælati, qui succedunt Apostolis, participes sint potestatis clauium, Roma. tñ pontifex qui succedit Petro, præ omnib⁹ accepit, & per consequẽs omnibus illis siue dispersis siue congregatis maior & superior est. ¶ Ad decimamoctauã, quæ sumitur ex epistola Augustini, respondetur, quòd in nullo fauet aduersarijs, licèt apud eos reputetur Achilles. Patet, quia nõ est intentio beati Augustini dicere in epistola illa, quòd concilium vniuersale sit superi⁹ papa authoritate potestatis. Quod patet: qa in epistola ipsa, sicut & in libro de vnico baptismo, profitetur quòd in Romana ecclesia Apostolicæ cathedræ viguit principatus, qđ verum non esset, si superius tribunal, aut superior cathedra quàm sit Romani põtificis alia daretur. Quod ergo dicit beatus Aug. restabat ergo adhuc plenarium vniuersalis ecclesiæ concilium, non dicit ratione superioritatis principatus, aut potestatis, quæ maior sit in concilio plenario, quàm in Apostolica sede, cùm (vt dictum est) authoritas concilio rum à Romano pont. pendeat, sed hoc dixit ratione amplioris & maioris examinis, quale sperabatur in plenario concilio patrũ totius ecclesiæ. Quòdverò ista sit intelligẽtia beati Aug. patet ex verbis ipsis epistolæ & ex alijs, quæ de ista materia commemorat in libro de vnico baptismo. dicit autem sic in præfata epistola: sed iam tamen quasi haberent q̃ dicerent malos iudices esse perpessos, quæ vox est omnium malorũ litigatorum, cùm fuerint etiam manifestissima veritate superati, quasi non adhuc eis dici posset, & iustissimè dici, Ecce putemus illos episcopos, qui Romæ iudicarunt non bonos iudices fuisse, restabat adhuc plenarium vniuersæ ecclesiæ concilium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari. hęc ibi. Et hoc diccbat Aug. maximè, quia vt in libro de vnico baptismo idem dicit. maiores accusatorũ epi Ceciliani qui innocens fuerat à papa iudicatus, querebantur imperatori, q̃ non plenè fuerit illud iudiciũ Romæ examinatum atq; deprõptũ. Quam ob causam dicebat Aug. q̃ præfati epi accusatores Ceciliani, qui dicebant, licèt falsè, iudicium factũ Romæ minùs plenè fuisse examinatũ, anteq̃ schisma facerent separãtes se ab Apłica sede, debuissent expectasse iudicium vñs plenarij concilij, vbi cũ ipso papa discussio plenior fieret & consultatio. Quod verò cõsequenter dicit Aug. q̃ si malè iudicat se cõuicti fuissent, eorũ sententiæ soluerẽtur: nõ ita accipiendũ est, q̃ authoritate concilij plenarij tanq̃ superioris iudicis potestate sententiæ illæ soluerẽtur, cùm (vt superius diximus) ipse Augu. dicat q̃ in ecclesia Romana sempapostolicæ sedis viguit principatus: sed est intelligendum, q̃ hoc fieret authoritate ipsius Rom. pon. meliùs consulti & informati, cuius authoritate præfatũ cõciliũ veniret cõgregãdũ, ita q̃ ipse papa meli⁹ informat⁹ & cõsultus per vniuersale conciliũ si ita esset q̃ priùs malè iudicatũ fuisset præfatũ Vince-

Rom. 13. *Ad decimũ septimum.* *Ad decimũ octauum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium Innocentem declarando, sententiã suã soluere, vel sententiam aliorum ab eo cõpro batã reuocaret, quod nõ modò mediante cõ cilio, sed solus hoc posset facere. iuxta capi. sententiam. 35. quæst. 9. vnde simile huius le gimus factum in. 6. hinc etiam. distinc. 17. in accusatione papæ Symmachi, vbi authorita te eiusdem & synodus congregatur & sentẽ tiatur in causa. Præterea simile habetur de beato Grego. qui vt habetur in ca. Si quis. 2. quæs. 7. dicit sic. Si quis super his nos arguere voluerit, vel extra authoritatẽ nos facere cõ tendat, veniat ad Apostolicam sedem, & ibi ante confessionem beati Petri mecum iustè decertet, quatenus ibi vnus ex nobis sentẽtiam suscipiat suam. Clarum est autẽ, quòd sententia per Apostolicam sedem siue cõtra papam siue pro eo non nisi authoritate papæ in ea sedentis, à quo eius thronus autho ritatem suscipit, ferenda veniret, aut per alte rum, cui ipse committeret, & ita in proposi to. Et ita patet quòd præfata epistola Aug. bene intellecta in nullo fauet aduersarijs, li cèt in ea plurimùm fundent se aduersarij, si ne tamen ratione iudicio nostro. ¶ Ad deci- *Ad decimũ nonum.*
mamnonam quæ sumitur ex ca. Puto. 2. q. 7. respondetur, quòd in nulla parte facit pro aduersarijs. non equidem in parte primã, li cèt Paulus bene sentiens Petrum non bene sentientem potuerit publicè reprehendere, non tamen propter hoc sequitur, quòd fue rit superior illo officio ecclesiasticæ dignita tis. vt patet ex cap. Paulus. eadem caus. &. q. Non etiam in secũda parte, quia tex. ille nõ est extendendus ad episcopum Romanum qui & caput, & princeps, & iudex est totius ecclesiæ, & à quo conciliorum statuta robur accipiunt, vt sæpenumerò repetitum est.

Ad vigesi- mum. ¶ Ad vigesimam, quæ sumitur ex glo. c. Ana stasius. distin. 19. respondetur, quòd glo. in telligitur, quòd vbi de fide agitur, conuentus synodalis patrum ecclesiæ est maior, nõ ma ioritate potestatis, sed maioritate iudicij di scretionis superior ac maior ipso papa, siue maioritate approbationis, secundùm quòd qui maiori ratione vtitur, maioris authorita tis eius verba esse videntur. vt cap. 1. dist. 20. & secundùm quòd pars, quæ iustiori ratione vtitur, maior esse dicitur, licèt sit minor alio respectu, vt habet glo. in cap. Multi. dist. 40. maior autem discretio, & iudicium verisi militer regularius arguitur esse in omnibus patribus vnius synodi generalis, quàm apud vnum solùm hominem etiam si sit papa, & propter hoc cùm casus est valde dubius, & habet fortes pro vtraque parte defensores, recurrendum est ad synodum: quoniam vt ait dominus Archi. in hoc loco nimis pericu losum esset fidem nostram committere arbi trio vnius hominis. Secundò posset respon deri, quod glossæ decreti propter contradi ctionem, quam implicare videtur parum mi litant. vnde glo. super cap. Quodcunq;. 24. q. 1. dicit sic ar. quòd sententia totius ecclesiæ præferẽda est Romanç, si in aliquo sibi cõtra dicat. ar. distin. 93. legimus. sed contrarium credo. arti. infrà eo. hæc est fides. nisi erraret Romana ecclesia, quod non credo posse fie ri: quia Deus non permitteret. ar. infrà capi. à recta. & cap. pudenda. hæc glo. ¶ Ad vige- *Ad vigesi- mũprimũ.*
simamprimã quæ sumitur ex non posse pec care, respondetur dupliciter, negãdo primò vniuersaliter antecedens, quoniam videtur falsum, sicut patet de Arimineñ. concilio, & de Ephesino secũdo, & de multis alijs, de qui bus infrà habebitur sermo. De Apostolica tamen sede hoc certissimum est, quòd in ea re ligio Christiana semper immaculata permã sit, vt superius ostendimus in secundo libro. & habetur in cap. in sede. 24. q. 1. Secundo re spondetur negando consequentiam. dato etiam quòd antecedens esset verum; conse quentia tamen non valet. Rationem aliàs as signauimus, videlicet, quòd istæ gratiæ sunt diuersi ordinis, & rationis, scilicet non posse errare in fide, aut in moribus, & gratia præla tionis aut potestas iurisdictionis siue clauiũ quæ ita distinctæ sunt, vt vna nõ arguat aliã, sicut manifestum est: aliàs vnus vir laicus aut fœmina in gratia confirmatus aut confirma ta maioris esset authoritatis Romano pont. in gratia non confirmato, quòd non modò est erroneum, vt in secũdo libro ostẽdimus, verumetiam absurdum audire. ¶ Ad vi- *Ad vigesi- mũsecundũ.*
gesimamsecundam de gestis in octaua syn odo respondetur, quòd nihil valet ad propo situm aduersariorum. Quia dictum illud, si cut patet ex eiusdẽ synodi gestis, fuit dictũ Zachariæ pertinacissimi defensoris Focij hæ retici, à quo ille Zacharias erat ordinatus e piscopus, & etiam cum eo condemnatus: vn de verba illa tanquã vnius fatui hæretici non sunt in authoritatem adducenda. Vnde Im perator dicto Zacharię & complicibus eius respondens, vt habetur in gestis, dixit sic. Vs que in præsens in peccato vestro estis, & in sepulchro nequitiæ vestræ iacetis mortui: vn de omnes summi pastores patriarchę cõcor diter vos condemnant. Et infrà. Omnes no uimus quia laici estis, & non adduximus vos latrare,

latrare, & sine ordine facere, verba omnia e nim vestra mẽdacia sunt. hæc ibi. Et infrà in actione sexta contra eundem Zachariã Me traphanes Metropolita Smyrnæ responden do ait, quòd falsum dixerat, dicendo aliquẽ iustificatum per sedem apostolicam dãna tum per ecclesiam, nec damnatũ per ipsam se dem iustificatum per ecclesiam. Et respondit ad singula exempla, quæ Zacharias adduxe rat, vbi quia præfatos hæreticos Zacharias in fauorem errorum suorum induxerat, in ter alia exempla, quòd Apiarium iustificatũ Romanis prędecessoribus Aphricana synodus nõ iustificauerit, sed repulerit, respondit præfa tus Metropolita post multa circa illam histo riam, sic inuenitur ergo Aphricana synodus paruisse potiùs iudicio zozimi papæ Roma ni, atq; per hoc propriam reprobasse senten tiam, & iustificasse Apiarium, nõ vt fassus es restitisse voto Romanorum pon. hæc ille.

Ad. 23. ¶ Ad vigesimamtertiam, quæ sumitur ex eo quòd concilium quandoq; iudicat papã, re spõdetur, quòd non militat illa ratio pro ad uersarijs. Quod patet ex tribus. Primo, quia falsum est, quòd cõcilium vniuersale iure de ponat aut deponere possit Ro. ponti. nisi in casu hæresis, quicquid aliquãdo de facto fa ctum esse legatur, sicut diximus in secundo lib. circa. c. 103. In casu verò hęresis est specia le, vt patet ex. c. allegato. si papa. di. 40. quia papa hæreticus subiectus veniret concilio si cut & quilibet alius fidelis à fide deuiº. Cùm enim per hæresim à papatu cadat, factus est, vt ait S. Th. in. 4. di. 19. omni fideli minor. & idem habet glo. in. c. Achatius. 24. q. 1. vbi sic dicit: hic est casus, in quo papa papam potest ligare, & in quo papa in canonem latæ sentẽ tiæ incidit. Nec obuiat regula illa: quia par parem soluere vel ligare nõ potest: quia si pa pa hęreticus est in eo quòd hæreticus minor est quolibet catholico. Et ad istum casum fa cit cap. inductum ex aduerso. si papa'. vt pa tet legenti illud. dicit enim sic. Si papa suæ & fraternæ salutis negligens deprehenditur in utilis & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus, quod magis officit sibi de omnibus. &c. huiusmodi culpas istic redar guere præsumit mortalium nullus: quia cun ctos ipse iudicaturus à nemine est iudicãdus, nisi deprehendatur à fide deuius. hæc ibi. Et intelligitur vt dicit gl. ineuitabiliter quod ca pitulum (cùm loquatur de papa iam per hæ resim notoriam & contumaciter defensam, in quo casu ipso iure põtificatu sit priuatus: quia remota fide, per quam sit prima connexio hominis ad corpus Christi mysticũ, mẽbrũ ecclesiæ esse desinit, & per consequens caput) manifestè demonstrat, & ex hoc nulla superioritas potestatis arguitur in cõcilio vniuersali super papam catholicum & indubitatum. Secundò hoc ostenditur ex eo, qꝙ li cèt iuxta glo. in. c. Achatius. quæ inducta est parum autè, in casu hęresis papa papã ligare posit, non propter hoc sequitur, qꝙ papa sit potestate superior prædecessore suo, aut suc cessore suo, catholico existẽte. Tertiò idẽ o stẽditur: qꝙ ratio illa aduersariorum si militaret, militaret contra eos, sic arguendo: papa reprobat & damnat mala & iniqua concilia sicut patet de Arimineñ. & Ephesino secundo, & de alijs. vt in. c. cuncta. 9. q. 3. ergo sequi tur potiori etiam ratione qꝙ papa superior sit concilijs vniuersalibus, quod tamen ipsi ne gant, licèt sit verum. ¶ Ad vigesimamquartã *Ad. 24.*
quæ sumitur ex necessitate conciliorum, re spondetur negando consequentiã. Dicimus enim cum dño Henero, & aliàs nos suprà di ximus, qꝙ authoritas totius concilij & autho ritas papæ non sunt aliquid maius quãtum ad ipsam authoritatẽ, nihilominus nõ sequi tur, qꝙ aliquando non oporteat cõuocare cõ ciliũ generale in aliquibus casibus: quia hoc non fit ad habẽdum maiorẽ authoritatẽ, sed ad habendum pleniorem collationem & de liberationem, & etiam ad maiorem solenni tatem & concordiam ecclesiæ: sicut pleniùs in superioribus ostendimus. ¶ Ad vigesimã- *Ad. 25.*
quintam, quæ sumitur ex. c. de quibus. di. 20 respondetur negando consequentiã. Decipiuntur enim aduersarij non distinguentes inter authoritatem & potestatem iurisdictio nis, cùm tamen plures dicantur & sint sapiẽtes & prudentes, ac magnæ authoritatis viri. qui nulla potestate iurisdictionis aut prælatio nis funguntur. Vnde ex isto ordine, quẽ ponit glo. obseruandum in solutionem quæ stionis non sequitur aliqua superioritas iu risdictionis supra papã. Et licèt canones qui fiunt in concilio cum consilio maturo patrũ totius ecclesiæ maioris reputentur authorita tis, id est reputationis, aut appretiationis, q̃ sint decreta facta per solos summos pontifi ces. secundùm illud quod habetur in. c. decre tales. di. 20. quo quisq; maiori ratione vtitur eo maioris authoritatis eius verba esse viden tur. non tamen propter hoc sequitur qꝙ con ciliũ sit maius potestate iurisdictiõis ipso pa pa: maximè quia idem est qui per authorita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem in cõcilio cõdit canones,& qui sine synodo facit decreta & decretales: vnde ex hac parte decretales & canones paris,imò eiusdẽ sunt authoritatis.vt in.c.decretales.di.20.Exemplũ huius assignare possumus in his quæ papa facit cum cardinalibus in consistorio, & quæ solus.Planũ est,q̃ maioris authoritatis reputantur facta per papam in cõsistorio cũ consilio dominorũ cardinalium,q̃ per eũ solũ facta: & nihilominus eiusdẽ roboris, & authoritatis sunt hæc & illa, cũ eadẽ potestate sint edita.Ex quibus omnibus bene consideratis deridẽda venit manifestè nouellorũ magistrorũ temeritas, q̃ antiquos doctores, qui veritate coacti in fauorẽ principatus Romani pontificis locuti sunt,aut de adulatione arguunt,aut de falsa intelligentia & interpretatione sacræ scripturę: in quo stulto & temerario iudicio potissimè ij nouelli magistri tanq̃ præsumptione diabolica repleti veniũt arguẽdi.Quoniã præfati doctores in honorẽ beati Petri & pro eius principatus amplitudine loquẽtes aut sunt Ro.põ.pro Christo martyrio coronati,aut cõfessores gloriosi ab vniuersa ecclia venerati,aut sancti patres, aut in iure diuino & humano cæteris in ecclesia Dei præstantiores doctores.Periculosumvalde esset & insanũ tantorũ sanctorũ patrũ traditiões postponere, imò tanq̃ falsas cõculcare,& assertionibus adhærere nouellorũ istorũ magistrorũ,quorũ caput & magister extitisse videtur OcKam,& eius quidã discipulus Iarson nominat⁹:qui prætermissis sanctorum patrũ & doctorum ecclesiæ expositionibus, scripturã sanctã hæreticorũ more ad propriam voluntatem interpretãtur.Cõtra quos beatus Hiero.in.c.nõ afferamus. 24 q.1.ait.Nõ afferamus stateras dolosas, vt appendamus quod volumus pro arbitrio nostro,dicentes hoc graue, hoc leue est:sed asseramus diuinã stateram de scripturis sacris tãquã de thesauris dominicis, & in illa quid sit grauis appendamus.Et in.c.ridiculum.di.12 ait papa Nicolaus. Ridiculum,& satis abominabile dedecus,vt traditiones,quas antiquitus à patrib⁹ suscepimus, infringi patiamur.

¶Quòd nõ liceat appellare à papa ad vniuersale concilium. Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Cõciliũ uniuersale,q̃ nõ sit tantæ authoritatis, ut ad ipsum liceat à papa appellare, ostenditur.*

QVanuis ex his quæ de superioritate Romani pont.super concilium vniuersale demonstrata sunt,facilè sit inteligere,q̃ appellare non liceat à Ro.pon.ad conciliũ vniuersale,sed magis èconuerso,puta à sententia cõcilij,quam apostolica sedes nondũ approbauerit, ad papam liceat appellare : nihilominus pro ampliore illustratione veritatis id ostendere ex multis curabimus . Præsupponimus in primis,q̃ appellatio fiat ab inferiori ad superiorem iudicẽ,& nõ èconuerso. vt colligitur ex c.omnes.2.q.6.&.ff.à qui.appel.nõ licet.l.1. & in multis alijs locis. Quo præsupposito,dicendum videtur,q̃ nullo modo liceat appellare à Romano pon.ad concilium vniuersale tanquã ad superiorem iudicẽ. Quæ cõclusio in primis ponitur in.cap. ipsi sunt.9.q.3.vbi Gelasius papa ita inquit : ipsi sunt canones, qui appellationes totius ecclesiæ ad hui⁹ sanctæ sedis examen voluerunt deferri, ab ipsa nusquã prorsus appellare debere sanxerũt. Nota verbũ,nusquã:nota verbũ,prorsus.quasi diceret, nullo tẽpore,nullo casu . Amplius hanc conclusionẽ primò rationibus : secũdò authoritate sacrorũ conciliorũ: tertiò ex gestis & practicis in cõcilijs vniuersalibus ostẽdemus veram esse.Primò sic.A iudice,in quo est suprema potestas in ecclesia & totius ecclesiæ principatus non licet appellare ad alĩ quod conciliũ ecclesiæ: hoc patet ex supposito.sed in Ro.põ. est suprema potestas in ecclesia,vt dicit articulus diffinitus per papam Martinũ in concilio Constan. & habetur in c.patet.9.q.3.vbi dicit Nicolaus papa: profectò sedis Apostolicæ,cuius authoritate maius non est iudicium.dicit etiam in.ca.nolite errare.di.11.q̃ in ea dñs totĩ⁹ ecclesię posuit principatũ.ergo sequitur,q̃ à Ro.pon.appellare non liceat ad conciliũ,sicut ad superiorẽ iudicem.Consequẽtia est manifesta: quia aliàs oporteret dicere, q̃ suprema potestas nõ esset in papa,quod est contra articulum. Secũdò sic. A capite non est licitũ appellare ad membra.patet:quia caput præstantius est authoritate suis mẽbris:sed papa caput omniũ fidelium est caput concilij vniuersalis . ergo ab ipso ad quẽcunq; fidelium conuentum siue concilium appellari non potest . Consequentia patet. Et minor etiam patet ex multis locis, maximè in capit.si quis.2.quæst.6. vbi habetur, quòd quisquis pulsatus aliqua aduersitate licenter possit appellare ad apostolicam sedem,& ad eam quasi ad caput refugium habeat. & idem in capit.Romanam.

cadõ

eadem causa.& quæst.Tertiò sic.A matre omnium ecclesiarum & omnium fideliũ nullo modo licet appellare ad filios nec dispersos,nec congregatos: quia mater semper maior est authoritate filijs,& etiam filiorum cõgregatione:sed Romana ecclesia siue apostolica sedes est mater omnium ecclesiarum, sicut patet per multa capitula,maximè per.c. omnes.2.q.6.vbi habetur,q̃ omnes episcopi quibuscunq; aduersitatibus propulsati liberè ad apostolicam sedem appellent, & ad eã quasi ad matrem fugiant.¶Quartò ab eo iudice,cuius est de tota ecclesia iudicare, & de quo non est datum alicui iudicare, non est licitum appellare,patet ex terminis, papa est huiusmodi.ergo ab eo non est licitum appellare ad quẽcunq; alium iudicem . Consequẽtia patet.Et minor habetur in ca.cuncta. 9.q.3. vbi Gelasius papa omnibus episcopis scribens ait . Cuncta per mundum nouit ecclesia,quòd sacrosancta Romana ecclesia de omnibus fas habet iudicandi, nec cuiquã de eius liceat iudicare iudicio : siquidem ad illã de qualibet parte mundi appellãdum est, ab illa autem nemo appellare permissus est.
¶Quintò.Ab illo iudice appellare non est licitum ad iudicem,qui iudicare nõ habet potestatem, nisi ab eo, à quo appellatur. Patet hoc à primo fundamento:sed concilium vniuersale authoritatem constituendi & sententiandi siue iudicãdi habet à papa, vt superius ex multis ostendimus.& facit ad hoc. di. 17. per totũ.&.c.significasti.extra de elec.&.ca. benè.dis.96.ergo à papa ad concilium appellare non licet.¶Sextò sic.Idem est censendũ tribunal Christi & papæ in terris, cùm eius sit vicarius vices eius gerens in terris . Vnde Chrysost. super illud Iohan. vlti. pasce oues meas.dicit,id est loco mei prepositus esto:& caput fratrum tuorum,vt ipsi loco meo te assumentes,vbiq; terrarum te in throno tuo sedentem prædicent,& confirmẽt. hæc ille. Et hoc pariter colligitur ex cap.putamus.de cõsuetu.lib.6. sed pone, quòd à tribunali papæ possit appellare ad illud in terris,aut q̃ ab alio ad tribunal papę non possit appellari, est ponere,q̃ à tribunali Chri appellari liceat.Itẽ q̃ illud tribunal sit maius tribunali Christi, patet:quia omne tribunal mains tribunali vicarij episcopi est maius tribunali episcopi cuius est vicarius,cùm vnum & idem sit vtriusque tribunal, quorum vtrunque est manifestè erroneum.¶Præterea secunda via eadem conclusio ostenditur vera authoritate, scilicet vniuersalium conciliorum. Habetur primò in gestis Ephesini primi concilij statutũ, quòd à sententia sedis apostolicæ nulli liceat appellare.Item secundò ex cap. ne Romani. extra de elect.in cle.quod fuit in cõcilio Viẽnensi,vbi dicitur,quod lex superioris per inferiorem tolli non potest.glo.Iohã.An.dicit, quòd hoc habet maximè verum , cùm inferior ab illo superiore recipit potestatem , in casu nostro cœtus cardinalium à papa.Et sequitur per quod idem videtur de concilio supra eo.tit.cap.significasti.9.q.1.cuncta. hæc ille.Item tertiò Alexander tertius in concilio vniuersali.c.licet.de elect.dicit.In ecclesia Romana aliquid speciale constituitur : quia non potest ad superiorẽ haberi recursus.glo. Hostiens. quia nulla superior : sed ipsa super omnes est.Et idem dicit Iohan.An.ergo videtur quòd iuxta fidem expressam in concilijs vniuersalibus de superioritate apostolicæ sedis ab ea appellari non sit licitum ad quodcunq; aliud iudicium,siue etiam conciliũ.Cęterùm eadem conclusio tertiò ostenditur ex gestis & practicis in concilijs vniuersalibus: & primò ex gestis in concilio Ephesino secũdo,vbi cùm læderetur fides catholica, legati Romani pon.legũtur appellasse . Vnde Leo papa in epistola ad Theodosium imperatorem scribẽs,& rogans,vt Chalcedonẽsi.synodus in correctionẽ Ephesinæ institueretur, ita inquit inter alia.Tota mentis acie reuerẽter aspice beati Petri gloriam , & cõmunes cum ipso omnes sanctorum coronas, cunctorũq; martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio deitatis & verę humanitatis in Christo . Cui sacramento quia nunc à paucis imprudentibus obuiatur,omnes partium nostrarũ ecclesiæ omnẽ mansuetudinẽ vestram gemitibus, & lachrymis supplicant sacerdotes:vt quia & nostri fideliter reclamauerunt, & eis libellum appellationis Flauianus episcopus dedit, generalẽ synodum iubeatis intra Italiã celebrari, quæ omnes offensiones ita repellat.&c.Item secũdò colligit ex gestis Chalcedonẽsi .synodi super eminentia data ecclesiæ Constantinopolitanæ super Alexandrinam,in qua legati papæ leguntur contradixisse , ac ad beatum Leonem papam appellasse.Vnde in actione. 10.eiusdem synodi,ita vicarij apostolicæ sedis dixisse referuntur.Sedes apostolica nobis præsentibus humiliari nõ debet,& ideo quæcunque in præiudicium canonum vel regularum hesterna die gesta sunt nobis absentibus,sublimitatem vestram petimus vt circũduci iubeatis:sin aliàs cõtradictio nostra his

Universidad de Deusto
Biblioteca

gestis inhæreat,vt nouerimus quid apostoli eo viro vniuersalis ecclesiæ papæ referre debeamus: vt ipse aut de suæ sedis iniuria, aut de canonũ euersione posit ferre sententiã. hæc ibi. Item de eadem cõtradictione loquitur Leo papa tã in epistola quã scribit Marciano imperatori, quàm in ea, quam scribit Anatholio episcopo Constantinopolitano. Vnde sanctus Thom. de Aquino in quæst. de pœnitentia. quæst. 10. artic. 4. de hoc memoriam faciens, ita dicit. Etiam Romanus põtifex hæc sua authoritate potest, cuius sola authoritate synodus congregari potest, & à quo sententia synodi cõfirmat, & ad ipsum à synodo appellatur. Quæ omnia patent in gestis Chalcedonẽsis concilij. hæc S. Thom.

¶In quo aduersariorũ obiectiones ponuntur cõtra prædicta. Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones duodecim aduersariorum aduersus id quòd asseritur, quòd à papa ad cõcilium uniuersale appellare non liceat.*

Argumen- primum. 1

ADuersus conclusionem præfatam, quanuis multis & irrefragabilibus testimonijs roboratã, aduersarij multa obijciunt. ¶Et primò quidẽ arguunt ex illo, quod continetur affirmant in concilio secundo Chalcedonen. quòd ab electa synodo nõ posit appellari. *Secundum.* ¶Secundò ex concilio quodam Toletano, vbi dicunt constitutum ellẽ, vt à sententia synodi non appelletur. *Tertium.* ¶Tertiò sic. A lege siue constituto Dei nullo modo est appellandum, sed canones sunt spiritu Dei editi, vt habetur in c. violatores. 25. q. 1. ergo à canonibus, & per consequens à concilijs vniuersalibus, in quibus canones constituuntur, non licet appellare. *Quartum.* ¶Quartò. Concilium vniuersale errare non potest, vt præsupponitur, ergo ab eo appellari non potest. Consequẽtia videtur nota. *Quintum.* ¶Quintò sic. A papa non licet appellare. vt in cap. cunctа. 9. q. 3. ergo multo minus à concilio, quod vniuersalem ecclesiam representat. *Sextum.* ¶Sextò sic. Ex cap. à collatione. libr. 6. idem videtur esse consistorium papæ, & concilij sicut episcopi & capituli, in quo episcopus vt prælatus præsidet. ergo videtur, quod à concilio ad papam appellare nõ liceat. *Septimum.* ¶Septimò sic habetur, quòd à prætore non appellatur ad imperatorem. ergo multò minùs à concilio ad papã. Consequentia videtur manifesta. Et idem arguitur de senatu, à cuius sententia non appellatur. vt. ff. à qui. appel. non li. & inducitur in cap. ecclesia. 16. q. 1. *Octauum.* ¶Octauò ex concilio Aphricano Carthaginen. cui interfuisse dicitur beatus August. Hic patres illius concilij scribunt Celestino papæ non debere appellationes à cõcilio suscipere, subiungentes, quòd ita statutum sit in concilio Nicæno. *Nonum.* ¶Nonò sic. Petrus accepit claues nomine ecclesiæ, vt in ca. quodcunq;. 24. quæst. 1. ergo videtur quòd à concilio vniuersalem ecclesiam representãte nulli ad Petrũ liceat appellare. *Decimum.* ¶Decimò sic. Ab illo iudicio appellare nõlicet, ad quod vltimatè Deus remisit iudicium omnũ causarum, dicens Petro Matthæ. 18. Si peccauerit in te frater tuus. &c. sequitur. Dic ecclesiæ. *Vndecimũ.* ¶Vndecimò sic. Ab illo iudicio non est licitum appellare, quod relinquitur vltimũ quasi examinans omnia alia: sed iudicium concilij vniuersalis est huiusmodi, vt patet per August. in epistola ad Glorium & Eleusium. ergo. &c. *Duodecimũ* ¶Duodecimò sic. A minori siue inferiori ad superiorem iudicem est licitum appellare: sed conciliũ vniuersale est superior iudex, vt habetur ex concilio Constantiensi. ergo idem quod priùs.

¶In quo respondetur obiectionibus præfatis aduersariorũ. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorũ, asserentiũ licère à papa ad uniuersale conciliũ appellare, diluuntur.*

HIs non est difficilè respondere: verũ pro clariore & breuiore respõsione ad obiectiones præfatas & plenioré intelligentiam materiæ est notandũ, q̃ de concilio vniuersali duplicitер possumus loqui, & ità de sentẽtijs datis in eo. Aut enim in concilio præsidet papa vt prælatus & caput concilij per se, aut per suos legatos, & ab eo, & à concilio vnanimi consensu emanant sententiæ. Et loquendo hoc modo sit conclusio nostra prima ista, q̃ nec à concilio ad papam, nec à papa ad conciliũ est licitũ appellare. Patet hæc conclusio, tum quia vnum & idem est tribunal & cõsistoriũ & idem

& idem iudex: modò ab eodem ad eundem non est facienda appellatio. per. c. non putamus. de consue. lib. 6. Tum secundò, quia nullus est superior iudex in terris, ad quem appellatio deuolui posset. Vnde. ff. à qui appel. non li. l. 1. dicit, quòd à principe & senatu appellare non licet. Alio modo loqui possum⁹ de concilio, in quo Romanus pon. nec per se nec per suos præsidentes consentit in sententijs datis, aut diffinitionibus per concilium. Et tunc sit ista conclusio nostra secũda, q̃ in talibus sententijs, aut diffinitionibus, in quibus non interuenit consensus papæ, qui (vt sæpe repetitum est) habet confirmare sententias & gesta conciliorum, licitum est appellare à concilio ad papam. Hæc conclusio manifesta est ex gestis tam Ephesinæ synodi, q̃ Chalcedonensis: vt visum est in. c. præcedenti. His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. *Ad primũ.* ¶Ad primã, quæ sumitur de Chalcedonensi concilio, respondetur, quòd Chalcedonense conciliũ loquitur de concilio vniuersali iuxta primum modum: quoniam electa synodus dicitur, quæ authoritate Romani pon. fulcitur, & roboratur, & cuius authoritate sententiæ eius sunt confirmatæ. Vnde in actione. 6. eiusdem concilij habetur, quòd in omnibus synodis apocrisarij apostolici decretas sententias primò propter authoritatẽ eiusdem sanctæ sedis confirmabant: quia aliàs nullum robur habebant. Vnde etiam, vt habetur ex decretis concilij Antiochen, perfectum concilium dicitur, vbi interfuerit Metropolitanus antistes. Item ibidem illa dicitur plenaria synodus, in qua etiã episcopus Metropolitanus interfuerit. Ita dicendũ est de vniuersali, quòd tantùm tunc dicitur perfectum plenarium & electum, quando in ei⁹ statutis authoritate & consensu interuenerit Roma. põ. qui est totius orbis antistes. *Ad secũdũ.* ¶Ad secundam rationem, quæ sumitur de concilio Toletano, respondetur pari modo: quoniam constitutum illud concilij Toletani, vt ex ei⁹ verbis manifestè habetur, loquitur de his quæ fuerũt diffinitione descripta vniuersalis authoritatis. Manifestum est autem, q̃ nõ possunt dici descripta diffinitione vniuersalis authoritatis, quibus non interuenit assensus Romani pon. qui totius orbis episcopus est, & in quo Deus totius ecclesiæ principatum posuit, vt sæpe dictum est. *Ad tertium* ¶Ad tertiam, quæ sumitur de. c. violatores. respõdetur, quòd propriè sunt canones constituta per vniuersalia concilia interueniente authoritate Romani ponti. quæ canonibus robur impartitur, & à talibus sententijs siue canonibus vniuersalis concilij non appellatur, sic ut nec à papa, vt dictum est. *Ad quartũ.* ¶Ad quartã, quæ sumitur ex eo, quòd conciliũ errare nõ posit, iam responsum est suprà in cap. 46. q̃ præsuppositum hoc non est vniuersaliter verum: quoniam aliqua concilia inueniuntur errasse: vnde quia errat secũda synodus Ephesina, appellatum est ab ea. *Ad quintũ.* ¶Ad quintã, quæ sumitur ex eo, quòd à papa non appellatur. &c. respondetur negando consequentiam: quoniam papa habet supremam potestatẽ in ecclesia: concilium vero tantam quantam papa indulget. vnde non est simile de papa, & concilio, sicut etiam ex superiorib⁹ patet. *Ad sextum.* ¶Ad sextam ex. c. à collatione. respondetur sicut ad primum & secundum argumentum. *Ad septimũ* ¶Ad septimam, quæ sumitur ex eo, quòd à prætore non appellatur. respondetur simili modo, scilicet q̃ à prætore, q̃ speciali authoritate imperatoris sententiat, appellãdum nõ est, sicut nec à concilij sententia, quã Romanus ponti. confirmat. *Ad octauũ.* ¶Ad octauã, quæ sumitur de concilio Aphricano, respondetur, quòd nullo modo militat aduersus propositum. Quod patet ex multis. Primò enim ex hoc, quòd concilium illud fuit prouinciale concilium, & multa videtur dicere quæ non sunt vera: potissimè id quod dicit de concilio Nicæno: quoniam semper quicquid statuant de huiusmodi causis, semper excipitur Romani pon. authoritas. Vnde non est tantæ authoritatis concilium illud, quòd eius dicta necessariò sint admittenda. Quod verò dicunt aliqui, quòd beatus Aug. in hoc concilio se subscripsit, nõ est verum: vt patet consideranti tempus beati Augustĩ. & illius Romani pon. cui illa synodus scribit. Secũdò ratio militat: quia conciliũ illud nõ dicit, q̃ papa non posit suscipere appellationes à concilio: quia sic dicendo, falsum diceret: sed q̃ non debeat faciliter. & indifferenter: & hoc videtur satis rationabile, maximè quãdo appellatio non nisi ad fugiendum correctionem fieri videtur: sicut videbatur in casu illo, in quo non modò sceleratissimus referebatur fuisse episcopus ille, sed etiam conuictus, & confessus dicebatur de criminibus, de quibus erat accusatus. Tertiò respondetur maximè ad rem, quòd hoc Aphricanum conciliũ, quod in multis visum fuerat priùs præsumptuosum aduersus sedem apostolicam, postmodum venit ad obedientiam & reuerentiã debitam, acceptans diffinitionem apostolicæ sedis, vt colligitur ex concilio. 8. Constan

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinopolitano, vbi sic habetur. Inuenitur ergo Aphricana synodus paruisse potiùs iudicio Zozimi papæ Romani, ac per hoc propriã reprobasse sententiã,& iustificasse Apiariũ non restitisse voto Ro.põ.hæc ibi.Quod plenius deducit papa Bonifacius in epistola, quã Eulalio Alexandrino episcopo scribit de reconciliatione Carthaginensis ecclesiæ,& aliorũ episcoporũ,vbi ita dicit.Aureli⁹ enim præfectus Carthaginen.ecclesiæ olim episcopus cũ collegis suis instigante diabolo superbire temporibus prædecessorũ nostrorũ Bonifacij atq; Celestini cõtra Romanã ecclesiã cœpit: sed videns se modò peccatis Aurelij Eulalij à Romanæ ecclesiæ cõione segregatũ humiliãs recognouit se,pacẽ & cõionem Romanæ ecclesiæ petens, subscribendo vnà cum collegis suis dãnauit apostolica authoritate omnes scripturas, quæ aduersus Romanæ ecclesiæ priuilegia factæ quocunq; ingenio fuêre.hęc ibi. ¶ Ad nonã,quæ sumitur ex ca.quodcunq;.respõsum est in.2.lib.circa. c. 75. vbi in sententia dictũ est, q̃ falsum sit, q̃ beatus Petrus claues accepit nõie ecclesię ad intellectum aduersariorũ, nec hoc vult dicere.c.quodcunq;.sicut in superioribus demonstrauimus, & etiam colligitur ex glo. ¶ Ad decimam,vndecimã,& duodecimam respondetur simul, q̃ minor cuiuslibet illarũ rationũ est falsa.Et ad probationes earũ iã respõsum est suprà ca.46. vbi respõsum est tã ad authoritatem illã Matthę. 18.Dic ecclesiæ.q̃ ad epistolã Aug.& ad declarationẽ factã Cõstanti.& plenius in.2.lib.c.72.&.99.

Ad nonum.

Ad reliqua tria.

¶ Quòd vniuersale conciliũ in Ro.pon.verum & indubitatũ extra casum hæresis nullã habeat iurisdictionem. Cap.L.

SVMMARIVM.

1 *Concilium uniuersale in Romanum pontificem uerũ,& indubitatum extra casum hæresis nullam habere iurisdictionem probatur.*

1 EX his quæ de superioritate romani pon.respectu vniuersalium conciliorũ plenè iam diximus, facilè est intelligere nullam iurisdictionẽ nullamq; facultatẽ habere vniuersale conciliũ supra papã verum,& indubitatũ,etiã si deuiet à vitæ honestate:cùm tamen non incidat in hæresim propriè dictã.Planè cùm inferior superiorem ligare, aut soluere, siue iudicare nõ possit,& multipliciter sit demonstratum papam superiorẽ vniuersali cõcilio esse, nulli relinquitur dubia præfata cõclusio. Vnde Apostoli sentẽtia est ad Ro.2. Tu quis es qui iudicas seruũ alienum? suo enim dño aut stat,aut cadit. Verũ quia ista cõclusio ex iã dictis clarissima habetur.& quia in lib.2.c.93.q̃ papa extra casum hæresis iudicem non haberet in terris sufficientissimè rationibus & authoritatibus sanctorum patrũ sacrorum conciliorum diffinitionibus sedis apostolicę determinatione atq; clarissimorum doctorũ sententia & doctrina ostendimus,respondentes etiam obiectionibus aduersariorũ, reputamus superfluum plura ad hoc inducere,& ita breuitatis gratia ab vlterioribus abstinemus. Ex quibus satis apertè, imò apertissimè elidit error & temeritas Basileæ congregatorum, qui sibi vicariũ Christi,& locum eius tenentẽ in terris patrẽ oium Christianorum,pastorẽ gregis dominici,& ecclesiæ vniuersalis principem Ro.pon.verũ & indubitatum,& ita ab vniuersa ecclesia habitum,scilicet Eugeniũ sanctæ memoriæ citare,suspendere, ac deponere quãtum in eis fuit,præsumpserunt. Audacia planè impia: & præsumptio diabolica nullis anterioribus seculis attentata, quæ sanè ampliora futuris temporibus nocitura generasset scandala, nisi omnipotẽs Deus,qui nauis ecclesiæ est certissimus gubernator,ecclesiam suam ab huiusmodi tempestatibus,& turbidis fluctibus seruasset illæsam, Christianorum principũ aliorũq; fidelium mentibus inpirando,vt Basilienſiũ præsumptionibus nec fides, nec locus daretur. Vnde etiã factum est,vt citò eorũ memoria sicut fumus euanescceret, & hoc ideo:quoniã sicut beatus Ambros. in quodã sermone tractans illud Prouer. 30. Tria sunt mihi difficilia:inter quæ ponitur semitas scire nauis nauigãtis.dicit, Nauis ecclesiæ & sinundarum fluctibus atque procellis sæpe vexetur,tamẽnunq̃ potest sustinere naufragiũ: quia in arbore ei⁹, scilicet cruce Christus erigitur:in puppe pater residet gubernator:prorã paracletus seruat spiritus:hanc per angusta huius mundi freta duodecim remiges ducunt duodecim Apostoli,& similis numerus patriarcharum.

¶ Quòd Roma.pon.legibus, & statutis vniuersalium cõciliorum, nec ligatur,nec necessariò subijcitur. Cap.LI.

SVMMARIVM.

1 *Conciliorum generalium leges & statuta,quòd Romanum non ligent pontificem.*

SAnè plenè considerantibus quæ in superioribus parum antè tam de superioritate Ro.pon.supra totam ecclesiam,quàm de vniuersalium conciliorum authoritatis dependentia à Ro.pon.quam rationibus, authoritatibus & exemplis firmiter stabiliuimus, luce clarissima patet,q̃ Ro.pon.nec ligatur,nec subijcitur necessitate quorũcunq; conciliorum:nõ tantùm patriarchaliũ,quia de istis nunq̃ fuit dubiũ:sed etiã nec vniuersaliũ statutis,legib⁹ aut canonibus,quæ sub iuris positiui genere
1 cõprehenduntur. ¶ Primò quidẽ ex superioritate,qua Ro.pon.superior est,& primatum habet vniuersalis ecclesiæ arguendo præfata cõclusio patet. ait enim Nicolaus papa in.c. inferior.dist.21. Non potest iudicio inferior potiorem ligare.vnde propheta ait. Nũquid gloriabitur securis contra eũ qui secat in ea, aut exaltabitur serra cõtra eũ qui trahit eã? His itaq; ex diuina scriptura cõmemoratis, sole clarius exhibuimus nõ posse quẽquam, qui minoris authoritatis est, eum qui maioris potestatis est,iudicijsuis adijcere,aut prọprijs diffinitionibus subiugare.hæc ille. ¶ Secundò idem patet ex eo,q̃ à Ro.pon.vt superius extitit monstratum, canonum conciliorum depẽdet authoritas. Alienũ profectò est à ratione, vt quis legibus illis alligetur coactus,qui legibus ipsis & vim & authoritatem impartitur. Vnde Iurisperitus ait. Princeps solutus est legib⁹ quantũ scilicet ad vim coactiuam. Vnde S.Tho.in.2.2.q.96.ar.6.quærens,an princeps subijciatur legibus,respondens dicit,q̃ princeps est solutus legibus quãtum ad vim coactiuã. Et subdens rationẽ inquit. Quia nullus cogitur propriè à seipso: lex autem nõ habet vim coactiuã nisi à principis potestate,licèt quo ad vim directiuam princeps subiectus sit legi propria voluntate,prout infrà dicet. Cùm ergo Ro.pon.princeps ecclesiæ sit, nullis ecclesiæ legibus ligatur coactus,siue tenetur obnoxius. Notãter dicimus ecclesiæ: quia aliud est de legibus iuris diuini aut naturalis. ¶ Tertiò sic eadem cõclusio apertè demonstratur ex.c.significasti. extra de elec.vbi dicitur, q̃ concilia per Romanæ ecclesiæ authoritatẽ facta sint, & robur acceperint,& in eorũ statutis Ro.ponti. patenter excipiatur authoritas.glo.Hostiẽsis quam superior.9.q.3.cuncta per mundũ.ergo inferior non potest ei legẽ imponere.infrà de ma.& obe.cùm inferior. hæc Hostien. ¶ Quartò eadẽ conclusio apertissimè colligitur ex.c.innotuit.de elec.vbi Inno.3.apertissimè declarat,q̃ canõ vniuersalijs cõcilij etiã confirmatus per papã non ligat eum, sic dicens. Quanuis autem canon Lateranẽn.concilij ab Alexãdro papa prædecessore nostro editus, qui illegitimè natos adeò persequebatur,q̃ electionem talium innuit nullã esse: nobis tamen per eum adempta non fuit dispensandi facultas,cùm ea non fuerit prohibentis intentio, qui successorib⁹ suis nullum potuit in hac parte præiudiciũ generare,pari post eum imò eadem potestate functuris, cùm non habeat imperium par in parẽ. hæc ille. Ex quibus verbis patet etiam manifestè, q̃ potestas papæ, & concilij simul nõ est maior potestate papæ. Secũdò q̃ tota potestas cõstituẽdi aliquid in cõcilio à papa depẽdet immediatè. ¶ Quintò eadem conclusio luce clarissima colligitur ex.§. his itaq; respondetur.25.q. vbi Gratianus volens iura iuribus concordare,quæ in hac parte dissonare videbantur,dicit sic.His itaq; respondetur. Sacrò sancta Romana ecclesia ius & authoritatem sacris canonibus impartitur,sed eis non alligatur:habet enim ius condendi canones,vtputa quæ cardo est & caput omniũ ecclesiarum, à cuius regula nemini dissentire licet:ita ergo canonibus authoritatem præstat,vt seipsam sibi nõ subijciat:sicut Christus,qui legem dedit,ipsam legem carnaliter impleuit octauo die circuncisus,quadragesimo die cũ hostijs in tẽplo est præsentatus, vt in seipso eam sanctificaret: postea verò vt se dominũ legis cõprobaret,contra literam legis leprosum tangendo sanauit: Apostolos quoq; cõtra legem sabbati per sata prætergredientes spicas vellentes & confricantes manibus suis &c. Et infrà hinc de eo dicitur. Erat Iesus docens tanquam potestatem habens,id est, tanq̃ dñs legis addens moralibus ea quæ deerant ad perfectionem, vmbrã figuralium lucem spiritualis intelligentiæ cõmutans: non tanquã scribæ eorum, qui litera legis astricti non audebant aliquid addere vel commutare. Sicut & summæ sedis pontifices canonibus siue à se siue ab alijs sua authoritate conditis reuerentiam exhibent,& eis se humiliãdo ipsos custodiunt,vt alijs obseruandos ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

hibeant, nonnunquam verò seu iubendo, siue dissuadendo, siue discernendo, seu aliter agendo se decretorum dños & conditores ostendẽt. In præmissis ergo capitulis alijs imponitur necessitas obsequendi: pontificibus summis ostenditur inesse authoritas imperãdi, vt à se tradita obseruando, alijs non condẽnanda demonstrent: exemplo Christi, qui sacramenta, quæ ecclesiæ seruanda mandauit, primùm in seipso suscepit, vt ea in seipso sanctificaret. Oportet ergo primã sedem (vt diximus) obseruare ea quæ decernendo mandauit, non necessitate obsequendi, sed authoritate impartiendi: licèt itaq; sibi contra generalia statuta decreta specialia priuilegia indulgere, & speciali beneficio cõcedere quod generali prohibitur decreto. Sacri siquidem canones ita aliquid constituunt, vt suæ interpretationis authoritatẽ sanctæ Romanæ ecclesiæ reseruent. Ipsi nanq; soli canones valent interpretari, qui ius condendi eos habẽt. Vnde in nonnullis capitulis conciliorũ cùm aliquid obseruandũ decernitur, statim subinferatur: nisi authoritas Romanæ ecclesiæ aliter impauerit. hæc ibi. ¶Finaliter patet ergo quòd papa de necessitate non subijcitur canonibus aut statutis conciliorum. Verũ licèt ita sit, de honestate tamen tenetur ista obseruare. Tum secũdùm iam dicta, vt alijs det exemplum obseruandi, secundùm illud. Cœpit Iesus facere & docere. Tũ, vt habetur de consli.c.cũ omnes. quod quisq; iuris in alterum statuit, ipse debet vti eo. Et sapientis dicat authoritas. Patere legẽ quam ipse tuleris. Hoc etiam habetur in.c. confidimus. 25.q.1. vbi dicitur. Confidimus q; nullus iam veraciter Christianus ignoret vniuscuiusq; synodi cõstitutum, quod vniuersalis ecclesiæ probauit assensus: nullam magis exequi sedem præteris oportere, quàm primam. Vbi super verbo, oportere, dicit glossa sic: oportet est hic verbum honestatis. addit Archidi. & æquitatis. Et itaq; patet, q̃ papa non necessitate, licèt bene honestate canones obseruare teneatur. Canones dicimus, quę ipsa sedes apostolica confirmauit.

Act.1.

¶Quòd vniuersale concilium non possit facere contra Romanum pontifi. decretum irritans. Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium vniuersale, quòd contra Romanum pontificem decretum irritans facere non possit.*

VCe clariùs ex præmissis confunditur error nouellorum magistrorum aduersariorum Apostolicæ sedis, qui per prælatos ecclesiæ synodaliter congregatos posse asserunt poni contra Romanum ponti. decretum irritans, & decreta detrahentia constitutionib' papalibus. Et licèt (vt diximus) clarissimum sit eos in hoc errare, vt ex prædictis, tamẽ alia qua modica commemorando, sic breuiter ostendimus. ¶Primò conciliavniuersalia nõ possunt præfigere legem Romano ponti. ergo vniuersalia concilia non possunt contra Romanum ponti. decretum irritans condere siue facere. Consequentia est manifesta. Antecedens patet ex cap. significasti. extra de elec. & habetur in superiori cap. Secundò sic. Contra ordinem naturalis rationis est, q̃ inferior possit annullare aut irritare leges superioris: sed papa est superior authoritate cõcilijs vniuersalibus, sicut caput corpore suo. ergo concilia vniuersalia nullo modo annullare aut irritare possunt facta aut instituta Roma. pont. Consequentia est bona. Maior etiã patet & colligit ex.c.inferior. di.21. Minor est superius multipliciter probata. ¶Tertiò sic. Papa habet supremam potestatem in ecclesia Dei: ergo sequitur quòd nulla potestas ecclesiastica potest facta papalia siue decreta irritare, siue annullare. Consequẽtia est manifesta. Antecedens etiam est notum ex articulo cõcilij Cõstantien. vt suprà induximus. & colligitur etiã ex.c.patet. 9. quæst. 3. ¶Quartò sic. Quicquid authoritatis habent concilia vniuersalia instituendo canones est à Romano pontifice. ergo sequitur, quòd concilia vniuersalia nullo modo possunt irritare aut annullare decreta aut facta Romani ponti. sicut nec stellæ extinguere lumen solis à quo illuminationem suscipiunt. Consequentia patet. Et antecedens probatum est tam in præcedẽti.c. quàm in superioribus. Ex quibus & alijs superius habitis apertè cõfutantur multa somnia & errores magistrorũ nouellorũ Basilien. circa potestatẽ conciliorũ suorũ. Sed de hac materia hic sufficiat: quia super hoc tractatũ aliàs, cũ Basileæ essemus, edidim' copiosum, q̃ de decreto irritãte intitulat cõtra præsumẽtes ibi cõtra ro. põ. in prouisionib' ecclesiarũ irritãs decretũ apponere.

¶Quòd

¶Quòd ad Romanum pon. pertineat canonum sacrorum interpretatio. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Interpretari legem quid sit.*
2 *Interpretationis genera quot sint, ostenditur.*
3 *Concilijs in uniuersalibus si oriatur ambiguitas, q̃ ad Romanum ponticem maximè illius declaratio pertineat.*
4 *Canonum sacrorum interpretatio quòd Romano pontifici maximè conueniat.*

ET si facilè sit intelligere ex superioribus iam enucleatis de principatu Romani pont. respectu vniuersalium conciliorum, q̃ ad Roma. ponti. vt puta ad principem reipub. Christianæ maximè spectet legum ecclesiæ siue sacrorum canonum interpretatio atq; declaratio cuiuscũq; ambiguitatis, quæ de vniuersalibus concilijs nascereturr: nihilominus, vt clariùs id fiat, aliqua ad hæc inducemus. In quorum primis notandum occurrit, quid sit interpretari. Secundò, quot sunt genera in-
1 terpretationis. Interpretari legem, siue præceptum legis, est dare rationabilem intellectũ siue sensum præcipientis & præcepti siue
2 legislatoris in lege quam cõdidit. Genera vero interpretatiõis sunt duo ad præsens: quod dam, scilicet, magistrale, cùm per inuestigationẽ rationis quæritur intellectus canonis, siue legis, aut præcepti: & hanc potest facere quilibet doctus: & hoc in manifestis. i. in his quæ ratione probari possunt: sicut doctores interpretãtur, q̃ præceptum ecclesiæ de ieiunio non obligat pueros, aut notabiliter debiles, aut grauiter laborãtes, siue etiã eos qui tãta penuria fatigãtur, vt non possint vnam refectionem sufficientem habere. Hæc autem interpretatio dicitur probabilis, non necessaria. Vnde ei nõ statur de necessitate, nisi quãtum ratione demõstratur ei stãdum fore. De hac magistrali interpretatiõe habetur. C. de professo. qui in vr. Constan. l. 1. li. 12. & talis interpretatio dicit magistralis quo ad alios: sed quo ad seipsum epikeia, quæ legem interpretatur, vt eam non sequatur in casu in quo apparet eam esse contra mẽtem legislatoris. de quo Arist. tractat quinto Ethic. Respectu etiam sacræ scripturę, vt diximus in secundo libr. est interpretatio etiam quædam magistralis, qua doctores sacræ scripturæ inuestigatione rationis ex alijs sacræ scripturæ locis arguentes interpretãtur talem, vel talem esse sensum sacræ scripturæ in tali, vel tali loco: sicut communiter fit per expositores sacræ scripturæ, de quibus videtur. 2. Esdræ. 8. vbi scribæ dicuntur interpretantes legem in populo. Hæc autem magistralis interpretatio non habet necessitatem, scilicet q̃ liget, sed bene probabilitatẽ: nec ei statur, nisi quãtum ratione ostenditur quòd talis sit de mente Spiritus sancti scripturam sanctam dictantis. secũdùm illud prophetæ. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. glo. 1. Spiritus sancti. iuxta illud Petri. Spiritu sancto 2.Pet. 1.
locuti sunt homines Dei. Et ideo, vt habetur in ca. hæresis. 24. q. 3. quicunq; aliter scripturam sanctam intelligit quàm sensus Spiritus sancti efflagitat, à quo scriptura est, licèt ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. Secundum genus interpretationis est authoritatiuum, cui statur, non ratione aliqua assignata, sed authoritate interpretãtis. Vñ talis interpretatio vocat necessaria: necessitat cm̃ siue obligat ad tenendũ sensum datum per eũ. Et hoc modo legẽ interpretari, non est cuiuslibet, scilicet aut condẽtis (quia eius est interpretari, cuius est condere. ff. de legi. cum de consuetudine) aut paris. Dicitur autem hic par, qui in dignitate succedit, qui ideo habet authoritatem interpretandi legem prædecessorum, quia & tollendi: quia par in parem imperium non habet. Non autem dicitur hic par, qui habet similem dignitatem, sed nõ eandem. Nam statutum vnius episcopi alius alterius diœcesis non habet interpretari, nec falcem suam mittere in messem alienam. Aut interpretari est superioris, scilicet qui potest regulare particularem personam, aut etiam collegium. Superior etiã hic dicitur, qui iudex est inter aliquos, inter quos interpretatur legẽ. ff. de legi. nam vt ait, interpretatiõi eius in iudicio prolatæ partes stare tenẽtur, nisi appellauerint. Conuenit etiã interpretari inferiori ex commissione superiorum, sicut legato. Vnde legatus pãpæ interpretatur rescriptum papæ. extra de postu. præla. c. 1. circa mediũ. & extra de sequestra. ad hoc. ¶Quibus notatis, po- *Conclusio prima.* 3
nuntur duæ conclusiones. Prima, q̃ ad Romanum pon. maximè pertinet declaratio cuiusuis ambiguitatis, quæ de vniuersalibus cõcilijs oritur. Ista conclusio patet authoritate beatissimi Gregor. qui in capit. nec licuit. distinct. 17. ita ait. Quotiens aliqua de vni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendā de eo quod intelligūt rationē, ad apostolicam sedem pro percipiēda ratione cōueniant. Aut fortè sicut de talibus scriptū est: Peccator cū venerit in profundū malorum ita obstinati & cōtumaces extiterint, vt doceri nō velint, eos ab eisdē apostolicis sedibus aut attrahi ad salutē quoquo modo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possint, secūdùm canones per seculares cōprimi potestates. hæc Greg. Vbi notādum est verbū, de vniuersali synodo: nō dicit de patriarchali contra quosdā aduersarios, dicētes Ro. pon. tantùm cōcilij sui patriarchalis, non aūt vniuersalis dubia declarare posse. ¶ Secunda cōclusio. Canonū interpretatio maximè conuenit Roma. pont. Quæ cōclusio ratione probatur sic. Romani pon. authoritate canones sunt cōstituti, vt parū antè satis copiosè demōstratum est in. c. 32. ergo ad ipsum Romanū pon. spectat illorū interpretatio. Consequētia patet, cū eius sit interpretari (vt dictum est) cuius est cōdere. & vnde ius prodit, ab eo interpretatio requirēda est. vt extra de sentent. excō. inter. Hoc etiā apertissimè roboratur primò ex. §. ex his. in ca. sicut enim. 11. q. 1. vbi sic dicitur. Sicut ēm solus ille habet ius interpretādi canones, qui habet potestatem condendi eos: ita ille solus ciuilium legum debet esse interpres, qui eis ius & authoritatem impartitur. Præterea cōclusio patet ex ca. ideo. 25. q. 1. §. his. vbi dicitur. Sacri quidem canones ita aliquid constituunt, vt suæ interpretationis authoritatē sanctæ Romanæ ecclesiæ reseruēt. Et rationem subiungēs ait. Ipsi nanq; soli canones valent interpretari, qui ius condēdi eos habent. De hac aūt authoritate Romani ponti. ita testatur sanctus Tho. in. q. de poten. q. 10. art. 4. dicens: q sicut posterior synodus potestatē habet interpretandi symbolum à priori synodo conditum, ac ponendi aliqua ad eius explanationem: ita Romanus pont. hoc sua authoritate potest, & à quo sentētia synodi confirmatur, & ad ipsum à synodo appellatur: quę omnia patēt ex gestis Chalcedonēn. synodi. Nec est necessarium, q ad eius expositionē faciendā vniuersale cōcilium cōgreget, cùm quādoq; id fieri prohibeāt bellorū dissidia. sicut in. 6. synodo legitur, q Constātinus Augustus dixit, q propter imminētia bella vniuersaliter episcopos congregare non potuit: sed tātùm illi qui conuenerunt, quædam dubia in fide exorta sequentes sententiam Agaptonis papæ determinauerunt: scilicet, q in Christo

Secunda. 4

sunt duæ voluntates, & duæ actiones. Et similiter patres in Chalcedonēn. synodo congregati secuti sunt sententiam Leonis papæ, qui determinauit Christum esse in duabus naturis post incarnationem. hæc sanctus Thom. Et hæc de præsenti. c. quia de interpretatione dubiorum in lege Dei siue in sacra scriptura qualiter Romano ponti. maximè competat, in. 2. lib. c. 107. enucleauimus.

¶ Quòd ad Romanum pon. maximè spectet tam dispensatio sacrorum canonum, quàm regularum sanctorum patrum moderatio. Cap. LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Canonum duplex genus describitur. Et quomodo in eorum altero Summus pontifex ius interpretandi & immutandi habeat, ostenditur.*

SAnè quēadmodum ad Romanum pont. rationē sui principatus pertinere diximus sacros canones interpretari: ita eadem ratione illi potissimè conuenit dispensatio sacrorum canonum etiā vniuersalium cōciliorum, ac regularum sanctorū patrum moderatio. Quod etsi satis apertè ex prædictis habeatur, nihilominus ad maiorem notitiam illud aliqbus rationibus probare curabimus. ¶ Præsupponimus imprimis pro fundamento dicēdorum, q in qualibet repu. necessariò debet esse aliqua potestas dispēsandi in legibus suis, quæ cū institutæ sint ad regulādum humanos actus, qui multam suscipiunt varietatem, non possunt semper immutabiles permanere. Hinc Aristo. 7. Ethi. arguit necessitatem ponēdi in principe virtutem epikeiam, quam æquitatem, siue moderamē nos dicimus. Cuius virtutis officiū est in quibus legis obseruantia reipub. vtilitati cognoscitur non expedire, prætermissis verbis legis, sequi quod ratio, vel communis vtilitas deposcit. Vnde nisi talis authoritas dispensandi in legibus & statutis reipu. daretur, multa, quæ ordinata fuerūt ad vtilitatem & pacem fidelium, vergerent in dānum, & perturbationem totius reip. Hinc dicitur in cap. regula. distin. 9. q regulæ sanctorum patrum pro varietate

varietate temporum & locorum temperantur. Quo habito dicimus, q cùm dispensatio, vt cōmuniter dicitur, sit relaxatio iuris communis, siue amotio obligationis à præcepto, dispensatio legis non videtur alicui competere, sicut de interpretatiōe diximus, nisi ad legislatorem, vel parem, vel superiorem, aut ad aliquem alium ex superioris cōmissione: hoc est manifestū. sed Ro. pont. est princeps, & actor canonum, vtpote cuius authoritate conditæ sunt, ac robur accipiunt, vt ostendimus suprà, eiq; omnibus superior. ergo ad ipsum solū maximè pertinebit authoritate propria in canonibus dispensare. ¶ Secundò sic. Ad illum pręcipuè & singulariter spectat dispensatio in legibus reipu. prout tēporum & personarum cōditio exigit, apud quē residet authoritas publica: sed huiusmodi in repub. Christiana est Ro. pon. siue apostolica sedes, in qua dūs totius ecclesię principatum dicitur collocasse. ergo sequitur, q ad apostolicam sedem spectabit singulariter & maximè dispēsatio canonum, siue regularum sanctorum patrū. Hoc etiam cōfirmat B. Bernardus, qui ad Eugenium scribēs, Roma. pon. nominat patrem regū, legum moderatorem, sal terræ, orbis lumen, sacerdotem altissimi. De qua authoritate Roma. pon. in canonibus dispensandis, siue moderandis illustre testimonium dat dūs Archiepis. Remēn. lib. de synodis. c. 39. ita dicens. Facultatem temperādorum siue mutādorum canonum Rom. pont. potissimùm adiacere non dubitamus, vt sancti patres docuerunt. Nam beatus Gelasius. & Nicolaus papa primus in decretis eorum, Symmachus verò in generali synodo diuerso quidem tēpore, sed eadem voce de Romani pon. authoritate ita protestati sunt. Necessaria (inquiunt) rerum dispositione constringimur, & apostolicæ sedis moderamine conuenimur sic canonū paternorum decreta librare, & retrò præsulum prædecessorūq; nostrorū præcepta metiri, vt quæ præsentium necessitas tēporum in restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri temperemus. habetur. 1. q. 7. c. necessaria. Ne mireris, si Romani pon. hanc peculiariter habuerunt potestatem, vt canones pro tempore dispensarēt: ipsi enim sunt authores canonum: & illa sedes semper hoc priuilegium habuit, vt ligatum & solutum sit quicquid ipsa ligauerit, & soluerit. Vnde iuxta attestationē sanctorum patrum omnibus ecclesijs præeminet, & de omnibus iudicare potest. hæc ille. De necessitate verò ponendi hanc potestatem in Romano ponti. idem doctor in eodē. c. ita dicit. Nequaquam autem ecclesiastica disciplina consistere posset, si non præsul apostolicus illam authoritatem haberet de canonibus, quam suprà retulimus. Nam præcedentium patrum statuta ecclesiasticā disciplinam aliquando non tam instituerē, q confunderēt, si nulla ratione à successoribus eorum mutari possent, cùm tamen necessitas tēporis nūc minùs nunc seuerius incedendum persuaderet, quod illū non latebit, qui præcedentium patrum & subsequētium statuta diligēter inuestigare curauerit. Nēpè si beatus Pelagius numerum annorū quos sui antecessores singulis gradibus præceperūt, minuere non posset, penuriæ clericorū sui temporis per presbyteros ex laicis infra annū maturatos nullo modo succurrisset. Item si moderni pontifices antiquorum rigorem canonum per lapsos sacerdotes remittere nequiuissent, ipsa Christiana religio destituta sacerdotali officio penitus stare non posset, cùm iam penè nulli sacerdotes nisi criminaliter lapsi reperiantur, quos antiqui canones deposuisse leguntur. hæc ille. & tangitur in. c. requisitis. 1. q. 7. Est ergo priuilegium apostolicæ sedis, vt iudex sit canonū & decretorum, vt pro temporis conditione & rerum necessitate nunc intendat, nunc remittat, prout necessitati & vtilitati ecclesiæ expedire prospexerit. Huius sententiæ est beatus Thom. tam in. 2. 2. q in quotlibetis, q etiam in tractatu contra impugnantes religionem. dicens. Omnia statuta sanctorum patrum, quæ sunt iuris positiui, sunt relicta dispositioni papæ, vt ea possit mutare, vel dispensare secundùm opportunitates tēporum vel negotiorum. Vbi pro ampliori declaratione huius. c. est notandum, q duplex est genus canonū, vel regularum, aut decretorum sanctorum patrum, vt sanctus Tho. innuit quotlibeto. 4. art. 14. Est vnū genus canonum, qui instituti sunt iure diuino, sicut pertinētia ad articulos fidei, ad substantiam sacramētorum, aut quæ manifestam habent connexionē ad legē diuinam siue naturalē pertinētia ad bonos mores: & in talibus papa dispensare nō potest. Et ratio huius est secūdùm sanctū Tho. quia ista habent efficaciam ex institutione diuina. De quibus venit intelligēdum, q papa Zozimus in. c. contra 25. q. 1. ait. Cōtra statuta sanctorū patrū condere aliquid, vel mutare, nec huius quidē sedis pōt authoritas. Secūdum genus canonū siue decretorū est eorū, quæ instituerunt pa-

1

tres

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres de iure positiuo. Licèt eñ canones à sanctis patribus vnanimiter instituti dicãtur cõditi à Spũsancto, non tñ oẽs dicũtur pertinere aut ad legẽ naturæ, aut ad legẽ diuinã: sed aliqui dicũtur pertinere ad ius humanũ, siue politiuũ. Sicut licèt omnis veritas à quocũq; dicatur, vt ait Ambro. à Spiritusancto est, nõ tamẽ omnis veritas pertinet ad ius diuinum, sed erit alterius inferioris generis, aut ordinis, videlicet aut legalis, aut canonici, aut facultatis medicinalis, & sic de alijs. Et de hoc genere canonum loquentes dicimus iuxta iam dicta, quòd Romanus pon. potest dispẽsare in eis à quocũq; sint editi, etiam ab apostolis, vt dicit sanctus Tho. in tractatu suprà nominato. Hoc duplex genus canonum, aut statutorũ sanctorum patrum tangit Leo papa in. c. sicut sunt. distin. 14. ita dicens. Sicut sunt quædã, quæ nulla possunt ratione conuelli: ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum, aut pro cõditione ætatum oportet temperari. Ex quibus confutatur aduersariorum quorundam error, dicentium Romanum pon. non habere potestatem in canonibus conciliorum vniuersalium.

¶ Quòd Roma. pont. habet authoritatem tollẽdi statuta aliqua tam sacrorũ cõciliorum, quàm prædecessorũ suorum. Cap. LV.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd tollendi, & reuocandi statuta aliqua tam sacrorum conciliorũ quàm prædecessorum suorum authoritatem habeat, authoritatibus, rationibus, & exemplis ostenditur.*

SI quis bene perscrutetur principatum Romani pont. reperiet q̃ Roma. pon. non solùm authoritatẽ in canonibus sacrorum conciliorum etiam vniuersaliũ, & decretis suorũ prędecessorũ dispẽsandi habeat, verũ etiã tollendi, aut reuocandi, aut mutãdi prout temporum, aut causarũ necessitas exposcerit. Pro quo notandum circa intelligentiam aliquorum terminorũ iuxta dominum Petrum de Palude in. 3. sententiarũ. q̃ dispensatio & reuocatio in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt. Conueniũt autẽ in hoc, q̃ tam dispensatio q̃ reuocatio important amotionem ad obligationẽ præcepti. Sed differunt in hoc, q̃ dispẽsatio importat amotionem præcepti in casu, & quo ad aliquem, vel aliquos, non autem quo ad omnes: sed reuocatio absolutè importat amotionem obligationis quo ad omnes. Amota autem obligatione siue quo ad aliquem specialiter per dispẽsationem, siue quo ad omnes generaliter per reuocationem, efficitur licitũ quod priùs erat illicitũ: & sic sunt tria circa præceptum, siue legem, aut canonem. Primũ est, interpretatio, quæ non tollit obligationem aliquam, sed declarat solùm intẽtionem præcipientis, vel præcepti. Secũdum est, dispensatio, quæ tollit obligationẽ quo ad aliquos, vel aliquẽ solum: sicut si dispẽsaretur cum aliquo, q̃ nõ ieiunaret in quadragesima. Tertium est, reuocatio, quæ tollit obligationẽ simpliciter quo ad omnes: sicut si papa reuocaret ieiunium quadragesimę, nullus obligaretur ad ieiuniũ illud. In superioribus duobus capitulis ostendimus, q̃ Roma. pon. prærogatiua primatus sui poterat tam interpretari dubia, quæ in canonibus cõciliorum sacrorum orirẽtur, q̃ dispensare in illis: nũc restat ostẽdere, q̃ etiam posit tã canones vniuersalium cõciliorum, q̃ decreta suorum prædecessorum aliquãdo pro temporum & causarũ necessitate reuocare, tollere, atq; mutare: licèt non vniuersaliter. Quod nos triplici via ostendemus: videlicet authoritatibus, rationibus, & exemplis. Authoritate primò videtur colligi ex. c. non debet. de consang. & affini. vbi sic dicit papa Innoc. 4. Non debet reprehensibile iudicari, si secũdùm varietates statuta variẽtur humana. Et idem extra de sent. excõ. c. alma. Præterea authoritate Aymari archiepiscopi Remẽsis. de quo suprà in lib. de synodis. idem patet, dicentis sic vt suprà extitit allegatum in præcedenti. c. Temperandorum, siue mutandorum canonum facultatem Romano pon. adiacere nõ dubitamus. Item ad idem est authoritas beati Tho. qui in tractatu suo cõtra impugnãtes religionem. ita inquit: vt in cap. præcedenti inductũ est. Omnia statuta, quæ sunt iuris positiui, sunt relicta dispositioni papæ, vt ea possit mutare, vel dispensare secundum opportunitates tẽporum, vel negotiorum. Secũda via, scilicet rationibus hoc idem ostenditur sic. Eiusdem est destruere, amouere, & abrogare, cuius est condere. vt habetur. C. de legi. l. 1. de in integr. resti. cùm venisset. sed papæ authoritate condũtur canones conciliorum, vt suprà probatum est. ergo apud illum erit facultas illos amouẽdi, si necessitas ecclesiæ, aut vtilitas exposcerit. Item secũdò, sic. Par in parem imperium nõ habet, sed tantum potestatis habet vnus papa, sicut alius. ergo cõstitutio vnius non arctat alium quin possit illã tollere, & reuocare si voluerit. Tertiò sic. Sicut se habet imperator ad imperatorem, ita papa ad papã: sed imperator potest tollere determinata per alium imperatorem, aut cõtra ea facere. ergo & papa tollere potest instituta suorum prædecessorũ. Ratio aũt quare hoc rationabiliter põt facere licèt statuta suorũ prædecessorum fuerint rationabiliter ordinata, est iuxta dicta in superiori ca. quia bonum, vt inquit Diony. constat ex omni parte: ita q̃ defectus vnius circũstantiæ debitæ inesse, statim ponit rationẽ mali: & id eò secũdum philosophũ. 2. Ethi. Virtus consistit in medio, secũdùm q̃ sapiens determinabit: & quia illud expedit vni vno tempore, q̃ alio: & sic de alijs circunstantijs. Omni enim negotio tempus est & opportunitas. Ecclesiastes. 8. Ideo frequẽter ea quę ratiõabiliter fuerunt facta, reuocãtur: maximè in agibilibus, in quibus non potest haberi firma stabilitas, nec infallibilis certitudo. Tertia via, scilicet exemplis ostẽditur. Primò exẽplo sacræ scripturæ constat, q̃ dñs mandauit exaltari serpentem æneum in deserto, vt in eum aspicientes, sanarentur à morsibus serpẽtum. sicut patet. Numeri. 21. quem tamẽ rex Ezechias confregit: sicut patet. 4. Regum. 14. quia filij Israël sibi adolebãt incensum. Ex quo patet, q̃ id quod ex præcepto dñi rationabiliter ordinatum fuit, postea eiusdẽ instinctu rationabiliùs reuocatur: quia frequenter quod vno tempore fuit expediens, alio tempore nociuum reperitur. Item exẽplum habemus etiã sacræ scripturę de Rege Artaxerxe, qui reuocans literas, quas ad suggestionem principis Aman dederat, vt tota gens Iudæorum deleretur, ait sic. Nec putare debetis si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate, & necessitate temporũ, vt reipub. poscit vtilitas, sententiam ferre. Hester. 16. Tertiò patet exemplo, & magis ad propositum ex canone. 6. synodi: qui canõ vult, quòd subdiaconus non minor. 20. annorum ordinetur in cap. subdiaconus. dist. 77. Item ex canone Carthagineñ. concilij, qui vult in cap. placuit. eadem distin. quòd nullus ante 27. annos ordinetur diaconus. Ad idem est canon Agatheñ. in cap. episcopus. eadem distin. Ad idem canon quarti concilij Toletani in cap. in veteri lege. eadem dist. & nihilominùs Roma. pontif. omnes illos sustulit: vt patet in clementina. generalẽ. de æta. & qua. vbi glo. dicit sic. hic corrigit canones. 77. distinct. peruenit. 78. dist. ca. 1. 2. 3. & vlt. & 28. dist. c. de his. in quibus dicitur, q̃ habens. 20. annos subdiaconus. 27. diaconus. 30. presbyter poterit fieri. & hæc ibi.

¶ In quo obijcitur per aduersarios contra prædicta. Cap. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones duodecim aduersariorum aduersus id quod dicitur, quòd scilicet Romanus pontifex sacrorum conciliorum canones mutare & tollere possit, referuntur.*

AEgrè multùm ferẽtes aduersarij, q̃ Ro. pont. mutare & tollere posit canones sacrorũ conciliorũ, multipliciter nitũtur arguere in contrarium. ¶ Primò ex ca. in istis. distinct. 4. vbi inquit August. In istis temporalibus legibus quanquam de his homines iudicent cùm eas instituunt, tamen cùm fuerint institutæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundùm ipsas. Ex hoc arguitur ex aduerso, quòd papa non possit mutare canones, aut tollere, sed necessariò secundùm eos iudicare. *Argu. primum.* 1 ¶ Secundò arguitur ex ca. sicut. 17. distinct. vbi beatus Gregor. ita inquit. Sicut euãgelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Et infrà. Cunctas verò personas, quas præfata veneranda concilia respuunt, respuo, & quæ venerantur, amplector: quia dum vniuersali consensu sunt constituta, se & non illa destruit quisquis præsumit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt. Ex hoc arguunt aduersarij, quòd Romanus ponti. non possit mutare statuta conciliorum vniuersalium: quia eadem ratio, quæ currit de istis, videtur currere de omnibus alijs. *Secundum.* ¶ Tertiò arguitur ex. c. sancta octo vniuersalia cõcilia. dist. 16. vbi enumeratis octo vniuersalibus concilijs, sic sequitur: in professione Romani pontif. vsque ad vnum apicem immutilata seruare: & pari honore & veneratione haberi, & quę prædi-

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicauerũt & statuerunt, modis omnibus sequi: & quæcũq; damnauerũt, ore & corde dãnasse profiteor. Ex isto aduersarij arguũt id quod prius: maximè, quia non videtur ꝙ papa ire vellet contra suam professionem.

Quartum. ¶ Quartò arguitur ex. 9. hoc autẽ intelligendum est. dist. 19. vbi sic dicit Gratianus. Hoc autem intelligẽdum est de his sanctionibus, vel decretalibus epistolis, in quibus nec præcedentium patrũ decretis, nec euãgelicis aliquid cõtrarium inuenitur. Ex hoc arguũt aduersarij, ꝙ Roma. pon. præcedẽtium patrum decreta tollere nõ possit, & per consequens nec canones vniuersalium conciliorum.

Quintum. ¶ Quintò ex. c. sunt quidam. 25. q. 1. vbi Vrbanus papa inquit, ꝙ vbi apertè dñs, vel eius apostoli, & oẽs sequentes patres sentẽtialiter diffinierũt, ibi non nouam legẽ Roma. pont. potest dare, sed potiùs quod prędicatum est, vsq; ad animam & sanguinẽ confirmare debet.

Sextum. ¶ Sextò inducitur. c. sequens. vbi Zozimus papa ita inquit. Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huiusmodi quidẽ sedis potest authoritas: apud nos enim incõuulsa radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrũ sanxerunt reuerẽtiam.

Septimum. ¶ Itẽ septimò arguitur ex illo Leonis primi, qui in octauo concilio tuba euãgelicæ veritatis legitur nominatus, ad Martianũ imperatorẽ de canonibus Nicænis scribens, dicit ꝙ nulla possunt improbitate cõuelli, nulla nouitate violari. Et addit: in quo opere auxiliãte Christo fideliter exequendo necesse est me perseuerantẽ exhibere famulatũ: quoniam dispẽsatio mihi credita est, & ad meum tẽdit reatũ, si paternarũ regulæ sanctionum, quæ spiritu Dei spirãte sunt cõditæ, meq; (quod absit) cõniuẽte violẽtur.

Octauum. ¶ Octauò arguitur ex. c. violatores. 25. q. 1. vbi Damasus papa dicit. Violatores canonũ & voluntariè grauiter à sanctis patribus iudicãtur, & à sancto Spiritu, in stinctu cuius ac dono dictati sunt, dãnantur.

Alij dictati alij ditati legunt.

Nonum. ¶ Ex quo videtur nonò formari talis ratio. Inferior non põt tollere, aut dispensare in lege superioris, ergo nec papa in canonibus, cùm sint à Spiritu sancto editi.

Decimum. Consequẽtia patet. ¶ Decimò arguitur. Canon est regula regiminis ad ædificationẽ ecclesiæ secũdùm quam architectus regere & operari habet ac vti potestate sua, si bene vult operari: sed videtur, ꝙ huiusmodi regulæ debẽt esse immobiles, etiã inuariabiles sicut principia in speculabilibus. ergo papa, qui architect⁹ est, in ædificando, construendo, & gubernando ecclesiam nihil potest immutare circa canones.

Quod cõfirmatur per illud Hormisdæ papæ in. c. prima salus est. 25. q. 1. ita dicẽtis. Prima salus est rectæ fidei regulã custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare.

Vndecimũ. ¶ Vndecimò. Si papa ratione principatus siue primatus potest tollere leges & instituta inferiorũ, sequitur ꝙ cùm Petrus fuerit superior omnibus apostolis, & per consequens Romanus pon. ipse potuerit tollere, imò canones condere contra ea quę Paulus posuit in epistolis suis, quod videtur inconueniens.

Duodecimũ. ¶ Duodecimò sic. Romanus pon. non potest reuocare, aut tollere dicta doctorum exponẽtium sacram scripturam: ergo multò minùs summorum pontificum prędecessorum suorum decreta, aut vniuersalium cõciliorum canones & instituta. Consequentia est bona. Et antecedens videtur haberi. dist. 20. in. c. decretales. vbi dicitur, ꝙ in sacrarum scripturarum expositionibus doctores excellentes præponuntur: in causis verò diffiniẽdis summi pontifices præferuntur.

¶ In quo respondetur obiectionibus prætatis. Cap. LVII.

SVMMARIVM.

1 *Papa quòd possit habere in multis authoritatem interpretandi, in quibus nullam habeat dispensandi facultatem, & multò minùs reuocandi, ostenditur.*

2 *Papa quòd in aliquibus sanctorum patrum canonibus siue statutis possit dispensare, in quibus non potest tollere generaliter aliquid, siue reuocare.*

3 *Obiectiones aduersariorum asserentium Papam non posse canones sacrorum cõciliorum mutare & tollere, diluuntur.*

Licèt paucis verbis possit plenè satisfieri obiectionibus aduersariorũ, nihilominus pro pleniori præsentis materiæ intelligentia, q̃d scilicet papa possit in statutis tã vniuersalium conciliorum, q̃ sanctorũ patrum, ac prędecessorum suorum, & clariori responsione ad capitula inducta per aduersarios in oppositum, est aduertendum. Quòd prout apertè colligi potest ex differentia superiùs assignata inter interpretationem, dispensationem, & reuocationem, siue abrogationem, in multis potest cadere interpretatio, in quibus non

non potest cadere dispensatio, & per consequens nec abrogatio: & in multis potest cadere dispensatio, in quibus non habet locum abrogatio: & in aliquibus potest vtrumq; cadere. Quod luculẽtissimè ostenditur per conclusiones sequẽtes.

Conclusio prima authoris. 1 ¶ Prima. Papa potest habere in multis authoritatem interpretandi, in quibus nullam habet dispensandi facultatem, & multò minùs reuocandi. Ista conclusio patet: quia papa cùm sit vicarius Christi, habet authoritatem interpretandi dubia in lege diuina, quę fidelibus occurrere possunt. vt suprà li. 2. ca. 197. ostendimus. Vnde & in veteri lege ad sacerdotes erat recursus de dubijs legis, quorũ interpretationi qui non stabat mortis reus habebatur. vt patet Deutero. 17. & introducitur extra de testi. ca. licet. vbi papa interpretatur illud: in ore duorum vel trium, id est non paucorum, sed quamplurium: & tamen in lege diuina dispẽsare non potest: nam in præceptis legis naturæ non potest: sicut in habendo duas vxores, in quo solus conditor potest dispensare, vt ipsemet papa dicit. extra de diuor. c. gaudemus. similiter nec in præceptis positiuis vtriusq; testamenti à Deo, vel à Christo immediatè institutis: sicut ꝙ homo non teneatur ad baptismum, vel ad confessionem, vel huiusmodi: quia in lege superioris inferior non potest dispensare, nisi inquantum illi committitur: non videtur hoc autem sibi cõmissum. vnde magis cõmissum legitur immutare cursum naturæ per miracula, quàm dictamen iuris naturalis & præcepta diuina dispensando. Et idem dicendum est de canonibus, & regulis sanctorum patrum, & de decretis prædecessorum suorum, in quibus aliqua statuũtur pertinentia ad articulos fidei, siue ad sacramenta, quæ fundamenta sunt religionis Christianæ, siue ad bonos mores. Certè in talibus licèt possit cadere interpretatio papæ cũ aliqua ambiguitas nasceretur, non tamen dispensatio: & multò minùs reuocatio: quia illis intelliguntur maiora non licere, quibus vetita sunt minora. vt habetur extra de sent. excommu. c. cùm illorum. Minùs est autem dispensare, q̃ reuocare: quia omne totum est maius sua parte. reuocare autẽ est legem totaliter abrogare quo ad omnem personam, locum, & tempus: dispensatio verò quo ad ad quosdam, vel quo ad quædam tempora, vel loca. Et ita patet, ꝙ papa nec articulos fidei, nec præcepta legis naturæ vel decalogi, aut sacramenta potest mutare siue reuocare: sicut nec in illis potest dispẽsare. Et ad istum sensum accipienda siue intelligenda sunt capitula inducta ex aduerso. sicut. c. sicut. di. 15. & ca. sunt quidam. 25. q. 1. & c. contra. ibidẽ.

Secunda cõclusio. 2 ¶ Secunda conclusio est, ꝙ in aliquibus sanctorum patrum canonibus siue statutis potest papa dispensare, in quibus nõ potest tollere generaliter aliquid, siue reuocare. Patet conclusio ista: qm̃ papa dispẽsat in canonib⁹ apostolorũ. sicut patet, ꝙ bigamus, ꝓmouetur: sicut habetur in ca. lector. distin. 24. & ꝙ presbyter fornicarius non deponatur. vt in ca. presbyter. 72. dist. tamen hos canones generaliter tollere non posset. Pro quo notandum iuxta dominum Petrum de Palude super. 3. sententiarum. ꝙ licèt illa quæ apostoli in primitiua ecclesia fecerunt propria authoritate, siue authoritate solius officij, & proprio instinctu, potest nunc Roma. pon. mutare: quia nõ habet minorem authoritatem, quàm ipsi habuerunt: non tamen ea quę ex speciali commissione, aut inspiratione spiritussancti: quoniã talia nec ipsi apostoli, nec successores reuocare possunt, nisi quantum principalis committeret: sicut scriba legis imperialis, vel promulgator reuocare non potest, nisi inquantum princeps iterum sibi cõmittit. Quicquid autem per apostolos constitutum est, quod in canone est receptum, creditur specialiter esse inspiratum à spiritusancto. Et similiter quod in quatuor concilijs vniuersalibus fuit factum, ita ꝙ in primitiua ecclesia apostoli quædam ordinarunt, non simpliciter, sed ad tempus, quod reuocatum non est, sed impletum est, quando cum tempore finitum est: sicut legalia cum euangelio seruare Iudæis, & abstinere à suffocatis & sanguine, & celebrare in fermentato, & huiusmodi, quæ lapsu temporis cessauerunt.

Quædam verò dictãte spiritusancto sic ordinauerunt, vt in perpetuum permanerent: sic tamen, ꝙ pro loco & tempore liceret dispensare, non tamen totaliter amouere: & sic expedit ecclesiæ. Et in talibus licuit successoribus dispensare eodem spiritu committente. sicut apertè colligitur ex facto ipsorum sanctorum patrũ, qui dispẽsasse legũtur: sicut patuit in exẽplis positis, & in multis alijs: non autem licet huiusmodi generaliter reuocare: quia non est cõmissum vt apparet: qa nullus sanctus hoc præsumpsit. Et cũ ad regimẽ naturæ, & maximè gratiæ dñs faciat quod melius est, imò optimi est optima adducere, ideo cõmisit qd̃ expedit, & non aliud. Vtile est aũt ecclesię ꝙ aliquãdo cũ bigamo, & percussore, & hmõi dispẽsetur: cũ aliquãdo tales inueniantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ueniantur meliores:nō autē expedit q̄ tales indifferenter ſicut cæteri promoueantur. vn de illud commiſit, iſtud prohibuit:ergo papa in talibus poteſt diſpēſare:ſed non poteſt ea generaliter & vniuerſaliter reuocare,ſicut vnam decretalem à ſe,vel à prædeceſſore ſuo editam. Vnde notauit Alanus.extra de deciſ mis.c.licēt.q̄ papa poſſet alicui laico concedere q̄ non ſolueret decimas,aut q̄ eas perciperet:non tamen hoc omnibus laicis poſſet in perpetuum concedere, legem generalem condendo,ſed tātùm ex cauſa ad tempus diſpenſando:ſicut regibus dātur etiam decimę clericorum in ſubſidium terræ ſanctę,vel ob aliam iuſtā cauſam. Tertia concluſio. In mul tis ſanctorum patrum canonibus & ſtatutis Romanus pon.ſicut potuit diſpenſare,ita & illos abrogare,& omnino tollere. Patet concluſio iſta de multis canonibus abrogatis & inſtitutis prædeceſſorum ſummorum pōti ficum per Romanos pont. ſequētes. ſicut pa tet in exēplis priùs poſitis de canonibus anti quis de ætate ordinandorum. His habitis reſpondendum eſt ad argumenta in oppoſitū.

Ad primū. ¶Ad primum de.c.in iſtis.diſt..4.reſpōdetur negando id quod aduerſarij arguunt ex illo 3 c.ſequitur. quoniam. c.illud intelligitur non de iudice ſummo, ſcilicet papa,vel principe: quoniam iſti poſſunt etiām poſt conditas leges de ipſis iudicare,& eas tollere, vel moderari: ſed loquitur de inferiori iudice. Vnde dominus Archi.exponendo hoc capitulum, ita dicit. Litera hic loquitur de inferiori iudice. Nam ſi inferior iudex velit aliquid propo nere quare lex illa non debeat condi,facilius audiretur primò,quàm poſtea.ar.ad hoc diſ.

Ad ſecūdū. 31.Nicæna.¶Ad ſecundū de.c.ſicut.diſt.15. reſpondetur dupliciter. Primò ſic ad antecedens,q̄ hoc quod dicitur,q̄ quatuor illa concilia non poſſet mutare aut reuocare, poteſt intelligi duobus modis. Vno modo, quia cōcilia ſunt,& ſic non eſt verū antecedens:quia quod competit alicui inquantum tale, competit omni tali.ſicut quod competit homini inquantum homo, competit omni homini. ſi ergo hoc competeret illis quatuor cōcilijs inquantum concilia,ſequeretur q̄ nullas ſententias datas, aut conſtituta facta in quibuſcunq; cōcilijs poſsit reuocare: quod tamen falſum eſt,vt in glo.per principalem. 9. q. 3. Aut poteſt intelligi, q̄ hoc cōpetat illis quatuor concilijs, non inquātum concilia ſunt, ſed inquātum de tali materia ſunt, ſcilicet de veritate articulorum fidei: & ſic dicimus q̄ hoc competat illis quatuor concilijs, q̄ reuocari non poſſunt propter hoc,ſcilicet,q̄ non fuerunt, niſi declaratiua articulorum fidei.

Secundò reſpondetur negando conſequentiam:videlicet q̄ ex.c.illo ſequatur q̄ papa in nullis canonibus vniuerſalium conciliorum poſsit diſpenſare,aut aliquid immutare:licèt bene concedatur, q̄ non poſsit ſtatuta conciliorum vniuerſalium immutare quantum ad ea quæ concernunt articulos fidei,& generalem ſtatum vniuerſalis eccleſiæ:vt glo.eiuſdem.c.habet. Vnde Archid.in Roſario idem dicit in hac forma verborum. Fateor in his quæ ad fidem pertinēt,& generalem ſtatum eccleſiæ: in alijs poteſt contra ſtatuta conciliorū venire. Si dicat,Quæ dicūtur ad generalē ſtatū eccleſię pertinere? Videtur nobis q̄ inter alia ſint iſta,quæ oēs fideles tāgere poſſunt:vt ſunt illa,ex quorū alteratione tota ecclēſia turbarēt:ſicut ponitur exēplum de depoſitione omnium epiſcoporum ſimul:quia cùm omnes animæ Chriſtianorū ſint in manibus epiſcoporum, hoc quemlibet tangit: & cùm epiſcopi in loco apoſtolorum ſuccedunt,& vniuerſalem eccleſiam repreſentent, turbaretur fides Chriſtiana. Prętera cùm in depoſitione omniumepiſcoporūſimul non poſsit eſſe cauſa iuſta, maximè præſumeretur in tali depoſitione defectus fidei in papa, & hoc faceret in deſtructionem fidei,ex quo turbaretur tota Chriſtianitas. Et meritò dicitur pertinere hoc ad vniuerſalem ſtatum eccleſiæ. Et ita poſſet poni exemplum in multis alijs, ex quibus vniuerſalis eccleſia turbaretur,& ſcādalizaretur. Similiter poſſent ad vniuerſalem ſtatū eccleſiæ dici pertinere præcepta diuina,præcepta legis naturalis, & ſacramenta,in quibus ſtatus & ſalus vniuerſalis eccleſiæ conſiſtit, & omnes tangit vniuerſaliter.

Ad tertium ¶Ad tertium de.c.ſancta octo.diſt.16. reſpondetur eodē modo ſicut ad præcedēs, videlicet,q̄ intelligendum eſt de his quæ ſpectant ad articulos fidei,& generalem ſtatum vniuerſalis eccleſiæ,& quæ neceſſaria ſunt ſaluti.

Ad quartū. ¶Ad quartum de.§.hoc autē intelligendum.diſt.19. reſpondetur, q̄ id quod magiſter Gratianus ibidem dicit, intelligendum eſt de his,de quibus præcedētia capitula expoſita ſunt:aliàs nō diceret verum. Vnde dominus Archi.in Roſario exponendo hunc locum dicit ſic. Videtur dicere Gratianus,ſcilicet q̄ papa contra bene ſtatuta ſuorum prædeceſſorum non poſsit aliud ſtatuere: quod non puto verum eſſe. Nam & bene ſtatuta poteſt reuocare, inſpecta cauſa: dummodò non tangat præcepta veteris & noui teſtamenti,

menti,vel articulos fidei, vel ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem,vel quæ pertinent ad generalem ſtatum eccleſiæ:& ideo non approbo quod hic dicit magiſter, niſi de talibus in

Ad quintū. telligatur.hæc Archi.¶Ad quintum de cap. ſunt quidam. 25.q. 1. eſt eadem reſponſio, quæ data eſt ad præcedentia. Et eſt reſpōſio gloſſ.quæ dicit ibidem, q̄ verum eſt,q̄ papa non diſpenſat in his quæ pertinent ad articulos fidei, & quæ ſunt iuris diuini, bene autem in alijs, ſicut cum bigamo contra apoſtolum. vt di. 34. lector. & contra canonem apoſtolorum.vt in.c.presbyter. 82.diſt. Item etiam quandoq; contra generalem ſtatum eccleſiæ:ſicut fecit Inno.in Lateranen.conci

Ad ſextum. lio.extrà de conſan.& affi.hæc glo.¶Ad ſextum de ea. contra. reſpondet vt reſpondet glo.quæ ſuper verbo,ſtatuta,ita dicit. De articulis fidei,vt dictum eſt in.c.proximo. Ad hoc.c.etiam ſanctus Tho. reſpondet eodem modo in tractatu contra impugnātes religionem,ſic dicens. Verum eſt, quod hic dicitur in illis quæ ſtatuta ſanctorum patrum decreuerunt de iure diuino,ſicut articuli fidei, qui determinati ſunt per cōcilia:ſed illa quæ ſancti patres decreuerunt de iure poſitiuo, ſunt relicta diſpoſitioni papæ, vt ea poſsit mutare, vel diſpenſare ſecundùm opportunitates

Ad ſeptimū temporum vel negotiorū.hæc S. Tho. ¶Ad ſeptimum,quod inducitur de Leone papa,reſpondetur:dato q̄ authoritas illa iaceat,vt inducitur per aduerſarium, quod tamen non eſt verum in toto,q̄ authoritas illa non facit pro aduerſarijs propter duo. Tum primò:qa Leo papa licèt dicat Nicænos canones nulla poſſe improbitate euelli, aut nouitate vitiari:non tamen negat,quin authoritate Romani ponti.ob neceſsitatem & vtilitatem fidelium poſsit in eis fieri diſpenſatio. Magna differētia eſt inter iſta duo, improbitate euelli,& neceſsitate,aut vtilitate moderari. Secūdò, quia licèt ad papam pertineat intendere, ne canones per aliquos pro voluntate violentur,nō ſequitur,q̄ ipſe ex rationabili cauſa diſpenſare non poſsit, vt eſt manifeſtum.

Ad octauū. ¶Ad octauum de.c.violatores.27.q.1.reſpō detur, q̄.c.illud nihil facit ,p aduerſarijs:quoniam licet violatores canonum voluntate,id eſt,ſine neceſsitate reprehēdantur, & veniāt damnandi:non propter hoc Romanus pon. prohibetur diſpēſare,aut mutare illos,ſi perſonarum, locorum, aut rei conditio exposcit. Aliud enim eſt propria volūtate ſine cauſa & ſine neceſsitate violare canones: & aliud eſt rationabili cauſa exiſtēte per habentem authoritatem diſpēſare in illis: maximè quia vt dicit ſanctus Thom. in tractatu contra impugnantes religionem. quando papa diſpenſat, aut mutat canones ſecundùm opportunitates tēporum & negotiorum, non facit contra canones, aut ſtatuta ſanctorum patrum,quia ſeruatur intentio ſtatuentium, quæ eſt vtilitas eccleſiæ:ſicut & in omni iure poſitiuo accidit. derogatur enim prioribus ſtatutis per ſtatuta ſequentia.hæc ille. Ad idē etiam Chryſo.ſuper Matth.dicit ſic. Lex legiſlatori ſubiecta eſt,non legiſlator legi. Qui ergo ſoluit legem, literam quidem legis ſoluit, propoſitum autem legis eius non ſoluit, ſed magis illi addit ad hoc dignitatem.hæc ille. ¶Ad nonam obiectionem ſumptam ex *Ad nonum.* eodem.c.violatores. reſpondetur ſicut ſuprà reſponſum eſt ad ſextā,negando conſequentiam. Pro quo notandū iuxta ſanctum Tho. & doctores, q̄ duplex diſtinguitur genus canonum, qui ſpiritu ſancto dictante per plures ſanctos in cōcilijs ſiue extra concilia conditi ſunt. Primum genus eſt eorum,quæ ſunt de iure diuino, ſicut ſunt canones pertinentes ſiue ſtatuta ad articulos fidei, aut ad ſubſtantiam ſacramentorum, aut quæ manifeſtam connexionem habent ad legem diuinam pertinentia ad bonos mores, & de talibus intelliguntur omnia illa capitula. vt dicit ſanctus Tho.iuxta etiam glo.quæ ponuntur.25.q.1.videlicet.c.violatores.c.ſunt quidam.c.contra ſtatuta. c.prima ſalus. Secundum genus canonum eſt eorum, quæ ſancti patres inſtituerunt in concilijs vniuerſalibus de iure poſitiuo. Licèt enim canones omnes à ſanctis patribus vnanimiter & vno conſenſu ęditi cenſeantur conditi à ſpiritu ſancto ſicut dictante & inſpirante, non tamen oēs dicuntur pertinere aut ad legem naturæ,aut ad ius diuinum, ſicut aduerſarij videntur innuere:ſed aliqui dicūtur pertinere ad ius poſitiuum. Nam ſi canones omnes,quia à Spiritu ſancto dicuntur conditi pertinere ideo dicerentur ad legē naturæ ſiue ad ius diuinum, indiſpenſabiles eſſent, & ita eccleſia erraſſet diſpenſando in canonibus factis à ſanctis patribus. Item nec mutari poſſent qui ſemel eſſent conſtituti,& multa alia ſequerētur, quæ omnino ſunt abſurda, & inconuenientia. In primo genere canonum, qui pertinere videntur ad legem dñi, papa non diſpēſat, nec mutationem facit. In ſecundo verò genere canonum ſic, quēadmodum ſæpe dictū eſt. ¶Ad *Ad decimū.* decimam,quæ ſumitur ex eo q̄ canō dicitur regula: reſpōdetur negādo minorē,in qua dicitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur, q̃ oporteat regulas huiusmodi agibilium esse immobiles & impermutabiles, sicut principia in speculabilibus. Pro quo notandum, q̃ cùm certitudinis firmitas varietur secundùm varietatem rerum. vt dicitur. 1. de anima &. 1. Ethic. & omnis mensura dicatur relatiuè ad mẽsuratum, nõ oportet, q̃ omnis mensura aut regula sint æqualis certitudinis, aut firmitatis, nec omnes possunt esse infallibiles, sed quãtum possibile est in suo genere. Vnde cùm illa quæ regulãda sunt lege humana, siue canonica, siue concilij sint contingentia singularia multipliciter variabilia, nõ possunt leges humanæ habere illam immutabilitatem, quã habẽt principia prima in speculabilibus, sicut est manifestũ: imò propter huiusmodi rerũ varietatem, quibus oportet mensuras & regulas coaptari ad salutẽ reip. est necessarium leges ipsas mutabiles fore, vt sanctorum patrũ authoritatibus suprà ostensum est. c. 52. vnde lex quæ vno tempore est iusta & vtilis, alio tempore seruata, esset iniusta & nociua. Pro quo aduertẽdum est iuxta sanctum Tho. in. 1. 2. q̃ rectum in rebus corporalibus dicitur absolutè: & ideo rectum in eis quãtum est de se manet semper rectũ: sed rectitudo legis accipitur nõ absolutè, sed in ordine ad vtilitatẽ communẽ, cui nõ semper proportionatur vna & eadem res: & ideo talis rectitudo mutatur. vnde dicit Aug. in primo de li. arbit. q̃ lex temporalis quãuis iusta sit, mutari tamẽ per tẽpora iustè potest. Et ita patet, q̃ ratio illa, quæ apud aduersarios censetur esse magni roboris, non procedit. Et ad ca. prima salus. 25. q. 1. quod inducitur. respõdetur q̃ intelligitur de statutis cõditis à sanctis patribus, quæ sunt de iure diuino, & non de his, quæ sunt de iure positiuo: quoniã à talibus pro loco & tẽpore licitum est declinare. Vnde propter hãc differẽtiam, quæ est in constitutis sanctorum patrum dicit Leo papa in. c. sicut. dist. 14. q̃ sicut quædã sunt quæ nulla possunt ratione cõuelli: ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum, aut pro cõsideratione ætatum oportet tẽperari. Per quam distinctionẽ soluũtur multa alia argumenta aduersariorũ, quæ inducũt de immutabilitate canonum. ¶ Ad vndecimã q̃ possit tollere, &c. respõdetur iuxta superiùs dicta, q̃ contra dicta apostolorum extra scripturã sanctam potest Romanus põtifex, quia sic superior est: sed contra dicta contẽta in sacra scriptura non potest: nõ quia Pauli sunt, sed quia in scriptura sunt, quæ necessariò continet infallibilem veritatem, & quæ à Spiritu sancto principaliter est, à Paulo autem est instrumẽtaliter. iuxta illud. Lingua mea calamus scribæ, &c. Actio autẽ attribuitur principali agenti, non autem instrumentali: & id eò cũ Spiritus sanctus sit superior papa si faceret contra scripturã sanctam, faceret cõtra Spiritũ sanctum. Et ita illa consequẽtia aduersariorum non procedit, qua dicunt: ergo papa potest tollere ea quæ Paulus posuit in epistolis suis: cùm epistolæ illæ in canone sacræ scripturæ contineãtur. ¶ Ad duodecimã de ca. decretales. dicẽdum, q̃ consequẽtia nõ valet: quoniam ad diuersas gratias spectant. Primum enim ad excellẽtiam scientiæ, secũdum ad eminẽtiam potestatis: & ideo licèt diuinarum scripturarũ excellẽtissimi doctores scientia pontificibus Romanis fortè præmineãt: & dicimus fortè: quia potest esse ita doctus Romanus pon. q̃ nullus suo tẽpore sit par ei: neq; superior etiã in scientia: nihilominus in causarum siue dubiorũ diffinitione, in dispẽsatione canonum, aut mutatione etiam statutorum prædecessorum suorũ, quæ omnia respiciunt authoritatem, meritò põtifices præferẽtur. Vnde sanctus Tho. in quotlibeto. 5. & vlt. dicit, q̃ magis standum est sentẽtiæ pæ, ad quem pertinet determinare de fide, quam in iudicio profertur, quàm quorumlibet sapientum hominum in scripturis opinionum. dicit enim in. 2. 2. q. 2. artic. 3. q̃ contra authoritatem papæ, nec Hiero. nec Aug. nec aliquis sanctorum suam sentẽtiam defendit. Ex quo satis confunditur præsumptio aduersariorum nouellorum magistrorum, qui tam apertè summorum pontificum sententijs, & sanctorum etiam patrum sententias suas anteferre præsumunt.

Psal. 44.

Ad duodecimum.

Ad undecimum.

¶ Quòd vniuersale concilium plenariũ in his, quæ fidei sunt, errare non possit. Cap. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium uniuersale plenarium capi dupliciter ostenditur.*

2 *Concilium uniuersale in his, quæ ad fidẽ attinent, quæ tam patrum ecclesiæ, quàm Romani pontificis unanimi consensu diffinita sunt, errare non possit, ostenditur.*

3 *Concilium uniuersale non interueniente consensu & approbatione apostolicæ sedis, quòd in his, quæ fidei sunt, errare possit.*

Ex

EX his, quæ de sacrorum conciliorum vniuersalium canonibus suprà explanauimus, orta nobis est occasio veniẽdi ad quæstionem illam, Vtrùm vniuersale cõcilium in his quæ fidei sunt, errare possit? Ad quã quæstionẽ nobis videtur sub distinctione respondendum. De concilio enim vniuersali loqui possumus dupliciter. Vno modo de concilio vniuersali plenario. Plenariũ autem concilium dicimus, in quo cũ ecclesiæ patribus Romanus pont. eorũ caput & princeps vnanimi consensu & authoritate concurrit, siue interuenit. Vnde conciliũ Antiochenum de plenario cõcilio prouinciali loquẽs ait. Perfectum conciliũ est illud, in quo interuenit metropolitanus antistes. Item ibidẽ illa dicitur plenaria synodus, in qua etiã episcopus metropolitanus interfuit. Secundo modo loqui possumus de cõcilio prout dicit corpus tantùm patrũ distinctũ à capite suo Ro. pon. Si primo modo loquamur de concilio, sit ista conclusio. Concilium vniuersale in his, quæ ad fidem pertinent, errare non potest: quæ tam patrũ ecclesiæ, q̃ Romani pon. vnanimi consensu diffinita sunt. Ista conclusio multipliciter probatur. ¶ Primò sic. A postolicæ sedis iudicium in his, quæ fidei sunt, errare non potest: ergo nec cõcilium vniuersale, in quo apostolicæ sedis interuenit siue concurrit authoritas, & consensus. Consequentia est manifesta. Antecedens est à nobis multipliciter demonstratum. li. 2. in. c. 109. Colligitur etiã ex illo. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. &c. Item ex. c. illo in fede. & ca. hæc est fides. 24. q. 1. ¶ Secundò sic. In ecclesia militante est certũ iudicium de difficilibus & obscuris, quæ circa fidem emergũt. patet: aliter enim tota ecclesia militans posset circa fidem errare: sed vltimũ iudicium circa difficilia & obscura circa fidem emergẽtia penes concilium vniuersale plenarium residere censetur, vt videtur velle August. in epistola ad Glorium & Eleusium. & in lib. 1. de vnico baptismo cõtra Donatistas. vbi ita inquit. Quæstionis huius obscuritas prioribus ecclesiæ temporibus ante schisma Donati magnos viros, & magna charitate præditos patres episcopos ita inter se compulit salua pace disceptare atque fluctuare, vt diu conciliorum in suis quibusq; regionibus diuersa statuta mutarent, donec plenario totius orbis concilio quod saluberrimè sentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur, hæc ille. ergo concilium vniuersale circa fidem errare non potest. ¶ Tertiò sic. Vniuersalis ecclesia non potest errare, quia Spiritu sancto gubernatur, qui est Spiritus veritatis. hoc enim promisit dominus discipulis suis. Iohã. 17. Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. sed diffinita per concilia vniuersalia plenaria sunt diffinita authoritate vniuersalis ecclesiæ. ergo sequitur, quòd concilia vniuersalia plenaria nullo modo errare possunt in fide. ¶ Quartò sic. Si concilia vniuersalia plenaria errare possent, nihil certum haberemus de diffinitis per concilia vniuersalia: & ita symbolum fidei, quod in missa cantatur, factum in concilio Constantinopolitano redderetur nobis dubium, quod est absurdum dicere, & multa alia inconuenientia sequerentur. Ista argumentatio videtur esse. 8. synodi. vnde facta diffinitione ita inquit post multa. At verò si reprobauerit saltem vnũ ex his quæ hic scripta sunt, & à beato Nicolao ante iudicata, fiet æstus in ecclesia nostra continuus, & simultas ecclesiasticorum negotiorum: ita vt nunquam videri posset in ecclesia quilibet ordo. Vbi enim cõcursus omnis patriarchalis throni: & vt idipsum dicatur omnes sacri theologi si diabolico concilio ambiguitatem quis habeat, vocatio profectò tandem infirmitatem habebit, & ecclesiastica constitutio pacem. Anathema ergo illi, qui secundùm aliquid præsumpserit reprobare quicquam ex his quæ hic scribuntur à Patre & Filio & Spiritu sancto amen. hæc ibi. ¶ Quintò sic. A concilio vniuersali plenario in causa fidei appellari nõ potest. ergo sequitur quòd circa causas fidei errare non possit. Consequentia patet: cùm omnis causa vitiata per appellationis remedium sit subleuanda. 2. q. 6. c. liceat. si concilium tale errare posset in causa fidei, cùm illa posset vitiari, & ita per appellationis remedium esset subleuanda: & ita liceret appellare à concilio. Antecedens tamen patet: tum ex decreto concilij Chalcedonen. vbi statutum legitur, quòd ab electa synodo non appellatur. Electa autẽ synodus dicitur, in qua assensus & approbatio apostolicæ sedis interuenit, vt alias declarauimus. Præterea si appellare liceret, aut igitur ad aliud concilium vniuersale, aut ad papam, aut ad ecclesiam vniuersalem. Non ad aliud concilium vniuersale: quia eadem ratione ab illo appellare liceret, & ita finis talis causæ imponi non posset. Non esset appellandum ad papam: quia cùm in concilio plenario interuenire intelligatur

Concilium uniuersale plenariũ capitur dupliciter.

1

Conclusio prima quæ est de concilio uniuersali plenario modo.

2

Luc. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gatur consensus papæ & authoritas eius, appellatio illa esset à papa ad papam, & non ad aliquem superiorem. Nec esset appellandum ad ecclesiam: quia frustra ad vniuersalem ecclesiam appellaretur, cùm vniuersalis ecclesia simul in vnũ conuenire non possit. ¶ Sexto sic. Illa congregatio in his, quæ fidei sunt, errare non potest, cuius diffinitiones & constituta omnes fideles sub pœna anathematis, siue priuationis cõmunionis fideliũ iubẽtur obseruare, patet: sed vniuersalia concilia sunt huiusmodi. ergo, &c. Minor patet ex multis. Tum ex cõcilio nono Toletano, vbi actione. 11. ita dicitur. Ne quilibet in posterum aut impunè valeat conueniri, aut generalia statuta conuellere, plena decernimus vnanimitate connexi, vt quæcunq; pro fidei causis ecclesiasticisq; negotijs aut in præteritis gestis aut in præsentibus cõstitutis aut in futuris etiam decretis vel sint, vel fuerint diffinitione conscripta vniuersalis authoritatis, nullus his deinceps contradicere audeat, nullus reuerberare præsumat, nullus nõ implere cõtendat. Nam si quis ex religione cõtra hęc inobediens, aut susurrans, certè latrator, aut inuidus, aut potiùs non fautor extiterit gratiosus, & honoris sui, & cõmunionis sanctæ lugeat amissione mulctatus. hæc ibi. Itẽ hoc etiam à sanctis patribus legitur institutum, vt dominus Aymarus libr. de synodis testatur ita dicens. Sancti patres sub districto anathemate condemnasse leguntur eos, qui orthodoxorum patrũ statuta non receperint, quæ vniuersalibus concilijs consonare perspexerint. Vnde Grego. 1. omnes à principalibus cõcilijs dissentientes in sua synodica anathematizauit. ¶ Septimò sic. Ea quæ conclusa sunt in concilio plenario supradicto dicũtur vniuersaliter totius ecclesiæ consensu diffinita & cõclusa: ergo sequitur q̃ præfatum concilium vniuersale in his, quæ circa fidem diffinit, errare non possit. Consequentia patet argumentatione, qua beatus Grego. vtitur in ca. Sicut. dist. 15. dicens. Cunctas verò, quas præfata veneranda cõcilia personas respuũt, respuo, quæ venerãtur amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se non illa destruit, quisquis præsumpserit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt. ¶ Octauò sic. In concilijs vniuersalibus plenarijs creduntur sancti patres Spiritu sancto canones condidisse, & maximè circa fidem, sine qua impossibile est placere Deo, vt inquit Apostolus. ergo videtur quòd talia concilia dirigẽte Spiritu sancto in his, quæ fidei sunt, errare non possunt. Consequẽtia patet: quia Spiritus sanctus, cuius gratia editi sunt canones, est magister veritatis, & non erroris. Antecedẽs habetur ex cap. primo. dist. 15. quod est beati Isido. vbi enumeratis quatuor vniuersalibus concilijs plenarijs, scilicet Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino primo, & Chalcedonensi, ita inquit. Hæ sunt synodi principales. 4. fidei materiam plenissimè prędicantes: sed & siqua sunt alia concilia, quæ sancti patres Spiritu Dei pleni sanxerũt post istorum. 4. authoritatem manent omni stabilita vigore. Secundò ex ca. Violatores. vbi Damasus papa, ita dicit. Violatores canonũ voluntarie grauiter à sanctis patribus iudicantur, & à Spiritu sancto, instinctu cuius ac dono dictati sunt damnantur. hæc ille. ¶ Nonò sic. Illud concilium errare non potest in fide, quo errante erraret vniuersalis ecclesia: sed errante concilio generali plenario erraret vniuersalis ecclesia: quia in tali concilio vniuersali vniuersalis ecclesia repręsentatur, & virtute continetur. ¶ Decimò arguitur sic. Nullum iudicium, quod in materia fidei irreiterabile & irreuocabile est, defectibile est, aut errare potest in fide sed iudiciũ plenarij cõcilij in materia fidei ita habitum est apud sanctos patres, & diffinitum, vt incõuulsum, & irreuocabile in æuum maneret. ergo concilium vniuersale, de quo loquimur, in his quæ fidei sunt, defectibile esse non potest. Consequentia est bona. Maior etiam patet. Minor verò est Gelasij papæ in epistola, quã vniuersis episcopis per Dardaniam constitutis scribit: vbi dicit. Patres nostri catholici videlicet doctique pontifices in vnaquaq; hæresi quolibet tẽpore suscitata quicquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica atque apostolica inconuulsum voluerunt deinceps firmumque constare: nec in eadem causa denuò quæ præfixa fuerant retractari qualibet recenti præsumptione permiserunt sapientissimè prouidentes: quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosq; prorsus errores stabile persisteret ecclesiæ constitutum: atque semper hisdem furoribus rediuiuis omnis integra diffinitio turbaretur, &c. Indo est vt in cap. Maiores. 24. quæst. 1. habetur. idem papa Gelasius dicit. Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessariò præcauerũt, vt quod contra vnamquanq; hæresim coacta, (id est coadunata) semel synodus pro fidei communione authoritate catholica atq; apostolica promulgasset, non sinerent nouis

Heb. 11.

nost

post hęc retractationibus mutilari, ne prauis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta post propulsandi. Et infrà in fi. synodus semel gesta cõdemnans, vlteriùs ad noua concilia venire non finit: vt scilicet vt inquit temerè de fide disputent. Nam vt inquit imperator Martianus de sum. Tri. & fi. ca. Iniuriam facit iudicio reuerẽdissimæ synodi, si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, atq; publicè disputare contendit. Quocirca in ca. Cõfidimus. 27. q. 1. Papa Gelasius inquit. Confidimus q̃ nullus tam vera citer Christianus ignorat vniuscuiusq; synodi constitutũ, quod vniuersalis ecclesiæ probauit assensus nulla magis exequi sedem præteris oportere, q̃ primã, quæ & vnamquãq; synodũ sua authoritate confirmat, & continuata moderatione custodit. hæc ille. Huiusmodi autem concilia, in quibus vniuersalis ecclesiæ concurrit assensus, sunt illa, quæ plenaria vocat Aug. quorum (vt ipse ait in epistola ad Ianuariũ) saluberrima in ecclesia authoritas est. in. c. illa. dist. 12. de quibus currunt rationes quæ fiunt, q̃ vniuersale concilium errare in his quæ fidei sunt non possit. Vltimò sic. Illa congregatio in diffinitione vnanimi sua in his quæ fidei sunt, credenda est non errare, cuius diffinitionis oppositum tenentes sunt hæretici, sed tenẽtes & sapientes cõtrarium eorũ, quæ vniuersalia concilia & plenaria de fide diffinierũt, sunt hæretici. ergo, &c. Consequentia est bona. Maior patet. Minor etiam patet. Vnde dicitur in concilio Chalcedonẽ. actione quinta post datã sententiam de duabus naturis & vna persona in Christo, dicũt patres sic. His itaq; à nobis dispositis diffiniuit sancta & vniuersalis synodus alteram fidẽ nulli licere proferre, vel cõscribere, aut cõponere, aut sentire: aliter eos aut qui ausi sunt, aut cõponere fidẽ alterã, aut certè proferre, aut docere, aut tradere alterũ symbolum: si episcopi fuerint, aut clerici, alienos esse ab episcopatu, & clericos à clero: si monachi & laici fuerit, anathematizati. Multa similia habẽtur ex alijs cõcilijs vniuersalibus. ¶ Secundo vero modo loqui possumus de concilio vniuersali, prout tãtùm dicit prælatorum cõgregationem distinctam siue conuisam à Ro. pon. siue non incluso Ro. pon. & hoc modo loquẽdi sit ista cõclusio. ¶ Concilium vniuersale non interueniẽte consensu & approbatione apostolicæ sedis errare potest in his quæ fidei sunt. Quæ conclusio exẽplis, & authoritate ostẽditur. Exẽplariter patet, imò de cõcilio, quod copioso numero episcoporũ conueniẽte Arimini celebratum est, in quo, vt dicit Hiero. in altercatione Luciferiani & Orthodoxi nomine vnitatis & fidei infidelitas scripta est. Cõtra quod Damasus papa viriliter insurrexit, & cõgregato cõcilio condẽnans Liberiũ, annullauit quod fecerat. Hoc concilium B. Aug. vocat latrocinium. Hoc concilium damnatur in canone in. c. sancta Romana ecclesia. vbi Gelasius papa inqt. In primis Arimineñ. synodũ à Constantino Cæsare Constãtini filio congregatã median te Thauro præfecto, extũc & in æternũ con fitemur esse damnatã. Secũdò idem ostenditur ex cõcilio Ephesino secũdo: quod legitimè inchoatum fuit præsidẽtibus etiã legatis papæ, nihilominus in euersionem fidei agitatũ est, & in eius correctionẽ Leo papa Chalcedonẽñ. synodũ instituit. Itẽ synodus Aquileiæ celebrata, quæ quintam vniuersalẽ synodũ à Iustiniano imperatore & Vigilio papa Constãtinopoli celebratam susc̃ipere diffidit: quã Sergius papa salubriter redarguit, & ad concordiam reduxit. vt narrat Vincentius in speculo historiali li. 24. c. 134. Itẽ synodus trecentorum triginta episcoporũ tempore Constantini Constantinopoli congregata, in qua, vt narrat idẽ Vincẽtius lib. commemorato. c. 174. edictum promulgatũ est de imaginibus Dei & sanctorum deponẽdis: cõtra quam Stephanus papa Romæ synodũ congregat, in qua omnia à Constãtino ordinata reordinat, & veneratione sanctarũ imaginum cõfirmat, eorũq; prophanatores anathematizat: vt idem Vincẽtius cõmemorat libro præfato. c. 165. Vnde septima synodus condẽnans præfatã synodum, sic ait. Fremẽti cõcilio cõtra venerabiles imagines: anathema. Item infrà de peruersione illius concilij loquens & causis dãnationis eius, ita inquit. Hoc nempè cõcilium Caiphaicũ conciliabulum factũ est: illud aduersus dñm inania meditatum est: hoc aduersus ipsius imaginẽ fremuit. Et infrà. hoc concilio solam nuncupationem habet sacerdotalẽ, scientiã autem prauam atq; prophanam: hoc concilium contumax habet os, & spiritum mendacio delibutum. Nam veritatem quandam finxit, in fallacia præsumpsit. Hoc concilium sancta synodus vtpote zizania dominicæ areæ, id est, ecclesiæ catholicæ ventilauit, & ventilabro diuini iudicij proiecit. ablata ergo sunt à catholica ecclesia & redarguta figmẽta ci⁹. hæc ille. Item concilium Aquisgranicelebratum, cuius diffinitioni circa materiam sacramenti matrimonij non statur, videlicet quòd ra-

li plenario secundo modo dicto. 3

Secundus modus accipiendi concilium vniuersale plenarium.

Conclusio secũda quæ est de concilio vniuersa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptor non posit matrimonialiter cum rapta copulari.de quo in.c.Placuit.36.q.2. sed potius statur authoritati Hiero.contrarium diffiniẽtis.vt in.c.Tria.c.q.de quo fit mẽtio etiã in glossã super.c.de libellis.distin.20.& sic de multis alijs possent exempla induci, & cum illis etiam de Basilien. quod & scandalosum, & in multis à sanctorum patrum doctrina erasse videtur. Præterea q̃ concilij præfatum errare posit, satis apertè colligitur ex beato Augustin. qui in epistola quadam contra Donatistas.vbi post quoddam acerrimum argumentum,subinfert ad propositum.Sic faciãt mille concilia episcopi vestri,huic vni sententiæ respõdeant,& ad id quod volueritis consentimus vobis.Item idem colligitur ex beato Isidoro in ca.Domino sancto. dist.50.vbi ait,quòd si in gestis conciliorum distans sententia inueniatur,illius concilij sentẽtiæ standum sit, cuius quidẽ potior & antiquior extat authoritas. Nunquam autem adinuicem possunt discordare,nisi altero illorum à vero declinante.quoniam secundũ philosophum. 1.Ethic. Omnia vera consonant, sed falsum est quod à vero dissonat. hoc autem nequaquàm dixisset Isido.si fuisset impossibile cõcilium aliquod errare. Idem etiam colligitur ex ca.cuncta per mundum.9.q.3. Item Aug. in epistola contra Donatistas ait. Itaq; concilium illud peruersum atq; nephandum maximè vt creditur traditorum fuit. Ex his exufflatur phantasia stulta eorũ, qui omni concilio non errandi gratiam quasi essentialiter ineſſe affirmant: cùm tã ex euangelio,quàm ex actibus apostolorum, & gestis antiquorum conciliorum manifestè oppositum habeatur.

¶In quo objcitur contra prædicta. Cap. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones septem aduersariorum contra id quod de infallibilitate iudicij plenariorum concilio rum dicitur.*

VNt aliqui aduersarij,quibus nõ sapit veritas prædicta de infallibilitate iudicij plenariorum conciliorum,& arguũt contra illam multipliciter. ¶Primò sic,vt Guillelmus Ockam inducit in dialogo suo. Vna sola eccle
Argumentũ primum. 1 sia militans est quæ contra fidem errare non potest:quia de sola vniuersali ecclesia militãte inuenitur in scripturis authẽticis q̃ errare non potest:concilium autem vniuersale licèt sit pars ecclesię vniuersalis,nõ tamen est ipsa ecclesia vniuersalis.ergo temeratium est dicere,quòd concilium generale circa fidem errare non possit. *Secundum.* ¶Secũdò sic.Illa congregatio quæ potest volũtate humana dissolui,potest contra fidem errare:quia illa ecclesia, quæ in fide errare nõ potest, vsq; in finem seculi est duratura. iuxta verbum Christi Matth. vlti. Ego autem vobiscũ sum vsq; ad,&c. sed concilium vniuersale potest humana voluntate dissolui,sicut dissoluitur.ergo concilium vniuersale potest errare in fide. *Tertium.* ¶Tertio.Illę personæ, quæ in diuersis locis existẽtes possunt circa fidem errare,etiã si ad vnum locum cõueniunt,possunt circa fidem errare:quia concursus ad eundem locum non reddit illos inobliquabiles à fide:quia sicut locus non sanctificat homines,ita non cõfirmat in fide.sed omnes ad concilium venientes generale antequam conuenirent,potuerunt circa fidem errare.ergo etiã postquã conuenerũt, potuerunt labi in hæreticam prauitatem. *Quartum.* ¶Quartò sic. Si in generali concilio congregati circa fidem errare nõ possunt,aut hoc est ratione sapientiæ,qua præfulgẽt,aut ratione sanctitatis qua pollent: aut ratione authoritatis & potestatis quam habent: aut ratione promissionis Christi,qui promisit apostolis fidẽ vsq; ad finẽ seculi duraturã.Non propter primum tãtum:quia sæpe multi sapientes catholici inuenĩtur extra generale concilĩũ,qui habent defensare fidẽ,licet errare possint. Non propter secũdum.f.sanctitatẽ: quia nõ super sanctiores sunt qui ad concilĩũ conueniũt generale:tum etiã,quia sanctitas in ecclesia militante nullos cõfirmat in fide,sicut patet.Nec propter tertiũ,scilicet authoritatem:quia papa est maior authoritate illis,& tñ errare potest in fide.iuxta.c.si papa.di.40. Non etiam protper quartũ, scilicet Christi ꝓmissionẽ: quia Christus promittẽs q̃ fides iu pduratura foret in ecclesia,nullã fecit mẽtionẽ de concilio vniuersali. *Quintum.* ¶Quintò arguitur exemplis multorũ conciliorũ, quæ videntur errasse,de quibus dictũ est in præcedẽti. c. *Sextum.* ¶Sextò arguitur etiã errasse cõcilium plenariũ, in quo cõsensus, & approbatio apostolicæ sedis interuenit. patet de synodo Stephani papę septimi, q̃ erronee oẽs ordinationes factas per Formosum papam irritas esse decreuit: vnde etiã synodo celebrata Romæ per Iohã.9. extitit reprobata.ergo cõcilium vniuersale põt errare:

errare:quia constat, q̃ altera illarum synodorum,quarum vna aliam reprobauit, errauit. *Septimum.* ¶Septimò arguitur ex illo beati Aug.lib. de vnico baptismo contra Donatistas. Ipsa plenaria concilia sæpe priora contingit à superioribus emendari, hoc autem non esse, nisi priora illa, quæ emendanda veniunt,aliquo modo errassent.

¶In quo respondetur obiectionibus præfatis. Cap. LX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorum asserentium uniuersale concilium plenarium errare posse,diluuntur.*

Ad primũ. 1 BEne considerantibus quæ dicta sunt, facilè est respõdere præfatis obiectionib⁹. ¶Vnde ad primam cùm dicitur,q̃ de sola vniuersali ecclesia inueniatur in scripturis authẽticis q̃ errare non posit in fide: respondetur dupliciter. Primò negãdo maiorẽ illam: quoniam in scripturis authenticis non tantùm de vniuersali ecclesia, sed etiam de Romana siue apostolica sede reperitur q̃ errare non posit. Vnde Luc.22. dictũ est Petro pro ecclesia Romana & apostolica sede. Petre ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua.habetur etiã in.c. In sede.& in.c.Hæc est fides.29. q.1.sicut pleniùs in lib.2.c.109. ostendimus. Secũdò respondetur ad minorem,q̃ licèt plenarium concilĩũ non sit materialiter tota vniuersalis ecclesia,est tamẽ tota authoritate. vnde hac ratione in.c.Confidimus.25.q.1.diffinita in plenaria synodo, dicuntur vniuersa*Ad secũdũ.* lis ecclesiæ assensu approbata. ¶Ad secundã cùm dicitur,q̃ cõgregatio,quæ voluntate humana,&c.respondetur negãdo vniuersaliter assumptum. Verũtamen est notandum sicut in.2.li.c.109.distinximus, q̃ non errare,siue deficere aliter videtur attribui,quãdo dicitur q̃ vniuersalis ecclesia errare,vel deficere non potest in fide,& aliter,cũ attribuitur aut apostolicæ sedi,aut plenario concilio. Vniuersali quidẽ ecclesiæ attribuitur,quia fides nunq̃ deficiet de ecclesia: quoniã semper in aliquibus multis aut paucis fides semper permanebit vsq; ad finem,sicut nos plenissimè ostendimus.li.1.huius summæ.c.28.Sedi verò apostolicę,aut plenario concilio attribuitur quo ad iudiciũ:ità q̃ dicimus,q̃ ipse omnipotens Deus hos,quibus fidei magisterium cõmisit, nõ permittet in his,quæ fidei sunt errare. Vnde stat bene,q̃ cõcilium plenariũ dissoluatur humana volũtate,& tamẽ cùm fuit cõgregatum in his quę fidei sunt vniuersali omnium consensu diffinita nõ erret. Propter quod imperator Martianus in epistola, quam in fine cõcilij Chalcedonẽsis scribit Constãtinopolitañ. dicit sic. Verè impius & sacrilegus est, qui post sacerdotũ sententiam opinioni suæ aliquid tractandũ relinquit. Extremæ quippe demẽtiæ est in medio & perspicuo die cõmentitium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatẽ repertã aliud vlterius discutit, mendacium quærit. Et infrà. Iniuriam enim facit iudicio reuerẽdissimæ synodi,si quis semel iudicata ac rectè dispositа renoluere, & publicè disputare contẽdit,hæc ille. ¶Ad ter- *Ad tertium* tiam,cùm dicitur, q̃ illæ personæ quæ in diuersis locis,&c. respõdetur q̃ ratio non procedit:quoniã licèt oẽs conueniẽtes ad locum concilij sigillatim cõsiderati possent errare, non tamen oẽs simul iunctì in iudicio eorũ, quæ ad fidem pertinẽt,Deo sic ordinãte. Aliqua enim sunt priuilegia cõmunitatis, quæ non cõueniunt singulis de cõmunitate. Similiter licèt quilibet de ecclesia possit errare in fide,non tñ ipsa ecclesia, quæ nõ est nisi ipsorum fideliũ collectio.sic in.c.ecclesia.de cõse. dist.1. ¶Ad quartã,cùm arguitur,q̃ aut ratio *Ad quartũ.* ne sapiẽtię,&c.respõdetur q̃ principaliter ratione promissionis diuinæ. Et ad improbationẽ cũ dicitur,q̃ Christus cũ promisit apostolis fidem duraturã non fecit mentionẽ de cõcilio vniuersali,respõdetur dupliciter.Primò,q̃ Christus promittẽdo beato Petro q̃ fides eius in ecclesia sua & sede nunq̃ esset defectura Luc.22.vt dictũ est,& in cõcilio plenario Roma.pon.intelligatur vt caput,& magisterijae diffinitor, ex cõsequenti promissio illa extẽditur ad cõcilium vniuersale plenariũ, quod & authoritate,& approbatiõe apostolicę sedis fulcitur. Secũdo respõdetur,q̃ Christus promittẽdo ecclesiæ vniuersali,q̃ portæ inferi non essent præualituræ aduersus eam Matt.18. promisisse etiã intelligitur hoc plenario vniuersali cõcilio, quod ipsam vniuersalem ecclesiã plena representat authoritate. ¶Ad quintã,cum arguitur, q̃ multa concilia *Ad quintũ.* errasse legũtur,respõdetur,q̃ illa concilia,de quibus exẽpla inducta sunt,plenaria nõ fuerunt,cùm in eorũ diffinitionibus nec approbatio,nec cõsensus Roma.pon.qui est vniuersalis ecclesię rector & princeps,interuenit:& ita non vniuersalis ecclesiæ fuerũt authorita

Universidad de Deusto
Biblioteca

te diffinita. ¶ Ad sextã, cùm arguitur de concilio Stephani septimi, respõdetur vt aliàs respõsum est in.2.li.ca.109.q̃ error ille nõ fuit circa ea quæ humanæ saluti sunt necessaria, vnde nõ est ad propositũ. ¶ Ad septimã, cùm arguitur de beato Aug. respõsio eadẽ est. Dicimus enim, q̃ Aug. nõ loquitur de emendatione quo ad fidem, sed quo ad ea quæ constiterunt in facto, in quibus ecclesia potest falli. Vñ ait. Ipsa plenaria cõcilia sæpe priora contingit à posterioribus emẽdari, cũ aliquo rerũ experimento aperitur qd clausum erat, & cognoscitur qd latebat. hoc aũt non videtur posse referri ad fidẽ, vt infrà plenius dicetur.

Ad sextum.

Ad septimũ

¶In quo ostenditur, quòd apostoli omnes in passione Christi à fide eius defecerunt. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli omnes in passione Christi à fide eius defecisse probantur.*
2 *Beata Virgo Maria quòd sola in fide tempore passionis Christi perstiterit, apostolis omnibus à fide deficientibus, ostenditur.*
3 *Apostoli deficientes in fide an potuerunt dici hæretici?*
4 *Infidelitatis tres species recensentur.*

QVoniam quidam aduersariorum ad probandum q̃ ecclesia vniuersalis in fide deficere possit, & per consequens vniuersale concilium illam representãs, magnum fundamẽtum capere vidẽtur ex hoc, q̃ oẽs apostoli, in quib⁹ vniuersalis ecclesia representari videbatur, in Christi passione defeciſſe vidẽtur. secũdum illud quod dñs dixit apostolis. Omnes vos scãdalũ patiemini in me in ista nocte. scriptũ est enim, Percutiã pastorẽ, & dispergentur oues gregis. glo. interli. i. ab vnitate fidei soluẽtur. placuit nobis de hoc aliquid tractare. Vbi aduertẽdum est, q̃ sunt aliqui aduersariorũ dicẽtes nullo modo asserẽdum esse, q̃ oẽs apostoli in passione Christi defecerint, timentes ex hoc sequi, q̃ fides defecerit ecclesiæ. Sed istud iudicio nostro (saluo semper meliori) non est bene dictũ propter duo. Primò, quia suppositũ videtur falsum. Secũdò, quia consequentia quam faciunt, nullas vires habet.

Matth.26.

1 Primùm patet: quoniã suppositum illud, videlicet q̃ oẽs apostoli in passione Christi à fide eius perfecta nõ ceciderint, non videtur cõsonare, sed repugnare sacræ scripturæ, sanctorũ patrũ testimonijs, & cõmuni fidei vniuersalis ecclesiæ. Repugnare quidẽ videtur sacræ scripturę in pluribus locis. Primò illi, quę habetur psal. 13. Omnes declinauerũt. super quo ita inquit Hiero. hunc psal. de passione Christi refert: quoniam oẽs dominũ reliquerunt, intãtum, vt Petrus quoq;, qui apostolorum fuit princeps, ipsum negaret. Item infrà super illud. Non est qui faciat bonũ vsq; ad vnũ. dicit idem Hiero. sic: Hic apparet, q̃ hic psalm. de passione pertineat: quia nullus de discipulis, nec Petrus, qui caput ecclesiæ est, quia & ipse negauit. hæc Hiero. Itẽ secũdò repugnat sacræ scripturæ illi, quę habetur psal. 68. Laboraui clamãs, &c. sequitur. defecerũt oculi mei. vbi sic dicit glo. à sperãdo in Deum verũ. alia litera habet sic: discipuli desperauerunt. vnde oculi duorum discipulorum tenebantur in via Christum non cognoscẽtium: quoniam desperantes dixerunt, Sperauimus q̃ esset redempturus Israel: quibus extra factum est quod intus erat, id est, cæcitas cordis facta est in oculis: sed spem reddidit, quando cicatrices palpãdas obtulit, quibus tactis Thomas ad spem redijt clamans, Deus meus & dominus meus. hæc ibi. Itẽ repugnat scripturæ sequentis versus: vbi ait. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, &c. vbi ait glo. Tempore passionis recesserunt Iudæi à Christo, & etiam apostoli: eo vero resurgente, redierunt apostoli, sed non Iudæi. hæc ibi. Item tertiò repugnat scripturæ illi psal. 87. Oculi mei languerũt præ inopia. Super quo beatus Grego. & habetur etiam in glo. ordinaria, ita loquitur. Illi oculi, id est, sancti apostoli, quibus non reuelauerat caro & sanguis sed pater eius qui est in cœlis, vt Petrus diceret, Tu es Christus filius Dei viui: videntes eum tradi, atq; tanta perpeti mala: quoniam non videbant eum in virtute formæ suæ, sed quasi superatum atq; impotentem, infirmati sunt ab eius inopia, velut subtracto sibi cibo lumine suo. hæc ille. Quartò repugnat scripturæ illi psalm. 88. Perfudisti eum confusione. Super quo ita inquit Hieronymũ. Confusione inquit mortis hoc dicebant apostoli, ignorãtes eum à morte debere resurgere: & Petro quasi deliramenta visa sunt verba resurrectionis eius. Thomas autẽ ait, Nisi videro, nõ credam. hæc Hiero. ¶ Quintò contradicit scripturæ illi. psal. 108. Genua mea infirmata sunt à ieiunio. Quod exponens beatus Aug. de Apostolis ita inquit. Vbi significatũ esse arbitror eos, qui in mẽbris eius fortes videbantur, tanquã præsentia panis, quo sustentabantur, abstracta, in eius passione defeciſſe vsq; ad negationẽ, quæ apparuit in ipso Petro. Et caro inquit mea immutata est propter oleũ. vt eosmea morte deficiẽtes, mea resurrectione firmarem, & misso spiritu sancto, vngerẽ: qui nõ ad eos veniſſet, nisi ego abijssem. hæc ille. ¶ Sextò repugnat scripturæ illi. Psal. 138. Dies formabuntur, & nemo in eis. vbi habet alia litera: per diem errabunt, & nemo in eis. Quod beatus Augu. exponens de Apostolis, ita ait. Dies hic adhuc erat dñs Iesus Christus. vnde dicebat, Ambulate dum lucem habetis, sed per diẽ errabant imperfecti eius: putauerunt & ipsi dominũ Iesum Christum tantũmodo hominem esse non habere in se occultam diuinitatẽ, nõ esse occultè Deum, sed hoc solùm quod videbatur, hoc & ipsi putauerũt. Nam & ipse Petrus dixerat dño cùm interrogasset quem illum dicerẽt homines, Tu es Christus filius Dei viui. dixerat ei dñs, Beatus es Simon bariona: quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. quare? quia dixerat illũ filium Dei. vbi paulò pòst in eodẽ loco in ipsa contexione verborum cœpit dominus de passione sua futura dicere: ille autẽ Petrus qui iam confessus erat illum filiũ Dei timuit ne sicut filius hominis moriretur. erat enim filius Dei & filius hominis. timuit Petrus ne in forma serui periret forma Dei, & non potiùs præsumpsit: quia ex forma Dei reuiuiſceret forma serui, & ait illi. absit à te dñe, propitiùs tibi esto. & dñs qui illũ beatũ dixerat illa voce. vade post me inquit sathana, neq; enim sapis quæ Dei sunt, sed quę hominum. & infrà. Christus inter illos ambulauerat: ante oculos illorũ fluctus calcauerat: ventis imperauerat: ante oculos ipsorũ quatriduanum mortuũ suscitauerat: ante oculos ipsorum tanta miracula fecerat: & tamẽ trepidauerunt in passione eius, quasi amisissent eũ, de quo frustra præsumpserãt. sed per diẽ errabant & nemo in eis. Nemo prorsus nec ipse qui dixerat tecum ero vsq; ad mortẽ. dixerat enim illis veniet hora vt me relinquatis solum, & eat vnusquisq; viam suam. hæc Aug. Septimò contradicit scripturæ illi, quæ habetur Iob. 19. vbi dicitur, Pelli meæ consumptis carnibus adhęsit eos meũ. &c. Quod verbum exponens beatus Gregor. ita ait. In osse fortitudo, in carnibus infirmitas corporis designatur. Per os ergo Christus, per carnem discipuli, qui tẽpore passionis infirma sapuerunt. hæc ille. Ex quibus authoritatib⁹ vt videtur iuxta expositiones sanctorum patrum discipuli nõ videntur sapuisse, quę Dei erant in Christo, sed tm̃ quæ hominis erant, quæ dicuntur infirma. ¶ Octauò repugnat scripturę illi quæ habetur Matth. 26. & Marci. 14. vbi Christus ait Apostolis. Oẽs vos scandalum patiemini in me in ista nocte. scriptum est enim, Percutiã pastorem, & dispergentur oues gregis. glo. interli. ab vnitate fidei soluentur. Itẽ glo. ordi. habet sic. Prædicit quod passuri sunt, vt cùm passi fuerint, non desperent, sed pœniteãt qui scandalizantur. nocte scandalizantur, id est, mente obscurati. Item hunc locũ exponẽs S. Tho. ita dicit. Apostoli propter infirmitatem carnis scandalũ passi aggrauatur peccatum eorũ ex propinquitate tẽporis: quia post tantas admonitiones & sacramenti susceptionẽ, vnde obliti erant quæ fecerat eis. hæc ille. ¶ Nonò contradicit scripturæ illi, quæ habetur Luc. 24. vbi legitur, q̃ verba mulierum nuntiantium Apostolis Christum resurrexisse, visa sunt Apostolis quasi deliramentum, & non credi derunt illis. ¶ Decimò repugnat scripturæ illi, quæ habetur Mar. 16. Legitur quod dominus apparens Apostolis, exprobrauit incredulitatem eorũ, & duritiam cordis, quia his qui viderant eũ resurrexisse non crediderũt. Vbi dicit gloſſ. quæ est Gregorij in homilia: Quòd discipuli resurrectionem domini tardè crediderunt: non tam illorum infirmitas, quàm nostra firmitas fuit. Dubitantibus enim ipsis, resurrectio per multa argumenta probata est, quib⁹ & nos firmiùs solidamur. Ad idem beatus Ambrosi. libr. de incarnatione. capit. 7. sic dicit. Discipuli quidem aliquã do errauerũt, ne nos postea errare possemus. Ergo illorum error nobis proficit: quasi homines errauerunt, quasi discipuli crediderũt. hæc ille. ¶ Ampliùs secundò dictum etiam aduersariorum repugnat sanctorum patrum doctrinis. ait enim beatus Isidor. vt habetur in gloſſ. super illud Exod. 3. ita vt fugeret Moyses virga in serpente. Christus in morte expauit Moyses & fugit: mortuo enim Christo, expauerunt discipuli, à spe, in qua fuerant, recedentes. hæc ille. Cęterùm dictum aduersariorum contradicit communi ecclesiæ vniuersalis fidei. nam vt Guillielmus in rationali diuinorum officiorum testatur. Candela quæ in diebus occultatur tenebrarũ hebdomadæ sanctę per totã Christi ecclesiã, designat Christi fidem, quæ in sola virgi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne remãsit, per quam omnes fideles docti,& illuminati sunt.Item idẽ confirmans irrefragabilis doctor magister Alexãder de Alis in 3.sentẽ.in expositione symboli dicit sic.Opinio quę dicit,q in sola virgine stetit ecclesia, in qua sola fides mansit in passione, videtur nobis vera.Itẽ doctores iuris canonici.Vnde Huguicio in apparatu suo super illud de pœni.di.1.in.§.his authoritatibus.dicit sic. Mortuo Christo, Petrus & alij Apostoli defecerunt in fide Christi,dubitãtes de eo peccauerũt mortaliter.Idẽ dicit Archi. in eodẽ loco. ¶Præterea secundo dictũ aduersariorũ non est sustinendũ:qm consequẽtia,quã faciunt, nullius efficacię est,Apostoli defecerũt in fide,ergo fides ecclesiæ defecit:quoniã in beata virgine dicitur integerrima permansisse, quod nõ est minus credibile,quã illud,quod beatus Aug.inquit super illud Psal. Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea. & habetur in glo.vbi ita dicit. Aliquãdo in solo Abel erat ecclesia. Cæterũm ista cõsequentia nõ valet. Petrus & alij Apostoli defecerũt in fide. ergo vniuersalis ecclesia siue conciliũ vniuersale,scilicet papa,qui succedit beato Petro,& omnes alij prælati, qui succedunt Apostolis simul synodaliter congregati errare in fide possiunt,propter duo. Tũ primo,quia nec Petrus tũc tẽporis pastor erat ecclesiæ, nec alij Apostoli erant in aliqua prælatione iurisdictionis sublimati: quoniã vt in superioribus cõmemoratũ sæpe est, per verba illa tantùm Pasce oues meas.Iohã.vlt.dicta Petro,Petrus constitutus est actu pastor ecclesiæ vniuersalis.vnde tũc solus Christus erat pastor ecclesiæ, & ideo non mirũ si oues pastorẽ suũ relinquentes errauerunt. secundùm illud Zacha.13.& Matt.26. Percutiã pastorem,& dispergentur oues. Tum secũdò,quia Apostoli deficiẽtes,nõ defecerunt collegialiter cõgregati.videlicet defectu,qui ex cõi eorũ cõsensu emanauerit,vt patet, sed defecerũt vt singuli,secũdùm quod dñs eis prędixerat dicẽs.
Matth.26. Veniet hora vt me relinquatis, & eat vnusquisq; in viã suã.Ex quibus satis patet aduersariorũ dicta sustinẽda nõ esse:sed cùm iã ex sanctorũ patrũ testimonijs habitũ sit Apostolos in Christi passione defecisse in fide,quærendũ videt,vtrùm ratione illius erroris,quo
Vtrũ apostoli deficiẽtes in fide erant hæretici? errauerunt,poterant dici hæretici, vel infideles?Ad quod nobis videtur dicendum (saluo semper meliori iudicio) q non fuerunt hæretici:quia hæresis non tãtum dicit errorem in
3 intellectu,sed pertinaciã quasi formale principiũ:vt colligitur ex.c.hæresis.24.q.3.vnde Aug.inquit.Non qui falsas opiniones imitãtur,sed qui eas contumaciter defendunt,hæretici sunt censendi.Cùm autẽ Apostoli non restiterint fidei resurrectionis pertinaciter, aut aliqua animositate defenderint incredulitatem eorũ,non poterant censeri hæretici. Infideles verò dici potuerunt, vtputa sine fide Chri,vt patet ex supradictis. Vnde Chrysosto.tractans illud Iohã.20.Maria Magdalena venit ad monumẽtum cùm adhuc tenebrę essent.dicit,quia adhuc fuit in tenebris in fidelitatis.Itẽ mulier quid ploras? nõ lachrymas nudas,sed fidẽ quæro.Sed surgit hic alia quæstio.Si infideles fuerunt,quæritur in qua specie infidelitatis errauerunt?Communiter enim non dicuntur nisi tres speciesinfidelitatis:videlicet prima,qua renititur fidei nõ susceptæ,& talis est infidelitas paganorum,siue gentilium.Secunda est, qua renititur fidei susceptæ in figura:& talis est infidelitas iudæorum.Tertia est,qua renititur fidei in ipsa manifestatione veritatis. Et quæcunq; harum ascribatur Apostolis, videtur inhonorabile eis.Ad hoc respõdendũ nobis videtur (saluo semper meliori iudicio) q nulla specierũ prędictarum infidelitatis Apostoli dicendi sunt fuisse infideles tẽpore passionis Christi. Pro quo notandũ, q infidelitas tripliciter potest
4 accipi.Duos modos ponit S.Tho.in.2.2.q.10.ar.1.Vno modo secundùm purã, siue secundũ simplicẽ negationem,vt dicatur quis infidelis ex hoc solo, q non habet fidem. & hoc modo,vt dicit S.Thom.vbi supra,in his qui nihil audiuerunt de fide,non habet ratio nem peccati,sed magis pœnę:quia talis ignorãtia diuinorũ ex peccato primi parentis est subsecuta.Secundò capitur infidelitas secundùm cõtrarietatẽ ad fidẽ,quia scilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contẽnit ipsam,secũdùm illud. Quis credidit auditui *Esa.53.* nostro? & in hoc perficit ratio infidelitatis. Cùm autẽ Apostoli non sint dicendi simplicem negationem fidei habuisse, cùm multa de fide & resurrectione audierint à Christo: imò etiam ipsi confessi fuerint fidem diuinitatis in Christo,quando à Christo interrogãti: vos autẽ quem me esse dicitis? Petrus pro se & omnibus alijs respõdit.Tu es Christus filius Dei viui.Præterea Aug.super Iohan. inquit,q apostoli à Christo creduntur baptizati,& per consequens habuerunt fidẽ Christi,& ita non possunt dici infideles per simplicem negationem fidei. Cæterùm non poterunt etiam dici infideles secundo modo,scilicet secundùm contrarietatem ad fidẽ:quia
nusquã

nusquã legũtur fidei contradixisse, tenẽdo, aut pertinaciter defendẽdo contrariũ. Cùm autẽ dicãtur fuisse infideles,necesse est ponere tertiũ modum infidelitatis, qui scilicet medius sit inter duos modos prædictos, qui est quædã fluctuatio inter duas partes, nec vni, nec alteri firmiter adhærẽdo,de quo videt satis cõuenienter ad propositũ loqui.c.1.extra de hære.dubius in fide, infidelis est. Fides enim,vt inquit beatus Bernar. ambiguũ non habet, vel si habet,fides nõ est. Et isto modo possunt intelligi tam dicta sacræ scripturæ,q̃ sanctorũ patrũ, vbi videntur Apostoli dici increduli,siue infideles.Et ex his patet, q nulla illarũ triũ specierũ,videlicet paganorũ,Iudæorũ,hæreticorũ,de quibus arguebat,Apostoli sunt censendi infideles: quia Apostoli nõ dicũtur fuisse infideles secundo modo in fidelitatis,scilicet secundùm contrarietatem ad fidẽ,cuiusmodi infidelitatis sunt præfatæ tres species, vt superiùs est explanatum.

¶Quòd ad Romanum pontificem spectat corrigere & damnare concilia, quæ in perniciẽ fidei, aut scãdalũ ecclesiæ processisse contingit. Cap.LXII.

SVMMARIVM.

1 *Conciliũ universale irritè factũ,quòd à papa revocari posit,ostenditur.*

QVemadmodũ ad Ro.põ.vt ad ecclesiæ principem pertinet cõcilia vniuersalia si bene processerint approbatione & authoritate sua cõ firmãdo honorare: ita ipsius est ea concilia,
1 quæ in perniciẽ fidei,aut totius ecclesiæ perturbationem celebrata reperta fuerint corrigere,reprobare,ac cassare,ea quę minùs iustè minusq; bene acta sunt retractãdo, & condẽnãdo.Sicut de cõcilio Arimineñ. patet: quia enim in eo fides læsa fuit,& infidelitas cõscripta,Damasus papa eam annullat, vt iã diximus suprà in.c.58. Item idẽ patet de Ephesino concilio secundo, quod licẽt authoritate apostolica fuerit congregatum, & amplissimo prælatorũ numero venerabile: veruntamen quia, vt dicit Leo papa, in eo non fuit obseruata iustitiæ moderatio, nec fidei reli-
gio,idẽ Leo papa beatissimus non modò si-
ne ipsius synodalis congregationis assensu submouit,sed etiã condẽnauit,cassauit atque reprobauit documento eius, qui ait. Dissol- *Esa.79.*
ue colligationes impietatis.atq; in correctionem eius synodũ Chalcedonen.sua authoritate instituit.Pro cuius synodi malæ actæ cõdẽnatione scribit Galla Placida semper Augusta Helenæ pulcherrimæ pijssimo semper Augusto, orans, vt de illa synodo Leo papa permitteretur iudicare, sicut ad eum iure primatus sui pertinebat,ita dicẽs.Cùm ergo beato Petro nostrã præsentiam dedissemus illic multitudine sacerdotũ Romanus Leo papa circundatus pro dignitate sui loci vos primꝰ adijt, qui propter impositã gemitus suitristi tiam desideriũ plenè suũ verbis insinuare nõ poterat. Vicit tamẽ cõstantia sapientiæ sacerdotis,vt lachrymas paululũ retineret,& eam violatę fidei tanquã huius vindex manifesto sermone proferret.In quo sermone cognouimus nostris catholicã fidem esse turbatã,quã à diuo patre nostro Cõstantino nostri generis parentes seruauerũt:ergo tua clemẽtia secundùm catholicã fidẽ (quod semper nobis cũ fecit, & nunc similiter cõspirare videtur) dignẽ, vt quicquid in illius tumultuoso miserog; concilio(scilicet Ephesino)constitutũ est, omni virtute submoueatur, & omnibus integris permanentibꝰ,ad iudiciũ apostolicę sedis,in qua primitùs beatissimus Apostolorũ Petrus, quia etiã claues regni cælorũ suscipiens,sacerdotij principatum tenuit)episcopatus causa mittatur.hæc illa.Item pro eadẽ causa scribens imperatori Theodosio sic inquit.Dum in ipso ingressu ciuitatis hãc curã habuissemus,vt cultum beato Petro reddere mus in ipso adorando altari martyrũ reuerẽdus Leo episcopus paululum se post orationem retinens,propter catholicã fidem apud nos desleuit.Et infrà.Hac ergo gratia tua mã suetudo tãtis turbis resistẽs, veritatem immaculatã fidei catholicę religionis seruare præcipiat,vt secundùm formã & diffinitionem apostolicæ sedis, quã etiã nos tanquã præcellentem similiter veneramur, institutа sacerdotij illæso manente per omnia Flauiano ad cõcilij & apostolicæ sedis iudiciũ trãsmittantur,in qua primus ille,qui cælestes claues dignus fuit accipere, principatum episcopatus ordinauit. hæc illa.Item pro eadem causa & cum eadem fide Valentinianus imperator scribens Theodosio imperatori ita dicit. Cùm aduenissem in vrbem Romam, ad diuinitatem placandam sequenti die ad basilicam beati Petri Apostoli processi, &
illic

Universidad de Deusto
Biblioteca

illic à Roma.episcopo,& ab alijs cũ eo ex diuersis prouincijs cõgregatis rogatus sum scribere vestrę mãsuetudini de fide, quæ cùm sit conseruatrix animarum, dicitur perturbata, quã nos à nostris maioribꝰ traditã debemus cũ omni cõpetenti deuotione defendere, & dignitatẽ propriæ venerationis beato Apostolo Petro intemeratam & in nostris tẽporibus conseruare, quatenus beatissimus Romanæ ciuitatis episcopus, cui principatũ sacerdotij super omnes antiquitas contulit,locum habeat, & facultatem de fide & sacerdotibus iudicare.hæc ille. Ex quibus manifestè patet,q̃ ad Ro.pon.iure principatus sui pertinebat iudicare de quibuscunq; sacerdotum congregationibus, si errore aliquo istas contingeret maculari.Quocirca S.Dionysius papa scribens Seuero episcopo dicit sic. Olim, & ab initio tantam percepimus à beato Petro Apostolorum principe fiduciam, vt habeamus authoritatem vniuersali ecclesiæ auxiliante dño subuenire, & quicquid nociuũ est authoritate apostolica corrigere,& emẽdare.Ad hoc enim diuinæ dispẽsationis prouisio gradus & diuersos constituit ordines esse distinctos,vt sic dum minores potioribus reuerentiam exhiberent & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuersitate contexio,& ratione officiorum gereretur administratio singulorum.hæc ille . De hac verò authoritate Ropon.in cassando concilia nequiter celebrata, & hoc pro sua authoritate,qua à Christo donatus est,cũ ei dictum est,Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in cælis: & quodcũq; solueris super terrã. &c. loquitur papa Nicolaus in epistola illa gloriosa, quã scribit Archi.Metropolitis,& epis Cõstantinopolitanæ sedi subiectis pulchrum testimonium faciẽs,ita inquit.Necnõ & patrum prę decessorum nostrorũ secuti vestigia, qui soliti sunt etiã vniuersorum concilia nequiter celebrata cassare põtificum, si qua socia sunt crebrò dictæ vel exemplaria fortasis epistolæ.&c.Vnde in gestis octauæ synodi de papa Nicolao ita habetur. Tunc cognoscẽs papa Nicolaus scilicet quæ fecerat Focius contra Ignatium,& scrutãs omnia,fecit synodũ, & conuocauit omnes occidẽtales episcopos archiepiscopos,& Metropolitas, & omnem clerũ sanctæ Romanæ ecclesiæ, atq; totũ senatum principum Romanorũ,& dãnauerũt Liberium,& cõcilium malignantiũ,quod factũ est aduersus sanctissimũ virum Ignatiũ, & deposuit apocrisarios, qui venerant huc Raidealdum scilicet,& Zachariã,& ab omni honore sacerdotali ac omni cõmunione repulit eos,qm̃ cõmunicauerunt, & consenserunt,& cõstituerunt inuasorẽ & adulterum Fociũ, & abdicauit conciliũ malignantium. hæc ille.Item synodus Romæ congregata tẽpore Adriani,qui secutus est Nicolaũ,supplicãs vt prosequeretur quod incœperat papa Nicolaus dicit sic . Quapropter oramus te ô angelice papa vt eundem habens spiritum, eundem q; zelũ pietatis,quẽ & fratres tui fernẽtissimi præsules conciliabulũ cũ gestis suis quod Cõstantinopoli nuper contrà veritatẽ sub tyrannicè imperãte Michaële congregatũ est,ita sentẽtiæ vestræ falce recidat, vt nullũ de eo momentũ, nullũ de eo remaneat omnino vestigiũ,sed ad sui dãnationẽ vel execrationem Arimineñ.synodo, vel Ephesino latrocinio sit modis omnibus comparandũ. Et infrà Adrianus ipse prosequens petitionẽ præfatæ synodi,ita inquit. Conciliabulũ vanitatis à Focio & huius fautore Michaële vidclicet tyrannicè imperante Cõstantinopoli aduersus apostolicæ sedis reuerentiã & priuilegiũ congregatũ,vtpote veritatis inimicũ & omni falsitate repletum,quod & sibi consentientiũ animas interficiẽs Ephesino latrocinio cõparandum fore statuimus, & ipsius execranda gesta quibuscũq; habeantur monimentis inserta, summi iudicis Iesu Christi, sanctorũq; principum Apostolorũ Petri & Pauli nostraq; mediocritatis authoritate penitus abolenda decernimus,ita vt igni voranda tradantur, & anathemate perpetuo percellantur . Similiter, & de cæteris scripturis, quæ viris iam nominatis authoribus contra eandem sedem tẽpore diuerso sunt editæ, gerendis modis omnibꝰ diffinimus.hęc ille.Itẽ idem Adrianus papa scribẽs Tepasio patriarchæ in septima synodo dicit sic. Vestra sanctitas suggerat pijs imperatoribus, vt in primis pseudosyllogus (id est falsum collegiũ) ille qui sine apostolica sede inordinatè,& syllogicè factus est aduersus venerabilium patrum traditionem contra diuinas imagines anathematizetur præsentibus apocrisarijs nostris,& omne zizanium eradicetur ab ecclesia,& dñinri Iesu Christi sermo cõpleatur quia portę inferi nõ pręualebũt aduersus eã. & rursus. Tu es Petrus & super hãc petrã ędificabo ecclesiã meã,& tibi dabo claues regni cælorũ , & quodcunq; ligaueris super terrã. &c.cuius sedes in omnem terrarũ orbẽ primatũ tenens refulget,& caput omniũ ecclesiarũ Dei cõsistit. hæc ille.Itẽ idẽ testat papa [illegible]

Pelagius scribẽs vniuersis episcopis per Dardaniam constitutis,vt testatur dominus Aymarus in lib.de synodis.& habetur etiam in c.Cuncta.2.q.3.vbi ita dicit.Cuncta per mũdum nouit ecclesia,quòd sacrosancta Romana ecclesia de omni ecclesia phas habet iudicare,nec cuiquam de eius liceat iudicare iudicio: siquidẽ ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo appellare permissus est . Sed nec illud prætermus,quòd apostolica sedes frequenter more maiorũ etiam sine vlla synodo præcedente exoluendi, quẽ vel quos synodus iniqua dãnauerat,& dãnandi nulla existente synodo quos oportuit habuit facultatẽ:& hoc nimirũ ,p suoprincipatu,quẽ beatꝰ Petrus Apl'us dñi voce tenuit,& semp tenebit.Sãctæ q̃ppe memorię Athanasiũ synodus addixerat,quẽ tamen exceptũ sedes apostolica quia dãnationi Græcorũ non cõsensit,absoluit. Itaque Flauianũ pontificẽ Græcorũ cõgregatione dãnatum pari tenore,qm̃ sibi sedes apostolicanon cõsensit potiùs, qui illic receptus fuerat Dioscorũ sedis secũdæ præsulẽ sua authoritate dãnauit,& impiã synodum nõ consentiẽdo,sola submouit authoritate,vt synodus fieret Chalcedon.sola decreuit.hæc ille.Huic autẽ sentẽtiæ (vt dñs Aymarus subiungit)alij sanctissimi patres scilicet Calixtus,Fabianus Sixtus,Sylvester,Iulius, & reliqui innumerabiles astipulãtur:quã adeò amplexi sunt veritatẽ,vt potiùs mori, quàm mẽtiri deliberauerint.hæc Aymarus.Itẽ beatus Grego.in registro scribens Eulogio & Anastasio episcopis dicit sic.Ante hos quidẽ annos octo sanctæ memoriæ prædecessoris mei Pelagij tẽpore frater & coepiscopus noster Iohã.in Constãtinopolitana vrbe ex alia causa occasionem quærens synodum fecit, in qua se vniuersalẽ appellare conatus est:quod mox ipse prædecessor meus vt agnouit, directis epistolis sancti Petri Apostoli authoritate eiusdem synodi acta cassauit.hæc ille.

¶De ordine conciliorum adinuicem cui standum sit,si sibi inuicem discrepare siue dissonare inueniãtur.Cap.LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilia uniuersalia quem ordinem habeant adinuicem.Et quibus standũ sit,si inter se dissentire inueniãtur, quibusdã cõclusionibus docetur.*

QVoniam quandoq; concilia vniuersalia aduersari,siue dissonare abinuicem videntur, vt in.c.Dño sancto.di.50.ab Isido.innuitur, iam videndũ est,cuius concilij sentẽtię magis obteperandũ,siue standũ sit. ¶Circa hãc quæstionẽ conclusio videtur esse beati Aug. Concilia prouincialia debere credere vniuersalibus.& vniuersalia priora quãdoq; posterioribꝰ emẽdari.Vnde ipse Aug.ponẽs gradꝰ varios inter eos,qui authoritatẽ habẽt in ecclesia,ita loquitur libr.2.de baptismo contra Donatistas.Quis (inquiens) nesciat sacrã scripturam tam veteris quàm noui testamẽti certis suis terminis contineri,eamq; omnibꝰ posteriorũ episcoporũ literis ita præponi,vt de illa omnino dubitari vel disceptari non possit,vtrũm verum, vel vtrũ rectũ sit quicquid in ea scriptum esse cõstiterit?episcoporũ autem literis,quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt vel scribentur, & per sermonem fortè sapientiorẽ cuiuslibet in ea re potiores,& per aliorum episcoporum grauiorẽ authoritatẽ doctorumq; prudentiã & per cõcilia licere reprehendi si quid in eis fortè à veritate deuiatum est,& ipsa concilia, quæ per singulas regiones vel prouincias fiunt,plenariorũ conciliorũ authoritate quæ fiũt ex vniuerso orbe Christiano sine vllis ambagibus cedere,ipsaq; plenaria concilia sæpe priora posterioribꝰ emẽdari,cùm aliquo rerũ experimẽto aperit quod clausum erat,& cognoscitur quod latebat sine vllo typo sacrilegæ superbiæ,sine vlla inflata ceruice arrogantię,sine vlla cõtentione liuidæ inuidiæ , cũ sancta humilitate,cũ pace catholica, cum charitate Christiana.Itẽ in eodẽ loquẽdo de Cypriano ita ait:si autẽ conciliũ eius attẽditur,huic est vniuersæ ecclesiæ posterius conciliũ præponendũ,cuius se mẽbrum essẽ gaudebat.Nam & cõcilia posteriora prioribus apud posteros præponenda,& vniuersum partibus semper optimo iure præponitur.hæc Augu.Sed fortalsis videbit alicui huic sentẽtiæ Aug.aduersari sentẽtia beati Isido.qui vt habetur in ca,Dño sancto.di.50.dicit, q̃ quotiescunq; in gestis conciliorum discors sententia inuenitur,illius concilij magis sentẽtia teneatur, cuius antiquior, & potior existit authoritas.hæc ille. Cui sententiæ etiam fauere videtur Leo papa sanctissimus,qui scribens Anatholio episcopo ita inquit . Nulla sibimet de multiplicationis congregatione synodalia concilia nec. 300. illis & decem & octo

Opinio prima.

Opinio secunda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

episcopis quantūlibet copiosior numerus sacerdotum vel comparare se audeat vel præferre, cum diuinitùs & priuilegio Niceno sit synodus cōsecrata, vt siue per pauciores, siue per plures ecclesiastica iudicia celebrētur, omni penitus authoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. Item eadem sententia repetitur ab eodē papa Leone scribēte episcopis, qui in sancta Chalcedonen. synodo fuerūt congregati. Itē Nicolaus papa in epistola ad Michaelem imperatorē, vt habetur in octaua synodo, ad argumentū Focij & suorum, qui à numero patrū arguebant, dicentes in cōcilio vniuersali, vbi Ignatius fuit depositus, tot fuisse episcopos, licut in Niceno concilio: respondit ita. Nos quidē non numerosum tātùm sanctorū episcoporum collegium Nicæni, vel Chalcedonen. cōciliorum cæterorumq; sanctorum patrū synodicas constitutiones sequimur, sed eorum liberales veneramur iustas & diuinitùs inspiratas sententias: & non tantùm pro suorum multitudine obseruantur à nobis, quia reuera multi in personis fuēre, sed in validissimis sententijs eos perpendimus plures. Verùm pro concordia horum visum est nobis (saluo semper meliori iudicio) fore distinguēdum: quoniam dissonantia illa, quæ inter concilia plenaria vniuersalia dicitur esse, vel est circa ea quæ fidei sunt, aut nō, sed circa iudicia vel instituta circa proficua & regimen humanæ vitæ siue ecclesiasticam disciplinā. Si primo modo, sit ista conclusio. Si discordia inueniretur inter concilia vniuersalia (quod nō credimus iuxta dicta possibile) standū esset sententiæ antiquioris siue prioris concilij, dū tamen fuerit vniuersale plenarium authoritate Ro. pon. & approbatione fulcitum, & roboratum. Cùm enim, vt suprà diximus, tale concilium in fide stāte diuina promissione errare non possit, & fides sit simplex & incommutabilis, vt ait Aug. & Leo papa, nō potest sequens concilium in veritate aduersari, nisi alterū ipsorum à veritate fidei deuiaret: quia vero non nisi falsum dissonat. Aut ergo controuersia vera nō est (quod magis credendū est) aut aliquod illorum catholicum non est, quod magis de posteriori præsumendum est, cùm antiquum iam totius ecclesiæ acceptatione fuisset approbatum. Pro qua parte videtur facere dictū beati Isido. in. c. dño sancto. di. 50. quod supra inductum est, vbi etiā non parum vtile erit aduertere quod S. Tho. dicit in. 4. contra gētiles. c. 25. q cùm dicitur in Chalcedonen. synodo, q patres apud Cōstantinopolim cōgregati doctrinam Niceną synodi roborauerunt, non est intelligendū per modum additionis, quasi ad id quod minus esset inferentes, sed per modum declarationis ea quæ de spiritu sancto dicta sunt, cōtra eos, qui eum dñm respuere tentauerunt, scripturarum testimonijs roborantes. Vnde beatus Hylarius lib. 5. de synodis in defensione synodi Chalcedonen. cōtra quosdam criminantes eandem synodum, quia aliqua videbatur addidisse, quæ non fuerunt in Nicæno concilio, ita dicit. nescientes regulam, & consuetudinem conciliorum sic noua posterioribus concilijs prout necessitas emergentium hæreticorum exegerit sancire decreta, vt tamen in vita permaneant, qui dudum antiquioribus concilijs contra veteres hæreticos fuerunt promulgata. Nam si post Niceni concilij statuta nihil amplius liceret recipere, qua authoritate spiritū sanctū vnius gloriæ cum patre auderemus asserere, quod ibi constat omnino tacitum fuisse? hæc ibi. Si verò dissonantia, quæ reperitur inter concilia sit circa ea quæ iuris sunt positiui, circa regimen humanæ vitæ aut disciplinā ecclesiasticam, magis standū videtur posterioribus per quæ in talibus agibilibus, quia eorum materia est variabilis, sæpe priora supplentur, moderantur, & etiam corrigūtur: sicut dicit beatus Aug. vt suprà inductum est, q sæpe priora posterioribus emēdatur, cùm aliquo rerū experimento aperitur quòd clausum erat, & cognoscitur quod latebat. In talibus ergo nō habet locum antiquitas: quoniam aliqua superioribus temporibus erant conuenientia, quæ nostris valde inconuenientia forent & dispendiosa. Vnde canones Apostolorum licèt cæteris vetustiores sint, tamē in multis eorum rigidæ sententiæ non stātur, sed sententiæ per pietatem mitigatæ per alia sequentia cōcilia. In illis enim erat statutum, vt presbyter fornicationem quomodolibet committens deponeretur: sed talis rigor per Gangren. conciliū hodie mitigatur, & illi statur, & ita præiudicatur canonibus Apostolorū. vt di. 82. presbyter. Ita etiam concilio Nicæno circa dispositionem sedium patriarchaliū præiudicatum est per concilium vniuersale sextum: quoniam iuxta dispositionem concilij Nicæni Alexādrina ecclesia habebat primum locum post Romanam: iuxta verò dispositionem concilij Constantinopolitani sexti Constantinopolitana habebat locū ante Alexandrinam, vt in. c. Renouantes. di. 22. & illi nunc statur, & præiudicatur Nicæno: licèt

Concordia opi.

Cōclusio prima authoris

1

Cōclusio secunda eiusdem.

cèt antiquiori. Verùm vt tangitur in glo. præfati. c. dño sancto di. 50. aliqui distinguūt de constitutis, in quibus concilia reperiūtur dissonare: quoniā cōstitutiones illæ aut sunt locales & temporales, aut sunt generales. Si locales & temporales, tunc præponenda est illa constitutio, quā plures & grauiores recipiunt illi, quam pauciores authoritate obseruant, iuxta regulam datam in. c. Canonicis. di. 19. & ita videtur stādū esse in isto casu cōcilio, cuius potior est authoritas. Si verò sunt generales, posterior videtur præiudicare priori. extra de cogna. spi. ca. 1. & ff. de legi. nō est nouum. vbi dicitur, q posteriores leges trahunt ad se priores. Sed quæritur tam glossator quàm Hugo, qualiter potest esse cōtrarietas in canonibus, cùm dicantur esse conditi per spiritum sanctū. vt in. ca. Violatores. 25. q. 1. Ad hoc respondens Hugo dicit, q potest dici, q sancti patres nō semper loquebātur per spiritū sanctū, & ita potuerūt dicere contraria vel ignoranter vel scienter. Vel potest dici, q non est ibi contrarietas nisi quo ad nos qui non plenè intelligimus. hæc ille. Glossator verò respondet, q duo canones possunt esse contrarij, & tamē vterq; est iustè institutus: quia vnus statuit & iustè: alter contrariū potest statuere & iustè. vt. 63. dist. 6. verum. Quod intelligēdum est, habita consideratione ad diuersas causas, vel circūstantias tēporum, vel locorū, vnde propriè non sunt contrarij. Nā diuersitas statutorum nequaquam contraria esse censetur, si diuersitas locorum & temporum atq; personarum, quib⁹ distributa sunt, intelligatur.

De dissensione in materia fidei.

siue iudicandis dissentiunt. Pro quo videtur nobis per distinctionē procedendū: quoniā dissensio, siue discordia inter papā & patres concilij aut est in materia fidei, aut non. Si in materia fidei, hoc dupliciter. Aut est materia illa iam diffinita prius per apostolicam sedē, quā patres concilij aut vellent refutare, aut immutare, & in tali casu sit ista conclusio, q sententiæ papæ firmiter standum est. iuxta beatum Hiero. in. c. Hæc est fides. 24. q. 1. Et in hoc sensu videtur intelligenda glos. super c. Quodcunq;. quæ ita dicit. Argumētum, q sententia totius ecclesiæ præferenda est Romanæ, si in aliquo sibi contradicant, argumētum. 93. dist. legimus: sed contrarium credo. argumentum. hæc est fides. 24. q. 1. nisi erraret Romana ecclesia: quod non credo posse fieri, quia Deus non permitteret. argumentū infrà. c. à recta. & ca. Pudenda. hæc glo. Item glo. super ca. Nemo. 9. q. 3. sic dicit ar. q concilium non potest papam iudicare: vt extra de elec. c. Significasti. vnde si totus mundus sentiret contra papā, videtur q sententiæ papæ standū esset. vt. 24. q. 1. hæc est fides. hæc glo. Secundo modo possumus loqui q prædicta contrarietas sit in materia fidei, sed nōdum diffinita, sed quæ nouiter per concilium veniret diffinienda, tunc in tali casu ponitur ista conclusio secunda: q magis regulariter standum foret iudicio patrum totius concilij, quàm iudicio Roma. ponti. Ista conclusio in primis videtur colligi ex glo. in. c. Anastasius. di. 19. quæ ita habet. Papa tenetur requirere concilium episcoporum, vbi de fide agitur, & tūc synodus maior est papa. Quod intelligendum est maioritate discretiui iudicij, secundùm quod non dubium, quin regulariter concilium sit maius Roma. pontifi. Nam vt Berna. dicit. Quæ maior superbia, quàm q vnus homo toti cōgregationi iudiciū suum præferat, tanquā ipse solus habeat spiritum Dei? propter quod Archi. approbās glo. præfati capit. Anastasius. dicit. Periculosum esset fidem nostram committere arbitrio vnius hominis. Et non modò papa vniuersali concilio, sed etiam vnicuique, qui meliùs sentiret deberet credere plusquam sibi. Sicut exemplum habemus de beato Petro, qui Paulo resistenti sibi rationibus acquieuit. de quo pulchrè Cyprianus in quadam epistola ita loquitur. Nam nec Petrus, quem primum dominus elegit, & super quem ædificauit ecclesiam suam cùm secum Paulus de circuncisione postmodum disceptasset, nec vendicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter

¶ Cuius iudicio stādum sit, si in concilio vniuersali contingat patres à papa, vel eius legato dissentire. Cap. LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilio in uniuersali si patres à papa! , uel eius legato dissentiant, cuius iudicio stādum sit, quatuor conclusionibus ostenditur.*

POstquam visum est quid agendū cùm discors sententia reperitur in statutis vniuersaliū conciliorū: iā enucleādū venit, cui⁹ sententię siue iudicio stādū sit, cū patres concilij in synodo congregati super diffiniendis atq; statuēdis

Universidad de Deusto
Biblioteca

roganter assumpsit, nec dixit se primatũ tenere & obtemperari à nouellis & posteris sibi potiùs oportere, nec despexit Paulum, q̃ ecclesiæ priùs persecutor fuisset, sed consiliũ veritatis admisit, & rationi legitimæ, quã Paulus vendicauit, facilè consensit: documentũ nobis & cõcordiæ tribuens, vt nõ pertinaciter nostra amemus, si qua aliquando à fratribus & collegis nostris vtiliter, & salubriter suggeruntur si sint vera & legitima ista potiꝰ quàm nostra dicamus. Diximus autem regulariter: quia non esset impossibile, quòd quãdoq; vnꝰ homo, & maximè papa multiplici respectu in aliqua materia melius sentiret cæteris omnibus. Vnde secundùm communẽ doctrinam doctorum in sola beata virgine fides mansit inuiolata catholica in triduo & sanctitas ecclesiæ. Dicitur etiam in cap. Nicæna. 31. distin. quòd Phanuncius confessor cõtradixit Nicænæ synodo volenti instituere, quòd episcopi & presbyteri, atq; diaconi cũ vxoribus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. dicit glo. Vnusergo potest contradicere vniuersitati, si habeat rationabilem causam. vt extra de his quæ fi. à ma. par ca. c. 1. Vbi tamen aduertendum, quòd quando talis cõtrouersia in materia fidei orta esset inter papam, & patres concilij, licèt vniuersitas patrum sequenda esset, vtpote iudicio discretionis præeminẽtior & superior, nihilominus nihil videretur concilialiter cõcludendum quousq; concorditer papa & patres in vnam simul conuenirent conclusionẽ & sententiam. Si verò materia, circa quã dissensio & contrarietas est inter patres & Romanũ ponti. non pertineat ad fidem, sed ius positiuum, tunc distinguendũ. Quia aut ista dissensio est super condendo nouum ius, aut super tollendo ius aliàs positum, aut super dispensando in veteri iure. Si super ius nouum condendum, est distinguẽdum. Aut tale ius siue constitutio habet qualitates legis, quas beatus Isidor. ponit in cap. erit autem lex. di. 4. videlicet, quòd sit honesta, iusta, rationabilis, iuxta naturam & consuetudinem patriæ, loco temporiq; conueniens, necessaria, vtilis &c. sit ista conclusio. Quòd sententia papę est præferenda sententiæ omnium aliorũ. Quæ conclusio patet, tum ex superioritate Romani ponti. qua in ecclesia præeminet vniuersis vt prælatꝰ magister & princeps, & habet plenitudinem potestatis. vt. 2. q. 7. decreto. & extra de au. & vsu pal. ad honorem. Tũ ex qualitate legis, quæ talis esse ponitur, quòd religioni congruat, disciplinæ conueniat, & proficiat saluti: vnde iussa huiusmodi & præcepta Romanæ ecclesiæ ab omnibus seruanda sunt. vt dist. 12. c. 2. & in. c. enim. dist. 19. dicit Stephanus papa quintus. Enimuero quia in speculum & exemplum sancta Romana ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, posita est omnibus, quicquid statuit, & quicquid ordinat perpetuo & irrefragabiliter obseruandum est. Hæc est sententia Hug. & Archi. in cap. in istis. dist. 4. addentes, quòd vbi subditi nollent acceptare rationabilem constitutionem, posset eos ad hoc compellere. & sic factum est, vt inquit Archi. 23. q. 5. de liguribus vt ibi patet in casu, vt cùm aliàs eius potestas esset delusoria. Si verò contingat, quòd id quod Rom. pon. instituere vult, non habeat qualitates præfatas legis, ita quòd nec religioni congruat, nec disciplinæ cõueniat, nec proficiat vtilitati, aut etiam non sit loco temporiq; conueniens, sit ista cõclusio, quòd potiùs standum esset cõtradictioni episcoporũ quàm voluntati papę. Ista conclusio est glo. in cap. in istis. dist. 4. quæ ita habet. Cùm papa vult condere canones, episcopi possunt contradicere, & dicere. Canon iste non conuenit consuetudini religionis nostræ. Si verò controuersia sit super tollendo ius antiquum, vtputa quòd episcopi vellent tollere aliquos canones, aut instituta antiqua, & papa nollet, sit ista conclusio. Sententiæ papæ in hoc casu potiùs standum est. Patet cõclusio. Tum, quia episcopi legati sunt per vetus ius, & ideo non possunt de veteri iure iudicare, nec ipsum tollere. di. 4. in istis. Tum, quia quod semel approbatum est amodò nõ potest reprobari nisi papa consentiente. 8. q. 2. dilectissimi. & c. Licèt. & glossa in ca. Veniã. 35. q. 9. dicit, quod papa approbat, non licet alijs reprobare. 24. q. 1. hæc est fides. Si verò controuersia sit in dispensando contra vetus ius, sit ista conclusio. Sententiæ papæ est magis standum, quàm opinioni aliorum. Patet conclusio ex cap. Veniam. 35. q. 9. vbi papa dispensat cum vno à prædecessoribus suis dãnato ad preces seu petitionẽ episcoporum, quod nõ fuit necesse: quia cùm ipse solus plenitudinẽ potestatis habeat, vtpote princeps legum ecclesiæ, ad ipsum per se pertinet dispensatio pro tempore & loco canonum & regularum sanctorum patrum prout vtilitati ecclesiæ prospexerit expedire. vt in ca. Necessaria. 1. q. 7. inquit papa Pelagius, vt suprà plenè circa ca. 54. dictum est. ¶ Sed arguunt quidam aduersariorum, quòd si papa præferret in aliquo iudicium suum patribus existẽtibus

De dissensione in alia materia.

Conclusio prima auctoris.

Cõclusio secunda.

Conclusio tertia.

Conclusio quarta.

Obiectio.

tibus in concilio vniuersali, cùm illi representent ecclesiam vniuersalem, existimaret posse errare damnabiliter, & per consequẽs credere ecclesiam non sanctam contra articulũ, Credo sanctam ecclesiam. Sed videtur nobis hoc argumentum valde debile. Tum primò: quia si loquamur de iudicio authoritatis siue potestatis iurisdictionis, cùm hoc iudicio Apostolicæ sedis nullum sit maius, vt suprà ostendimus, maximè in secundo lib. & habetur in c. Patet. 9. q. 3. papa præferendo se in authoritate huius iudicij omnibus alijs fidelibus, qui siue sint dispersi siue congregati, omnes sunt eius oues, & ei subditi, nõ præfert se vniuersali ecclesiæ, vt vniuersalis ecclesia nominat corpus cum capite suo, sed bene præfert se vniuersali ecclesiæ prout nominat corpus vniuersitatis fidelium subditorum ipsi Christi vicario. Tum secundò: quia si loquamur de iudicio discretionis, si etiam papa in aliquo casu in aliqua materia præferret iudicium suum iudicio aliorum patrum existentium in concilio, non sequitur propter hoc, quòd papa existimaret vniuersalem ecclesiã posse damnabiliter errare. Tum primò: quia falsum est, q̃ aliqua congregatio presbyterorum seclusa Romano ponti. vero & catholico, qui princeps & caput vniuersalis ecclesiæ est, representet vniuersalem ecclesiam. Tum secundò: quia licèt vniuersale concilium ecclesiam vniuersalem representare dicatur, nõ tamen est ipsa ecclesia vniuersalis. Et ideo aduersariorum consequentia nulla est. Vniuersale cõcilium errat, ergo vniuersalis ecclesia errat. Vnde licèt cõcilia aliqua vt Arimineñ. & Ephesinum secundum errasse damnabiliter dicantur, non tamen propter hoc dicitur vniuersalis ecclesia damnabiliter errasse. Tũ tertiò: quia non omnis error est damnabilis, aut obuius sanctitati: ecclesia enim in multis fallit & fallitur. vt in ca. A nobis. 2. de sen. ex. & nihilominus talis error non derogat sanctitati militantis ecclesiæ, obuiaret autẽ sanctitati triumphantis, vt patet: quoniã illa nullum errorem nullumq̃; defectum patitur seu admittit, sed omnia ibi in luce claresc unt.

Responsio.

¶ Cui parti patrum de concilio standum sit, si inter eos dissensionẽ interuenire contingat.

Cap. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Concilio in uniuersali si patres inter se dissentiãt cui parti eorum standum sit, ostenditur.*

RElinquũ est iã videre, si dissensionem inter patres concilij oriri contingat, quæ illarum pars præferenda sit, vt ei stetur, an scilicet semper arguẽdũ à maiori parte? Ad quod responsuri sic distinguendũ iudicamus: q̃m materia super qua est inter patres dissensio, aut habet pro aliqua sui parte ita euidentẽ rationẽ, aut ita apertam authoritatem, q̃ eius oppositum manifestè est falsum, & in isto casu sit ista conclusio. In cõcilijs vniuersalibus in prædicto casu non est arguẽdum semper à maiori parte. Quæ conclusio patet primò exemplariter de cõcilio Arimineñ. vbi cùm inter patres numero. 830. fuisset dissensio, & maior multò pars fuerat errantium, vt patet ex historia, malè argutum fuisset tunc à minori parte. Vnde Dama. papa scribẽs episcopis per Illyricum constitutis. Nec enim præiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimino congregatum, quando cõstat nec Romanum episcopum, cuius ante omnia debebat expectare decretum, nec Vincentium qui tantis annis episcopatum inuiolabiliter custodiuit, nec alios talibus præbuisse assensum, Secundò patet in secundo cõcilio Ephesino, in quo cùm etiam plures fuerint qui declinauerunt à veritate, pauci verò pro veritate certantes, malum fuisset, si in illo concilio à maiori parte fuisset argutum. Possunt etiã alia exempla poni de alijs concilijs, quæ superiùs errasse commemorata sunt. Vnde planum est, q̃ in tali casu, vbi apparẽs & euidẽs ratio veritatis est, sacrilegium esset arguere à multitudine, sicut leguntur seciss e Iudæi contra Christum: qui, vt inquit Chryso. cõuenerunt, vt multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant, à veritate se nudos professi sunt, qui se multitudine armauerũt. Si verò materia super qua est controuersia non sit clara, & euidens, vt oppositum per rationẽ aut authoritatẽ scripturæ sanctę ac sanctorum patrum diffinita manifestè ostendatur falsum, sed videatur habere probabilitatem ad vtrãq; partẽ, sit ista conclusio: q̃ in tali casu regulariter à maiori parte sit arguendũ. Patet ista conclusio: quia vbi maior pars, ibi præsumitur esse ecclesia. vt. 56. di. apostolica. iuxta glossam. Tũ secundò: quia vt in. c. In cũctis. extra de his quæ fi. à ma. par. c. dicit cõcilium Lateraneñ. In cũctis ecclesijs quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

pluribus & senioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debet obseruari. Graue nimis est,& reprehensione dignũ,q̃ per quasdã ecclesias pauci quandoq; nõ tã ratione,q̃ propria voluntate ordinationẽ ecclesiasticã procedere nõ permittũt.hæc ibi. Ad hoc etiã iuuat.c.Sicut.di.15.Hinc in concilio nono Toletano est ordinatum sub hac forma: q̃ cùm quælibet synodus agitur, aut pacifice inter põtifices quippiã diffinitur, si pauciores per nescientiã vel contentionẽ fortè dissentiũt, aut cõmoniti pluriũ sentẽtiæ cedant, aut ab eorum cœtu cũ dedecore & cõfusione abscedant,aut excõicationis annuæ luant pœnã. Bene autẽ dicitur per nescientiã vel cõtentionẽ dissentiũt: qm̃ si pauciores, imò etiã vnus cũ rationabili causa cõtradicit vniuersitati, vt in superiori.c.tactũ est, non est culpabile, iuxta.c.Nicæna.31.di. Sanè nõ est prætereũdũ hic silẽtio,quid olim sancti patresobseruãdũ dixerũt,ne in vniuersalibus cõcilijs super huiusmodi dubijs vẽtilandis cõtrouersia aliqua oriretur,& vt veritas plenius,& cituùs illustrata acceptabilis fieret ṭoti ecclesiæ.Planè vt tã ex antiquorũ conciliorũ historijs,q̃ ex beati Aug.sententia colligere possumus, hoc apud veteres patres obseruatũ est.Summus enim põ. quandó patriarchis & alijs ecclesiæ prælatis denuntiaret voluntatẽ suã de cõgregando cõcilio vniuersali,semper explicabat necessitatẽ cõueniendi, & materiã supquaforet prouidendũ,mandãs,vt ipsi primò in suis prouincialib⁹ cõcilijs deliberarent, & quid totius prouincię patribus in vnũ cõgregatis visum esset,per nũtios mittẽdos ad vniuersale cõciliũ ipsi vniuersali concilio explicarẽt.Vnde beatus Aug. contra Donatistas hoc apertè testari videtur,sic dicẽs.Quomodo enim potuit res ista tot altercantiũ nebulis inuoluta ad plenarij cõcilij luculentã illustrationẽ confirmationẽq; deduci, nisi priùs diutiùs per orbis terrarum regiones multis hinc atq; hinc disputationibus, & collationibus episcoporũ pertractata constaret?

Quòd papa possit transferre cõciliũ congregatum de loco ad locũ,id rationabili causa exigente. Cap.LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Cõciliũ uniuersale cõgregatũ,q̃ à papa de loco ad locũ rationabili causa id exigẽte trãsferri possit.*

SAnè ex his quę suprà de principatu Apłicæ sedis ac prærogatiua dignitatis quã habet Ro.pon. super vniuersalia concilia enucleauimus,manifesta luce colligere possum⁹ hanc cõclusionem,quòd Ro.pon. sua authoritate,causa legitima occurrente, potest conciliũ vniuersale cõgregatum de loco ad aliũ locum transferre. Ista conclusio non solùm exẽplis multis in ecclesia Dei, in quibus aut propter pestem,aut guerrarũ angustias trãslationes sæpe factæ leguntur conciliorũ, sed ita ratione lit manifesta, vt vacuus sensu omnino iudicãdus veniat, qui Romanum põtificem,ad quem & vniuersalia concilia spectat congregare, authorizare,confirmare,interpretari,dispensare,& malè celebrata cassare,vt in superioribus est demonstratum, neget posse causa legitima occurrente siue existente concilium sua propria authoritate de loco ad locum transferre. Præterea si pastor potestatem habet transferendi gregẽ de loco ad locum prout gregi pascendo cognouerit expedire,quis nisi sensu vacuus negabit Ro. põ.qui pastor est vniuersalis ecclesiæ, & per consequens concilij eã representãtis, posse transferre vniuersale concilium,cũ hoc rationabilis causa exposcit? Cæterùm si iuxta sanctorum patrum irrefragabilia testimonia superiùs inducta summus pontifex ratione sui primatus pro conditione & necessitate rerũ authoritatẽ habet vt moderator sit canonũ, profectò multò magis existente temporis rerumq; necessitate concilium transferre.cùm iuxta Grego.in.c.Nouit. di.12. nõ pro locis res,sed pro rebus loca amanda sunt.&.2.Macha.5.dicatur: q̃ non propter locum gentẽ, sed propter gentem locum dñs elegit. Planè non videtur parum circa fidem authoritatis summi põtificis despere, qui hoc priuilegiũ apostolicæ sedi denegaret. Verùm si per aduersarios huius conclusionis inducatur decretum Constantien. concilij, quod incipit. Frequens.quod etiam confirmatũ asseritur per dominum papam Martinum,in quo videtur dari lex scripta papæ in transferendo concilium,conciliorum autem vniuersaliũ decreta videntur obseruanda esse quemadmodum lib. 4. Euangeliorum, vt attestatur Grego.in cap.Sicut.dist.15.Respondetur tamen breuiter(abstinendo à multis,quę rationabiliter in hoc dici possent) q̃ cõstitutio illa Constantien.concilij nõ arctat papam,aut stringit, quin papa posset dictam constitutionem moderari, siue in ea pro temporum perso-

narumq; necessitate dispensare, aut in totum tollere, quemadmodum in superioribus de canonibus sacrorum cõciliorum manifesta veritate ostendimus.manifestè etiam habetur ex.§.ex his.25.q.1. papa enim non subijcitur legibus conciliorum,vt in.c.Significasti.extra de elect.& in.l.princeps. ff.de legi.quia nõ rex legi,sed lex est subiecta regi, quæ lex animata dicitur. Quod autem inductum est de ca.Sicut.quòd decreta conciliorum obseruanda sunt sicut.4.lib.Euangeliorum,non obstat: quia illud,sicut glo.testatur & in superioribus plenè declarauimus,vniuersaliter non est verũ: sed tantùm habet veritatem in his, quæ de fide,vt puta circa articulos fidei,ac sacramenta per concilia diffinita sunt. Nec consequẽter obstat quòd etiam dicitur,q̃ constitutio illa,Frequens.fuerit cõfirmata per Martinum: quoniã approbatio, siue confirmatio Martini præfata in hoc genere rerũ nullum potuit inferre prẹiudicium suis successoribus pari, imò eadem post eum potestate functuris:cũ par in parem non habeat imperium. in cap.metuit.§.quanuis.de ele.&in.l.Marcus.de arbi.vnde ipse dominus Marti.non obstante prędicta constitutione concilij Const antien. & confirmatione sua dedit præsidentibus suis in concilio Senen. potestatẽ transferendi concilium nulla facta mentione cõsensus cõcilij,vnde ratio aduersariorum non militat.

Quòd Roma.pon. causa legitima siue rationabili existente possit authoritate sua vniuersale concilium dissoluere etiã inuitum. Cap. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Conciliũ uniuersale congregatum, q̃ à papa rationabili causa id exigente dissolui possit.*

PLanè considerata benè superioritate Roma.pon.atq; authoritate, quam habet in vniuersali ecclesia, nullus Christianus vertet in dubium, quin Roma.põ.qui ecclesiæ princeps est, & cui totius ecclesiæ vniuersalis cura ab ipso immortali ac omnipotente Deo cõmissa est,poterit vniuersale concilium congregatum rationabili causa exposcente absque cuiuscunq; alterius consensu dissoluere, aut in alium locum transferre. Quam conclusionem licẽt multis rationibus firmare possemus ex superioribus, aliqua cõmemorando paucis agemus. ¶ Primò sic ex illo, quod ait Christus beato Prtro. Quodcunq; ligaueris super terrã,erit ligatũ & in cælis:& quodcunque solueris super terrã,erit solutum & in cęlis.Vnde contra hanc potestatis prærogatiuam dicere videntur qui negãt Ro. pon. ex causa rationabili posse dissoluere cõcilium aggregatũ. ¶ Secundò sic. Principiũ regulare.ff.de legi.l.1.est, q̃ eiusdẽ est soluere, cui⁹ est condere. Vnde etiã iuris regula prima situata extra de regulis iuris est,q̃ per easdem causas res dissoluitur,per quas nascitur.cùm autẽ vlia cõcilia authoritate Ro.pon.& congregentur & robur accipiant.vt patet di.17. per totum.patet q̃ Ro.pon.poterit conciliũ vniuersale rationabili causa exposcente dissoluere.vnde remota potestate papę,iãnõ remanet cõciliũ, sed cõuẽticulũ.vt dicit tex.di.17.multis. ¶ Tertiò sic.Si(vt superi⁹ ostẽsum est)cõcilia non ritè celebrata Ro.pon.vtpote totius ecclesiæ iudex potest sua authoritate sine cuiuscunq; alterius consensu cassare, & reprobare. vt in. c. Cuncta per mundum. 9.q.3.quis nisi insensatus negabit Ro. pont. concilia non ritè celebrata,aut in malum machinantia posse authoritate sua sine consensu cuiuscunq; dissoluere?attento maximè,q̃ dñs per Prophetam Esaiã ait. Solue colligationes impietatis. ¶ Quartò confirmatur authoritate papæ Gelasij,qui in ca.Cũcta. 9.q.3.ita inquit. Cuncta per mundum nouit ecclesia,quoniam quorũlibet sententijs ligata pontificum sedes beati Petri ius habet dissoluẽdi,vtpote qui de omni ecclesia fas habeat iudicandi. ¶ Quintò sic.Negare quòd Ro.põ. non possit dissoluere concilium congregatum rationabili causa exposcente, videtur esse nimium periculosum Christianæ fidei, & vnitati ecclesiæ.ergo nullo modo est dicendum.Consequentia patet, & antecedens colligitur ex casibus multis. Primò quidem & maximè cùm contingeret, quòd ad eorũ hominum impietatem synodus esset deuoluta, quorum studia priuata in euersionem fidei, pacis,& vnitatis agitarent ecclesiæ: sicut ait Leo papa de secunda synodo Ephesina.Secũdò,cùm eporũ, qui patres & colũnæ dicunt ecclesiæ,iudicio contẽpto inferiores multitudine seditiosa prævalente hierarchicum ordinem molirentur confundere.Tertiò, cùm synodus in tyrannidem esset conuersa.Quarto,cùm aliqui in concilio nouis ausibus vsurpare

Universidad de Deusto
Biblioteca

pare iura Apostolici principatus pertinaci animositate contenderēt. Quinto, cùm contingeret, q̄ concilium faueret hostibus Romanæ ecclesiæ ac summi pōtificis. Sextò, cùm princeps terræ, in qua celebrari synodū contingeret, multitudine clericorū dominij sui aduersus Ro. ponti. vel Romanā ecclesiā, aut alios prælatos Christianos aliquod sinistrū intētare præsumeret. Septimò, cùm synodus ad manus deuolueretur eorū, qui pro principatus sui gloria augenda, aut temporali vtilitate consequenda, perpetuare concilium niterentur. Octauò, cum cautelosè, aut malitiosè id ageretur, vt adueniente Romani pontificis decessu, ad eos futuri pontificis deuolueretur electio. Et sic de similibus, quæ tam ex antiquorum quorundam conciliorum practica, quàm ex prauis Basilien. studijs nota sunt. Quis autem in huiusmodi casibus nisi ratione vacuus dogmatizare præsumeret Romanum pontificem vniuersalis ecclesiæ principem, pastorem, & custodem non posse absq; cuiuscunq; alterius consensu concilium vniuersalis ecclesiæ dissoluere? Planè non nisi insanus assereret, q̄ turbæ luporum insidiantiū vitæ ouium pastor non posset absq; luporū consensu lupis illis obuiare, & illos profugare de loco. Ex quibus manifestè confutatur error dicentiū, q̄ Ro. pō. etiā rationabili causa exposcente non posit propria authoritate sine consensu concilij dissoluere ipsum cōgregatū concilium. Cōtra quē errorē possunt facere omnia quæ superiùs inducta sunt de Ro. pō. authoritate & superioritate tā ex authoritatib⁹ sanctorū patrū & canonū, q̄ glosarū, quorū sentētiæ potiùs standū videtur, q̄ quorucunq; nouellorū magistrorū adinuentionibus. Nā vt inquit Nicolaus papa in ca. Ridiculum. di. 12. Ridiculum & satis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus à patribus suscepimus, infringi patiamur. Vnde prouerbiorū. 22. dicitur. Nō transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui.

¶ In quo obijcit̄ per aduersarios cōtra prædicta. Cap. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium uniuersale congregatū, quòd à papa dissolui non possit, aduersarij probare nituntur.*

Argumentū primum.

ADuersarij impugnantes præfatā conclusionem arguūt multipliciter in cōtrariū illi⁹. ¶ Primò ex decreto. Frequentes. concilij Cōstanti. in quo cùm prohibeatur mutatio loci, prorogatio temporis concilij sine cōsensu cōcilij, multò magis prohiberi videtur dissolutio. 1

¶ Secundò sic. Conciliū cū sit congregatum ad aliqua agenda, videtur tanto tēpore debere durare, quousque causæ, propter quas est congregatum, finem sortiantur optatū. perfecta enim debēt esse opera concilij. perfectum autē est cui nihil deest. ergo videtur, q̄ nullo modo conuenienter dissolui possit ante complementum eorū operū, propter quæ sit congregatū. *Secundum.*

¶ Tertiò sic. Si cōciliū est pro causa papæ congregatum, vt puta quia diffamatus est de hæresi, clarū est q̄ dissoluere id nō pōt papa: ergo cōclusio prædicta falsa. Cōsequentia videtur bona. *Tertium.*

¶ Quartò. Si concilium congregetur pro extirpanda aliqua hæresi: quia vt habet glo. in. c. Anastasius. di. 19. in quæstione fidei papa debet requirere cōciliū episcoporū, videtur, q̄ ante expeditionē rei papa non posset dissoluere sine consensu concilij. ergo. &c. *Quartum.*

¶ Quintò sic. Si papa posset sua authoritate dissoluere conciliū, similiter posset prohibere ne vnquā celebrarentur vniuersalia concilia: sed hoc nō potest, vt patet. Ipsa enim potestas & priuilegia sunt ad ædificationem, nō autē ad destructionē. prohibere autē celebrationē conciliorū caderet in euersionem fidei, ruinā ecclesiæ, & perturbationem populi Christiani. *Quintum.*

¶ Sexto sic. Si papa posset dissoluere vnū concilū propria authoritate, ita & aliud, & sic de singulis, & ita posset omnia concilia antequam aliquid concluderent, dissoluere: quod non modò scandalosum, sed perniciosum fieret ecclesiæ Dei. *Sextum.*

¶ Septimò sic. Si hæretici vellent cōuerti, & non nisi per cōcilium, clarum est, quòd tale cōcilium papa non posset dissoluere, nisi consensu interueniente patrum ipsius concilij. *Septimum.*

¶ Octauò sic. Si conciliū cōgregatum est pro bono vniuersalis ecclesiæ, & tale bonum papa solus prohibere non potest, videtur, q̄ papa sine consensu concilij dissoluere non posset: aliàs videretur magis hostis ecclesiæ quàm promotor. *Octauum.*

¶ In quo respōdetur obiectionibus factis. Cap. LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersariorū asserētiū papā nō posse cōciliū ule congregatū dissoluere refellūtur.*

IAm facilè respōderi potest obiectionib⁹ factis, vt vnico quasi verbo satisfieri posset oibus simul, videlicet q̄ nos nō dicim⁹, q̄ Ro. pō tifex pro libito voluntatis quæcunq; cōcilia dissoluere posset, sed tantùm legitimis rationibus, siue rationabilibus causis hoc exposcentibus. Hoc enim solùm dicimus, quòd nō modò in sanctorum patrum libris, sed in practica cognouimus vniuersalis ecclesiæ, videlicet q̄ sicut in Romani pontificis facultate & potestate est pro arduis magnisq; causis concilia temporibus & locis congruis cōgregare: ita rationabilibus causis exposcentibus, absq; cuiuscunq; alterius consensu ipse sua authoritate vtpote qui vices Christi gerit in terris, transferendi illa, & dissoluendi illa liberam habeat facultatem. Et qui contrarium dicit, non modò illius priuilegijs diuinitùs concessis derogare videtur, sed Christo saluatori nostro, cuius vicarius est: qui nisi talem facultatem vicario suo dedisset, non videretur ei dedisse plenitudinem potestatis necessariæ ad ecclesiæ suæ vniuersalis gubernationem, & defensionem: & ita minùs sufficiēter fuisset prouisum ecclesiæ: quod de Deo, cuius prouidentia amplissimæ est liberalitatis, & quæ in sui dispositione non fallitur, nō est fas dicere: licèt ergo ista sufficerent ad singulas obiectiones in communi, nihilominus ad singulas in particulari respondebimus.

Ad primū. ¶ Ad primam de decreto Constantien. plenè responsum est in. c. 66. præcedenti. Præterea decretum illud non est ita abusiuè interpretandum, q̄ causa imminente, siue vrgente papa non habeat facultatem dispensandi circa loci mutationem, temporisq; prorogationem concilij, & per consequens dissolutionem eiusdem, cùm etiam nec tale statutū esse posset iuxta superius demonstrata. & clarè habetur extra de elec. c. significasti.

Ad secūdū. ¶ Ad secundam, cùm dicitur, q̄ concilium tanto tēpore debet durare. &c. respondetur, verum est, nisi aliud impediat, propter qd rationabilis causa exposceret vt dissolueretur tale concilium, & reseruarētur illa opera cōplenda alio in loco, & alio tempore.

Ad tertium ¶ Ad tertiā cùm arguitur de concilio congregato ratione hæresis de qua papa esset infamatus. &c. respondetur, quòd in hoc casu (vt nobis apparet) papa maximè si in fraudē faceret, non posset sine consensu concilij, quod in illa parte iudex est, dissoluere concilium.

Ad quartū. ¶ Ad quartam quando arguitur de concilio congregato pro extirpanda hæresi: respondetur, quòd videtur nobis rationabile, quòd in tali casu papa non sic dissolueret sine consensu concilij: nihilominus vbi papa de certo talem dissolutionem non faceret in fraudem, sed manifestè cognosceret, quòd pro dicta hæresi extirpanda alio tempore & alio loco conuenientiùs celebraretur vniuersale concilium, posset ipse sua potestate, quę à nullo quàm à Deo dependet, nec ligari potest, illud concilium dissoluere, & aliud pro eadem causa instituere celebrandum.

Ad quintū. ¶ Ad quintam, cùm arguitur, quòd pari ratione posset prohibere &c. respondetur negando consequentiā. Manifestum est enim, quòd ex hoc, quòd papa habeat potestatem rationabili causa exposcente dissoluere congregatum, nō sequitur, ergo potest prohibere ne vnquam celebrarē tur cōcilia. Concilia. n. vniuersalia cùm (vt inquit Aug.) sint saluberrimæ authoritatis, illorum celebratio, vt in principio. 3. lib. ostendimus, ex multis vtilissima & accommodatissima est in ecclesia Dei, & pertinere videtur ad numerum eorum, qui vniuersalem statum vniuersalis ecclesiæ respiciunt. Vnde si Roma. pon. instante maximè causa necessaria celebrationis concilij vniuersalis celebrationem eiusdē impedire reperiretur, tanquā hostis fidei & ecclesiæ habendus esset.

Ad sextum ¶ Ad sextam, cùm arguitur, ergo potest singula cōcilia dissoluere, respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quoniam rationabilis causa, seu legitima dissolutionis cōcilij ante complemētum operum, propter quæ cōgregatum est, non potest omnibus concilijs esse communis, licèt alicui, aut aliquibus possit accidere. Concedimus enim, quòd omnia illa concilia papa dissoluere posset, quibus eadem causa rationabilis dissolutionis esset cōmunis: quia vbi eadem causa, ibi idem ius videtur habere locum.

Ad septimū ¶ Ad septimam cùm arguitur de hæreticis. respondetur, quòd in illo casu si aliud non interueniret, verum est: sed nihilominus si sub colore conuersionis hæreticorum, aut reformationis ecclesiæ alia mala committerentur, sicut contigit in Basilien. cōcilio, vbi sub colore reductionis Bohemorum, & reformationis ecclesiæ in capite & in membris practicata sunt multa mala, & scandala orta (vsurpata enim sunt Apostolicę sedis priuilegia plurima, mala dogmata seminata:) papa posset reuocare, sicut sanctæ memo. Eugenius fecit de præfato concilio Basilien.

Ad octauū. ¶ Ad octauam cùm arguitur de cōcilio congregato pro bono vniuersalis ecclesię: respondetur sicut ad præcedentē. Multa autē in his aduersariorū argumentationibus præsupponuntur, vt puta quòd solus papa inter omnes de cōcilio obuiet bono vniuersalis ecclesiæ, aut q̄ ipse videret necessitatem eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

siæ & fidei periclitationem, nisi cõcilium cõtinuarẽ, & tamen quòd ipse solus nollet cõtinuationem concilij, & multa similia, quæ aduersarij facilè & temerariè iudicant in summis pontificibus: licèt tantæ iniquitatis exẽplanusquam superioribus temporibus expresse in aliquo vero Roma. ponti. legerint, non respondemus: non quia credamus illa tanta facilitate possibilia, quanta aduersarij illa possibilia supponunt. Nobis enim non videtur tantum malum de summis pontificibus facilè iudicandum, considerata maximè prærogatiua illius apostolicæ sedis tã ex parte diuinæ pollicitationis, quàm ex parte excellentiæ meritorum sanctorum põtificum, qui in ea sederunt. Vnde Symmachus papa in cap. Non nos. distinc. 40. dicit. Quis enim sanctum dubitat, quem apex tantæ dignitatis extollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiant quæ à loci prædecessore testantur. Aut enim claros adhæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat. Et tantum dictũ sit pro isto tertio libro huius præsentis summæ de ecclesia.

Finis tertij libri huius summę de ecclesia, qui de vniuersalibus concilijs latè disquisiuit.

LIBER QVARTVS & vltimus, qui duas partes amplectitur. In quarum prima de schismate & schismaticis. In secunda de hæresi & hæreticis author est argutè disputaturus.

¶ Quid sit schisma. Et est cap. I. primę partis quarti libri.

SVMMARIVM.

1 *Schisma quid sit, describitur.*
1 *Schismatici qui dicantur.*

CONSVMMATIS auxiliãte domino benignissimo saluatore nostro tribus primis libris, ad quartum eiusdẽ gratia comite calamũ extẽdemus. In quo de schismaticis, & hæreticis aliqua vtilla disputare, & notare sub breuitate decreuimus. Explicabimus autem in primis quid sit schisma: & per consequens qui schismatici veniant dicendi. Pro quo notandum, quòd cùm tã Isido. in lib. Etymolo. quàm Pelagius in. c. schisma. 24. q. 1. dicant: schisma scissuram quandam sonat. Schisma multipliciter potest sumi, scilicet generaliter, & minùs generaliter, & strictè. Generaliter captũ schisma dicit diuisionem animarum, siue licitam, siue illicitam ab vnitate quacunq; hominum siue vniuersitate: & ita potest sonare in bono & in malo. & hoc modo capitur schisma Iohan. 9. vbi de Iudæis vario modo interpretãtibus quibusdam benè quibusdãmalè miraculum factum per Christũ in cæco nato dicitur, q̃ schisma erat inter eos. vbi dicit quædã glosa. si omnes fuissent mali, schismate caruissent. Secundo modo, scilicet minùs generaliter, capitur schisma pro quacunq; illicita diuisione, siue dissensione: & hoc modo capitur. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis omnes, & nõ sint in vobis schismata. Et hoc modo capiendo schisma diffinitur varie à diuersis. Frater Raymundus claræ memoriæ ordinis prædicatorum compilator decretalium in summa sua de casibus lib. 1. tit. de schismaticis. diffinit sic primò. Schisma est illicita discessio inter eos, inter quos vnitas esse debet. Secundò sic. Schisma est illicitus ab vnitate & vniuersitate discessus. Schisma verò sumptũ strictè, siue specialiter, diffinitur ab Alexandro de Alis in secundo suo super sententias. hoc modo. Schisma est illicita ab vnitate ecclię discessio. Verùm quia ista diffinitio schismatis videtur adhuc generalis, eo q̃ ab vnitate ecclesiæ potest fieri multipliciter illicita discessio. vnde S. Tho. super illud. Non sint in vobis schismata. dicit sic. Propriè schismata sunt, quando vel propter diuersam fidei professionem, vel propter diuersas sententias de agendis hominesvnius collegij se in diuersas separant partes, secundùm illud. Scissuras ciuitatis Dauid videbis, quia multiplicatæ sunt. vbi glo. interli. super verbo, scissuras, dicit: schismata, scilicet ecclesiæ. Quocirca specialiùs, & strictiùs loquendo de schismate, scilicet, vt dicit discessionem siue diuisionẽ ab vnitate ecclesiæ distinctam ratione à discessione ab vnitate ecclesiæ per diuersam fidei professionem, diffinitur sic primò ab Aug. contra Cresconium Grammaticum sic dicẽte. Schisma est recens congregationis ex aliquarum diuersitate sententiarum dissensio.

1 *Quid schisma.*

1. Cor. 1.

Esa. 22.

Ab Hostiẽ. in summa tit. de schismaticis. sic. Schisma est illicita diuisio per inobedientiã ab vnitate ecclesiæ facta. Ista diffinitio inter cæteras sufficienter comprehendit ea quę explicant rationem schismatis propriè dicti, & causam originalem: vnde dicere possumus, q̃ ponitur in ea pro genere, illicita diuisio. Schismatis enim nomen dicit Isido. à scissura vocatũ est. Verùm quia vario modo vt prędixim⁹, potest huiusmodi diuisio illicita cõtingere, ponitur loco differentiæ (per inobedientiam facta) ad differentiam hæresis, quæ fit per falsam contra fidem opinionem. Vnde beatus Cyprianus in epistola quadã ad Cornelium sic inquit. Nec aliũde nata sunt schismata, quàm quando sacerdoti Dei non obtẽperatur, nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos & ad tempus iudex Christi vice cogitatur, cui si secundùm magisteria diuina obtẽperaret fraternitas vniuersa, non discidio vnitatis Christi ecclesiam scinderet. hæc ille. Patet ergo, q̃ schisma dicit diuisionẽ per inobedientiam facta summo sacerdoti, siue iudici Christi vicem gerenti. Sunt autem hic duo aduertenda. Primum, quòd rectè dicitur, q̃ schisma sit diuisio illicita: quæ est, cùm quis se diuidit à papa per inobedientiã in his quę licita sunt, & honesta, & ad iurisdictionẽ spectantia: quoniam si Romanus pontifex aliqua imperaret, quæ de se mala sunt, vtpote diuinæ legi, aut fidei, aut animarum saluti cõtraria, in talibus diuisio per inobedientiam à Romano pon. non foret illicita, nec per cõsequens schisma esset dicenda. Secundò est aduertendum, quòd quia non quælibet inobedientia sufficit ad rationẽ schismatis cõstituendam, sed quæ sit pertinax cum rebellione quadam, ideo rectè inobedientia illaper quã incurritur schisma, accipienda est cũ pertinacia quadã. Vnde Alexander de Alis vbi suprà in secundo dicit, quòd schisma proprie sumptum dicitur, quando pertinaciter receditur ab obedientia capitis ecclesiæ. Et beatus Thom. in. 2. 2. q. 39. arti. 1. dicit in responsione ad argumentum secundum, quòd non parere præceptis cum rebellione quadam, constituit schismatis rationẽ. Dico autem cum rebellione, cùm & pertinaciter præcepta contemnit, & iudicium eius subire recusat. Sequit in diffinitione schismatis: ab vnitate ecclesiæ, scilicet totius, ad differentiã diuisionis, siue discessus illiciti ab aliqua particulari hominum congregatione, siue societate: talis enim diuisio à tali particulari fraternitate, siue societate non constituit schisma, nisi largo modo, sed discessio ab vnitate vniuersalis ecclesiæ, quæ dicitur vnitas principalis. Nam vnitas particularis aliquorum adinuicem ordinatur ad vnitatem ecclesiæ, sicut compositio singulorum membrorum in corpore naturali ordinatur ad totius corporis vnitatem. Est autem notandum iuxta sanctum Thom. vbi supra, quòd ecclesiæ vnitas in duobus attenditur, scilicet in connexione membrorum adinuicem, siue in communicatione. Secundò in ordine omnium membrorum ad vnum caput, de qua vnitate Leo papa in tertio sermone ordinationis suæ ita inquit. Licèt vniuersa ecclesia Dei distinctis ordinata sit gradib⁹, vt ex diuersis membris sacrati corporis subsistat integritas, nostamen omnes, sicut ait Apostolus, in Christo Iesu vnum sumus: nec quisquã sic ab alterius ita est diuisus officio, vt non ad cõnexionẽ pertineat capitis cuiuslibet humilitas portionis. hæc ille. Discedere ergo ab isto capite ecclesiæ est recedere ab ista vnitate ecclię secũdũ illud. Inflat⁹ sensu carnis suę, & nõ tenẽs caput ex quo totũ corpus per nexus, & annexiões subministratũ & cõstitutũ crescit in augmẽtum Dei. hoc autẽ caput est ipse Chrus, cuius vicẽ in ecclesia gerit summus põtifex. & ideo schismatici dicũtur, vt inquit S. Th. hi q subesse renuũt summo põtifici, & qui mẽbris ecclesię ei subiectis cõicare recusant. Ex quibus manifestè colligit, q̃ schisma sit illicita discessio ab illa principali vnitate ecclię, quia scilicet totũ ecclesiæ corpus ordinat, & coadunat ad vnũ caput rectorẽ & ducẽ siue principẽ illius. Vnde Cyprianus in epistola ad Florẽtiũ. Inde enim schismata oriũtur, dum eps, qui vnus est, & præest, superba quorundã præsumptione cõtemnit, & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominib⁹ iudicatur. Itẽ in epistola ad Gratianũ. Hæc cũ sunt initia hæreticorũ, & ortus atq; conatus schismaticorũ malè cogitãtiũ, vt sibi placeãt præpositũ superbo tumore contemnãt. Sic de ecclesia receditur: sic altare prophanũ foris collocat: sic cõtra pacẽ Christi, & ordinationẽ atq; vnitatẽ rebellatur. hæc ille. Hæc autẽ sentẽtia exẽplariter patet in schismate, q̃d Chore, Dathã, & Abirõ cũ cõplicibus suis fecerũt, quod inde ortũ habuit, q̃ subesse renuerũt Moysi duci Israël, & Aarõ summo sacerdoti. de quo habet Num. 16. Itẽ patet in schismate, quod decẽ tribus fecerũt, eo q̃ cotẽpto rege suo, alterũ sibi statuerũt, scilicet Hieroboã. de quo. 3. Reg. 12. Hinc rationabiliter dictũ est, q̃ schismatici veniũt dicẽdi primò, qui

1. Cor. 1.

Qui schismatici. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

subesse renuũt summo põtifici,qui caput est vniuersalis ecclesiæ,vt in.2.lib. multipliciter ostẽdimus. Vnde Pelagius in.c.nõ vos.23.q.5.Quisquis ab apostolicis diuisus est sedibus in schismate esse non dubiũ est.vbi dicit glo. ergo schisma est nõ habere caput Romanã ecclesiã.vt.24.q.1.hæc est fides.&.c. quoniã vetus. Vnde dñs Aymar⁹ libro suo de synodis ait.Iuxta attestationẽ sanctorũ patrũ Augu. & Pelagij papæ,illos indubitãter schismaticos esse, quicunq; diuisi sunt ab apostolica sede.Quocirca dicit beatus Calixtus papa in c.nõ decet.di.12.Nõ decet à capite mẽbra discedere, sed iuxta scripturæ testimoniũ oia mẽbra caput sequãtur. Nulli verò dubiũ est, q̃ apostolica ecclesia mater sit omniũ aliarũ ecclesiarũ,à cuius vos regulis nullatenus cõuenit deuiare. Itẽ btũs Greg. in.c.præceptis. ead.di.inquit. Præceptis apostolicis nõ dura superbia resistatur,sed per obedientiã, quę à sancta Romana & apostolica authoritate iussa sunt, salutiferè impleãtur, si eiusdẽ sanctæ Dei ecclesiæ,quæ est caput nostrũ,cõionem desideratis. Et infrà rationẽ assignãs.cùm nulli dubiũ sit,q̃ nõ solùm põtificalis causatio, sed cõis sanctæ religionis relatio ad sedẽ apostolicã,quæ est caput ecclesiarũ, & debeat referri,& inde normã sumere, vnde sumpsit exordiũ:ne caput institutionis videatur omitti cuius authoritatis sanctionẽ oẽs teneãt sacerdotes,qui nolũt ab apostolicæ Petræ, super quã Christus vniuersalẽ fundauit ecclesiã, soliditate diuelli.hæc Greg. Hinc Græci,& Armeni,& Iacobitæ ab vnitate corporis Christi,quod est ecclesia,abscisi dicũtur:quia Ro. pon.caput eorũ nõ cognoscũt. Dicũtur præterea schismatici,qui mẽbris ecclesiæ Ro.põ. subiectis cõicare recusant. Vnde Pelagius in c.schisma.24.q.1.de quibusdam schismaticis ita loquitur. Cõtra apostolicam sedẽ temerè credẽtes pessima diuisit opinio. Quod schisma specialiter esse beatus denũtiat Augu.dicẽs de talibus aduersus authoritatẽ ecclesiarũ, quę ab apĩca sede accipere epistolas meruerũt,temerè credendo, immanissimũ schismatis crimen à se propulsare nõ potuerunt. Patet ergo, q̃ schisma importet diuisionem oppositã charitatis vnioni, & q̃ schismatici illi dicantur,qui concordiam non seruant in ecclesiæ obseruantijs vt ecclesiæ prælatis obediant, volentes per se ecclesiam constituere singularem.vt dicit sanctus Tho in.4. di.13.

¶ In quo obijcitur contra posita in præcedẽti capitulo. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Schisma q̃ locum non habeat in ecclesia,aduersarij octo obiectionibus ostendere conantur.*

VT eorum,quæ superiùs diximus,splẽdidior habeatur intellectus, inducemus aliquas aduersariorum obiectiones contra prędicta,& respondebimus in sequenti cap. In primis obijcitur contra hoc quod dicitur,quòd schisma locum habeat in ecclesia Dei. ¶ Primò sic. Vbi nulla potest esse diuisio,schisma, quod diuisionem sonat, siue scissuram, non habet locum: sed in ecclesia Dei non potest esse diuisio:quia cùm sit vna,vt patet Canticorum.6.Vna est colũba mea,& in symbolo dicitur. Credo vnã sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. & in vnitate scissura esse non potest,vt in.c.schisma.24.q.1. dicit sanctus papa Pelagius.sequitur q̃ in ecclesia Dei schisma nõ habeat locum. Consequẽtia videtur nota. ¶ Secundò sic confirmando rationem. Tunica Christi,quæ figurabat ecclesiã,inconsutilis fuit,& contexta desuper per totum,vt habetur Iohan.19,& in glosidẽ in c.sicut.16.q.7.dicitur. Sicut dñi vestimentũ scissum non est,sed de eo sortiti sunt: ita nec ecclesia scindi debet,quia in vnitate tota consistit.ergo idẽ quod prius. ¶ Tertiò arguitur contra diffinitionẽ illam schismatis,videlicet q̃ schisma sit illicita discessio ab vnitate ecclesiæ.quia si ista diffinitio esset bona,sequeretur,q̃ quilibet peccator existens in peccato mortali esset schismaticus:sed hoc est falsum.ergo.&c. Consequentia tamẽ patet:q̃ñ peccatũ mortale scissuram,& quandam diuisionem dicit à Deo,& per cõsequens ab ecclesia,quæ est sponsa Dei.secũdùm illud Esa.59 Peccata vestra diuiserunt internos & Deum vestrum. ¶ Quartò arguitur cõtra diffinitionem datam per Hostiẽ. cùm dicitur,q̃ schisma sit illicita diuisio per inobedientiam ab vnitate ecclesiæ facta:quia si ista diffinitio esset bona,sequeretur,quòd omnes transgressores canonum,& præceptorum apostolicæ sedis forent schismatici.sed hoc est falsum,vt manifestum est.ergo & diffinitio prefata ex qua sequitur. Cõsequẽtia tamẽ videtur nota. ¶ Quintò arguitur cõtra id quod dictũ est,q̃ diffinitio illa intelligatur de pertinaci inobedientia,cuiusmodi non est omnis inobedientia transgrediẽtium præcepta apostolicæ sedis.

Argumentũ primum. 1

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

dis.Contra.Inobediẽtia cum pertinacia non videtur sufficere ad constituendum aliquem schismaticum,aliàs omnis excommunicatus diceretur schismaticus, cùm excommunicatio non feratur nisi contra contumacem.iuxta.c.absit.10.q.3. quod tamen est falsum.ergo diffinitio illa est insufficiens. ¶ Sextò arguitur. Schisma dicitur illicita diuisio ab vnitate principali ecclesiæ,vt fuit declaratum in præcedenti.c. sed principalis vnitas attenditur quo ad Christum, quẽ Deus dedit caput super omnem ecclesiam. ad Ephe. 1. & non quo ad papam: quo etiam mortuo, ecclesia semper manet vna vnitate fidei,spei,& charitatis. ergo schisma non videtur bene diffiniri per hoc,q̃ sit diuisio ab apostolica sede,siue à summo pontifice,sed per hoc q̃ sit diuisio à Christo.

Septimum.

¶ Septimò sic.Cùm fideles abinuicem diuidantur per diuersas sententias de agendis,manente vna & eadem fide apud omnes, non videtur magis vna pars eorum dici ecclesia, quàm alia, cum apud vtrosque vna & eadem fides maneat indiuisa, & dicat Hieronymũ.super psalm.133. Ecclesia est,vbi fides vera est.non ergo videtur magis dicendi schismatici isti quàm illi.

Octauum.

¶ Octauò sic.Dicitur Matth.18. vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorũ sum. Ex hoc arguitur sic. Apud illos est dicenda esse ecclesia, in quorum medio est Christus: sed apud omnes fideles etiam in duas partes diuisos possunt aliqui congregari in nomine Christi, ergo apud illos etiam dicenda est ecclesia.

¶ In quo respondetur obiectionibus factis. Capitulum. III.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersoriorum asserentium schisma locum non habere in ecclesia,diluuntur.*

PRæfatis obiectionibus facilè est respõdere. Vnde dicimus in primis, q̃ schisma locum habet in ecclesia, sicut notissimũ est ex superiùs dictis in 1.c. Vnde etiã apostolus inquit. Ne schisma sit in corpore.glo.1.in ecclesia,in qua debet esse vnitas. Verum notandũ, q̃ cùm schisma dicitur habere locũ in ecclesia,non est intelligẽdum,q̃ ecclesia ipsa propriè diuidatur,ita q̃ ecclesia, quæ vna est, diuidatur in plures ecclesias. Vnde Cyprianus in epistola de vnitate ecclesiæ dicit. Vn⁹ Deus est,Christus vnus,& fides vna,& plebs in solidam vnitatem cõcordiæ glutino copulata:scindi vnitas non põt,nec corpus vnum discidio cõpaginis separari diuulsis laceratio ne viscеribus in frusta discerpi. hæc Cyprianus.Sed hoc modo dicitur habere in ecclesia locum schisma:quia ab vnitate,qua oẽs fideles Christi institutione diuina ordinati & coadunati sunt sub vno ipsius ecclesię capite videlicet Rom.pont.secũdùm illud.Erit vnum ouile & vnus pastor.contingit aliquẽ vel aliquos fideles diuidi, vel separari per inobediẽtiam pertinacem cũ rebellione quadã & contradictione subeũdi iudicium eius.Secũdò dicimus, q̃ diffinitiones assignatæ schismatis sunt cõueniẽtes, iuxta intelligentiã superius datam. Vnde dicẽdum est ad rationes in contrarium. ¶ Ad primã cùm dicitur, q̃ in ecclesiam nulla cadit diuisio: respondetur, q̃ licẽt verum sit vt prædiximus, q̃ ecclesia propriè non possit diuidi,cùm tota in vnitate consistat,& in vnitate diuisio & discessio esse non potest, vt dicit papa Pelagius in capi.schisma.24.quæst.1.nihilominus ab ecclesiæ vnitate diuisio & discessio esse potest,& talis diuisio rationem schismatis constituit. Vnde schisma à scissura vocatum est: non quæ fiat propriè in ecclesia, sed quæ fiat ab vnitate ecclesiæ, vt superiùs plenius explanauimus. ¶ Ad secundam cùm arguitur de tunica Christi,&c. respondetur quòd non ideo dicitur ecclesię charitas siue vnitas designari per inconsutilem tunicam Christi, quòd nullus ab ea diuidi vel separari possit,sed quia vt dicit Augustꝰ. super Iohann. & habetur in glo. ecclesia scindi non debeat,sicut nec vestis illa scissa fuit. Vnde ait. Meritò vestis, qua significatur ecclesia, desuper contexta perhibetur: inconsutilis autem, ne aliquando dissuatur:& ad vnũ peruenit, quia in vnum oẽs colligit.hæc ille. Nihilominus quantumcunq; aliqui ab ea recedant, semper manet ecclesia,cùm nulla esse non possit.vt inquit Aug. in.c.pudẽda.24.q.1. vnde ratio nõ procedit. ¶ Ad tertiam cùm arguitur,q̃ per peccatum fiat diuisio hominis à Deo,&c.& tamen non omnis peccator est schismaticus. respondetur iuxta sanctũ Tho.in.2.2.quæst.39.art.1. negãdo consequẽtiam. Et ratio est:quia diuisio hominis à Deo p peccatũ non est intẽta à peccãte, sed præter intentionem eius accidit

Ad primũ.

Ad secũdũ.

1. Cor. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex inordinata conuersione eius ad cõmutabile bonum. Sicut autem in naturalibus id quod est per accidens non constituit speciẽ: ita etiam nec in rebus moralibus, in quibus id quod est intentum, est per se: quod autem sequitur, præter intẽtionem est, quasi per accidens. & ideo diuisio illa hominis à Deo per peccatum cùm non sit intẽta per se à peccante, non est schisma per se loquendo: nec peccator quilibet est dicendus per se schismaticus. ¶ Ad quartam cùm arguitur, q̃ si illa definitio Hostien. esset bona, quilibet trãsgressor canonum esset schismaticus. respõdetur negando consequẽtiam. Et ratio est: quoniã vt suprà exposuimus in primo.c. diffinitio illa non loquitur de quacunq; inobedientia, sed de inobedientia simpliciter & pertinaci, sicut dictum est. Et dico, simpliciter: quia vt dominus Petrus de Palude dicit in.4.dist.13. qui in vno articulo non obedit, non propter hoc schismaticus statim reputatur: putà si adulteram statim non dimittit, aut aliquid huiusmodi. Dico autem, pertinaci, cùm scilicet præcepta contemnit apostolicæ sedis, & iudicium eius subire recusat. Hoc autem non facit quilibet inobediens præceptis apostolicæ sedis suæ, quilibet canonum transgressor, & ideo non omnis trãsgressor canonum dicitur schismaticus. ¶ A quintam cùm arguitur, quòd ex illa diffinitione sequatur, q̃ omnis excommunicatus foret schismaticus, negatur consequentia. Tum, quia contumacia in vno articulo non arguit simpliciter discessum ab vnitate ecclesiæ, siue ab obedientia capitis ecclesiæ, sicut nec omnis inobediẽtia, quemadmodum suprà diximus. Tum secundò, quia non in omni cõtumacia importatur illa pertinacia cũ rebellione, quæ constituit schismatis rationẽ. ¶ Ad sextam cùm arguitur, quòd principalis vnitas ecclesiæ attendatur respectu Christi & nõ Romani põtificis, respondetur negando minorem, videlicet q̃ non attẽdatur vnitas ecclesiæ in ordine ad summũ pontificẽ. Pro quo notandum q̃ quẽadmodum duplex distinguitur influxus in mẽbra corporis ecclesiæ secũdùm q̃ in superioribus lib.2. & c.23. notauimus. videlicet interior, secundùm quem gratia, & virtutes, atque alia spiritualia dona membris ecclesiæ infunduntur: & alter exterior, qui attenditur quantum ad exteriorem gubernationem: ita dupliciter potest cõsiderari & attendi vnitas corporis ecclesiæ. Vno modo quantum ad influxum interiorem, & hoc modo cùm solus Christus sit caput ecclesiæ, ita in ordine ad ipsum tãtùm attenditur vnitas ecclesię. Alio modo potest in ecclesia, quę est multitudo fidelium, attendi vnitas, quantum scilicet ad influxum exteriorem: & sic vnitas ecclesiæ attẽditur in ordine ad vnum, qui toti ecclesiæ tanquam princeps & caput loco Christi præsideat, sicut amplissimè tam lib.primo.cap.6. quàm.2.ca.2. prædiximus. De qua vnitate beatus Cyprianus in cap. loquitur dominus.24.quæst.1.ita dicit. Loquitur dominus ad Petrum: ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Super vnum ædificauit ecclesiam: & quanuis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem (id est similem) potestatem tribuat, & dicat, Sicut misit me pater, sic & ego mitto vos. accipite Spiritum sanctum: tamẽ vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem authoritate sua disposuit. hæc Cyprianus.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad sextum

Hæc autẽ vnitas, quæ attẽditur penes principalem Christi vicariũ, non est dicta principalis respectu illius, quæ est in ordine ad Christum, sed respectu illius particularis vnitatis, quæ est membrorum adinuicem. sicut in primo.c. est expositũ. Quod dicitur, mortuo papa adhuc ecclesia manet vna. nõ obuiat: quoniam licèt actualis habitudo totius ecclesiæ ad hanc personã papæ deficiat per mortem huius personæ, semper tñ manet ad apostolicam sedẽ, quæ nunq̃ moritur. vt habetur extra de rescrip.c. gratiosè. & habitualis ad personam eligẽdam, sicut de hac re plenius dixi mus in.2.li.c.8. ¶ Ad septimã, cùm arguitur, q̃ non magis dicenda sit ecclesia hæc pars q̃ illa, &c. respõdetur, q̃ assumptum est falsum: quoniam cùm ecclesia vna sit, & scindi non possit, & vnitas eius, vt suprà expositũ est cõsideretur ex ordine per obediẽtiam ad vnum caput & rectorem eius: illi soli dicendi sunt ecclesia Christi, in quibus manet ordo ille obedientiæ ad illum rectorẽ vices Christi gerentem. Alij verò ab huiusmodi vnitate se diuidẽtes non possunt dici ecclesia Christi, qđ clarissimè nobis sanctus Cyprianus testatur in epistola ad Magnum, ita dicens. Dñs insinuãs nobis vnitatẽ de diuina authoritate veniẽtem ponit, & dicit: Ego & pater vnum sumus. ad quam vnitatẽ redigens ecclesiam suã denuò dicit: Et erit grex vn⁹, & vnus pastor. si autem grex vnus est, quomodo potest gregi annumerari, qui in numero gregis non est? Item in epistola ad Florentium. Dominus quoque in euangelio cùm eum loquentem discipuli derelinquerent, conuersus ad duodecim,

Ad septimũ

duodecim, dixit: Nũquid & vos vultis ire? respondit ei Petrus, dicens: Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes: & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Filius Dei viui. Loquitur illic Petrus, super quem ædificata fuerat ecclesia: ecclesiæ nomine docens & ostẽdens: quia & si contumax ac superba obedire nolentium multitudo discedat, ecclesia tamen à Christo non recedit: & illi sunt ecclesia plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Vnde scire debes episcopum in ecclesia esse, & ecclesiã in episcopo: & qui cũ episcopo non est, in ecclesia nõ est. Quod etiam ponitur.7.q.1. Ad idem est beatus August. qui vt deducit papa Pelagius in ca. pẽdenda.24.q.1. ita dicit. Si nullo modo potest dici ecclesia vbi schisma est, restat vt quoniã ecclesia nulla esse non potest, ea sit, quam in sedis apostolicæ per successiones episcoporum radice cõstitutam hominum nullorum malitia vllo modo valeat extinguere. Item idem Pelagius in cap. schisma. Ad summam aut illos esse ecclesiam creditis, & cum duæ ecclesiæ esse non possint, nos (quod absit) schismaticos iudicabitis: aut si veram in apostolicis sedibus esse constat ecclesiam, & illos ab vnitate diuisos cognoscite, & communionis quæstione esse sublatã, quã verã nisi in vnitate cõstat esse nõ posse. Nolite ergo q̃si nulla schismaticorũ & ecclesiæ differẽtia sit vel lein differenter vtrorũq; sacrificijs satiari. Nõ est Christi corpus. s. quo ad effectum quod schismaticus conficit, si veritate duce dirigimur. Nec enim diuisum esse Christum poterit quisquã sine apostoli reprobatione confingere. Vnam autẽ, vt sæpe dictum est, quæ Christi corpus est, cõstat esse ecclesiam, quæ in duo vel plura diuidi non potest. Simul enim cùm ab ea quisq; discesserit, ecclesia esse desistit. Ad illud verò quod arguebatur, q̃ maneret eadem fides. respõdetur, quòd non sufficit fides sola informis ad hoc quòd quis in ecclesia Christi esse dicatur, sed regitur q̃ maneat in vnitate ecclesiæ, quæ attẽditur in ordine ad caput ecclesię, & ita q̃ subsit iuxta Christi ordinationem capiti ecclesiæ, quod est Roma. ponti. Vnde beatus Cypria. in epistola, & habetur in cap. denique.7. quæst.1. Quod verò eundem quẽ nos Deum Patrem, eundem Filium, eundem Spiritum sanctum & nosse schismatici dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. Nam & Chore & Datham & Abirõ cum sacerdote Aarõ & Moyse eundem Deum nouerant, pari lege & religione viuentes: vnum verum Deum, qui colendus, atq; inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci sui ministerium transgressi contra Aaron sacerdotẽ, qui sacerdotiũ legitimum dignatione Dei atq; ordinatione perfecerat, sacrificandi sibi licentiam vendicauerunt, diuinitus percussi, pœnas statim pro illicitis conatibus rependerũt: nec potuerũt rata esse & proficere sacrificia irreligiosè & illicitè contra ius diuinæ dispositionis oblata. hæc ille. Quocirca beatus Hieronymus huic sententiæ fauet scribens ad Damasum papam. & habetur in cap. quoniam vetus oriens.24.q.1. Cum successore piscatoris & discipulo Christi loquor. rego nullũ prẽmium nisi Christum sequẽs beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri cõioni cõsentior super illã Petrã fundatam ecclesiam: scio quicunq; extra hanc domum agnum comederit, profanus est: si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Et infrà. quicunque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, antichristi est. Item huius sententiæ est beatus Ambro. super epistolam ad Tim.ca.3. Scribo tibi, vt scias quomodo ecclesiam ordines, quæ est domus Dei: vt cùm totus mundus Dei sit ecclesia, tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector est Damasus. Mundus nanq; prævaricationis est diuerso turbatus errore: ideò illic necesse est dicatur esse domus Dei, & veritas, vbi secundùm voluntatem suam timetur. Ad dictum autem Hieronymi dicentis. Ibi ecclesia vbi fides. respondetur vt dictum est, quòd verum est, dum tamen ab vnitate ecclesiæ non recedatur. Vel dicendum, quòd intelligitur de fide nedũ ad Deum, sed etiam quo ad ecclesiam, ergà quam fidem, id est fidelitatem schismatici seruare non tenentur, qui ab vnitate ecclesiæ membra eius diuidi patiuntur, vt in ca. aduocamus.24.q.1. ¶ Ad octauam rationem respondetur negãdo minorem, videlicet q̃ in nomine Christi possent dici congregati quicunq; sunt diuisi ab vnitate ecclesiæ & obediẽtia vicarij Iesu Christi. Vnde in.c. audiuimus.24.q.1. dicit Alexander secũdus. Christus non habitat in cordibus eorũ, qui superbè singularitatem secuti, à corporis Christi cõpage semetipsos abrumpunt. Vnde beatus Cyprianus quia præfatæ authoritatis vana interpretatione tẽpore suo quidã schismatici decipiebantur, respondit hoc modo. Comptores euãgelij atq; interpretes falsi extrema ponũt, & superiora prætereũt, partem memores, & partẽ sub dolo comprimẽtes: vt ipsi ficut ab ecclesia scissi sunt, ita capituli vnius sententiam scindunt.

Alij præmium & cõmunionẽ cõfortior legum.

Ad octauũ.

Alij corruptores legunt.

Domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus enim cùm discipulis suis vnitatem suaderet,& pacem,Dico inquit vobis:quia si duo ex vobis conuenerint in terra, de omni re quæcunq; petieritis contingat vobis à patre meo qui in cælis est: vbicunq; enim duo fuerint aut tres collecti in nomine meo, ego sum cum eis. Ostendit non multitudini, sed vnanimitati deprecantium plurimùm tribui. Si duo inquit de vobis conuenerint in terra, &c. vnanimitatem priùs posuit, concordiam pacis ante præmisit, vt ita cõueniat vobis fideliter & firmiter docuit. Quomodo autem potest ipse cum alio conuenire,qui cum corpore ipsius ecclesiæ & cum vniuersa fraternitate non conuenit? Quomodo autem possunt duo aut tres in nomine Christi colligi,quos cõstat à Christo & ab eius euangelio separari? Hæc Cyprianus in capitulo Alienus. 24.quæst.1.

¶ In quo ostenditur quomodo differat Schisma ab Hæresi. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Schisma quomodo ab Hæresi differat, ostenditur.*

Sicut enim fides & charitas sunt diuersæ virtutes,quanuis quicunque caret fide, careat charitate: ita etiam schisma & hæresis sunt diuersa vitia,quanuis quicunq; est hęreticus,sit etiam schismaticus. Sed non
1 conuertitur. Propria autē differentia horum sumenda est secūdùm ea,quibus vtrunq; per se & directè opponitur. Opponitur aũt hęresis fidei:schisma verò vnitati ecclesiasticę charitatis. Vñ rectè inter hęresim & schisma assignatur differentia penes hoc,quòd hæresis sit peruersum dogma circa ea quę sunt fidei: schisma verò scissuram dicit ab vnitate ecclesiastica. Et hoc est quod Hieroñ. dicit in epistola ad Gala. & inducitur à Gratiano. 24.q. 3.ca.inter hæresim. Inter hæresim & schisma hoc interesse arbitror, quòd hæresis peruersum dogma habet:schisma post episcopalem discessionem ab ecclesia pariter separat. Vnde beatus Augu. in libro contra Faustum distinguens inter schisma & hæresim ita dicit. Schisma est eadem opinantem, ac eodem ritu colẽtem,quo cæteri, solo congregationis delectari discidio. Hæresis verò diuersa opinatur ab his, quæ catholica credit ecclesia. Item idem beatus August. in lib. quæstionũ euangeliorum. differentiam assignans inter hæreticos, malos catholicos, & schismaticos ita dicit. Inter hæreticos & malos catholicos hoc interest,quòd hæretici falsa credunt: illi autem vera credentes, non ita viuunt vt credunt. Solet autem quæri etiam schismatici quid ab hæreticis distent. Et hoc inueniri, q̃ schismaticos non fides diuersa facit, sed communis dirupta societas. Item hanc eãdem distinctionem ponit beatus Augusti. in libro de fide & symbolo-ita dicens. Credimus sanctam ecclesiam vtique catholicam & apostolicam. Nam hæretici & schismatici congregationes suas etiam ecclesias vocant: sed hæretici falsa de Deo sentiendo ipsam fidem violãt. Schismatici autē dissensionibus suis iniquis à fraterna charitate dissoluũt,quanuis ea credant quæ credimus. Quapropter nec hæretici,nec schismatici pertinent ad ecclesiam. Verùm sicut amissio charitatis est via ad amittẽdum fidem, secundùm illud. A quibus qui- 1. Tim. 1.
dam abeuntes, scilicet à charitate, conuersi sunt in vaniloquium. ita etiam schisma via est ad hæresim. Vnde Hieroñ. vbi suprà subdit,quòd schisma à principio aliqua in parte potest intelligi diuersum ab hæresi. Cæterũ iam inueteratum, siue continuatum nullum schisma est,nisi sibi aliquam hæresim confingat, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur. Hæc Hierony. Cui sententię beatus August. consonans sic contra Cresconium grammaticũ ait. Inter schisma & hæresim magis eam distinctionem approbo, qua dicitur schisma esse recens congregationis ex aliqua sententiarum diuersitate dissensio. Nec enim fieri potest, nisi diuersum aliquid sequantur, qui faciunt: hęresis etiã est schisma inueteratum. hæc ille. Considerato autem hoc,quòd schisma sit via ad hæresim. glo. in cap. inter hæresim. 24.quæst. 3. dicit etiam: quasi omnes doctores iuristæ dicunt, quòd differentia inter schisma & hæresim sit, quæ est inter dispositionem,& habitum: & quia omnis hæreticus est schismaticus,& non econuerso: sicut differentia inter genus & speciem. Hęc verò licèt aliquo modo habeant veritatem, capiendo nomen schismatis generaliter, non tamen capiendo propriè est verum quòd talis sit differentia inter schisma & hæresim, qualis est inter dispositionem & habitum, aut genus & speciem: quoniam licèt schismatis nomen generaliter sumptum prout scilicet sumitur proqualibet discessione illicita, secundùm quem modum sumitur Exod. 20. Non ædificabis altare de lapidibus sectis. vbi dicit glos. secti lapides sunt,qui vnitatem scindunt. potest esse genus ad hæresim, non tamen schisma propriè sumptum, prout scilicet dicit recessum cum pertinacia ab obedientia ecclesiæ quantumcunq; simul concurrat cum hæresi, semper distat tamẽ specie ab ea, cùm sint peccata specie distincta: quod non est de dispositione & habitu genere & specie. Licèt vt dictum est suprà schisma etiam propriè sumptum via sit ad hæresim: quoniam schismaticus diu esse non potest, nisi sibi aliquam hæresim confingat in defensionem dissensionis suæ. Ex quibus confutatur sententia aliquorum Iuristarum, qui non intelligentes distinctionem specificam horum peccatorum, dicunt, q̃ schisma transit in hæresim quasi substantialiter vnum in reliquum.

¶ De grauitate peccati schismatis, siue schismaticorum. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Schismatis & schismaticorum peccati grauitas ostenditur.*

Quàm grauissimum autem sit peccatum schismatis, ac oculis diuinæ maiestatis detestabile,facilè ex attestationibus sanctorum patrũ colligitur, ac ex multis alijs. Dicit enim
1 August. contra epistolam Parmeniani, q̃ sacrilegium schismatis omnia scelera transgreditur. & libro quarto cõtra Cresconiũ grammaticum dicit, q̃ malum schismatis Cyprianus idololatriæ comparauit. ¶ Aggrauatur ergo in primis schismatis peccatum,eo quòd schismatici hostes Dei specialiter dicuntur. Ait enim Cyprianus in epistola, vt habetur in.c.alienus. 24.q.1. Alienus est, prophanus est, hostis est: habere non potest Deum patrem, qui vniuersalis ecclesiæ non tenet vnitatem. ¶ Secundò ostenditur grauitas huius peccati,eo q̃ singulariter odisse dicitur dominus: imò etiam proijcere ciuitates & sacrificia schismaticorum. Vnde dominus de eis per Amos prophetam loquens cap. 5. quod transfert Gratianus in.c. odit. 24. q.1. ita inquit. Odi,& proieci festiuitates vestras,& nõ capiam odorem cœtuum vestrorum: quòd si obtuleritis mihi holocausta oblata & munera vestra, non accipiam, & vota pinguium vestrorum respuam. Odit autem dominus,inquit Hiero. & non solùm odit,sed proijcit festiuitates eorum,qui non celebrant festiuitatem Dei,sed suas. Et infrà. Et si holocausta obtulerint, vt videãtur ieiunare,dare eleemosynas,pudicitiã polliceri, quæ holocausta sunt vera,non ea suscipit dominus. Nam non sacrificiorum magnitudinem,seu offerentium merita & causas dijudicat. Item beatus August. hoc idem testatur in de fide ad Petrum. Firmissimè tene,& nullatenus dubites,quemlibet schismaticum,siue hæreticum in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizatũ si ecclesiæ non fuerit aggregatus, quãtascunq; eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni enim homini,qui ecclesię non tenet vnitatẽ, nec eleemosyna quantumlibet copiosa, neque baptismus, neque mors pro nomine Christi susceptа proficere poterit ad salutem: quando in eo vel hæretica vel schismatica peruersitas perseuerat, quæ ducit ad mortem. Nimirum si schismaticorum sacrificia & oblationes nõ acceptet altissimus: quoniam vt inquit Cyprianus in quadam epistola. Nihil potest esse gratuiti & firmum apud Deum quod illi faciũt,quos Deus hostes & aduersarios suos dicit in euangelio suo ponens, Qui non est mecũ,aduersum me est: & qui non colligit mecum,spargit. Cæterùm schisma ostẽditur grauissimũ. Tum, quia tunicam domini inconsutilem, quam milites Pilati non fuerunt ausi scindere, schismatici Christi crucifixoribus crudeliores vnitatem ecclesiæ per illam significatam scindere præsumunt. Contra quos beatus August. in epistola ad Seuerinum contra schismaticos ita inquit. Quare diuisores vestimentorum domini esse vultis? & tunicam illam charitatis desuper contextam,quam nec persecutores eius diuiserunt, tenere cum toto orbe non vultis? Et beatus Cyprianus in epistola de vnitate ecclesiæ. Quis sic sceleratus & perfidus,quis sic discordiæ furore vesanus,vt aut credat scindi posse,aut audeat scindere vnitatem Dei,vestem domini,ecclesiam Christi,monet nos ipse in euãgelio, & docet dicens. Et erit vnus grex, & vnus pastor.
¶ Cęterùm grauitas huius sceleris schismatis ostẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostenditur ex eo, quòd schismatici videntur negare fidem Christi. Vnde Ambro. & habetur in c. aduocauit. 24. q. 1. loquēs de Cypriano ita dicit. Non putauit fidem esse in schismate. Nam & si fidem erga Deum tenerent, scilicet schismatici, tamen erga Dei ecclesiam non tenebant, cuius patiebantur velut quosdam artus diuidi, & membra lacerari. Etenim cùm propter ecclesiam Christus passus sit, & corpus Christi sit ecclesia, nō videtur ab his exhiberi fides Christo, à quibus euacuatur passio eius, atq; distrahitur. ¶ Ampliùs grauitas huius sceleris attenditur ex eo, quòd videtur esse infirmitas desperata. Vnde August. de verbis domini li. 3. sermone. 12. Christus caput ecclesiæ est, & ecclesia corp⁹ eius, & in eius corpore vnitas mēbrorum & compago charitatis tanquam sanitas existit. Qui cunq; autem in charitate frigescit, infirmatur in corpore Christi: sed potens est ille qui iam exaltauit caput nostrum etiam infirma membra sanare: dum tamen non nimia impietate præscindantur, sed hæreant corpori donec sanentur. Quicquid enim adhuc hæret corpori, non desperatę sanitatis est: quod autem præscisum fuerit, nec curari, nec sanari potest. ¶ Cæterùm detestabilis huius peccati grauitas colligitur ex grauitate pœnæ, quā à Deo legitur punitum, non tantùm in principalibus authoribus, sed etiam in complicibus, & consentientibus, ac sequacibus. Vnde beatus Augu. in epistola ad Emeritum de hoc ita loquitur. Quanti autem diuino iudicio pendatur hoc facinus, lege quod te legisse non ambigo: inuenies autem Datan & Abiron hiatu terræ deuoratos, cæteros oēs, qui eis consenserant, igne de medio eorum exeunte consumptos. Illud ergo scelus ad exemplum deuitandi dominus Deus præsenti supplicio demonstrauit, vt cùm talibus patientissimè pareit, quale vltimo iudicio reseruet, ostenderet. hæc Augu. Et beatus Cyprianus ex eadem radice grauitatem huius sceleris demonstrās in epistola. & habetur in cap. deniq; 7. q. 1. ita ait. Deniq; quàm sit inseparabile vnitatis sacramētum, & quàm sine spe sint, & perditionem sibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui schisma faciunt, & relicto episcopo alium sibi foris pseudo episcopum constituunt, declarat scriptura diuina in libris regum, vbi à tribu Iuda & de Beniamin decem tribus scissæ sunt, & relicto rege suo, alterum sibi foris instituerunt, Et indignatus est (inquit) dominus omni semini Israël, & demoliuit eos, & dedit eos in direptionem, donec abiecit eos à facie sua: quia dissipatus est Israël à domo Dauid, & constituerūt sibi regem Ieroboam filium Nabath. Indignatum esse Deum dixit, & eos in perditionem dedisse: quia ab vnitate dissipati, alterum sibi regem constituissent: & tanta indignatio domini extitit aduersus illos, qui schisma fecerunt, vt etiam cùm homo Dei ad Ieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atq; vltionem futuram prædiceret, panem apud illos edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cùm non custodisset, & contra præceptum domini prætēdisset, statim diuina censura percussus, vt inde regrediēs, impetu, ac morsu leonis in itinere necaretur. Sed adhuc in euangelio dominus maius intelligentiæ suæ lumen manifestat: quòd ijdē, qui tunc se à tribu Iuda & Beniamin scidērāt, inter pseudoprophetas & Gentiles computarentur. Nam cùm primò discipulos in ministerium salutis mitteret, mandauit, & dixit. In viam gentium ne ieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Ad Iudæos priùs mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant schismatici, ostendit schismaticos gentibus adæquari. Item beatus Hieronymus. & habetur in ca. non afferamus. 24. quæst. 1. de grauitate huius sceleris loquens, ita ait. Non afferamus stateras dolosas, vbi appendamus quod volumus pro arbitrio nostro dicentes hoc graue, hoc leue est: sed afferamus iam diuinam stateram de scripturis sanctis tanquam de thesauris dominicis, & in illa quid sit grauius appendamus. Tempore, quo dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum atque adoratum est, & propheticus liber ira contemptoris regis incensus, & schisma tentatum, idololatria gladio punita est: exustio libri bellica cæde & peregrina captiuitate: schisma hiatu terræ sepultis authoribus viuis, & cæteris cælesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum, quod est grauiùs vindicatum? hæc ille.

¶ De differentia grauitatis peccati inter schisma, & hæresim. Cap. VI.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Schismaticorum peccatum in quo differat à peccato hæreticorum. Et de differentia grauitatis peccati eorum inter se fusè agitur.*

VIdebitur fortassis ex dictis alicui, q⁹ schisma grauiꝰ peccatum sit, q̄ hæresis aut infidelitatis peccatū, cùm maius peccatum grauiori pœna puniē dum sit. secundùm illud. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Deute. 25. Peccatum autem schismatis grauiùs inuenitur punitum, quàm etiam peccatum idololatriæ, vt dictum est, secundùm quòd legitur, quòd propter idololatriam sunt aliqui humana manu gladio interfecti. De peccato autem schismatis legitur. Si nouam rem fecerit dominus, vt aperiēs terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad eos pertinent, descendentq; viuentes in infernum, scietis quia blasphemauerunt dominum. Decem etiam tribus, qui vitio schismatis à regno Dauid recesserunt, sunt grauissimè puniti. Nihilominus non est ita in veritate, quòd schisma sit grauius peccatum, quàm infidelitas. Regula est enim generalis, quòd omne, quod se habet per additionem ad aliud, potius sit illo in bono vel in malo. Sic autem est, quòd hæresis se habet per additionem ad schisma: addit enim peruersum dogma. vt patet ex authoritate Hieroñ. suprà inducta. vnde non est dubium, quòd schisma absolutè loquendo minus peccatum sit, quàm infidelitas. Pro quo notandum iuxta sanctum Tho. in. 2. 2. q. 39. artic. 2. quòd grauitas peccati potest dupliciter considerari. Vno modo secundùm suam speciem. Alio modo secūdùm suas circūstantias: & quia circūstantiæ particulares infinitis modis possunt variari: cū quæritur in cōi de duobus peccatis quod sit grauius, intelligenda est quæstio de grauitate, quæ attenditur secūdùm genus peccati, genus autem, seu species attēditur ex obiecto: & ideo illud peccatū, qd maiori bono cōtrariatur, est ex suo genere grauius peccatū: sicut peccatū in Deū, quàm in proximū. Manifestū est aūt, q⁹ infidelitas est peccatū contra ipsum Deū, secundùm q⁹ in se est veritas prima, cui fides innititur: schisma aūt est cōtra ecclesiasticam vnitatem, quæ est quoddam bonū participatum, & minus quàm sit ipse Deus. Vnde manifestum est, quòd peccatum infidelitatis in suo genere est grauius quàm peccatum schismatis: licēt posset contingere, quòd aliquis schismaticus grauiùs peccet, quàm quidā infidelis: vel propter maiorem contemptum: vel propter maius periculum, quod inducit: vel propter aliquid huiusmodi. Nec obuiat huic veritati, quòd schisma dicatur opponi charitati, quæ maior virtus est, quàm fides, cui opponitur infidelitas: quoniam charitas habet duo obiecta: vnū principale, scilicet bonitatem diuinā: & aliud secūdarium, scilicet bonū proximi. Schisma autē, & alia peccata, quæ sunt in proximū, opponūtur charitati quantum ad secūdarium bonū, quod est minus, q̄ obiectum fidei, quod est ipse Deus, & ideo ista peccata minora sunt, q̄ infidelitas: sed odium Dei, quod opponitur charitati quantū ad principale bonū non esse minus: tri inter peccata, quæ sunt in proximū, peccatū schismatis videtur esse maximū, quia est cōtra spirituale bonū multitudinis. De hoc autem, q⁹ schisma aliquando fuerit grauius, & insolita pœna punitū, q̄ infidelitas, sicut Nu. 16. potest assignari multiplex ratio. Prima iuxta sanctum Tho. in. 2. 2. vbi suprà: quia populo illi Hebræorum manifestū erat iam per legē susceptam, q⁹ erat vnus Deus, & q⁹ non erant alij colendi, & hoc erat apud eos per multiplicia signa cōfirmatum: & ideo nō oportebat, q⁹ peccantes contra hanc fidem, per idololatriam punirentur, verificata aliqua sola pœna, sed solùm cōmuni. Sed nō erat sic notum apud eos, q⁹ Moyses deberet semper esse eorum princeps, & ideo rebellātes eius principatui, oportebat miraculosa & insueta pœna puniri. Secunda ratio. Peccatum schismatis fuit quādoq; in populo illo grauiùs punitū: quia erat ad seditiones & schismata prōptus. dicitur enim. 1. Esdræ. 4. Ciuitas illa à diebus antiquis aduersus regē rebellabat, & seditiones, & prelia concitantur in ea. Pœna autem maior infligitur quandoq; pro peccato magis consueto. Pœnæ autem sunt medicinæ quædam ad arcendum homines à peccato. Vnde vbi est maior pronitas ad peccādum, debet seuerior pœna adhiberi. Tertia ratio. Schisma punitur quandoq; grauiùs, quia est peccatū periculosum valde, & pernicioſum. Pro quo notādum, vt dicit idē sanctus Tho. in. q. de malo. artic. 10. in respōsione ad quartum argumentum, q⁹ pœnæ quæ inferuntur à Deo in futura vita, respōdent grauitati culpæ. vnde Apostolus dicit, quòd iudicium Dei est secundùm veritatem in eos qui talia agunt, sed pœnæ quæ in præsenti vita infliguntur siue à Deo, siue ab homine, non Rom. 2.

semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper respondet grauitati culpę. Interdum enim minor culpa grauiori pœna punitur temporaliter propter maius periculum euitandū: pœnæ enim præsentis vitæ quasi medicinæ adhibentur: peccatū autem schismatis pernicioſisimum est rebus humanis, quia dissoluit totum regnum humanæ societatis. Quarta ratio pōt assignari iuxta magistrum Alexandrum de Alis in. 2. lib. quare schisma grauius punitum fuit in illis est: quia ex maiori cōtumacia videntur illi fecisse, quàm alij in hæresim incidisse: quantò autem maior est contemptus, tantò magis sceleratè peccatur.

¶ Quid spiritualis potestatis in schismaticis maneat. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Schismatici an spiritualem habeant potestatem.*

CVM autē schismatici ab ecclesiæ corpore sint diuisi, ac separati, & extra vnitatē ecclesiæ Spiritussanctus nō accipitur, non immeritò dubitatur, an apud ipsos tali scissura ab ecclesia segregatos aliqd maneat potestatis spiritualis? Quocirca de hoc venit aliquid dicendum. Pro quo notandum iuxta sanctum Thom. in. 2. 2. q. 39. art. 3. q̄ duplex est spiritualis potestas, scilicet sacramentalis, alia iurisdictionalis. Sacramentalis quidem potestas est, quæ per aliquā consecrationem confertur. omnes autem consecrationes ecclesiæ sunt immobiles manentibus quæ consecrātur. Sicut patet etiam in rebus inanimatis: nam altare semel consecratum, non consecratur iterum, nisi fuerit dissipatū. Et ideo talis potestas secundùm suam essentiam manet in homine, qui per consecrationem eam est adeptus, quandiu viuit, siue in schisma, siue in hæresim labatur. Quod patet ex hoc, q̄ rediens ad ecclesiam, non iterum cōsecratur. De quo beatus Aug. in libro contra Donatistas dicit. Sicut redeuntes ad ecclesiam, qui priusquam recederent, fuerūt ordinati, non vtiq; rursus ordinantur. retinent ergo schismatici potestatem sacramentalem, ordinem retinentes. Præterea hoc idem apertè colligitur ex eo, quod Vrbanus papa dicit, & habetur in ca. ordinationes. 9. q. 1. q̄ qui ab episcopis quondam catholice ordinatis, sed in schismate à Romana ecclesia separatis consecrati sunt, eos cùm ad ecclesiæ vnitatē redierint, seruatis proprijs ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si eos vita & scientia commendat. hoc autem non potest esse, nisi spiritualis potestas per consecrationē data, apud schismaticos maneret. Verùm quia potestas inferior non debet ire in actum nisi secūdùm q̄ mouetur à potestate superiori, sicut etiam in rebus naturalibus patet: inde est, q̄ tales vsum potestatis amittunt, ita scilicet, quòd non liceat eis sua potestate vti. Si tamen vsi fuerint, eorum potestas effectum habet in sacramentalibus: quia in his homo non operatur nisi sicut instrumentum Dei. Vnde effectus sacramentales non excludūtur propter culpam quamcūq; conferentis sacramētum. Vnde authoritates dicentes schismaticos & hæreticos non habere potestatē spiritualem præfatam, scilicet sacramentalē, semper sunt intelligendæ quantum ad legitimum vsum illius, non autem sunt referēdæ ad ipsam essentiā potestatis, sicut est illud extra de schis. ca. 1. vbi Lateranense concilium dicit ordinationes ab Octauiano & Guidone hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis irritas esse censemus. Et idem habetur in ca. ordinationes. 9. q. 1. Hoc autem intellige, vt ait gl. quātum ad executionem, nisi cum eis fuerit dispensatum: vel si ordinatus probaret se nescisse illum fuisse schismaticum qui eum ordinauit, vt in. c. ordinationes. vbi suprà. Ex quibus manifestè etiam habetur apud schismaticos vera esse sacramenta, dum tamen in forma ecclesiæ dentur, siue dispensentur. Vnde Augu. libro de vnico baptismo ait. Potest sacramētum tradere separatus, sicut potest habere separatus. Nam vt idem Aug. contra Petilianum Donatistam testatur. Sacramentis Dei nihil obsunt mores malorū hominum, q̄ illa vel non sint, vel minùs sancta sint. Vnde omnes authoritates sanctorum patrum, quæ videntur sonare, q̄ apud schismaticos vel hæreticos non sint vera sacramenta, vel intelligātur de illis schismaticis & hæreticis, qui formam ecclesiæ non seruant, sicut illud Pelagij papæ in ca. pudenda. 24. q. 1. Qui diuisus est ab apostolicis sedibus, execrat potiùs ipse, & non consecrat. iure ergo execratus tantùm, & non consecratus poterit dici. & similes authoritates. Vel intelliguntur authoritates præfatæ de sacramentis, nō quantum ad veritatem essentiæ sacramentorum, sed quantū ad rem sacramenti, siue effectum salutiferum eorum: quoniam verum est, q̄ si manifestè sint ab ecclesia præscisi, quicunq; accipiunt ab eis sacramenta, peccant, nisi sacramētum baptismi in articulo necessitatis: & per hoc impediuntur ne effectum sacramenti cōsequantur, & ita quantum ad rem sacramenti dicuntur illa sacramēta falsa, aut inania. Hoc modo accipiendum dicit sanctus Tho. in tertia parte illud, quod Leo papa scribens ad Leonē Augustum ait, q̄ in Alexandrina sede omnium cælestium sacramentorum lumen extinctū est, intercepta sacrificij oblatio, deficit chrismatis sanctificatio, &c. Dicta verò Cypriani, quæ videntur velle apud schismaticos & hæreticos non esse vera sacramenta, non cogunt, quia eius sententia non tenetur, vt dicit sanctus Augu. Potestas autē iurisdictionalis est, quæ ex simplici iunctione hominis cōfertur, & talis potestas non immobiliter adhæret, vnde in schismaticis & hæreticis non manent: vnde non possunt absoluere, nec excōmunicare, nec indulgentias facere, aut aliquid huiusmodi: q̄ si fecerint, nihil est actum. De qua potestate videtur accipiēda authoritas Cypriani in epistola, & habetur. 7. q. 1. ca. Nouatianus. Qui nec vnitatē Spiritus, nec cōmunionis pacem obseruat: & se ab ecclesiæ vinculo atq; sacerdotum collegio separat, nec episcopi potestatem habere potest, nec honorē. Item idē Cyprianus in epistola ad Magnū. & habetur in ca. didicimus. 24. q. 1. Didicimus omnino hæreticos & schismaticos nihil habere potestatis ac iuris. Quocirca in. c. 1. extra de schisma. post illa superiùs allegata dicitur sic. Adijciētes, vt qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per dictos schismaticos accepetūt, careāt impetratis. Alienationes quocunq;, quę per eosdem schismaticos, siue laicos factæ sint de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate. Et hoc ideo, quia apud schismaticos nihil remanet potestatis iurisdictionalis. Vnde glo. super verbo, omni careant firmitate, ait: quia dum ecclesia pastorem habet hæreticum, vel schismaticum, vacare intelligitur. suprà de rescript. cap. 1.

¶ De pœna schismaticorum. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Schismaticorum pœna describitur.*

SChisma autem & punitur à Deo, & punitur ab ecclesia: q̄ grauiter autem punitū legatur à Deo, superiùs in ca. 5. exemplariter induximus de Dathan & Abiron, qui hiatu terrę absorpti sunt. Item de decē tribubus, quæ qa Hieroboam adhæserūt, datæ sunt in dispersionem. & aliis multis exēplis patet. Iam loquendum restat de punitione, qua ab ecclesia schismatici puniantur. Puniuntur autem ab ecclesia multipliciter. Primò excōmunicatione, vt patet extra de schisma. c. 2. & per cō sequens cùm schismatici sint excommunicati, sicut etiam habetur in. c. de liguribus. 23. q. 5. & cum excommunicatis non sit cōmunicandum, sequitur q̄ cum schismaticis scienter communicādum nō sit. Vnde Nume. 16. dicitur. Recedite à tabernaculis hominū impiorum. qui scilicet schisma fecerāt, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluami ni peccatis eorum. Secūdò si schismatici per excōmunicationem non resipiscāt, puniuntur pœna depositiōis, vt in. c. in nomine domini. 23. dist. Cæterùm si pertinaciter adhuc præsumerent, ita q̄ non possent coërceri prę tatis pœnis, Tertiò veniunt puniendi manu armata, siue coërcendi potestate brathij secularis. Harum autem pœnarū conueniētia sumitur iuxta sanctum Tho. in. 2. 2. q. 39. art. 4. sic. sicut habetur Sapientiæ. 11. Per quæ quis peccat, debet puniri. Schismatici autē, vt ex dictis patet, in duobus peccāt. In vno quidē: quia separant se à cōione membrorum ecclesiæ, & quantū ad hoc conueniēs pœna schismaticorum est, vt excōmunicentur. Peccant secūdò: quia subdi recusant capiti ecclesiæ, & ob hoc meritò à dignitate deponūtur. Et qa coërceri nolunt per spiritualem potestatem ecclesiæ, iustū est, vt potestate tēporali coërceantur. Pœnæ autē præsentis vitæ sunt medicinales: & ideo quando vna pœna non sufficit ad coërcendum hominem, superadditur altera. Sicut & medici diuersas medicinas corporales apponūt, quādo vna nō est efficax: & ita ecclesiā, quando aliqui per excommunicationē non sufficienter reprimuntur, adhibet coërtionem brachij siue potestatis secularis. Sed si vna sit sufficiens, alia non debet adhiberi. De hac autem pœna brachij siue potestatis secularis loquuntur multa. c. in decreto, maximè. 24. q. 3. vt in cap. de liguribus. & ca. quali. vbi papa Pelagius Narsę patricio scribens ita ait. Salutantes paterno affectu gloriam vestram petimus, vt præfatis, qui à nostra sede directi sunt, in omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

præbeatis auxilium: nec putetis peccati esse alicuius, si huiusmodi homines premuntur, hoc enim & diuinæ & humanæ leges statuerunt, vt ab ecclesiæ vnitate diuisi, & eius pacem iniquissimè perturbantes, à secularibus potestatibus comprimantur: nec quicquam maius est vnde Deo positis sacrificium offerre, quàm si id ordinetis, vt qui in suam & aliorum perniciem debacchãtur, competenti debeant rigore compesci.

¶Quæ schismata fuerunt in ecclesia. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Schismata quæ fuerunt in ecclesia recensentur.*

QVoniam non parũ huic parti procautela futurorũ temporum vtile arbitrati sumus cõmemorari schismata superioribus temporibus in ecclesia orta, & modos, quibus sopita siue ablata sunt: idcirco nos sub breuitate illa perstringere voluimus. Verùm quia schismata in ecclesia vario modo contingunt, videlicet aut per introductionẽ peruersio dogmatis, quoniam hæresis in se includit schisma: aut per separationem & diuisionem per pertinacem inobedientiã ab apostolica sede: aut per vsurpationẽ apostolicæ sædis. Primo modo de schismatibus loquẽdo, non est propositi nostri schismata præterita aut præsentia numerare, quia hoc longũ esset, & difficillimum valde: cùm tot venirẽt schismata repetenda, quot fuerũt hæreses, aut impræsentiarũ sunt. Nec etiam schismata secũdo modo introducta intẽdimus cõmemorare: quoniam in illis sicut in primis hæreses multę inuolutæ sunt. De illis enim propriè intelligitur dictũ Hiero. in. c. inter hęresim. 23. q. 1. dicẽtis: ꝙ omne schisma inueteratũ aliquã hæresim sibi confingit, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur: sicut patet in schismate Grecorũ, in schismate Iacobitarũ, & Armenorũ, & nũc Bohemorum: qui in colorem separationis ab ecclesia Romana multas hæreses confinxerunt. Sed impresentiarũ solùm ea schismata enumerare proposuimus, quæ per illicitũ ausum vsurpationis apostolicæ sedis introducta sunt in ecclesiã. ¶Primũ schisma fuit inter beatum Corneliũ & Nouatianũ vrbis Romæ presbyterum. Primus itaq; qui post legitimã successionem pontificũ adnisus est sedem apostolicam vsurpare, vt ecclesiasticæ ferũt historiæ, fuit Nouatianus Romanæ ecclesiæ presbyter, & princeps hæresis Nouatianorũ extitit, qui se catharos. i. mũdos nominabant, lapsis spem venię denegãtes, vnde lapsis fratribus non cõicabant, nec eorũ pœnitẽtiam dicebãt esse suscipiendam, & ita Nouatianùs in schisma & hæresim lapsus est. Ob quã rem papa Cornelius in vrbe cõcilium cõgregat. 70. episcoporum, presbyterorumque totidem cum diaconibus plurimis, in qua Nouatiano cum omnibus suis sectatoribus ab omnibus execrato, & hæresi sua condemnata, statuitur, vt lapsis pœnitẽtibus venia promitteretur, & reconciliatio post dignam pœnitentiam cõcederetur. ¶Secundum schisma fuit inter Felicẽ & Liberium. Sane Liberio papa propter fidẽ exulãte à Constãtino Augusto Felix presbyter de cõsensu ipsius Liberij substituitur in papatu, qui tandẽ propter fidei constantiam cõgregato Arrianorum concilio à papatu deponitur. Liberius qui exilij tædio deuictus reuocatus est in hæretica prauitate se subscribẽs, in sede repositus est, quam sex quasi annis tenuit. Hoc schisma sopitum est morte. Nam primò Felix papa martyrio coronatur: deinde post annos. 6. pseudopapa Liberius mala morte precibus sanctorum extinctus est, quem papa Damasus synodali iudicio publicè condemnauit, & omne quod fecerat, annullauit. ¶Tertium schisma fuit inter Damasum papam primũ, & Vrsinum diaconum cardinalem. Hic enim Damasum prælatum non ferens, seditionem Damaso excitat, & seditiosorum hominum potentia in basilica, quæ Sisini appellatur, episcopum se fieri extorquet, legis ordine & traditione peruersis: quo facto, magna turbatio orta est. Quod schisma authore Deo sopitum est. Nam congregato concilio, Damasus, qui à maiori & saniori parte electus fuerat, in sede constituitur. Vrsinus de vrbe eiectus, episcopus Neapolitanus efficitur. ¶Quartum schisma fuit inter Bonifacium primũ & Eulalium presbyterum vrbis Romæ. Bonifacius ordinatur in basilica sancti Petri: Eulalius in basilica Constantina. Sopitur hoc schisma sic: quoniam ambo iussu imperatoris Honorij vrbem egrediuntur, & facta inquisitione de veritate electionis amborum, reprobatur Eulalius, & Bonifacius quia à maiori & saniori parte fuerat electus, apostolicæ sedi restituitur. ¶Quintũ schisma fuit inter Symmachũ primum, & Laurentium. Nam Symmachus est electus in papam in basilica Constantina ab

ab vna parte cardinalium & clero: Laurentius vero ab alia parte in basilica sanctæ Mariæ eligitur. Sopitũ est hoc schisma hoc modò: quia cùm vnus alteri non cederet, constituerunt, vt lis tota iudicio Theodorici regis, qui tunc in Italia plenũ habebat dominium, diffiniri deberet: qui Rauennæ existens, auditis vtriusq; partis plenè legatis, decreuit, vt qui priùs electus esset, aut quem maior pars cleri simul & populi elegissent, in sede apostolica resideret, & quia Symmachus priùs ordinatus fuerat, maiorq; pars ei faueret, obtinuit: qui ex misericordia Laurentium episcopum fecit Nucherinum. Verùm post paucos annos criminatur ex inuidia Symmachus per falsos testes, & apud Augustum accusatus, reuocatur occulte Laurentius, & iterato schismate diuisus est clerus. Sed sopitur hoc modo. Nam iussu præfati regis Theodorici congregatur concilium. 115. episcoporũ in vrbe. vt patet dist. 17. c. concilia. §. hinc etiam. in quo Symmacho purgato de crimine falso, & damnatis tam falsis testibus q̃ episcopo Laurentio apostolicæ sedis inuasore, Symmachus cum summo honore & gloria restituitur. ¶Sextum schisma fuit inter Siluerium primũ, & Vigilium. Vigilius enim Romaniæ ecclesiæ archidiaconus cùm ad apostolicæ sedis apicem aspiraret, pontifici suo Siluerio parat insidias. Nam cùm papa Siluerius nollet ad suggestionem Augustæ reuocare Antonium Constantinum episcopum, quia hæreticus esset, Vigilius spopondit se hoc facturũ: atq; ita beato Siluerio per Guilisarium patricium in exilio deportato, Vigilius fauente Augusta gratia factæ promissionis male concupitã sedem arripuit, quanquàm postea beata confessione crimen diluerit. Schisma hoc sopitum est: quia vt quędam historiæ referũt, mortuo Siluerio in exilio, Vigilius ab omnibus in papã assumptus est. ¶Septimũ schisma fuit inter Eugenium secundum, & alium quendã in discordia coelectum. Quod schisma sopitum est potẽtia Lotharij filij Lucij imperatoris, qui Romam veniens, statum populi pacificauit cum pontifice Eugenio deprauatum per suos antecessores: & ita reiecto antipapa, Eugenius mãsit in papatu, cui etiam maior pars nobilium & populi fauebat. ¶Octauum schisma fuit inter Leonem quintum, & Christophorũ pseudoantipapam. Qui Christophorus diabolica præsumptione ita excæcatus est, vt Leonem papam vi capere, & carceri mancipare præsumpserit, & ita hoc ordine apostolicam sedem vsurpauit: sed Leone papa in carcere mortuo, & Christophoro antipapa turpiter reiecto, Sergius secundus ad apostolatũ eligitur, & sic schisma sopitur. ¶Nonum schisma fuit inter Iohannem. 12. & Leonem. 8. Nam licèt Iohãnes. 12. ob demerita sua (quia lubricus erat & venator) congregato concilio episcoporum Italiæ per Ottonem imperatorem foret depositus, & Leo in apostolatu constitutus: nihilominus post recessum imperatoris Iohannes fauore suorum receptus est à Romanis: & collecta synodo, reassumit papatum, Leone deposito: quo tandem iusto Dei iudicio à diabolo extincto, schisma sopitum est. ¶Decimum schisma fuit inter prędictum Leonem & Benedictum quintum: qui Benedictus cùm ab amicis Iohannis adhuc viuente Leone eligeretur, schisma ortum est. Quod schisma sopitur sic. Reuertitur enim imperator hoc audiens ad vrbem, & obsidione illam fatigat, quousque Benedictus sibi traditus est, quem imperator in exilium in Saxoniam mittit, & Leo restituitur: & ita potentia imperatoris schisma sopitur. ¶Vndecimum schisma fuit inter Gregorium quintum, & quendam Iohannem episcopum Placentinum, quem Crescentius consul pecunia corruptus, in apostolicam sedem violenter intrusit: sed hoc imperator cum multo dolore audiens, ad vrbem celeriter regreditur, & Crescentium trucidari iubet, & dictum Iohannem oculis effossis priuatum in castro sancti angeli carceri perpetuo mancipauit, & Gregorius restituitur: & sic potestate imperatoris schisma sopitur. ¶Duodecimum schisma fuit inter Benedictum nonum, & alios tres assumptos. Legitur enim, quòd Benedictus nonus postquàm in sede apostolica aliquibus annis sederat, deijcitur, & datus est papatus Iohanni Sabinensi episcopo, qui postea vocatus est Syluester tertius: quo potentia aliquorum Romanorum, qui Alberto patri præfati Benedicti fauebant, eiecto, Benedictus est restitutus: quo iteratò reiecto, datus est papatus Iohanni presbytero sancti Iohannis ante portam Latinam, qui Gregorius sextus est dictus: qui ob ruditatem literarum (vt ferunt) ad vices officij exequẽdas alium secum consecrari fecit: quæ coadiutoris institutio cùm multis non placeret, tertius superinducitur, qui solus vices duorum impleret. Inter tres ergo de papatu contenditur. Vno contra duos, & duobus contra vnum de papatu altercantibus, venit Henricus imperator Ro

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam, & tribus eiectis, quartus substituitur qui vocatus est Clemens secundus: & ita potentia imperatoris schisma sopitur. ¶ Tredecimum schisma fuit, cùm Benedictus decimus fretus potentia aliquorum nobilium Romanorum sedē occupauit apostolicam: qui tandem conscientia ductus, cessit, agnoscens se per ostium non intrasse, & factus est Nicolaus secūdus. ¶ Quartumdecimum schisma fuit inter Alexandrum secundum, & Cadulum Parmensem episcopum. Sanè episcopi Lombardiæ dicentes non debere eligi in Romanum pontificem nisi de Italiæ paradiso, siue iardino, quem vocabant Lombardiam, contra morem ecclesiæ prædictū Cadulum in papam eligunt, fauente eis ad hoc imperatore Henrico. Sed hoc schisma sopitur hoc modo. Nam Henricus imperator rediens ad cor, condolens turbationi ecclesiæ Romam proficiscitur, & Alexandro reconciliatur. Cadulus verò hoc videns, recognoscens errorem, dimissa præsumptione papatus, venit ad obedientiam Alexandri. ¶ Decimumquintū schisma fuit inter Gregorium septimum, & Clementē quendam. Sanè cùm inter papam Gregorium septimum & Henricum imperatorē quartum oriretur discordia super inuestituris episcoporum in imperio, suggerente imperatore, superinducitur alius. Nam conuenientibus episcopis & archiepiscopis Lombardiæ apud Brixiam, archiepiscopus Rauennatēn. nomine Gilbertus in papā eligitur, qui vocatus est Clemēs. Vnde secutum est schisma grauissimū, quod durauit vsq; ad mortem prędicti antipapæ & præfati Henrici imperatoris, qui schisma illud fouebat: & ita morte illorum sopitum est schisma. ¶ Decimumsextum schisma fuit inter Paschalem secūdum, & alios tres pseudopōtifices. Sanè cùm Paschalis post decessum Vrbani secundi in pontificem esset assumptus, coronato in imperium Henrico quarto, aliqui ex clero in pontificem exurgentes, tres diuersis temporibus hæresiarchas in papatum promouere moliti sunt, videlicet Albertum, Arnulfum, & Theodoricū: qui quanquàm in initio prophanæ assumptionis turbationes non mediocres excitarunt, mox tamen per verum pontificem restricti sunt: quibus tandem mala morte extinctis, sopitum est schisma eorum morte. ¶ Decimumseptimum schisma fuit inter Gelasium secundum, & Burdinum antipapam. Sanè Henricus quartus occasionem assumens, quòd ad electionem Gelasij non fuerit vocatus, electioni præfatæ se opponēs, Burdinum quendam ex Hispanis in papā fecit ordinari. Gelasio autē mortuo apud Cluniachū in Francia, eligitur Calixtus secundus, qui Romam veniens, in sutrio Burdinū capit, & confusibiliter ad vrbem deducit, carcere recludit, & schisma sopitur. ¶ Decimumoctauum schisma fuit inter Innocentium papam secūdum, & Petrum Leonis, licèt à minori parte fuerit electus: nihilominus potentia parentum suorum vallatus, prævalebat in vrbe: qua de causa papa Innocentius cum cardinalibus sibi adhærentibus recessit de vrbe in Franciam. Petrus verò Leonis manens in vrbe, arripuit præsulatum, iubensque se vocari Anacletum. Schisma hoc finitur hoc modo. Quoniam Lotharius imperator ad vrbē veniens, partem totam Petri Leonis extirpat, & dictum Innocentium papam restituit: & ita potētia Lotharij schisma illud sopitur. ¶ Decimumnonum schisma fuit inter Alexandrum tertium, & quatuor pseudoantipapas. Cùm enim Alexander præfatus propter discordiam ortam inter ipsum & Fredericum primum coactus esset Italiam relinquere, iuit in Franciam, vbi quasi per. 18. annos mansit: quo tēpore intermedio fauente præfato Frederico quatuor antipapæ successiuè intrusi sunt, apostolicam sedem prophanantes. Primus fuit Octauianus, qui se vocari fecit Victorem. Secundus fuit Guido Cremonen. qui se vocari fecit Paschalē. Tertius fuit Iohannes Fremen. qui se vocari fecit Calixtum. Quartus fuit Laudo, qui se vocari fecit Innocentium. Qui omnes ab Alexandro excommunicati, mala tandem morte interierunt. Composita autem pace inter papam Alexandrum, & præfatum Fredericum, schisma sopitum est. ¶ Vigesimum schisma fuit inter Iohannem papam. 22. & pseudopontificem fratrem Petrum de Corberio. Sanè Ludouicus Bauarus, quia præfatus papa Iohannes sibi non fauebat in facto imperij, sed magis sibi foret contrarius, veniens Romam, in despectum eius fecit præfatum pseudoreligiosum ordinis minorū fratrem Petrum de Corberio erigi in papam, ab eo imperij coronam vsurpans: & ita ortum est graue schisma in ecclesia Dei. Verùm disponente domino præfatus antipapa capitur, & papæ Iohanni præsentatur: tandē in Castro Cremonen. moritur, & sic schisma sopit. ¶ Vigesimūprimum schisma fuit quasi tēporibus nostris, pparte. Fuit enim inchoatū circa annum dñi. 1378. & durauit vsq; ad tēpora nostra.

stra. Vacante enim apostolica sede per mortem Gregorij. 11. fuerunt duo ad summum pontificatum assumpti. Primò quidem Bartholomæus episcopus Barēn. & vocatus est Vrbanus sextus. Tandem recedentibus cardinalibus, & conferētibus se ad Auinionem, vbi se securos credebant, electus est cardinalis Gebennēn. & vocatus est Clemens septimus. Et ita schisma magnum ortum est in ecclesia Dei, quod multis annis durauit. Nam post mortē Vrbani sexti per cardinales per eum factos assumptus fuit ad papatum Bonifacius nonus, & post istum Innocentius septimus, & post eum Gregorius. 12. Pro alia verò parte post mortem Clementis assumptus est Benedictus. 13. Tandem per cardinales aliquos Gregorij & Benedicti celebratum est concilium Pisis. anno domini. 1408. & depositis Gregorio & Benedicto quantum in eis fuit, electus est ad papatum frater Petrus de Candia magister in theologia, qui dictus est Alexander quintus, post quem electus est Iohannes. 23. & ita vbi primò duo contendebant, iam contendebant tres. Verùm Dei misericordia opitulante, religiosa sollicitudine domini regis Sigismundi congregatum est concilium Constantię, in quo tribus obedientijs tandem conuenientibus, renuntiat Gregorius iuri suo: Iohannes & Benedictus deponuntur: & ita sopito schismate, reddita est pax ecclesiæ. ¶ Vigesimumsecundum schisma fuit hoc nostro tempore inter Eugenium papam quartum, & pseudopontificem Amedeū ducem Sabaudiæ, Felicem nuncupatum. Sanè cùm inter præfatum Eugenium & Basilien. concilium, quod cœpit de anno. 31. de mense Iulij super aliquibus temerè attentatis in progressu ipsius per aliquos patres ipsius concilij, quæ nunquam aliàs per quæcunque alia vniuersalia concilia vno existente in apostolica sede indubitato pontifice fuerunt attentata. Et maximè super loco, ad quem Græci pro eorum vnione tractanda erant venturi, grauis orta foret dissensio, & plurimùm scandalosa. Nam intantum quorundam impiorum hominum, qui post dissolutionem concilij Basileæ pertinaciter remanserunt, creuit audacia, vt Amedeum ducem Sabaudiæ in pseudopontificem prophanarent, quem Felicem nominarunt: cui & si pauci exceptis illis de domino suo obedirent, nihilominus stulta præsumptiõe vulnerata est ecclesia. Verùm mortuo Eugenio, & succedente beatissimo domino nostro Nicolao papa. 5. ad suggestionem illustrissimorū regum & dominorum, videlicet regis Franciæ & Angliæ præfatus dominus Amedeus destitit ab impresia summi pontificatus: quem Amedeum tam pro nobilitate sanguinis, quàm pro pace reddita ecclesiæ sanctissimus dominus noster Nicolaus pro sua clementia maxima cum charitate suscipiens, cardinalem legatum cum certis prærogatiuis in tota terra Sabaudiæ perpetuum instituit, ac creauit: & ita schisma Deo gratias sospitum est.

¶ De multiplici via sopiendi, siue tollendi schismata. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Schismata quomodo ab ecclesia sint tollenda, & sopienda.*



X prædictis in superiori cap. facilè quis colligere potest plures vias esse, quibus schismata sopiri atque tolli possunt de ecclesia. Notauimus autem inter alias decem vias. ¶ Prima via est discussionis veritatis & 1
iustitiæ, vt videlicet discutiatur quis inter cõtendentes sit verus papa. Et ista via est multùm conueniens: quoniam per eam vincit veritas, & lucescit iustitia, fallitas repellitur, temeritas reprobatur, & audacia compescitur: nè de cætero de facili fiant schismata per impressiones, vel alios modos illicitos. Vnde hoc modo via præcluditur futuris schismatibus, & vnitas ecclesiæ firmatur, cùm iustitia & pax osculatæ fuerint, vt inquit psal. Verùm hæc discussio veritatis de iustitia cõtendentium quandoque facta legitur per imperatores antiquis temporibus, cùm imperatores potentiores essent: & hoc maximè, quando schisma erat recenter introductum, & nondum (vt ita dicam) extra muros vrbis processerat, & parum habebat dubitationis. sicut patet in schismate quarto in præcedenti cap. commemorato. Nam cùm inter Bonifacium primum, & Eulalium presbyterum vrbis Romæ foret super papatu contentio, iussu imperatoris ambo contendentes vrbem egrediuntur, & inquisitione facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

de veritate electionis amborum, & reperto, q̃ Bonifacius à maiori & saniori parte fuerat electus, suscipitur, & Eulalius rejcitur. Nec mi retur aliquis (sicut quidam ad pauca respicientes faciunt) quòd imperatores ita fecerunt: quoniam non vt iudices, aut vsurpantes ecclesiasticum iudicium illud egerũt, sed vt patroni ecclesiæ, & protectores pacis & vnitatis ecclesiæ per modum habendæ declaratiõis veritatis, vt sciretur per doctos viros, quis contendẽtium esset verus pontifex, cui fauere debeant, & quis intrusus, quem expellere teneantur. iuxta ca. si quis pecunia. dist. 79. Quandoque verò inquisitio ista veritatis & iustitiæ facta est per conciliũ prelatorum, & hoc, quando dubium de veritate papatus inter contendentes erat aliquantulum probabile, & maximè cùm vtraque pars habuit potentes dominos tam seculares quàm ecclesiasticos fauentes, aut cùm aliquantisper esset antiquatum, & ex hoc magis firmatum. Et hoc factũ videtur conuenienter: quoniam huiusmodi dubij conueniens iudex videtur esse concilium, vt videtur secundùm aliquos colligi ex glo. c. si duo. dist. 79. vbi tamen glo. non nisi hoc quærit. Glo. sed quis erit iudex de hoc: an electio sit contra phas. Non ipsi cardinales: quia sic essent iudices in proprio facto. nam nullus potest superior inueniri. vt extra de elect. licet in fine. Dic illud c. locum habere, quando neuter est electus à duabus partibus. vel dic concilium cõuocabitur: hæc glo. Hug. verò dicit in apparatu suo sic. Sed cuius examini committetur hæc causa, vtrùm sint ita electi vel non. fortè loquitur de manifesto, vel ad cardinales spectat hoc cognoscere. vel si cardinales adeò dissentiũt, debebit concilium cõuocari authoritate cardinalium. hęc Hug. Hac via, scilicet per viam concilij sopita sunt plura schismata: sicut patet in cap. præcedenti. Sic enim sopitum est schisma tertium, quod legitur fuisse inter papam Damasum primum, & Vrsinum. Nam vt dictum est in præcedenti ca. congregato concilio, & inuento, quòd Damasus fuerat à maiori & à saniori parte electus, susciptur, & Vrsinus de vrbe expulsus, Neapolitanus cõstituitur episcopus. Item hac via sopitum est schisma quintum secundò ortum inter Symmachum & Laurẽtium. Nam vt dictum est, & habetur in. §. hinc etiam. distinct. 17. præcepto Theodorici regis congregato concilio multorum prælatorum, sed authorizato per eundem Symmachum, Symmachus restitutus est, & Laurentius eiectus. Hic tamen notandum, quòd pro discussione veritatis contendentium de papatu nunquam legitur superioribus temporibus conuocatum aliquod concilium vniuersale vtpote prælatorum totius orbis, sed fuit concilium bene particulare: quia aut prælatorum vnius prouinciæ, scilicet Italiæ tantùm: aut aliquarũ paucarum, sicut patet ex dictis in præcedenti. c. ¶ Secũda via sedandi schismata est via compromissi, vt scilicet contendentes de papatu compromittant in arbitros, & in arbitratores, promittẽtes stare eorum iudicio, siue eorum sententiæ: siue arbitratores isti sint laici, siue clerici. Et ad hanc viam reducitur illud, quo contendentes de papatu committerent aliquibus potestatem discutiendi de iure eorum, vtrùm eorum aliquis sit verus papa, vel nullus, & promittẽdo cum hoc, quod stetur eorum sententiæ absq; aliqua contradictione. Hac via sopitũ est schisma quintum primò ortum inter Symmachũ & Laurentium. Nam ambobus, vt dictum est in præcedenti ca. compromittentibus in regem Theodoricum, ipsius regis iudicio acceptus est Symmachus papa: quoniam maior pars cleri & populi eum elegerat, & reiectus est Laurentius. ¶ Tertia via est per nouam electionem, vt scilicet ille inter contendentes, inter quos est dubium quis sit verus papa, habeatur pro papa, qui noua electione à maiori parte vniuersitatis fuerit electus. & hoc modo currit. ca. si duo fortè. dist. 79. in quo Honorius imperator ad Bonifacium papam ita scribit. Si duo fortè contra phas temeritate concertantium fuerint ordinati, id est electi, nullum ex eis futurum sacerdotem permittimus, sed illum solum in sede apostolica permanere censemus, quem ex numero clericorum ordinatione, id est electione noua diuinũ iudiciũ & vniuersitatis consensus elegerit. hęc ille. dicit Hug. vel maioris partis. ¶ Quarta via est: vt expulsis, siue reiectis omnibus contendentibus, alius eligatur. Et hæc via videtur conueniens, quando de iure nullius contẽdentium habetur certitudo, aut quãdo si alter illorum remaneret, foret scandalum magnum. Et sic videtur currere glo. quæ habetur in ca. si fortè. distinct. 63. in quo determinatur. Cùm vota eligentium in duas se diuidũt partes, quis sit præferendus alteri. vbi glossa super verbo, tamen vt nullus, ita dicit. quasi. d. Si timetur scandalum, vtriusque electio cassabitur. vt distinct. 79. si duo. Hac via sopitum est schisma octauum, quod fuit inter Leonem quintum, & Christophorum. Nam vt dictũ est in præcedenti

cedẽti cap. Leone in carcere mortuo, & Christophoro turpiter eiecto, Seruius secundus electus est, & sic schisma sopitum est. Item eadem via sopitũ est schisma duodecimum, quod fuit inter Benedictum nonum, & alios tres aduersarios: quoniam omnes contendentes potentia Henrici imperatoris eiecti sunt, & electus est vnus alius, qui dictus est Clemens secũdus. Item hac via videtur sopitum diebus nostris schisma magnum in concilio Constantien. vbi Iohanne. 23. & Benedicto. 13. depositis, electus est Martin⁹ quintus. ¶ Quinta via est cessionis, siue cessationis à prosecutione papatus alterius contendentium. Hac via sopita sunt aliqua schismata. Sopitum est enim schisma. 13. quia Benedictus. 10. conscientia ductus, cessit papatui, quem per violentiam ingressus fuerat, & Nicolaus secũdus est electus. Item schisma. 14. inter Alexandrum secundum, & Cadulum, qui vt patet in præcedenti cap. deficiente sibi fauore imperatoris Henrici, destitit à prosecutione papatus. Item schisma. 22. quod fuit inter sanctissimum dominum nostrum papam Nicolaum & Amedeum quendam ducem Sabaudiæ: quod clementer apud nos agente omnipotente domino Amedeo cessante à prosecutione papatus ablatum est. ¶ Sexta via est via armorum adhibita contra intrusos. Hæc via maximè cõuenit, quando habetur certitudo de iure vnius, & de intrusione alterius. Hac enim via plura schismata ablata legũtur, sicut schisma septimum inter Eugenium secundum, & aduersarium eius. Item schisma octauum inter Leonem quintum, & Christophorum. Item schisma decimum inter Leonem octauum, & Benedictum quintum. Et sic de multis alijs. vt in ca. præcedenti plenius continetur. ¶ Septima via est via reconciliationis cum imperatoribus, siue principibus, quorum fauore schisma fouetur, atque manutenetur. Hoc modo sopitum est schisma. 14. quod fuit inter Alexandrum secundum, & Cadulum. Et schisma. 19. inter Alexandrum tertium, & alios quatuor antipapas. vt in cap. præcedenti visum est. ¶ Octaua via est, cùm contingente morte alicuius de contendentibus, suscipere alterum contendentium. Sic legitur schisma sopitum inter Siluerium & Vigilium. Quoniam, vt dictum est in præcedenti cap. Siluerio in exilio pro Christi fide mortuo, Vigilius licèt malè ingressus fuerit, ab omnibus tamen receptus in papam, creditur tamen q̃ per nouam electionẽ. Item hac via sopitum est schisma secundum, quod fuit inter Felicem & Liberium. Felix martyrio coronatus est, Liberius verò factus hæreticus, qui alio nomine Leo vocatus, vixit post occupationem apostolicæ cathedræ per plures annos, postea mala morte extinctus perijt, & Damasus electus est, & sic schisma illud extinctum est. ¶ Nona via sedandi schisma est per capturam intrusi vel intrusorum: quod possibile quandoque est, opitulante diuina misericordia, maximè cùm paucos habent fautores, & minùs potentes. Hac via sopitum est schisma inter Calixtum secundum, & Burdinum antipapam. Nam papa Calixtus cepit in butrio præfatum Burdinũ antipapam & schisma sopitum est. Item hoc modo sopitum est schisma. 20. inter Iohannem. 22. & Petrum de Corberio: nam captus est Petrus de Corberio, & ductus ad præfatum Iohannem. 22. & ita schisma ablatum est. ¶ Decima via est via persuasionis fiendæ per principes magnos, maximè cùm non solùm pro excellentia dignitatis reuerendi sunt, sed etiã pro celsitudine potestatis metuendi existũt. Debet enim dari modus, vt per huiusmodi magnæ & reuerendæ authoritatis, & potestatis metuendæ principis persuadeatur intruso, siue intrusis, vt pro reuerentia Dei, & ecclesiæ honore velint à proposito desistere, addentes minas, q̃ aliàs oportet eos ea facere quæ tenẽtur in fauorem vnitatis ecclesiæ. Hac via sopitum est schisma vltimum, quod introduxerunt Basilien. de Amedeo duce Sabaudiæ, quo suasibus illustrissimorum dominorum regum scilicet Franciæ & Angliæ desistente à proposito, schisma ablatum est, vt in præcedenti ca. plenius dictum est.

¶ In quo declaratur, an Papa possit in schisma incidere, vel esse schismaticus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Schismaticus an papa esse possit.*

SVrgit ex prædictis quæstio non parua apud aliquos, an scilicet Romanus põtifex, cùm caput ecclesiæ sit, possit in schisma incidere, vel schismaticus esse? Et visum est aliquibus quòd non. Tum primò: quia si schisma iuxta superiùs habita sit diuisio illicita p 1 *Opi. 1. Ratio. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inobedientiam ab vnitate ecclesiæ militãtis, cuius caput est papa, vt dicit Hostien. nullusq; possit à seipso separari (vt notum est) non videtur q̃ papa verus possit in schisma incidere, sicut nec à seipso separari, vel diuidi. Tum secũdò: quia nullus, in quo, & apud quẽ est ecclesia, incidit in schisma: sed verus papa est huiusmodi. vt. 24. q. 1. loquitur. &. c. dicimus. imò per separationem ab eo incurritur schisma, secũdum illud Cypriani in. c. scire. 7. q. 1. sic dicentis. Scire debes episcopum in ecclesia esse, & ecclesiam in episcopo: & si quis cum episcopo nõ sit, in ecclesia nõ esse. ergo nullus verus papa potest in schisma incidere. Consequẽtia videtur bona. Et antecedens videt patere pro vtraq; sui parte. ¶ Alijs autẽ videtur cõtrarium, q (saluo semper meliori iudicio) videtur nobis saniùs loqui. Vñ videtur, q̃ Romanus põtifex possit in schisma incidere, non solũ ex ea parte, qua potest incidere in hæresim. iuxta. c. si papa. 40. di. & per consequẽs in schisma, cũ in hæresi schisma includatur, vt in superioribus declarauim⁹ in. c. 1. sed etiã ex ea parte, quã schisma distinguitur ab hæresi, & põt sine illa esse. Pro quo apertè videtur facere glo. c. 1. 24. q. 1. in summa. vbi ita dicitur. Maximè cum schisma non possit esse sine hæresi, nisi forte in summo põtifice, vt si duo crearẽtur, & vterq; crederet ecclesiã apud se esse. 7. q. 1. fact⁹. Ecce q̃ glo. hæc manifestè supponere videtur, q̃ papa possit incidere in schisma. Quod etiã manifestè videtur asserere beatus Cyprianus de Nouatiano loquens in epistola ad Antonianũ, sic di. Episcopatũ autẽ tenere non posse etiã si episcopus priùs factus à coepiscoporũ suorũ corpore, & ab ecclesiæ vnitate discederet. Qñ apostol⁹ vt inuicẽ nosmetipsos sustineamus, ne ab vnitate, quã Deus cõstituit, recedamus, & dicat, sustinẽtes inuicẽ in charitate, satagẽtes seruare vnitatẽ spiritus in cõiunctione pacis. hæc Cyprianus. Consequenter ratione probatur præfata cõclusio sic. Papa potest illicitè se diuidere ab vnitate ecclesiæ, & ab obediẽtia capitis ecclesiæ. ergo potest in schisma incidere. Cõsequẽtia est bona per locũ definitionis ad definitũ. Antecedẽs probatur sic. Quoniã papa potest à Christo, qui est principale caput ecclesiæ & respectu cuius maximè vnitas ecclesiæ attẽditur per inobediẽtiam recedere nõ obediẽdo legi eius, aut præcipiendo ea quæ naturali aut diuino iuri cõtraria sunt, & per consequẽs separare se à corpore ecclesiæ Christo subiectæ p̃ obediẽtiã. & ita absq; dubio videt q̃ papa possit in schisma incidere. Secũdò sic. Si papa potest separare se sine aliqua rõnabili causa, sed pura volũtate sua à corpore ecclesiæ & collegio sacerdotũ per nõ obseruãtiam eorũ quæ vniuersalis ecclesia ex traditione apostolorũ obseruat: iuxta. c. ecclesiarũ. dist. 11. aut p̃ nõ obseruãtiam eorũ, quæ per vniuersalia cõcilia, aut apostolicæ sedis authoritatẽ sunt vniuersaliter ordinata, maximè ad cultũ diuinũ, vtputa nolẽdo obseruare in se ea quæ vniuersalẽ statũ ecclesiæ, aut vniuersalẽ ritũ cultus ecclesiastici concernũt. vt q̃ nollet celebrare in vestibus sacris, aut locis sacratis, aut cũ luminaribus, aut signare se signo crucis sicut residuum sacerdotũ collegium facit, & similia, quæ ad perpetuam generaliter ordinata videntur vtilitatem, contra cap. quæ ad perpetuam. & cap. violatores. & cap. sunt quidam. &. c. contra statuta. 25. quæst. 1. ergo videtur, quòd papa in talibus diuidẽdo se ab obseruantia vniuersalis ecclesiæ cum pertinacia possit in schisma incidere. Consequentia est bona. Et antecedẽs non est dubiũ: quia sicut posset incidere in hæresim, ita in inobediẽtiam, & pertinacẽ non obseruãtiam eorũ, quæ ordinata sunt ad cõem statum ecclesiæ. Vnde Inno. in. c. de cõsue. dicit, q̃ in omnib⁹ obediẽdum est papæ, dũ non veniat contra vniuersalẽ statum ecclesiæ: in eo enim casu dicit, q̃ non est sustinẽdus sine causa rationabili. ¶ Tertiò argui potest sic. Contendentibus aliquibus de papatu si etiã is qui esset verus papa, dubius tamen, probabiliter apud aliquos ita negligẽter & pertinaciter se haberet ad vnionẽ ecclesiæ procurandam, q̃ nollet facere quicquid in se esset pro vnitate ecclesiæ reintegrãda, talis videret schismatis nutritor: quẽadmodũ multi diebus etiã nostris argumẽtabantur de Benedicto. 13. & Gregorio. 12. ¶ His habitis dici posset ad ratiões in oppositũ, quoniã non videtur militare. Non quidem prima: quia schisma nõ solùm est diuisio ab vnitate ecclesiæ in ordine ad papam per inobediẽtiam factam à primario, & principali capite quod est Christ⁹. Nec illud probat aduersariorũ propositum quod inducũt dicentes, q̃ papa non possit à seipso separari. Quoniam licet hoc verũ sit, potest tamen separari per inobediẽtiam à capite Christo cuius vicarius est, & ab institutione apostolicę sedis inquãtum se diuidit ab obseruãtia eorũ quæ sancti patres prædecessores in apostolica sede generaliter ad cõmunem ecclesiæ vtilitatem siue statum constituerunt sicut dixi mus. ¶ Ad secundam respondetur per alios dicendo

Ratio secũda.

Opi. authoris.

Ad primã rationẽ prĩmæ opi.

Ad secundã

dicẽdo ad minorem, q̃ tunc apud papã intelligitur vere esse Christi ecclesia, quando ipse manet subiectus capiti Christo, cuius est vicarius recognoscendo ab eo potestatẽ suam pendere; debitam illi subiectionem seruando, & obseruantijs vniuersalis sanctæ matris ecclesiæ ipsius Christi sponsæ canonicè se conformando.

¶ De opinione quorundã, quòd propter schisma tollẽdum verus & indubitatus papa possit compelli cedere: aut nolẽs cedere, possit deponi. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Papa uerus an propter schisma tollendum possit cogi ut cedat papatui disquiritur.*

QVoniã præter vias suprà nominatas ad tollendum schisma volunt aliqui ponere vnam aliã viam, videlicet per viam compulsionis ad cedẽdum: & vbi cedere noluerit, quòd deponi possit, vt scilicet compellatur papa quantuncunque sit verus & indubitatus per aliquem modum, vtputa per subtractionẽ obedientiæ, vel captionem personæ. Et hanc suam opinionem multipliciter fundare nituntur. Primò exemplis aliquibus sacræ scripturæ. Secundò practicis aliorum cõciliorum. Tertiò authoritatibus. Quartò rationibus. ¶ Vnde primò quòd verus pontifex in huiusmodi casu debeat propter schisma tollendum cedere proprię dignitati, sic probant exemplo mulieris illius meretricis, de qua legitur. 3. Regum. 3. quæ filium suum verum potiùs aduersariæ mulieri per mendaciũ vendicanti adiudicari concesit, quàm filium diuidi, siue secari. in quo signo cognitum est, quòd ipsa esset vera mater pueri. ergo similiter Romanus pontifex antequã permittat ecclesiæ corpus secari, debet cedere dignitati. ¶ Secundò idem arguitur exemplo Christi, cuius actio nostra debet esse instructio: qui exinaniuit semetipsum factus obediẽs vsque mortem crucis, vt inquit Apostolus ad Phil. 2. ergo Ro. põ. exẽplo ipsius Christi, cuius est vicarius, pro salute populi sui, & vnione ecclesiæ deberet etiã se exinanire vsque ad cessionẽ suę dignitatis. ¶ Tertiò sic arguitur ex practica concilij Pisani, quod duos cõtendẽtes de papatu deposuit, videlicet Gregoriũ & Benedictũ, quorũ alter verus papa credebatur, & electus est vnus alius, videlicet Petrus de Cãdia. ¶ Quartò patet etiam idem exemplo Cõstantien. concilij, in quo depositi sunt etiã duo. s. Iohãnes. 23. & Benedictus, & electus est Martin⁹. ¶ Quintò arguitur authoritate. Dicitur enim Iohan. 10. q̃ bonus pastor animã suam ponit pro ouibus suis: ergo Ro. põ. qui totius dñici gregis pastor est ouiũ Christi, secundùm illud Iohã. vlt. Pasce oues meas, debet vitã suam ponere, & multò magis dignitatem, quæ minus est, q̃ vita pro ouibus suis ne pereant. ¶ Sextò authoritate iuris ex. c. nisi cũ pridẽ. de renun. 6. Pro graui quoque. vbi videtur haberi, q̃ prælatus pro schismate, aut scãdalo tollẽdo cogi possit ad cessionẽ: sed quod de alio episcopo inferiori reaccipitur, pari ratione in episcopo vrbis: tũ quia sola administratione præcellit illum: tũ quia maius scandalũ oritur ex perturbatione vniuersalis ecclesiæ, q̃ vnius diœcesis. ¶ Septimò arguitur idẽ ex gl. c. si fortè. di. 63. vbi dicitur, q̃ si duo eligantur in discordia, ille iudicio Metropolitani alteri præferat, qui maioribus adiuuatur studijs, & meritis, vt tamẽ nullus detur episcopus inuitis. &. c. vbi gl. ait q. d. Si timetur scãdalum, tunc vtriusq; cassatur electio. vt. 79. di. si duo. ergo videt quòd propter euitandum scandalum schismatis in ecclesia, & ne inuitis sit pontifex, & per consequẽs odibilis papa cedere debeat, & ad hoc posset compelli. ¶ Octauò sic ratione. Quicũque peccans pertinaciter cõtra articulum fidei potest nõ modò compelli cedere, sed etiã deponi à concilio vniuersali, vt satis patet ex cap. si papa. di. 40. sed papa nolẽs cedere pro vnione ecclesiæ cùm videat facere, q̃ ecclesia nõ sit vnita, videtur errare, & peccare in articulum, Vnã sanctam ecclesiam. vt notat Hostien. in summa de schismaticis. & ad hoc facit cap. aduocauit. 24. q. 1. ergo sequitur q̃ in tali casu etiam verus papa possit compelli cedere, & vbi noluerit, possit deponi. ¶ Nonò sic. Quicunque potest scandalum tollere, & non tollit, censetur huiusmodi scandalũ efficere. vt in capi. error. distin. 80. &. 2. q. 7. negligere: sed papa potest tollere scandalum schismatis de ecclesia cedendo. ergo si non vult, videtur ipse schisma introducere, siue nutrire: sed huiusmodi potest deponi per concilium. ergo. &c. ¶ Decimò sic. Prælatus videns ecclesiam suam periclitari

Probatio. 1

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in spiritualibus & temporalibus propter scā dalum personæ suæ tenetur cedere, vt notāt docto.in capitu.nisi cùm pridem.de renunt. §.pro graui quoque.& fortiùs hoc potest di ci de papa,cum maius immineat periculum retinendo ecclesiā totam in schismate, quòd teneatur cedere. ergo videtur quòd vbi non vult cedere,possit compelli ad cedendū, vel nollens cedere,deponi.

¶Quid in præfata quæstione di cendum videatur secundùm veritatem: & respondetur ra tionibus in oppositum.

Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa uerus utrū propter schisma tollendū papa tui cedere debeat,quid secundū ueritatē sit tenē dū,duabus authoris cōclusionibus ostēditur.*

Prima conclusio authoris.

DHanc quæstionē quid secundùm veritatem (sal uo semper meliori iudi cio) respondendum vi deatur, sub duabus con clusionibus ponemus. ¶Prima est, quòd in ca su schismaticis,in quo vnus est verus indubi 1 tatus papa,& alter intrusus,seu contra fas or dinatus,si talis intrusus magnos & potentes habeat sequaces,siue adhærentes, ita vt pseu dopapa non possit manu armata comprimi, & non habeatur spes, quòd alia via schisma sopiri possit,quàm per cessionē veri pōtificis habeaturq; certitudo quòd per cessionē ve ri pontificis reintegretur ecclesia,& oues di sperſæ ad vnicum & sub vnico pastore redu cātur ouile,hoc casu Romanus pōtifex quā tūcūq; clarū & indubitatum ius habeat in pa patu,videtur debere cedere papatui pro inte granda vnione ecclesiæ. Pro qua conclusio ne faciunt plures rationes,quæ factæ sunt in præcedenti capit.maximè illa, quæ sumitur ex euangelio Iohan.vbi Christus ait, quòd bonus pastor animam suam ponit pro ouibus.vbi videtur iuri diuino consonum,vt pa stor ecclesiæ pro ouibus suis errantibus in vnum gregem & ouile congregandis, si alia via congregandi non habeatur,nec speretur, nisi iuri suo cedendo, renuntiare debeat, vt sub alio pastore cùm sub eo fieri non possit, dominicus grex reintegretur. Item plurimū confortat hanc conclusionem ratio quę assi gnatur in capit.nisi cùm pridem. de renunt. §.pro graui quoque . vbi ita dicit papa . Pro graui quoque scandalo cùm aliter sedari nō potest, licet episcopo petere cessionem, ne plus temporalem honorem,quàm æternam videatur affectare salutē:memor illius quod dicit Apostolus, Si scandalizauero fratrem meum,non manducabo carnes in æternum. Hanc conclusionem videtur confirmare bea tus Aug.in multis locis.Ait enim super Psal. Deus iudicium tuum regi da.superverbo,Su scipiant montes pacem. Excellentes quippe in ecclesia vigilanti intentione consulere de bent,ne propter suos honores superbè agen do,schismata faciant,vnitatis compage diru pta.Nā qua fronte in futuro seculo promis sum à Christo sperabimus honorem,si Chri stianā in hoc seculo noster honor impediat vnitatem?hæc ille.Item secūdò hoc manife stè confirmat libro secundo contra Cresco nium Grammaticū,dicēs.Nec episcopi pro pter nos sumus,sed propter eos, quibus ver bum,& sacramentum dominicum ministra mus:ac per hoc vt eorum sine scandalo sese necessitas habet:ita vel non esse debemus,qđ nō propter nos,sed propter alios sumus. De nique nonnulli sancta humilitate prædi ti ri propter quædam in se offendicula,quibus piè religioseq; mouebātur,episcopatus of ficium non solùm sine culpa,verùm cum lau de deposuerunt.Item in libro gestorum cum Emerito.capitu.10. Pro pace Christi episco pi debent esse,aut debent non esse.& subdit. Quid dubitamus redemptori nostro sacrifi cium illud humilitatis offerre?an verò ille de cælis in membra humana descendit, nisi vt membra eius essemus ? & nos ne mēbra eius crudeli diuisione lanientur, de cathedris de scēdere formidamus: propter nos sufficit q Christiani fideles & obedientes sumus. Hoc ergo semper sumus:episcopi autem propter Christianos populos ordinamur:quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest,hoc de nostro episcopatu faciamus. Et infrà capitul. 11. Propter nos hoc debe mus esse, quod vos. Quid debes esse tu cui cunque loquor, vtrùm Christianus, fidelis, obediēs ? hoc tu ꝓpter te,hoc & ego ꝓpter me:ergo quod tu propter te & ego propter me semper debemus esse : quod autem sum propter te, tibi sim si tibi prodest, & nō sim si obest. Et infrà subdit. Si serui vtiles sumus cur dño æternis lucris pro nostris tēporalib⁹ sublimita

sublimitatib⁹?inuidem⁹.episcopalis dignitas nobis fructuosior erit,si gregem Christi de posita magis collegerit,quàm retenta disper serit.Et infrà.Fratres mei si Deum cogitam⁹, locus iste altior specula munitionis est, non fastigium superbientis: si cùm volo retinere episcopatum meum dissipo gregem Christi, & quoniam non est damnum gregis ho nor pastoris.& infrà. Nam qua fronte in futuro seculo promissum à Christo sperabi mus honorem,si Christianam in hoc seculo noster honor impedit vnitatem?Secūdò prin cipaliter patet præfata conclusio ex illa re gula Hiero . Omnia quæ possunt prætermit ti salua triplici veritate,sunt propter scanda lum dimittēda:sed papa in casu præfato po test cedere papatui salua triplici veritate, vt patet.ergo videtur quòd propter scandalum mouendum schismatis de ecclesia debeat ce dere papatui.Tertiò sic.Papa plus debet dili gere salutem spiritualem quium suarum,quę impeditur per scandalum schismaticis,quàm quodcunque bonum temporale,& per con sequens quàm dignitatē suam,quæ tempora lis est:sed id quod minùs diligitur est dimit tendum propter id quod magis diligitur, si tale aliter haberi nō possit.ergo papa in prę

Secun. ꝛa cō clusio. cedenti casu cedere debet.¶Secunda conclu sio:quòd papa verus & indubitatus,qui non sit à fide deuius non potest cogi ad cedendū nec cedere nolens, potest deponi. Ista con clusio patet ex omnibus rationibus& docto rum testimonijs quibus in.2.lib.cap.93.pro batum est,quòd Roma.ponti.verus & indu bitatus extra casum hęresis non possit à quo cūq; nisi à Deo deponi.Idem patet ex omni bus illis rationibus,quibus in.3.libr.cap.44. ostensum est, quòd Romanus ponti.autho ritate iurisdictionis superior sit vniuersali cō cilio . Manifestum est autem , quòd inferior non habet potestatem iurisdictionis in supe riorem.distin.21. inferior. & extra de ma.& obedien.cùm inferior . Nihilominus ex alijs sic ostenditur præfata cōclusio . Communis sententia est sanctorum canonum , vt in .2. libr . ostendimus, quòd papa propter nullū crimē deijci potest,nisi cum sit à fide deuius. dist.40. si papa.licèt enim electionem sum morum pontificum. Deus commiserit cleri cis religiosis,deiectionem tamen suo dunta xat iudicio reseruauit.79.dist.eiectionem.& notatur per doct.videlicet per Io. distin. 79. in summa per Hostien.in summa de constit. 6.quis posset.in principio . per Archi.de hæ reticis in fidei.lib.6.& ibidem per Iohā. An. & de auth.& vsu pal.& de renū.c.1.libr.6.& de ele.licet de vitanda. Si itaq; papa propter crimen quodcunq; magnum excepta hære si non potest deponi , etiam si foret ecclesiæ inutilis , & negligens, & remissus.vt notatur de renun.cap.1.lib.6.in glo.ordi. quomodo concedendum erit q̄ cùm sit innocens , pro pter aliorum crimina,hoc est schismaticorū proternam pertinaciam veniat deponendus aut deijciendus ? Secundo confirmatur ista ratio sic. Contra iustitiam est:quòd innocēs propter malitiam aliorum veniat honore & dignitate sua , quam iustè habet, priuandus, vt manifestum est.ergo papa verus & indu bitatus, innocens , & immaculatus propter malitiam quorumcunq; schismaticorum nō videtur posse compelli ad cedendum dignita ti suæ,nec posse deponi:alias daret via, quòd nullus in dignitate sua quantuncunq; sanct⁹ esset stabilis,si propter sedandum schisma ex ortum malitia quorundam impiorum homi num cedendum esset honori,dominio,& di gnitati , quod maximum scandalum posset parere in Dei ecclesia,& tantò maiora, quan tò talis violentia , seu tyrannis in altiorem di gnitatem,sicut est papatus,attentaretur.Ter tiò sic.Nullus potest cōpelli cedere bonis tē poralibus,in quibus habet clarum ius , & in dubitatum propter scandalum siue schisma quoruncunq;:quia aliàs,vt dictū est, daretur malis occasio rapiendi,& nocendi bonis.Vn de sanctus Tho.in.2.2.q.44.arti.vlti.dicit,q̄ propter eos,qui scandala concitant , nō sunt temporalia dimittenda : quia hoc etiam no ceret bono communi: daretur enim malis ra piendi occasio . ergo multò minùs quis po test cōpelli cedere dignitati: cùm multò præ stantior sit bonis alijs temporalibus propter alios scandala & schismata suscitantes. Quar tò præfata conclusio confirmari videtur au thoritate beati Cypriani , qui in epistola ad Iuuaianum episcopum super schismate inter Nouatianum & Cornelium loquens,inquit. Quid ergo,quia honorem cathedræ sacerdo talis Nouatianus vsurpat , nunquid idcirco nos cathedræ renuntiare debemus ? & quia Nouatianus altare collocare, & sacrificia of ferre contra fas nititur,ab altari & sacrificijs cessare nos oportet,ne paria & similia cum il lo celebrare videamur ? Vanum prorsus & stultum est,vt quia Nouatianus extra eccle siā vendicat sibi veritatis imaginē, relinquat ecclesia veritatem.hæc Cypri.¶Quintò præ fata conclusio ostenditur sic. Apud Iurisperi tos nō parum dubitatum fuit superiorib⁹ tē poribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

poribus,vtrùm papa volens sponte ex causa,puta quia esset insufficiens,& inutilis ad regnum Romanæ atque vniuersalis ecclesiæ papatui renuntiare,foret admittendus ad renuntiationem.In cuius rei testimonium disputatio cum fortissimis pro vtraque parte rationibus satis abundè & eleganter recitata est per Iohann.An.in capitu.1.de renuntia. libr.6.in gloss.& plenius in nouel. Ad cuius quoque quæstionis decisionem proœesit illa constitutio in capit.1.de renuntia.libr.6. modò si iam fuisset diffinitum,aut ita iure diuino aut humano fundatũ, quòd papa propter iustã causam tollendi schismatis,aut gravis vitandi scandali non tantùm volens, sed etiam inuitus compelli posset cedere,nulla profectò fuisset dubitatio apud tot & tantos iuris sapientes, an ex iusta causa sponte volens cedere,foret admittendus: cùm ergo papa verus & indubitatus propter vitandũ schisma exortum per alios posit compelli ad cedendum nullo iure caueatur, non videtur sine periculo conscientiæ indifferenter hoc attentandum.Vnde vna de causis quare schisma Chore,Dathan, & Abiron graui & insolita pœna punitum est Nume.16.vt dicit sanctus Thom.in.4.disti.13.quia expediebat,ne prælati ecclesiæ contemnerentur. Planè cùm sint locum Christi tenentes in ecclesia,cum magna reuerentia tractandi sunt. ¶Sextò sic.Quẽquam cogi suo iuri cedere,& ius suum inuitum abdicare vel amittere, est de genere vetitorum:vt patet ex regula iuris ergo videtur quòd papa verum ius habens non possit cogi cedere iuri suo. ¶ Septimò patet eadem conclusio. Quoniam si papa verus propter tollendum quodcunq; schisma cedere compellatur, res efficietur extemplò pernicioſissima.Patet: quoniam potestatib' laicorum in futuris temporibus via parabitur, qua Romanum pontificem inuitum, & reluctantem suis prauis requisitionibus renuntiationi pro voluntate eorum subijciãt, confingent quandam hæresim contra eum, vel minùs canonicam electionem criminabuntur,& apostaticum erigent,quem sua magna potentia perperam suffragantes,nõ aliter quàm si verus apostolicus cesserit, sedere patientur.Præterea de coniuratione fortasse cardinalium aliquorum,quibus per eandem exempli effigiem via consimilis aperietur,& Apostolici deponendi facultas pari consequẽtia tribuetur,& principatus apostolicus ex malorũ arbitrio dependebit: quod quàm inconuenientissimum sit, nullus mente sa-

nus ignorat. Propter quod inquit Cyprianus in epistola ad Iuuaianum. & habetur.7. quæstione prima.Quàm periculosum autem sit in rebus diuinis vt quis cedat iuri suo & potestati,scriptura sancta declarat.&c.Sic vt inquit Hugo.& Archidia. Cornelius fatigatus labore schisma agere volebat.Sed quærit Hugo.nunquid non licet cuique renuntiare iuri suo? Respondet. Aut enim renuntiatio nocet sibi,& alijs, aut alijs tantùm & non sibi:& sic non licet ei renuntiare, & mortaliter peccat renuntiando. Si sibi soli nocet, fortè non peccat:quia cuique licet renuntiare iuri suo,quod tangit ipsum, & non alium.argu.2.quæstio.5.mandastis. Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶Ad primam cùm arguitur exemplo mulieris. &c.respondetur breuiter, quòd non facit ad propositum:quoniam mulier illa non coacta à rege,aut ab aliqua potestate,sed sponte cessit iuri filij sui, animadnertens sectionem illam irrecuperabilem. Vnde licèt posset ex illo exemplo sumi argumentum, quòd papa cùm vnio ecclesiæ aliàs reparari non posset nisi cedendo papatui, quòd cedere deberet iuri suo,nihilominus non arguitur,quòd compelli posset.¶Ad secundam cùm arguitur exemplo Christi,respõdetur quòd etiam non videatur facere ad propositum arguentium. Tum primò:quia licet Christus pro salute ouium suarum humiliauerit se vsque ad mortem, non tamen vsque ad cessionem dignitatis suæ.Vnde ex hoc bene arguitur,q̃ papa Christi vicarius pro salute ouium suarum debeat,si necesse fuerit,vitam propriam exponere:non autem arguitur,quòd debeat proprię dignitati cedere, & deposito officio curã gregis sibi cõmissi relinquere, hoc enim non fecit Christus. Tum secundò exemplum non militat:quia si Christus pro salute humani generis vsque ad mortem se humiliauerit,hoc tamen non coactus,non compulsus,sed sponte & voluntariè fecit. Oblatus enim est,quia ipse voluit. vt dicitur Esai. 53. Licèt ergo ex illo caperetur exemplum quòd papa & vitæ & honori cedere deberet pro bono ecclesię,nõ tamen arguitur, quòd ad hoc aliqua temporali potestate posset cõpelli,aut deponi, si cedere nollet. ¶Ad tertiam rationem, quæ sumitur ex practica cõcilij Pisani,respondetur dupliciter. Primò,q̃ cùm illud concilium non fuerit indubitatũ per totam ecclesiam vniuersale concilium esse, ex practica illius non potest sumi argumentum aliquod alicuius firmitatis.Respon

Ad primam probationẽ cap.12.

Ad secundã

Ad tertiam.

detur secundò quòd non facit ad propositũ: quoniam nullus illorũ, qui in præfata cõgregatione depositus est, fuit verus papa indubitatus,nec ipse etiam qui ibi electus est. ¶Ad quartam rationem,quæ sumitur ex practica concilij Constantien.respondetur eodẽ modo:videlicet quòd non facit ad propositum. Tum primò,quia Greg.cesit voluntariè,nõ coactus.Tum secundò: quia Iohannes & Benedictus,qui fuerunt depositi, non fuerũt veri & indubitati pontifices.¶Ad quintã, quæ sumitur ex illo Iohan. 10. Bonus pastor. responsum est suprà in responsione ad secundam: quoniã licèt bene sequatur, quòd pro bono reintegrationis gregis dominici cedere deberet, non tamen sequitur, quòd ad id cogi,vel compelli posit:aut quòd nolens iuri suo indubitato cedere,posit deponi.¶Ad sextam rationem sumptam ex cap. nisi cùm pridem.de renun.cap.1.respondetur primò, quòd non facit ad propositum:quoniã text. ille dicit sit. Pro graui quoq; scandalo euitãdo,cùm aliter sedari non potest,licet episcopo petere cesionem. non dicit quòd posit cogi,aut compelli.Secundò respondetur, q̃ dato quòd ita intelligendus esset text.ille de prælato inferiori,qui sui superioris authoritate posset compelli, quod non est in papa, qui pro sui principatus excellentia superiorem non habet.vt extra de elect.cap.licèt in fi. propter quam rationem non est simile de prælato inferiori,& papa:licèt maius scãdalum sit quod oritur in vniuersali ecclesia, quàm quod oritur in vna diœcesi. ¶ Ad septimam de cap.si fortè.dist.63. respondetur quòd non videtur facere illud cap.ad propositum propter duo.Primò: quia cap. illud loquitur de electo nondum cõfirmato:nos autem loquimur de vero apostolico,qui ipso facto,quòd à duabus partibus cardinalium electus est,cõfirmatus intelligitur:faciliùs quippe impeditur promouendus,quàm ejciatur iam promotus:vt de iureiur.cap.quemadmodum . Turpiùs enim ejcitur, quàm non admittitur hospes.Secundò : quia ibi fit mẽtio de inferiori prælato.Vnde ait,quòd talis Metropolitani iudicio præferatur, hoc autẽ nõ conuenit papæ,qui pro eminentia pontificatus sui Metropolitanum non habet.vt in ca. in nomine domini.di.21.inquit Nicolaus papa,& ita ratio non militat. ¶Ad octauam rationem cùm dicitur.&c.negatur minor propositio, videlicet quòd papa nolens cedere, peccaret in articulum . &c. hoc enim falsum est.nec Hostien.dicit illud: nec etiam est verum quod Hostien.dicere videtur in summa, videlicet,quòd omnis schismaticus peccet in articulum, Vnam sanctam.&c. quia tunc omnis schismaticus esset hæreticus, cùm peccaret in vnum articulum fidei : quod tamen manifestè falsum est, vt suprà dictum est in capitu.inter hæresim.24. quæstio.tertia.ponitur differẽtia inter hæresim & schisma. Ad capitu.aduocauit.respondetur quòd non est ad propositum: quia cùm ait quòd Cyprianus non putauit fidem in schismate,non accipitur ibi fides pro fide, qua Deo creditur, scilicet pro fidelitate: sicut apertè colligitur, si quis bene ponderet verba Cypriani. aliàs omnis schismaticus foret hęreticus,quod est falsum,sicut suprà est ostensum. ¶ Ad nonã cùm arguitur quòd tenetur ad tollendum scandalum cedere . &c. respondetur primò, quòd maior propositio est falsa vniuersaliter: maximè vt dicit sanctus Thom.in.2.2. quæstio.43.articu.7.quando scandalum procedit ex malitia aliquorum, cuiusmodi est scandalum pharisæorum, nec capitul. error. quod inducit,nec capitu.negligere.probant illam:quoniam aliud est resistere errori,cùm posit, aut negligere turbare peruersos,& aliud est cedere honori suo, aut bonis suis propter scandalum aliquorum malitiosorum & peruersorum hominum, qui nolẽdo obedire vero pontifici, perturbant Dei ecclesiam.Præterea si maior illa esset vera,omnes illi dicerentur scandala efficere,quicunque temporalia bona sua non dimitterent ad voluntatem multorum, qui scandalizati sunt: cùm tamen hoc falsum sit: sicut patet de beato Thom . archiepiscopo Cantuarien. qui repetere non cessauit res ecclesiæ, non obstante scandalo regis Angliæ. Et beatus Thom.in.2.2.vbi suprà articu.8.ostendit quòd quando scandalum nascitur ex malitia,quod est scandalum pharisæorum, quòd propter eos,qui sic scandala concitant, non sunt temporalia dimittenda, quia hoc etiam noceret bono communi:daretur enim malis rapiendi occasio. hæc sanctus Thom. Nam cùm nõ ex culpa papæ, sed ex propria malitia aliquis gratis impingit in factum, vel dictum eius, & decidit in peccatum, non est vero, & indubitato papæ imputandum. Quod satis apertè colligitur ex Euangelio, vbi cùm discipuli dixissent Christo, Magister, scis quia audito verbo pharisæi scandalizati sunt ? Et ille huiusmodi scandalum pro nihilo habens . Sinite, inquit, cæci sunt & duces cæcorum. Quamob-

Ad quartã.

Ad quintã.

Ad sextam

Ad septimã

Ad octauã.

Ad nonam.

rem di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem dicit Cyprianus. Quod ad nos attinet, & conscientiæ nostræ conuenit semper operâ dare, ne quis nostra culpa de ecclesia pereat. Si quis autē vltrò & de crimine suo perierit, & pœnitentiam agere atque ad ecclesiā redire noluerit: nos in die iudicij inculpabiles futuros credimus, qui eorum consulimus sanitati: & illos solos in pœnis remansuros, qui nolunt concilij nostri salubritate sanari nec mouere nos debet contumacia perditorum, quo minus à rectitudinis via ac certa regula recedamus. hæc ille. Et ita apparet, quòd ratio illa licèt visa sit apparens parum valeat. Prætereà etiam si maior illa esset vera, omnes litigantes & habentes ius in causis venirent iudicandi factores scandalorum, & schismatū nutritores, & bellorum: quia cùm possint iuri suo cedendo scandalum tollere non faciunt, quod tamen non est verum, & ita falsum est quod concluditur, quòd papa nolendo cedere iuri suo, maximè cùm alię viæ sedandi schisma possint reperiri Deo magis gratę, & ecclesiæ honorabiliores, & iustitiæ magis propinquæ, & antiquioribus temporibus conformiores dicatur scandalum efficere siue nutrire, aut quòd propter hoc possit dici schismaticꝰ, aut nutritor schismatis, & per consequens, quòd ratione huius concilium habeat authoritatem super eum.

Ad decimã. ¶ Ad decimam cùm arguitur de capitu. nisi cùm pridem. de renuntia. respondetur, quòd dato quòd ita sit, quòd in illo casu prælatus cedere teneatur, & similiter papa: non tamen sequitur, quòd si non vult, possit compelli, aut propter hoc deponi. Quod manifestè colligitur ex capitulo. si papa. si plenè legatur: vbi sic dicitur. Si papa suæ & fraternæ salutis negligens deprehenditur inutilis & remissus in operibꝰ suis, & insuper à bono taciturnus, quod magis officit sibi & omnibus, nihilominus innumerabiles populos caterватim se cum ducit primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis inæternum vapulaturus: huius culpas redarguere præsumit nullus mortalium, quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus nisi deprehendatur à fide deuius.

¶ An omnes adhærentes intruso, siue antipapę veniant schismatici dicendi.

Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Schismatici an sint dicendi omnes, qui intruso, aut antipapæ adhærent, inquiritur.*

OPportunum visum est nobis hic vltimò quærēdum, an omnes obedientes, siue adhærentes alteri contendentium de papatu, qui in veritate non sit papa, credant tamen eum vere esse papam, veniant dicendi schismatici? Et videtur aliquibus quòd non, dicentes quòd ad hoc, quòd aliqui sint veri schismatici, oportet quòd credant illum qui est fore verum papam, & nihilominus ex intentione se ab obedientia illius subtrahētes pertinaciter ab eo & eius subditis se diuidant. Et ex consequenti dicunt, quòd qui sine intentione & pertinacia, scilicet ignorantes illum qui est verus papa se diuidunt ab eo, nō sunt vere schismatici. Pro qua conclusione roboranda inducūt pro se beatum Tho. in. 2. 2. q. 39. artic. 1. qui ait, quòd propriè schismatici dicuntur, qui ex intentione ab vnitate ecclesiæ se diuidunt. Ecce quòd dicit, ex intentione. Confirmant etiam conclusionem suam aliquibus rationibus. ¶ Primò sic. Errans in fide hæreticus non est censendus, qui paratus est corrigi. 24. quæst. 1. hæc est fides. 2. q. 3. dixit Apostolus, cum ibi notatis. & de summa trini. & fid. catholica. capit. damnamus. in fin. ergo similiter non sunt dicendi schismatici adhærentes intruso, vel antipapæ, si parati sunt cùm de veritate constiterit, suam opinionem corrigere, & vero Romano pontifici obedire. ¶ Secundò sic. Si obediens antipapæ vel intruso credens eum verum papam esset schismaticus, tunc à simili adorans diabolum credens eum esse Christum, & adorans hostiam non consecratam, quam credit esse consecratam, esset idololatra: quod est contra omnem doctorum sententiam: & cognoscens vxorem proximi sui credens cognoscere suam propriam, esset adulter: quod nō est verum: vt in. c. in lectum. 34. q. 1. & in glo. ergo. &c. Verùm quia ista opinio nō videtur nobis vsquam bene resoluta, & per cō sequens nec grata, maximè quia eorum fundamētū videtur manifestè falsum, in quo dicūt ad hoc q̄ quis sit verè schismaticꝰ, requiri q̄ credat q̄ sit verꝰ papa, à quo ex intētione p tinaciter

Conclusio quorundā.

Probatio. 1

Secunda.

Contra dictā conclusionem. 1

tinaciter se separat, & diuidit. Tum primò, quia etiam qui ignorantia, aut simplicitate, siue errore à vero Ro. pontifi. diuisi sunt, verè schismatici esse dicuntur: vt in. c. schisma. 24. q. 1. & in. c. quotiēs. 1. q. 7. apertissimè patet: quæ infrà plenius ostendemus. Tum secundo: quoniam dato illo fundamento, nec Græci, nec Armeni dicendi venirent schismatici, cùm Romanum pon. à quo se diuidunt, non credunt verum esse caput vniuersalis ecclesię à quo vnitas ecclesiæ sumēda sit: & ita ex intentione non dicerētur diuidi à capite ecclesiæ: quod est inconueniens. Nec id, quod sanctus Tho. dicit, suffragatur eis, cùm ait, quòd illi sunt schismatici, qui ex intētione se ab vnitate ecclesiæ separāt: quia cùm sanctus Tho. simpliciter loquitur, dicens, quòd schismatici sint, qui ex intentione se ab ecclesiæ vnitatē diuidūt, nō addēdo quā credāt, vel nō credant verā ecclesiā, simpliciter est intelligēdus & nō restringēdus ad aliquē particularē sensum, vnde non videtur esse de mente sua, q̄ly ex intentione, determinet quod sequitur, ab vnitate ecclesiæ, vt sit sensus: quòd illi solum, qui ex intentione, id est intendentes se diuidere ab vnitate ecclesiæ, id est ab illā, quā reputant veram ecclesiam, ab ea se scindunt, & separant, sunt propriè veri schismatici, & non alij. Præterea contendentibus duobus de papatu, & habentibus diuersas obediētias sibi adhærentes, non dubium quòd est schisma in populo Christiano. ergo aliqui adhærentium sunt schismatici, non qui vero adhærent: ergo qui antipapę. Vnde ad quæstionē præfatam respondentes (saluo semper meliori iudicio) videtur nobis respondendum sub quinq; propositionibꝰ. ¶ Prima propositio. Quòd qui ex intentione se diuidunt ab eo, quem sciunt esse verum Romanum pontifi. sunt schismatici. Ista propositio est manifesta ex dictis suprà, vbi dictum est, illos verè schismaticos esse, qui ex intentione ab vnitate ecclesię, siue ab Apostolica sede se diuidūt.

Prima pro posito responsalis.

Secunda.

Item idem colligitur ex cap. schisma. 24. q. 1. ¶ Secunda propositio. Adhærentes antipapæ ex ignoratia praua, quæ est, cùm quis directè vult ignorare veritatis scientiam ne retrahatur à peccato, secundùm illud: noluit intelligere vt bene ageret. sunt schismatici. Patet propositio: quia talis ignorantia cùm sit voluntaria, non excusat, sed accusat, & peccatum adauget: secundùm illud Ambr. in glos. ad Roma. 2. grauissimè peccas si ignoras. vnde cùm adhærentes intruso tali ignorantia similes esse videātur illis, de quibus dicitur Iob 21. qui dixerunt Deo: recede à nobis, scientiam viarū tuarum nolumus. verisimè censendi veniunt schismatici. ¶ Tertia propositio. Qui adhærent intruso, vel antipapæ ex errore, vel ex ignorantia crassa, vel supina, vt puta, quia nō curant diligentiam apponere, sed negligunt informari de veritate, ad quam inquirēdam tenebantur, videlicet quis in veritate esset papa, non excusantur à labe siue reatu schismatis. Patet ista propositio: tum quia talis adhæsio antipapæ, pcedit ex ignorantia, quæ quodāmodo est voluntaria, cùm volūtariè contemnit, aut negligit scire illud, quod scire tenetur. Non enim quis excusātur per ignorantiā, qui potest habere copiā peritorum. ff. de iuris & fac. igno. l. regula. & maximè in quibꝰ quis inquirere tenetur. iuxta id quod habetur in capi. innotuit. de elec. Ostenditur etiam vera propositio ex capit. quotiēs. 1. q. 7. vbi manifestè innuitur, quòd propter errorem, vel ignorantiam talem nullus excusatur à schismate. Item ex cap. schisma. 24. quæstio. 1. vbi Pelagius papa ad quēdam episcopum scribens de quibusdā schismaticis, qui à papa Pelagio discesserant, quos tamē ipse episcopus à schismate propter simplicitatem, & ignorantiam excusauit, ita inquit. Sed nec eis id prodest, quòd eos in eisdē literis vestris vel ignorantia rationis, vel simplicitate intellectus sui à nostra se cōmunione suspendisse perhibetis. Idipsum enim magis est propter quod schismatici sunt: quia non eos diuersa sentiendi iudicium, sed quædam apud se delata, tamē sibi incognita metuentes, & contra apostolicam sedem temerè credentes pessima diuisit opinio, hęc ille. Ecce manifestum testimonium, quòd ignorantia crassa & supina à labe schismatis non excusat. quod glo. in prædicto cap. ita dicens confirmat: magis schismatici sunt, qui tantū per simplicitatem suam separantur ab ecclesia, quàm sint illi, qui propter subtilitatem aliquam errant: falsa enim subtilitas istos compellit, in quam caduntnon voluntarij, sed inuiti: illos decipit ignorantia voluntaria. hæc glo. Item hoc idem apertissimè colligitur ex cap. relegentes. 23. q. 5. vbi Pelagius papa cuidam patritio scribens de quibusdam schismaticis ab eo diuisis, ita inquit. Nec sine illius, scilicet Dei prouidentia factum esse credendum est, vt insensati, & peruersissimi homines vsq; ad hoc prosilirent, vt suam diuisionem catholicam esse credentes ecclesiam à sua nos pollutione prohiberent: sic enim per misericordiam Dei etiā nescientibus illis

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc factum est,vt à schismaticorum opinione eruti, catholicę quam diligitis seruari vos contigisset ecclesiæ.&c.Ecce quam clarè Romanus ponti.confitetur non excusari àschismate aliquos per hoc, quòd credant se verę ecclesiæ aut parti catholicæ, siue vero papæ adhærere.¶Quarta propositio. Illi qui facta exacta diligentia ad sciendum veritatē quis sit verus papa & non potuerunt plene clarificari,& inducti aliquib⁹ probabilibus rationibus adhærent antipapæ,cum propolito tamen semper adhærendi vero pōtifici ipso facto quòd de hoc veraciter informari possent, videntur excusari à labe & reatu schismatis. Probatur ista:quia ignorantia istorum est omnino inuoluntaria,cùm sit inuincibilis, & absq; aliqua inordinatione volūtatis: & per consequens absque omni culpa est actus sequēs.Vnde dominus Vlricus in summa sua dicit.Si quis de aliquo agendo dubio magis peritos consulit,de quo nullam habet authoritatem expressam vtrum ita sit, vel non sit, dummodo formet sibi bonam conscientiam postquā magis peritos consuluit,etiam si res aliter se habet non peccauit.fecit enim quod potuit.Deus autem nihil requirit ab homine impossibile.hæc ille.¶Quinta ꝓpositio.Simplices populi & idiotæ non habentes scientiam iuris nec facti videntur excusari à labe schismatis,& reatu,obediendo & adhęrendo illi,cui obediebant, & adhærebāt prælati sui, si habeant tamen animi promptitudinē obediendi cuicunq;,cuius ius vel Deo reuelante vel ecclesia declarante,vel alio quouis modo valeret sufficienter monstrari.Patet ista propositio:quoniam isti tenebātur obedire prælatis suis.iuxta illud.Obedite præpositis vestris,& subiacete illis. & seq quod mater sua ecclesia tenet.iuxta illud.Boues arabant,& asinæ pascebantur iuxta illos. quia videlicet minores,qui significantur per asinas,debent in credendis adhærere maioribus,qui pēr boues signantur.vt Grego.in secundo lib. Moralium exponit.Quibus habitis,dicēdum est ad rātiones in oppositum. ¶Ad primā cùm dicitur,quòd sicut errans in fide non est dicēdus hæreticus.&c.respondetur,quòd dato q̄ sit simile,dicitur quòd similitudo currit,dum tamē veram informationem, quam tenetur accipere,accipiat, aut inquirendam veritatē non negligat.Nam si quis cardinalibus,quibus credendum maximè est in facto electionis papæ,informationi sicut tenetur acquiescere nollet,sed omnino vellet alteri contendentium adhærere,iste quia non videtur paratus corrigi,schismaticus indubitāter cēsendus veniret. Sicut patet in simili inducto de liæretico.Nā quanuis errore deceptus crederet temerè contra veritatem fidei, nihilominus si non acquiescit veræ doctrinæ, cui acquiescere tenetur,nec deserat errorem, nō desinit esse hæreticus.Præterea idem iudiciū videtur currere de prælatis, qui intellecta cōtentione aliquorum super papatu non facta præuia,exacta,& matura diligētia de inquirenda veritate sicut inquirere omni iure tenētur quis sit verus ecclesiæ pastor,verus Christi vicarius,ne adhæreant intruso. ¶Ad secū dam rationem,quæ videtur esse trimembris. respondetur quo ad singulas partes. Primò sic quo ad partem primam, quòd si adorans diabolum credens eum esse Christum haberet rationes, & probationes, vel verisimiles præsumptiones,aut coniecturas,sine indicia in contrarium,vel si per aliquem doctum,siue sanctum,aut ecclesiam,quibus magis credendum est quàm diabolo, ostenderetur ei verisimile, vel dubium probabile esse, quòd apparens non esset Christus,sed diabolus,& non obstantibus huiusmodi præsumptionibus & coniecturis in cōtrarium nihilominus ipse adoraret diabolum,licèt crederet eum esse Christū,idololatra talis videretur iudicandus.In tanta enim nouitate insolitæ apparitiōnis nō debet homo moueri leuiter ad credendum, maximè existentibus coniecturis probabilibus in contrarium. Vide sanctus Thom.in.3.di.9.Non potest diabolus in specie Christi apparens sine peccato adorari, nisi sit conditio actu explicata:quia ipsa nouitas rei insolitæ, considerationem & attentionem requirit.Sicut dicitur de virgine Lucę.1 quòd cogitabat qualis esset ista salutio. hæc sanctus Tho:Secundò dicimus ad secundam partem,quòd si adorans hostiam non consecratam, informaretur per presbyterum qui eam consecrasse videbatur quòd nō esset cōsecrata, & nihilominus his informationibus non obstantibus ipse adoraret,proculdubiò idololatra cēseretur.Tertiò dicimusad tertiā partē,quòd si cognoscenti vxorem proximi aliquis fidedignus diceret,Attende, & recognosce quia ista non est vxor tua,sed proximi,& ipse negligens vel contemnens prædicta eam cognosceret,adulter esset. iuxta notata in allegato.c.in lectum.34.q. 1. &.29.q. 1.§.vnico.circa finē.Ita in proposito nostro, qui contemptis informationibus eorum qui meliùs nouerunt veritatem,vel prælatorum ad quorum officiū pertinet informare conscięntias

Quarta.

Quinta.

Hebr.ult.

Iob.1.

Ad probationes conclusionis.

Ad secundā

scientias inferiorum,adhæret intruso,non videt excusari à labe schismatis. Sicut enim superiùs diximus non omnis ignorantia excusat,cùm dicat apostolus, Ignorans ignorabitur.Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere vt bene ageret.Vnde Augu. in lib. q.Non omnis ignorans immunis est à pœna, id est,à peccato,pro quo debetur pœna.Ignorās enim potest excusari à pœna, qui quod discere non inuenit:illis autem ignosci nō potest,qui habentes à quo discerent,operam non dederūt:sicut habetur in.c.ideo.di.37.

1.Cor.14.

¶De forma abiurationis schismatis obseruanda,cùm aliquis ad vnitatē ecclesiæ reuertitur. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Schismatis abiurandi forma quæ sit, ostenditur.*

CVm ad vnitatem ecclesiæ contingat aliquos de schismate reuerti & suscipi à pia matre ecclesia,quæ nulli volenti reuerti gremium suum pro sua clementia solita est claudere, dignum duximus in hoc vltimo huius partis.c. de forma susceptionis eorum aliquid dicere.

1 Imprimis schismatici ad ecclesiam redeuntes debent abiurare schisma,& promittere satisfactionem ad mandatū ecclesiæ : quo facto,debent recipi cum manus impositione, vt accipiant spiritum sanctum, qui extra ecclesiam nec est,nec dari potest.24.quęstio. 1.dicimus & cap.pudenda.&cap.schisma.Forma autem abiurationis, quæ obseruāda est in susceptione schismaticorum,habetur in cap. quotiens. 1.quæstio.7.ex regiſtro beati Grego.sumpta sub verbis quæ sequuntur. Ego. N. ciuitatis illius episcop⁹ cōperto diuisionis laqueo quo tenebar, diuina mecum deliberatione pertractans,prona, & spontanea voluntate ad vnitatem sedis apostolicæ diuina gratia duce reuersus sum:& ne impura mente & simulata reuersus existimer, spondeo sub ordinis mei casu, & anathematis obligatione, atque promitto tibi. N. & per te sancto Petro apostolorum principi atque eius vicario. N. beatissimo,vel successoribus ipsius me nunquam quorumlibet persuasionibus, vel quocunque alio modo ad schisma,de quo redemptoris nostri gratia liberāte exemptus sum,reuersurū: sed sem per me in vnitate sanctæ ecclesiæ catholicæ, & communione romani pōtificis per omnia permansurum. Vnde iuratus dico per Deum omnipotentem,& hæc sancta quatuor euangelia,quæ in manibus meis teneo,me in vnitate,sicut dixi,catholicę ecclesiæ,ad quam Deo propitio sum reuersus,& communione romani pontifi. semper & sine dubio permanere. Quod si (quod absit)me in hac vnitate aliqua excusatione vel argumento diuisero, periurij reatum incurrens,æternæ pœnę obligatus inueniar, & cum authore schismatis habeam in futuro seculo portionem. Hanc autem confessionis promissionisque meæ chartulam tibi. N. notario meo cum consensu presbyterorum, & diaconorum, & clericorum, qui me hac in vnitate obligantes, se etiam in suprascriptis omnibus prona similiter voluntate secuti, atque proprijs manibus subscripti sunt,scribendam dictaui,& propria manu subscribēs tibi tradidi.Acta in loco.N.die illa, cō sulibus suprascriptis . Subscriptio episcopi. Ego enim.N.episcopus ciuitatis.N. hæc confessioni promissionique meæ præstito de obseruandis suprascriptis omnibus sacramento subscripsi.

Secunda pars huius quarti libri.

¶In quo declaratur quid sit hæresis. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis quid sit latè describitur.*

CONSVMMATA parte prima huius quarti libri, vbi de schismatibus& schismaticis aliqua pauca perstrinximus:reliquum est partē secundam aggredi,in qua polliciti sumus de hæresibus & hæreticis modica, sed vtilia tamen pertractare: quam partem de cælesti auxilio confisi aggredientes,inchoabimus à definitione hæresis. Pro quo notandū iuxta sanctum Thom.in. 4. distinctione. 13. quòd nomen hæresis græcum est, & diuisionem importat,secundum Isido.lib.etym. vnde & dihæretica diuisiua dicuntur: & quia in electione fit diuisiovni⁹ ab altero, electio pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæresis dicitur. 1. etym. diuisio autē conuenit parti per recessum à toto. Prima autē congregatio, quę est in hominibus, est per viā cognitionis: quia ex hac omnes aliæ oriuntur. Vnde & hæresis consistit in singulari opinione præter communem opinionē. Vnde & philosophi, qui quasdā positiones habebāt præter cōmunem sententiā aliorū, sectas, vel hæreses cōstituebant. Vnde de ratione hęresis videtur esse, ꝙ aliquis priuatā disciplinā sequatur, quasi per electionē propriā, nō autē disciplinam publicā, quę diuinitus traditur. Quib⁹ bene cō sideratis, videtur nobis satis cōuenienter hęresim in sua generalitate definire, dicētes. Quòd
1 hęresis sit opinio, vel assertio falsa, siue dogma falsum catholicæ veritati cōtrarium in eo, qui christianā fidē professus est. Cui⁹ definitionis conuenientia patet tā authoritate, ꝙ ratione. Authoritate primò quidē. Dicit enim Augu. cōtra Faustū. Hęresis est, quæ diuersa opinatur ab his, quę catholica credit ecclesia. Itē secundò beatus Hiero. in. c. inter hæresim. 24. q. 3. differentiā assignās inter hæresim & schisma dicit, ꝙ hęresis peruersum dogma habet, id est falsum, & pernicioſum in doctrina religionis christianæ. Item tertiò gl. super illud. 2. ad Cor. 3. Non sumus sufficientes. &c. dicit. Fides est cogitare aliquid de credibilibus cū assertione recta: & per oppositū hæresis est cogitare aliquid de credibilibus cū assertione nō recta. Rationeverò ostenditur præfatæ definitionis conuenientia: quoniā in ea cōtinentur ea, quæ sunt tam de substātia hæresis, ꝙ ea quibus distinguitur ab alijs assertionibus falsis. Patet. Dicitur enim, ꝙ hæresis sit assertio, siue opinio, siue dogma falsum: hoc ponitur loco generis. nā omnis hęresis est assertio falsa, sed non ecōuerso. Nam secundùm Aug. in enchiridiō. in multis rebus errare, nullum, aut minimum est peccatū. Et primo de tri. inquit. Errare potero, sed hæreticus nō ero. Notanter autē dicit, assertio falsa, siue dogma peruersum, & nō factū: quia factū puersum, vt ostēdemus pleniùs, nō est hęresis, nec facit hæreticū. verbi gratia: si quis furatur, si quis adulter est, agit contra veritatē scripturæ, quæ dicit. Non mœchaberis. Nō furtum facies. Ex tali enim facto non efficitur quis hæreticus: efficeretur autē, si pertinaciter assereret, ꝙ licitum foret furari, & adulterari: quia sic sentiens, sentiret contra catholicā veritatem. Sequitur, catholicæ veritati contrarium. in quo tāgitur materia, circa quam est hęresis: quia circa ea, quæ ad catholicam veritatem pertinent. veritas autem catholica principaliter dicitur articul⁹ fidei. Dicitur etiam veritas catho. quæcunque in canone bibliæ assertiuè posita, vel per apostolos Christi nobis ex eius instructione, vel inſtinctu spiritusſancti tradita, seu per vniuersalem ecclesiam, seu generalia concilia determinata & approbata, vt infrà pleniùs, cùm de veritatibus catholicis loquemur, explicabimus. Differt autem per hanc differentiā dogma siue assertio hæretica ab alijs dogmatibus falsis, quæ non formaliter, nec incompossibiliter repugnāt catholicæ veritati. Additur autem, in eo qui christianam fidem professus est, loco vltimæ differentiæ. Per hoc enim hæresis differt ab alijs speciebus infidelitatis, videlicet à falsis dogmatibus gentilium, paganorum, & Iudęorum, quæ & si sint contrarię fidei orthodoxę, siue catholicæ veritati, non tamen dicitur propriè loquēdo in eis hæresis. Hæresis ēm est species infidelitatis pertinēs ad eos, qui fidē Christi profitentur, sed eius dogmata corrumpūt. Pro cuius pleniori notitia est notādum cū. S. Tho. in. 2. 2. q. 11. art. 1. ꝙ nomen hæresis electionem importat. electio autē est eorū, quæ sunt ad finem, prę suppositio fine: in credendis autem voluntas assentit vero tanquam proprio bono. vnde quod est principale verum, habet rationē vltimi finis: quæ autem secūdaria sunt, habent rationē eorum, quæ sunt ad finem: quia vero quicunq; credit alicuius dicto assentit, principale videtur esse, & quasi finis in vnaquaq; credulitate ille, cuius dicto assentitur: quasi autē secundaria sunt ea quæ quis tenendo videtur alicui assentire. Sic ergo qui rectè fidem christianam habet, sua voluntate assentit Christo in his, quæ verè ad suam doctrinā pertinēt. A rectitudine ergo fidei Christianæ dupliciter aliquis potest deuiare. Vno modo: quia ipsi Christo non vult assentire, & habet malam voluntatem circa finem ipsum, quod pertinet ad speciem infidelitatis paganorum, vel Iudæorum. Alio modo per hoc, ꝙ intendit quidem Christo assentire, sed deficit in eligendo ea, quibus Christo assentiat: quia eligit ea, quæ non sunt verè à Christo tradita, sed ea, quæ propria mens suggerit. Et ideo bene dictū est, ꝙ hæresis sit species infidelitatis pertinens ad eos, qui Christo fidem profitentur. Hinc beatus Augu. lib. de pastoribus. ca. 16. super illud. post greges sodalium tuorum. dicit, ꝙ omnes hæretici à Christo exierunt: & super Mat. homilia. 11. super illud. Faciet ignē de cęlo descendere. Quid est ignem de cælo descēdere, nisi hæreses de ecclesia cadere? sicut scriptum est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.

¶In

¶In quo aliquæ obiectiones ponuntur contra prefatam hæresis definitionem. Cap.II.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis definitio sex obiectionibus impugnatur.*

Argumen-ū primum.

VErùm vt plenior habeatur intelligentia præfatæ definitionis, quam de hęresi posuimus, inducemus aliquas obiectiones contra eam, vt splēdidior nobis fiat ipsa veritas. ¶Primò sic. Hęresis vt dicit Isido. idem est quod di
1 uisio: diuisio autē vnioni opponitur: vnio autē fit per charitatem: quia amor est virtus vnitiua, vt dicit Diony. ergo hæresis magis includere videtur peruersitatem odij, ꝙ dogma aduersum fidei. *Secundum.* ¶Secūdò sic. Superstitio religioni opponitur, non fidei: sed hæresis superstitio dicitur: ergo non videtur pertinere ad peruersitatem fidei, sed magis ad peruersitatem *Tertium.* religionis. ¶Tertiò sic. Multa falsa, siue peruersa fidei, & veritati catholicæ contraria fiūt nouiter hæreses quāuis non de nouo incipiāt esse contraria fidei & veritati catholicæ: cùm ergo priusquā debeant hæreses reputari, sint dogmata falsa catholicæ fidei, & veritati contraria, videtur ꝙ non omnia dogmata falsa catholicæ veritati contraria sint hæreses dicenda: & ꝙ cōsequens definitio hæresis assignata non videtur conueniens, cùm non conuertatur cum suo definito. Consequentia est bona. Et antecedens pro maiori parte: colligitur tamen ex. c. notandum. 24. q. 3. vbi Vrbanus dicit, ꝙ sanctus Augustī. cum legatis sanctæ romanæ ecclesiæ, & cū sanctis episcopis suis Pelagium & Celestinū nouā hæresim in sanctā Dei ecclesiam introducentes excōmunicauit. Tum secūdò ex illo, quod Gratianus ait. 24. q. 1. §. 1. Omnis hæreticus aut iam damnatā hæresim sequitur, aut nouā fingit. Ex quibus habetur apertè, ꝙ fuerunt & esse possunt nouæ hæreses, quæ tamen non sunt noua falsa fidei *Quartum.* contraria orthodoxæ. ¶Quartò arguitur sic. Vt dicit beatus Hiero. 24. q. 3. cap. hæresis. hęresis græcè ab electione dicitur, scilicet, ꝙ eam sibi vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. ergo videtur quòd nullum dogma quantumcunque falsum aut peruersum sit antequam quis ipsum elegerit & asseruerit aut dogmatizauerit, debeat inter hæreses computari, & per cōsequens definitio præfata nō est conueniens. ¶Quintò sic. Si definitio illa foret conuenienter posita, sequeretur *Quintum.* ꝙ assertiones infidelium, puta paganorū, aut Iudæorum dicendæ venirēt hæreticæ, cùm illę sint dogmata peruersa, & cōtraria catholicę veritati: & tamē cōsequens est falsum: quoniā pagani licēt infideles sint, nō tamen hæretici esse dicuntur. ergo definitio prædicta nō videtur cōuenienter posita. ¶Sextò sic. Multæ as- *Sextum.* sertiones sunt, quæ in rei veritate sunt contrariæ catholicæ veritati, quę nihilominus antequā sint ab ecclesia cōdemnatæ, nō sunt inter hæreses numerādæ, quemadmodū multæ veritates cōsonæ diuinæ scripturæ: quia tamen nō sunt ab ecclesia diffinitæ, vel determinatæ nō sunt inter veritates catholicas annumerandæ. ergo nō videtur hæresis cōueniēter definiri, cùm dicitur, ꝙ sit dogma peruersum catholicæ veritati contrariū. &c. Assumptum patet exemplis. Cręci enim negantes spiritū sanctū procedere à filio, ante cōdemnationē assertionis eorū nō fuerunt hæretici reputati, qui tamen post damnationē eiusdē inter hæreticos deputātur. Item assertores opinionis abbatis Ioachim à cōcilio generali dānatæ post damnationē hæretici iudicarentur: ipse tamen abbas Ioachim quāuis ante damnationē assertionem eandē tenuerit, non fuit hæreticus. vt habetur extra de summa trini. & fi. ca. cap. damnamus. ergo. &c.

¶In quo præfatis obiectionibus respondetur. Cap.III.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones aduersus hæresis definitionem factæ, diluuntur.*

AIs non obstātibus, dicimus ꝙ definitio hæresis assignata est conuenienter posita. Vnde dicendū est ad rationes factas. ¶Ad primam respondetur ne- *Ad pri. ar.* gando consequentiā: quoniā *1* licet amor faciat cōpletam vnionem, nihilominus principium vnionis est ex cognitione: & ideo diuisio, quæ est in fide, hæresim constituit. ¶Ad secundam respondetur negādo cō- *Ad secūdū.* sequentiam. Et ratio est: quia fides est principiū eorū quæ ad religionem requirūtur: quia omnis religio, siue cultus Dei est quædā fidei

Universidad de Deusto
Biblioteca

protestatio. Hinc veritas fidei dicitur veritas quæ est secundùm pietatem. ad Ti. 1. & ideo etiam quæ hæresis sunt, ad superstitionē pertinent: & ita superstitio sicut opponitur religioni, ita & fidei. ¶ Ad tertiam cum dicitur, quòd aliqua falsa dogmata fiant nouiter hæreses. respondetur q̄ argumentū non procedit. Et ratio est: quia q̄ aliqua hæresis dicatur noua, nō ideo est, quia in rei veritate incipiat nouiter esse hæresis, i. diuisa à cōi doctrina catholicę fidei: sed quia nouiter est ab aliquibus asserta. Vnde propositio cōtraria catholicæ fidei nō dicitur noua hæresis ex parte suiipsius, ita q̄ incœperit esse quod prius nō erat, sed ex parte assertoris, siue defensoris, quia scilicet incipit de nouo assertores habere. Qui sensus manifestè colligitur ex. c. 1. 24. q. 1. vbi Gelasius papa dicit, q̄ Achatius non est inuentor noui erroris, sed veteris imitator. Ex quibus verbis datur intelligi, quòd si Achatius fuisset prim⁹ fut erroris assertor, fuisset noui erroris inuentor, & tamē idem error fuisset antea error censendus. ¶ Ad quartā cùm arguitur de. c. hæresis. &c. respōdetur q̄ ratio nō militat: quoniā procedit ex mala intelligentia dicti beati Hiero. Nō enim vult Hiero. dicere in dictis illis, quòd nullū falsum dogma debeat inter hæreses computari antequā ab aliquo eligatur, siue asseratur: sed verus intellectus Hiero. est tā iuxta Albertū in. 4. in fine. dist. 13. quàm iuxta. S. Tho. in. 2. 2. quòd hęresis dicatur ab electione: quia hæreticus eam eligit disciplinam: nō quam scriptura sancta, aut catholica docet ecclesia, & credendam tradit fidelibus, sed quam sibi propria mens suggerit. ¶ Ad quintā cùm arguitur de infidelibus & paganis. respondetur negando consequentiam, loquendo de hęresi propriè dicta, quæ dicitur esse illa, quæ eā pertinaciter asserentem facit hæreticum, cuiusmodi non est nisi dogma contrariū catholicæ veritati cadens in eum, qui christianā religionem antè professus est. Hinc est, q̄ dogmata paganorum contraria fidei & catholicæ veritati, licèt pertineant ad infidelitatē, nō tamen propriè dicuntur hæreses: nec etiā pagani, Saraceni, atq; Iudæi dicuntur propriè loquendo hæretici, sed potiùs infideles ratione suprà asignata in. c. 1. Dicimus autē propriè loquendo: quoniā largè loquendo, vt quibusdā placet, dogmata paganorum fidei contraria hæreses possint dici, & ipsi pagani hæretici appellari. ¶ Ad sextā cùm arguitur: multæ assertiones sunt catholicę fidei cōtrariæ antè determinationē ecclesię inter hęreses non annumerādę. &c. respōdetur negādo antecedēs.

Ad tertium.

Ad quartū.

Ad quintū.

Ad sextum.

Dicimus enim, q̄ quemadmodū quantum ad ea quæ ad fidē pertinēt romanus pont. nec tota ecclesia Dei potest de assertione nō vera facere verā, aut de nō falsa falsam: ita non potest de assertione non catholica facere catholicā, nec de assertione nō hęretica facere hęreticā, nec econuerso: quia sicut veritates catholicæ absq; omni approbatione ecclesiæ ex natura rei sunt immutabiles, & immutabiliter veræ: ita immutabiliter catholicæ sunt reputandæ, & similiter sicut hæreses absque omni damnatione ecclesiæ sunt hæreses. Verùm quia de aliquibus assertionibus quòd sint contrariæ catholicę doctrinæ, & per consequens hæreticę, non est notū semper. Aliquando enim primò super hoc disceptationes inter etiā magnos viros oriuntur. sicut inter Hiero. & Aug. super cessatione legalium contigit, sic bene declaratio & determinatio horum per romanū pontē quem horum dubiorum spectat determinatio, iuxta. c. quotiens fidei ratio ventilatur. & cap. hæc est fides papa beatissime. 24. q. 1 & ita papa bene diffinit, aut determinat, an assertio sit catholica, an hæretica, non autem facit catholicam aut hæreticā: quia dependet à natura ipsius, iuxta illud Aristo. Ab eo quòd res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. primo perihermenias.

¶ Quòd hæresis in intellectu sit vt in subiecto ponenda: & de differentia inter hæresim, sectam, & superstitionem. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis quòd in intellectu ut in subiecto sit ponēda, ostenditur.*
2 *Hæresis, Secta, & Superstitio in quo differant, ostenditur.*

HÆresis autē in primis quòd in intellectu sit ponenda, satis ex definitione sua manifestū habetur. Ex eo etiam apertè colligitur, q̄ fides ipsa, cui hæresis contrariatur, cū sit spiritualis quędā cognitio, cui visio in patria respōdet, sē cūdū illud apostoli. Videm⁹ nūc p speculū & in ænigmate. &c. in intellectu sicut in subiecto proximo in ordine ad volūtatē ponitur: opposita aūt ad idē subiectū pertinere noscūtur. ¶ Pro cuius tū pleniori intellectu est notandū cum

1.Cor.13.

cum sancto Tho. in. 2. 2. q. 10. art. 2. q̄ peccatū dicitur esse in illa potentia, quæ est principiū actus peccati. Actus autē peccati potest habere duplex principiū. Vnum quidem primum & vniuersale, quod imperat omnes actus peccatorum, & hoc principiū est voluntas: quia omne peccatū est voluntariū. Aliud autē principiū peccati est propriū, & proximū, quod elicit peccati actū: sicut cōcupiscibilis est principiū luxurię, secūdùm hoc gula & luxuria dicuntur esse in concupiscibili. Dissentire autem, qui est proprius actus infidelitatis, siue hæresis, est actus intellectus, sed moti à voluntate, sicut & assentire. Et ideo infidelitas & hæresis sicut & fides est in intellectu sicut in subiecto, inuolūtate aūt sicut in primo motiuo. & hoc modo dicitur omne peccatū esse in volūtate. ¶ Rursus quia assertio falsa Christi fidei contraria quādoq; reperitur nominata hęresis, quādoq; secta, quādoq; superstitio: videndū duximus de differētia horū nominū. Differentia autē secūdùm sanctū Tho. sic assignari potest. Hæresis ab eligendo dicitur: secta à sectādo, sicut ait Isido. in lib. ety. Superstitio verò, quia cōtraria est fidei Christi, quæ est primū fundamētum religionis christianę. Dominus autē Bonauentura in. 4. in fine. dist. 13. inter ista nomina differentiam assignās, inquit. Differt hęresis à schismate: quia hoc est cōtra fidem, schisma autē cōtra vinculū charitatis, secta autē contra fidē ratione adinuētionis dicitur, superstitio verò est superflua institutio. ratione adhęsionis dicitur hęresis. ratione defensionis secta loquēdo p appropriata. vel hæresis, quia cōtra veritatē: secta quia cōtra cōmunitatē: superstitio, quia cōtra vtilitatē, quasi superflua institutio. vel hæresis ab eligēdo: secta à sequendo: superstitio à superstādo: vnde hæresis dicit præsumptuosam & deliberatā falsi adinuentionē: secta superaddit imitationē: superstitio diuturnitatis inueterationē: sicut senes superstites delirant, sic & hæretici. & ideo dicitur hæresis superstitio, quia vetustati, & superstiti cōcordat. Propriè autem superstitio dicitur à superstando: nā sicut in fide intellectus captiuatur, ita etiā errore inflatur, & eleuatur. hęc dominus Bonauen.

¶ De eo quod inquit apostolus. Oportet hæreses esse. & quid vtilitatis ecclesiæ ex eis accrescat? Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Necessarium quot modis accipiatur.*
2 *Hæresum utilitates, & bona quæ ex eis ecclesiæ accrescamo stenduntur.*

CVm autem vt in superioribus iuxta. c. quintum primę partis huius quarti lib. ostenderimus peccatum hæreseos ex suo genere maximum esse peccatorum, vtpote quod maiori bono. s. ipsi Deo, secundùm q̄ in se est veritas prima, contrariatur, & quod magis noceat, cum subuertat fundamentum omnium bonorum, sine quo nihil boni remanet. s. ipsam fidem: mirabitur fortasis quispiam, cur dicat apostolus 1. ad Cor. 11. q̄ oporteat hæreses esse, cùm de alijs peccatis nō dicatur q̄ necesse sit illa esse, vtputa fornicationē, inuidiā, superbiā, & huiusmodi: ideo decreuimus hic prædictū apostolicū verbū explanare. ¶ Pro quo notandū, q̄ iuxta Arist. 5. metaphy. necessarium accipitur multipliciter. Vno modo dicit necessariū, quod impossibile est aliter se habere: & hoc modo nō dicit hęresis necessaria ecclesiæ. Alio modo dicitur aliquid necessariū, quod secundùm se est expediēs: & hoc etiā modo nō est necessariū hæreses esse. Tertio modo dicit necessariū, quod secundùm accidens est vtile. Deus enim cùm sit summè bonus, hęreses, & mala atq; peruersa dogmata esse nō permitteret, nisi in nostrā cederēt vtilitatē. Quoniā vt dicit Aug. in enchiridiō. Deus cùm summè sit bonus, & iustus, & sapiens, nō sineret mala fieri, nisi bona inde eliceret. Et secūdùm quod dicitur Mat. 18. Necesse est vt veniāt scādala: verūtamen vę homini illi, per quē scādalū venit. Et secundùm hoc dicit hic apostolus in authoritate prædicta, q̄ oportet hæreses esse: eo q̄ Deus malitiā hęreticorum ordinat in bonum fidelium. Vnde Aug. de vera religione. Ecclesia catholica per totum orbem diffusa omnibus errātibus vtitur ad profectus suos, & ad eorum correctionē cùm vigilare noluerint. Vtitur enim gentibus ad materiam operationis suæ: hæreticis ad probationem doctrinæ suæ: schismaticis ad documentum stabilitatis suæ: Iudæis ad cōparationem pulchritudinis suæ. hæc Augusti. Specialiter autem & hæresibus Dei potentia multiplex bonum in ecclesia elicitur. ¶ Primum est, quòd veritas fidei magis elucidatur. Vnde Augustinus in gloss. ab aduersario mota quæstio dicendi exisiit occasio. Multa quidem ad fidem pertinentia dum hæreticorum calida inquietatione exa-

Obiectio.

Necessariū quot modis accipiatur. 1

Primum bonū ex hæresi nascens. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & prædicãtur nitantius. Vnde & Prouer. 27. dicitur. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Et Aug. lib. 7. cõfessionũ. Improbatio hæreticorũ facit eminere qd ecclesia sentiat, & quid habeat sana doctrina. Item in tractatu de cõsonãtia Mat. & Luc. de generatione Christi. Vtiles sunt hæretici ad inueniendã veritatem, dum calumniantur ad seducendum in errorem. Negligentius enim veritas quæreretur, si mẽdaces aduersarios nõ haberet. oportet enim inquit apostolus hæreses esse. Hæc Aug. ¶ Secundũ bonũ, quod ex hæresibus elicitur, est catholicorum doctorũ pigritię excitatio, vt euigilẽt, & doctrinæ insistant cõtra versutias hæreticorũ, ne simplices decipiãtur. Vnde Aug. super Gen. cõtra Manichæos dicit. Ideo diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permisit, vt cùm insultant nobis, aut interrogãt nos ea quę nescimus, vel sic exercutiamus pigritiam, vel diuinas scripturas nosse cupiamus, propterea apostolus ait: oportet hæreses esse. hæc Augu. Idẽ in de vera religione. Vtamur hæreticis, non vt eorum approbemus errores, sed vt catholicã disciplinam aduersus eorũ insidias asserentes, vigilantiores, & cautiores simus, etiã si eos ad salutem reuocare nõ possumus. hæc ille. ¶ Itẽ tertium bonum ex hæresibus resultans est augmentum scientiæ & sapientiæ in doctoribus ecclesię. Vnde Aug. super Io. Ad hoc Deus abundare permisit hæreticos, ne semper lacte nutriamur, & in bruta maneamus infantia. ¶ Quartum bonum, quod ex hæresibus elicitur est, q exercetur patientia fidelium: hæretici enim violenti per superbiã & cõtumeliosi in ecclesiam sæuientes, rixis, & contẽtionibus exercent ecclesiæ & bonorum patiẽtiam. Vnde Aug. lib. 16. de ciui. Dei. Calidum est genus hæreticorũ, nõ spiritu sapientiæ, sed impatientiæ, qua solent hæreticorum feruere præcordia, & pacem conturbare sanctorum: sed hæc in vsum cedunt proficiendi, iuxta illud apostoli. Oportet hæreses esse. Et in lib. 18. inquit. Hæretici veris illis catholicis membris Christi malo exemplo suo prosunt, dum Deus vtitur & malis bene: & diligentibus eum omnia cooperantur in bonum: inimici omnes ecclesiæ vel errore excæcati, vel malitia deprauati prosunt: quia si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam: si verò malè sentiendo aduersantur, exercent eius sapientiam: vt autem etiam inimici diligantur, exercent eius beneuolentiam. ¶ Quintum bonum, quod ex hæresibus diuina potentia elicit, est augmentum meritorũ in bonis & fidelibus doctoribus: quoniam cùm catholici doctores circa conuersionem hæreticorum, aut persecutionem, si conuerti noluerint, laudabili studio laborare satagunt, non dubium, quin taliter de sibi creditis talentis operantes, crescant eis merita, quibus ad beatitudinem perducantur. ¶ Sextum bonũ, quod ex hæresibus elicitur est, q manifestatur firmitas fidei in his qui rectè credunt. Et hoc est quod subdit apostolus, vt qui probati sunt, id est approbati sunt à Deo, manifesti fiãt in vobis, id est inter vos. Sapientiæ. 3. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Vnde beatus Aug. lib. de vera reli. Sunt enim innumerabiles in sancta ecclesia Deo probati viri: sed manifesti non fiunt inter nos, quandiu imperitię nostræ tenebris delectati dormire maluimus, quàm luceveritatis intueri. Et ita apparet quo modo vtile sit hæreses esse. Et per hoc ad id quod in principio arguebatur, quòd non erat sic de alijs peccatis, q necesse fuisset ea esse, patet responsio: quoniam vt ait magister Alexãder de Alis in secundo. non est omnino simile in alijs peccatis, & in isto. Alia enim peccata & si in se mala sint, & ex illis aliquod bonũ eliciat Deus, nõ tamen quantum ex isto peccato: occasione enim huius peccati maximè acquiritur exercitium ecclesiæ: sicut ex persecutione, quæ à tyrannis infertur, sicut superiùs explanatum est.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Responsio.

¶De triplici genere credibiliũ ad quod hæresis se extendit. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis quòd circa triplex genus credibilium se extendat, ostenditur.*

1 DIstinguitur autem iuxta doctores theologos triplex genus credibilium, quod tamẽ variè designatur ab eis. Vno enim modo designatur, q credibile ad intellectũ trib⁹ modis se habet, de quo beat⁹ Aug. lib. 83. q. ita dicit. Credibiliũ tria sunt genera. Alia sunt quę sẽp creduntur, & nũquã intelliguntur: sicut est omnis historia temporalia & humana gesta percurrens. Alia mox vt creduntur intelliguntur, sicut sunt omnes rationes humanæ. Tertium eorum

eorum, quæ primò creduntur, & postea intelliguntur: qualia sunt ea, quæ de diuinis rebus sunt. hæc Aug. Est ergo triplex genus credibilium. Primum est credibilium eorũ, quę se habẽt ad intellectum incõposibiliter: sicut sunt historiæ de gestis hominũ: hęc enim cùm accipiant fidẽ à sensu tãtùm, vt dicit Albertus, nõ habent potentiã vniuersalitatis, sicut quæ se habẽt ad intellectũ cõposibiliter: & ita sunt de genere eorũ, quæ semper creduntur, & nunquã intelligũtur. Secũdum genus credibilium est, quod se habet ad intellectũ antecedenter: vt sunt diuina supergredientia humanũ intellectũ, in quę nõ potest intellectus, nisi luce fidei sibi infusa: sicut articuli fidei, qui nõ intelligũtur, nisi priùs credãtur. Isa. 7. secũdùm trãslationem. 70. Nisi credideritis, nõ intelligetis. Tertiũ genus credibiliũ est, quod se habet ad intellectũ cõsequenter: sicut sunt illa, vt exẽplificat Alexãder de Alis, ad quę intellectus attingere potest ex se, siue per lumẽ sibi innatũ: vt quoniam Deus est, & q vnus est & omnipotens, & huiusmodi. & hæc dicũtur mox credi cùm intelliguntur. Hoc autem genus triplex credibilium assignatur ab alijs aliter. Dominus eñ Bonauentura in. 3. di. 25. dicit sic, q doctrina fidei quędã habet antecedẽtia, quędam consequentia, quædam principalia: sicut in alijs sciẽtijs videmus esse quædam principia cõmunia, quæ supponuntur, sicut dignitates: quædã verò sicut principia propria illarum scientiarũ, vt sunt intrinseca principia suarum demõstrationum: quædam verò sunt cõsequentia, sicut propositiones correlariæ. Per hunc etiam modum in doctrina fidei antecedentia sunt illa, quæ sunt de dictamine iuris naturalis: principalia verò sunt illa, ad quę fidei illuminatio directè dirigit, & ista dicuntur articuli fidei. Cõsequentia sunt illa, quæ ex illis articulis possunt elici, & ad illos articulos habẽt sequi. hęc ille. Hac autem credibilium distinctione habita, dicimus pro conclusione, quòd hæresis ad tria genera huiusmodi credibilium se extendat. Hæc conclusio probatur primò sic. Fides se extendit ad omnia ista credibilia: sed hæresis opponitur fidei: ergo ad omnia illa credibilia se extendit hęresis, ad quæ se extendit ipsa fides. ergo & per consequens hæresis se extendit ad illa tria genera credibilium. Consequentia patet, cùm opposita paris ambitus esse videantur. Secundò sic: fides est circa veritatem secundum pietatem, quæ dicitur sacra scriptura ad Titum. 3. vnde Hug. de sancto Victore. Veritas secundum pietatem, est sacra scriptura: quia ea docet, & amando complectitur quę

ad religionem Dei pertinẽt. ergo hæresis etiã attenditur ad omnia quæ sunt in sacra scriptura: sed in illa continentur omnia præfata genera credibilium: ergo error circa quæcunq; credibilia contenta in sacra scriptura, siue pertineãt ad historias, siue ad articulos fidei, siue ad mores, dicetur hæresis.

¶In quo obijcitur contra prædicta, & respondetur obiectioni bus. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis quòd circa triplex genus credibilium nõ se extendat, quadruplex obiectio, & ad eas responsio.*

SEd videtur fortassis aliquibus, q hęresis nõ extẽdat ad oia genera credibiliũ p̃fata: & primò videt q nõ se extẽdat ad credibilia primi generis, cuiusmodi sunt quę semp creduntur, & nunquã intelliguntur, sicut sunt historię. ¶ Primò sic: quia si hoc esset verũ, cùm sancti diuersa, siue cõtraria sentiant circa historias, ex altera parte hęresis censeret: sed non censet, cùm, p̃pter hoc ex nulla parte aliquis iudicatur hęreticus: nõ ergo videtur q hęresis sit circa id genus credibiliũ. ¶ Secũdo sic. Quidã sancti senserũt cõtraria de operibus sex dierũ, ex neutra tñ parte est hęresis. ergo hæresis nõ se extẽdit ad illud genus credibiliũ. ¶ Tertiò arguit, q hæresis nõ se extẽdat ad credibilia tertij generis, videlicet quę simul intelliguntur, & creduntur. Primò sic. Quicũq; est hæreticus deuiat ab aliquo articulo fidei: sed deuiãs ab illis credibilibus tertij generis nõ videtur deuiare ab aliquo articulo fidei, vt puta, qui diceret fornicationẽ non esse peccatũ mortale: ergo nõ est hęresis circa talia credibilia. ¶ Quarto sic. Inter alia credibilia, quę simul creduntur, & intelliguntur, assignãtur rationes humanę, & sciẽtię vel de numeris vel de quibuscũq; alijs disciplinis: sed circa has nõ est hęresis. vñ Hiero. super epistolã ad Ti. Si quis artẽ grãmaticã, vel dialecticã nouerit, nõ improbamus: sciẽtiæ eñ sunt veritatis, nõ pietatis. ergo hæresis tantùm est circa credibilia, quæ pertinent ad pietatẽ, sicut est fides, sicut dictũ est: ergo hęresis nõ est circa credibilia quę simul creduntur & intelligũtur, siue sint principia, siue sint rationes, siue scientię humanæ ¶ Sed, istis nõ obstãcibus, dicendũ est sicut

Argumentũ primum.

1

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prędiximus, q hæresis ad tria genera prędicta credibiliũ extendit, quemadmodũ & fides, cui opponitur: tñ, vt inquit magister Alexãder de Alis in secũdo, secũdùm quãdã analogiã. s. prius, & secũdariò directè & indirectè, principaliter & minùs principaliter. Nam circa illa credibilia, quę priùs credũtur, & postea intelligũtur. s. circa articulos fidei, inuenitur prima ratio fidei: & ita p oppositũ ipsa hæresis priùs inuenitur circa illa. Pro quo notãdũ, q vt inquit. S. Tho. in. 2. 2. q. 1. ar. 6. quędã sunt credibilia, de quibus est fides secũdùm se. Aliqua verò sunt credibilia, de quibus nõ est fides secũdùm se, sed in ordine ad alia. Sicut etiã in alijs sciẽtijs quædã proponũtur vt p se intẽta, quædã ad manifestationẽ aliorũ. Quia verò fides est de his quæ vidẽda speramus in patria, secũ
Hebræ. 11 dùm illud. Fides est substãtia rerũ sperãdarũ. ideo per se ad fidẽ ptinẽt illa, quæ directè nos ordinãt ad vitã ęternã: sicut sunt tres personę: omnipotẽtia Dei: mysteriũ incarnationis Christi, & huiusmodi. vñ secũdum ista distinguunt articuli. Quædã verò proponũtur in sacra scriptura vt credẽda, nõ quasi principaliter intenta, sed ad prędictorũ manifestationẽ: sicut q Abrahã habuit duos filios: & q ad tactũ ossiũ Helisei suscitatus est mortuus, & alia huiusmodi, quæ narrantur in sacra scriptura in ordine ad manifestationẽ diuinę maiestatis, vel incarnationis Christi: & ita sicut circa prima credibilia est primò fides, ita per oppositũ est hæresis. Cæterũ secũdò fides se extẽdit ad illa credibilia, quæ simul credũtur & intelligũtur: vt q fornicatio est peccatũ mortale, & huiusmodi: & per oppositũ hæresis. Tertiò fides se extẽdit ad illa credibilia, quæ credũtur, & nũquã intelliguntur: sicut sunt historiæ in sacra scriptura cõtentæ, & ita per oppositũ hæresis. Et huic sentẽtiæ. S. Tho. concordat in. 2. 2. q. 11. art. 2. cùm ait, q dupliciter aliquid pertinet ad fidẽ: vno modo directè & principaliter, sicut articuli fidei: alio modo indirectè & secundariò, sicut omnia illa, ex quibus sequitur correlariè corruptio alicuius articuli: & circa vtrunque potest esse hæresis eo modo, quo & fides.
Ad primum Vñ dicẽdũ est ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primã, cùm arguitur, q sequeret, q sancti. &c. respõdetur negãdo cõsequentiã. Pro quo notandũ inxta magistrũ Alexandrũ de Alis, q aliud est dicere historiã non esse verã, & aliud est historiã exponere sic vel sic, & opinari circa eius expositiones. Ille aũt qui diceret historiã nõ esse verã, & hoc pertinaciter, hæreticus iudicaretur. Sed sic nõ faciebãt sancti varia opinãtes circa historias: licèt in expositione eorũ varia sentirẽt. ¶ Et hoc modo respondetur ad id, quod secũdo loco arguitur de operibus sex dierũ: qm̃ sanctus nõ negãt historiã ipsam: imò in ea omnes cõcordãt, differẽter tñ eã exponũt: quia quidã exponũt eã de diebus materialibus: quidã de spiritualibus: sed hoc non est destruere, aut negare historiã, sed exponere: vnde tales expositiones sunt declaratiuæ sacræ scripturæ, quas sancti patres fecẽre, inducti ad hoc bonis rationibus. Vñ Aug. Sancti patres q ita diuersa senserũt, à spũ sancto est. Cõcordant ergo oẽs in historia: quia historia dicit tot fuisse dies, sed discordãt in expositione dierũ. Vñ à spũ sancto mouẽtur isti sancti ad istas expositiones ad scripturæ declarationẽ: & si sit ibi aliquãdo falsitas, hoc non est ex natura hominis primitùs instituti, sed ex pœna dãnati. In natura eñ priùs instituta nõ erãt opiniones, nec erũt similiter in gloria, sed modò sunt: qa opinio importat pœnalitatẽ. ¶ Ad tertiã, cum arguitur de credibilibus tertij generis: respondetur q circa illa etiã est hæresis, cùm scilicet malè creditur circa illa. Et ad rationẽ cùm dicitur q quicunq; hæreticus. &c. respõdetur dupliciter. Primo negãdo maiorẽ: qm̃ nõ oportet q omnis hæreticus deuiet ab aliquo articulo fidei: bene est e conuerso, q omnis deuiãs ab aliquo articulo fidei sit hæreticus. Nã sicut fides nõ solũ se extendit ad articulos, imò etiã ad alia credibilia, quæ nõ sunt articuli fidei; sed sunt sicut principia ita dicimus de hæresi. Vnde nõ oportet q vbi est hæresis, q ibi sit deuiatio ab aliquo articulo, nisi sit hæresis circa credibilia, quæ priùs creduntur, & postea intelligũtur, circa quæ est hæresis secundùm suam primã rationẽ quẽadmodũ & fides. Secundo respõdetur negando minorẽ: & dicimus, q errãs circa credibilia tertij generis licèt nõ deuiet directè & formaliter ab aliquo articulo fidei, tñ cùm ex negatione illa sequitur illũ dicere scripturã sanctã continere falsitatẽ, indirectè obuiat articulo illi, Credo in spiritũ sanctũ. a quo scriptura diuina inspirata est. Scribitur enim. Manifesta sunt opera Galat. 5. carnis, quę sunt fornicatio. &c. & postea subdit. Qui talia agunt, regnũ Dei nõ possidebũt. quod nõ esset, si fornicatio nõ esset peccatum mortale. ¶ Ad quartã cùm arguitur q circa Ad quartũ. humanas disciplinas nõ est hæresis: respondetur, q errare circa humanas disciplinas, vtputa errare circa geometriã, & huiusmodi, bene concedimus q nõ sit hæresis, nec de his loquitur Aug. cùm dicit. quædam simul intelliguntur & creduntur. sed de his, quæ sunt quasi principia quædam per se nota in theologia, sicut est, q

Ad tertium

est, quòd fornicatio sit mortale peccatum, & superbia, & huiusmodi, quæ pertinent ad mores.

¶ Quid dicatur veritas catholica. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Catholica ueritas quid sit.*

CVm autem in superioribus hęresim definientes dixerimus, q hæresis sit assertio falsa catholicæ veritati contraria, & manifestum sit q ad pleniorẽ notitiã huius definitionis plurimum opitulabitur scire quid dicatur catholica veritas, maximè cùm cognitio vnius cõtrariorum ad cognitionem alterius nonnunquã conferre dinoscatur, dignum duximus circa hoc aliquid considerare. ¶ Pro quo notandũ, repetendo aliqua breuiter ex his, quæ amplius fimè diximus lib. 1. c. 15. q catholicũ nomen græcũ est, & latinè sonat vniuersale. Catholica ergo veritas est idẽ qđ veritas vniuersalis: sicut fides Christi dicitur catholica. i. vniuersalis. Et ad hoc ad præsens duplici vtar ratione. Primò: quia vniuersaliter est vera, nõ habens instantiam aliquam, aut exceptionem: quia tali veritati nũquam, & nusquam subfuit, subest, aut suberit aliquod falsum: sicut contingit in doctrinis philosophorum, quæ etsi in aliqua sui parte vera dicant, siue supponant, in multis tamen à veritate deficiunt. Fides autẽ Christi, siue veritas catholica non potest cadere à veritate. Vnde propheta in psalm. In æternũ domine permanet verbum tuum: & in seculũ
Lucæ. 21. seculi veritas tua. Item Christus ait. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transi
2. Corin. 1. bũt. Et apostolus. Fidelis autẽ dominus: quia sermo noster, qui fuit apud vos, nõ est in illo est & non. glo. id est mendacium: vt in sermone pseudoprædicatorum: sed est in illo fuit, id est simplex veritas: propter hoc etiam ipse filius Dei dicitur veritas. Io. 4. quia vniuersaliter vera sunt quæcunque docuit per se, aut sanctos suos, per quos locutus est. Secundò veritas dicitur catholica: quia vbique prędicanda est, & omnibus gentibus credenda proponitur. Vnde domin⁹ Mat. vlt. ait. Euntes docete omnes gentes. &c. Has duas rationes assignat Boëtius in principio lib. de tri. sic dicens. Fides dicitur catholica. Primò: quia præcepta est non vni genti tantùm obseruanda, sed omnibus gentibus proponitur. Secundò, quia nihil fallitatis, aut iniquitatis ei admiscetur. Ex quibus videtur, quòd catholica veritas duo importat. Primum est, quòd sit vniuersaliter vera: sic vt ei non sublit, nec subesse vnquã possit falsum: ita quòd sit perpetuæ & infallibilis veritatis. Secundum est, quòd omnibus fidelibus necessaria sit ad credẽdum explicitè vel implicitè: hæc autem profectò habere nõ potest quæcunque doctrina, nisi specialiter originem à fonte incommutabili diuinæ veritatis trahat. Aliæ enim doctrinę, quæ ex palude humanæ inuestigationis originem trahunt, hanc conditionem habere non possunt: quoniam spiritus humanus, vt ait beatus Tho. super Io. valde fallax est: & excogitatio humana fallacissima. Sapien. 9. Cogitationes mortalium timidæ & incertæ prouidentiæ nostræ. Et propheta inquit in psal. Omnis homo mẽdax. Ex quibus talem possumus catholicæ veritatis elicere definitionẽ, vt dicamus. Catholica veritas est, quæ ex diuinæ reuelationis lumine supernaturali immediatè vel mediatè est habita explicitè in propria verborum forma, vel implicitè bona & necessaria cõsequentia. Dicitur autẽ, lumine supernaturali, ad differentiam veritatũ, quæ generali quadam diuina reuelatione mediãte generali lumine habẽtur. de quibus apostolus inquit ad Ro. 1. quod notũ est Dei, manifestũ est in illis. s. philosophis: Deus enim illis manifestauit. Et ambrosius in gl. 1. ad Cor. 12. dicit. Verum à quocunque dicatur, à spiritu sancto est. Cùm enim lumẽ generale, quo homines in notitiã veritatũ humanarũ disciplinarũ veniunt, non possit esse nisi à primo lumine, vt dicit Aug. lib. de matrimonio. necesse est, vt omnis veritas à quocũque dicatur, vt inspirante Deo dicatur. Vnde Aug. lib. cõf. dicit. Non alio domine præter te inspirãte credo me verũ dicere, cùm tu sis veritas, omnis autẽ homo mendax: & ideo qui loquitur mẽdacium, de suo loquitur: vt verũ loquar, de tuo loquar. hęc ille. Veritas autem catholica oportet q speciali modo, videlicet supernaturali lumine deriuetur à Deo. Dicitur autem mediatè vel immediatè: quoniã aliqua nobis Deus immediatè per seipsum reuelauit & reuelat, sicut fecit euangelium. vnde Ioha. 1. Vnigenitus Dei filius, qui in sinu est patris, ipse enarrauit nobis. Et Isa. 52. Ecce ego ipse qui loquebar, assum. Et ad Hebræos. 1. inquit Apostolus. Olim Deus loquens patribus in prophetis nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. &c. Aliquando verò rene-

Catholicæ ueritatis definitio. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

lat per alios, sicut per angelos sanctos, siue per apostolos, siue per alios sanctos viros. Vñ.2. Petri. 1. inquit beatus Petrus. Nõ enim voluntate humana allata est prophetia, sed spiritu sctõ inspirati locuti sunt Dei homines. Et ideo nõ tãtùm veritas catholica dicenda est à Deo per seipsum immediatè fidelibus tradita, sed etiã mediatè, quæ p sanctos ab eo doctos & inspiratos habita est, cùm spiritus sanctus, quo inspirati sancti Dei homines locuti sunt, & loquũtur, nõ nisi veritatẽ docet, atq; spirat. Ioh. 16. Cùm venerit ille spiritus veritatis, ille docebit vos omnẽ veritatẽ. Dicitur cõsequẽter. Explicitè in propria verborũ forma. &c. His enim duobus modis dicitur aliquid contineri in sacra scriptura: aut in propria forma verborũ, sicut ista est, Christus fuit homo. & aliquid implicitè: quod. s. bona & necessaria cõsequẽtia ex positis formaliter in litera sequit, sicut est illa, Christus fuit homo, sequitur q̃ habuit animã rationalẽ, intellectũ agentẽ & possibilẽ, & omnes potẽtias animę. Itẽ q̃ in corpore suo fuerũt nerui, & venæ, & similia: quorũ tñ nullũ in propria verborũ forma habetur in litera sacræ scripturæ. Et hæc sufficiant pro habendo quæ sit catholica veritas dicẽda.

¶De multiplici genere siue gradu catholicarum veritatum. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Catholica ueritas quot genera, aut gradus habeat, ostenditur.*

DAta definitione catholicæ veritatis: cùm notũ sit inter veritates catholicas plurimas esse veritates, quibus firma credulitate adhærẽdum sit, opportunum duximus gradus, siue genera eorum distinguere. Videtur autẽ nobis septẽ posse distingui genera catholicarũ veritatũ.

Primũ genus catholicarum ueritatum.

¶Primũ est eorum, quæ in canone sacræ scripturæ veteris aut noui testamenti, & in propria verborum forma continentur. Et huiusmodi genus veritatum catholicarum potest distingui etiam secundùm tria genera credibilium suprà posita: inter quæ (vt prædiximus) principalius annumerandum est genus credibilium, quæ antè creduntur, quàm intelligantur: cuiusmodi sunt ea, quæ ad articulos fidei pertinẽt, ex quibus principaliter salus nostra pendet. Quòd autem huiusmodi veritates in sacra scriptura formaliter contentæ catholicę veniant reputandę, manifestum est: cùm de veritate sacræ scripturæ nullo modo dubitandũ sit. Vnde beatus Augu. libro de vnico baptismo. vt recitatur in. c. quis nesciat. distin. 9. ait Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris quàm noui testamenti certis terminis contineri, eamq; posteris omniũ episcoporũ literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari vel disceptari non possit, vtrùm verum, vel vtrũ rectum sit quicquid in ea scriptũ constiterit? &c. ¶Secundum genus veritatum catholicarum est earum, quæ ex solis contentis in sacra scriptura cõsequẽtia necessaria & formali possunt inferri. Vnde cùm tales veritates eandẽ veritatis firmitatẽ & credulitatis necessitatẽ habeant, quã habẽt veritates, ex quibus necessaria & formali cõsequentia inferuntur, manifestũ est eas inter catholicas veritates numerari: sicut est hæc veritas, Christus est verus Deus & verꝰ homo. quæ licèt in tota serie sacræ scripturæ sic formaliter nõ inueniatur, nihilominùs quia ex cõtentis in sacra scriptura cõsequentia formali & necessaria infertur, catholica tenetur, & eam credere necessarium est ad salutẽ. ¶Tertiũ genus veritatũ catholicarũ est eorũ, quæ circa canonẽ sacræ scripturæ cõtinentur, quæ tñ per reuelationẽ & approbationẽ tantùm mediãtibus apostolis ad fideles deuenerũt. Sanè cùm Christus cùm viueret in carne mortali cũ apostolis multa docuerit & fecerit, quæ in canone sanctę scripturæ nõ habentur, secũdũ illud Io. vl. Multa alia fecis Iesus, quę nõ sunt scripta in libro hoc. multas alias veritates catholicas Christus apostolos docuerit docẽdas per eos, quæ in canone scripturę nõ habẽtur. Vñ Aug. tertio de bap. paruulorũ. dicit. Illa quę nõ scripta seruat vniuersalis ecclesia accepit ab apostolis, Christo docẽte. sic eñ apostolus de corporis & sanguinis dñici cõione. 1. ad Cor. 11. dicit. Quod accepi à dño, hoc tradidi vobis: cætera aũt cũ venero disponã. i. ordinabo. Itẽ ad idẽ est idem Aug. qui vt habetur in. c. ecclesiasticarũ. di. 11. ita ad propositũ dicit. Ecclesiasticarũ cõstitutionũ quasdã scripturis: quasdã verò apostoli traditione per successores in ministerio cõfirmatas suscepimus: quasdam verò cõsuetudine roboratas approbauit vsus, quibus par ritus, & idem vtriusq; pietatis debetur affectus. hæc ille. Amplius cùm secundùm promissionem Christi spũs sanctus superuenturus in discipulos docturus esset eos omnẽ veritatem, multa profectò credendi sunt à spiritu sancto didicisse, *Secundũ.*

Tertium.

cisse, quę postea fideles docuerunt, quæ tamẽ in canone bibliæ posita nõ fuerunt. Vnde Alexander tertius in. c. cũ Marthæ. extra de celebra. miss. superforma cõsecrationis eucharistiæ loquẽs, ita ait. Sanè multa tam de verbis, quàm de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa, quæ etiã apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto exposuisse leguntur. Paulus enim in actibus apostolorũ sic ait. Meminisse nos oportet verbũ dñi nostri Iesu Christi, qui dixit, Beatius est dare, q̃ accipere. hoc tñ nullus quatuor euãgelistarũ descripsit. Vnde gl. Act. 2. & est beati Hiero. ait. Hoc in euãgelio nõ legitur: nõ enim omnia scripta sunt, sed forsan Paulꝰ hoc ab apostolis audiuit, vel à spiritu sancto percepit. Et idẽ prosequit magister Nicolaus de Lyra in expositione. Vnde tales veritates, & quę ex eis cõsequẽtia necessaria impermutabiliter possunt inferri, inter catholicas veritates veniũt cõputãdæ. ¶Quartũ genus veritatũ catholicarũ est earũ, quę ab ecclesia vniuersali in cõcilijs plenarijs tãquã ad fidẽ christianę religionis pertinentia diffinita sunt: licẽt expresse in canone scripturæ sacræ nõ inueniantur. Et ratio huius manifesta est: qm̃ vt superiùs lib. 3. c. 58. amplissimè & irrefragabiliter ostẽdimus, cõcilia plenaria vniuersalis ecclesiæ in his quæ fidei sunt, errare non possunt. Vnde beatꝰ Greg. in. c. sicut. di. 15. ait: q̃ sicut sancti euãgelij quatuor libros, sic quatuor cõcilia suscipere & venerari me fateor. Et ratio est: quoniã vt ait beatꝰ Greg. in tractatu qui intitulat. de catholica veritate. Sicut Deus veritas est, ita ea quæ apostolica ecclesia de Deo docuit, vera sunt. Vnde meritò dicit Pro uer. primo. Ne dimittas legẽ matris tuæ. glo. i. ecclesię. Notãter aũt dictũ est. Quę apostolica ecclesia docuit. s. diffinitione iudiciali esse credẽda. Quod dicitur propter multa, quæ in ecclesia legi à fidelibus permittũtur, & tolerãtur, quę omnia credere nõ est de necessitate salutis, nec inter catholicas veritates sunt reputãdę, licèt multæ earũ piè à fidelibus credãtur. Sicut sunt multa cõtenta in legẽdis siue historijs sanctorũ, & vitis patrũ, quæ cũ manifestè nõ cognoscuntur falsa esse, sed potiùs habere aliquã probabilitatis apparentiã, possunt credi pro eo, q̃ ad commouendos pios actus fideliũ, ad deuotionẽ proficiũt, secure leguntur, & piè creduntur: dum tamen animus assertione pertinaci illis non adhæreat. ¶Quintũ genus catholicarum veritatum est earum, quę in materia fidei apostolicæ sedis iudicio diffinitæ sunt: quæ licèt in canone scripturæ sacræ non reperiantur contineri, sunt tamen inter catholicas veritates computandæ: quoniam sicut in superioribus tam authoritatibus quàm rationibus manifestè ostẽdimus lib. 2. c. 109. Apostolicæ sedis iudicium in his, quæ fidei sunt, errare à veritate non potest. Pro quo facit promissio illa Christi. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quod etiam apertissimè confirmare videtur beatus Augu. in. c. in canonicis. distin. 19. vbi inter canonicas scripturas computandas ponit epistolas, quas apostolica sedes habere meruit, & alij meruerunt ab ea accipere. Item Agapto papa in. ca. sic. eadem di. vbi ita ait. Sic omnes apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt tanquam ipsius diuina voce Petri firmatæ. Item beatus Hiero. luce clarissima hoc confirmat in cap. hæc est fides. 24. quæstio. 1. vbi sic dicit. Si hęc nostra confessio apostolatus tui iudicio approbatur: quicunque me calumniare voluerit, se imperitum, & maleuolum, vel non esse catholicum, sed hæreticum cõprobabit. ¶Sextum genus veritatum catholicarum videtur esse earum, quæ de tenenda fide & confutatione hæreticorum à doctoribus ab vniuersali ecclesia approbatis assertiuè traditæ sunt, licèt in canone scripturæ sacræ expresè non contineãtur. Patet hoc: quoniam cùm ecclesia vniuersalis, quæ regitur spiritu sancto, doctores aliquos approbauit, eorum doctrinam tãquã veram recipiens, necesse est vt talium doctrina assertiuè posita, & nunquam aliàs retracta vera sit, & ab omnibus fidelibus firma credulitate tenenda in ea parte, in qua ab vniuersali ecclesia est recepta: aliàs vniuersalis ecclesia videretur errasse approbando & acceptando eorum doctrinam tanquam veram, quæ tamen vera non esset. Qui autem sunt hi doctores per vniuersalem ecclesiã in vniuersalibus concilijs approbati, colligitur ex. 5. concilio vniuersali, in quo vt sanctus. Thom. recitat in 4. contra Gentiles. cap. 24. ita habetur. Sequimur per omnia sanctos patres, & doctores ecclesię, Athanasium, Hylarium, Basilium, Gregorium theologum, & Gregorium Nicænũ, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Iohannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem Porcium, & susçipimus omnia, quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorũ exposuerunt. Hæc ibi. Postea verò papa Gelasius in synodo sua alios doctores approbando addit. vt patet in canone, sancta Romana ecclesia. distinctione. 25. Verùm circa approbationem opusculorum præfatorum doctorum est aduertendum, & notandũ, q̃ synodus *Quartum.*

Quintum.

Sextum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

odus vniuersalis quinta non approbauit simpliciter omnia cõtenta in opusculis præfatorũ doctorũ,sed tãtùm ea,quę de recta fide, & condemnatione hæreticorũ exposuerũt. Per quod satis dat intelligi,q̃ per hoc,q̃ opuscula aliquorũ doctorũ approbauit, vel approbat ecclesia,nõ est necesse,q̃ omnia in eis cõtenta approbata intelligãtur, sed tãtùm quo ad ea, quæ de recta fide,& de cõdemnatione hæreticorũ exposuerũt,quę tãquã necessaria ad credendũ fidelibus tradiderũt. Nec per cõsequẽs ex approbatione præfata habetur, q̃ omnes veritates in præfatorũ sanctorum doctorum approbatorũ opusculis cõtentæ sint tãquã catholicę veritate habendę,sed tãtùm veritates præfati generis:quę.s. de recta fide & cõdemnatione hæreticorũ exposuerunt. Multa alia quidẽ sunt in eis cõtẽta alterius generis.s.probabilitatis. Vnde Aug.qui de numero approbatorũ per vniuersalẽ ecclesiam est, inquit ad Vincentiũ Victorẽ, & habet in.c. negare nõ possum.di.9.Negare nõ possum inquiẽs : nec debeo sicut in ipsis maioribus.i. scriptis maiorũ : ita multa esse in tã multis opusculis meis, quæ possunt iusto iudicio & nulla temeritate culpari.Nec obuiat prefato generi catholicarũ veritatũ illud quod beatus Aug.dicit in.c. noli.& in.c.ego solus.di.9. Quoniam vt gl. inquit in.c.noli. Augu.loquitur secũdùm illa tẽpora,cùm adhuc scriptura Aug.& aliorũ sanctorum patrum nõ erat authẽtica, sed hodie iubẽtur omnia teneri vsq; ad vltimum iota.vt di. 15.c.vlt.¶Septimum genus catholicarum veritatum est earum,quæ ex.4.5.&. 6. genere catholicarum veritatum cõsequẽtia necessaria & formali inferri possunt.Necessaria& formalicõsequẽtia dicimus:quia si aliquid solùm probabili cõsequẽtia inferretur, nõ diceretur propriè veritas catholica,sed probabilis tãtũ. ¶Octauum genus distingui potest earum veritatum,quæ etsi absolute catholicæ nõ sunt, sunt nihilominus catholicã veritatẽ sapiẽtes, sunt enim catholicis veritatibus propinquæ. Vnde veritas sapiens catholicã veritatẽ potest sic definiri. Veritas sapiens catholicã veritatẽ siue fidem ex cõsequenti est illa,quæ adiunẽta sibi aliqua alia veritate ad fidẽ nõ pertinente, sed nihilominus quæ rationabiliter negari nõ potest,fiet veritas catholica . Exempli gratia: quia nunc in apostolica dignitate sedet magister Thomas de Sarzana.Ista,Thomas de Sarzana est papa : est propositio sapiens veritatem catholicã.Patet, quoniã adiuncta sibi illa veritate,quę negari nõ potest,videlicet, q̃ fuerit ritè & canonicè electus,vtputa à toto dño rum cardinalium collegio, vel duabus partibus,efficitur veritas catholica dicenda,Magister Thomas de Sarzana ritè canonicè electꝰ & in papã ab vniuersali ecclesia susceptus est verus papa. Ista propositio est catholica ex determinatione vniuersalis ecclesiæ.vt in.c.in nomine dñi.Item in epistola decretali Martini de cõcilio Cõstantien. Inter credenda cuilibet fideli ponitur,q̃ papa canonicè electꝰ,qui pro tempore fuerit eius nomine proprio expresso,sit successor beati Petri habens authoritatem supremam in ecclesia Dei.Ex prefatis facilè est intelligere veritates omnes non esse eiusdem maneriei, sed diuersorum generum, aut graduum. Quędã enim,vt visum est, sunt catholicæ. Quædã catholicã veritatem sapientes.Et quædam probabiles tãtùm.Quædã piè credibiles.Quædam impertinentes.

Septimum.

Octauum.

¶De multiplici specie hæresum. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Hæresum diuersa genera & species describuntur.*

EX his,quæ parum antè de multiplicitate generum, siue graduum catholicarum veritatum exposuimꝰ, perfacilè erit intelligere hæresim, quæ catholicæ veritati contrariatur, sub se etiã multa genera siue species cõtinere. Cumque iuxta Arist.sententiam : quot modis dicitur vnum oppositorum, tot modis dicatur & reliquum.rectiùs species hæresum non poterunt describi, quàm iuxta species catholicarum veritatum,quibus opponuntur.¶Dicamus ergo,quòd prima species hæresum est earum assertionum falsarum, quæ veritatibus catholicis primi generis in proprijs terminis contradicunt : videlicet veritatibus sub propria forma in sacra scriptura cõtentis. In quo genere sunt istæ assertiones : videlicet, quòd in principio non erat verbum : aut quòd non omnia per ipsum facta sunt : siue quòd verbum non sit caro factum, quæ in proprijs terminis cõtradicunt veritatibus cõtentis formaliter in euãgelio sancti Iohannis.¶Secunda species hæresum est earum assertionũ falsarum,quę repugnãt veritatibꝰ secundi generis catholicarum veritatum:videlicet, quę ex solis cõtentis in sacra scriptura cõsequentia necessa- 1

ria & formalia inferuntur.In quo genere hæresum sunt istæ, videlicet, angeli non habent esse à Deo:aut,quòd Christus nõ habuit intellectum passibilem aut agentem. Quorũ oppositа manifestè cõsequentia necessaria inferuntur ex cõtentis in sacra scriptura.¶Tertia species hæresum potest distingui earũ assertionũ,quæ contrariantur veritatibus tertij modi catholicarum veritatum:videlicet quas apostolorum traditione,siue reuelatione vniuersalis ecclesia credit,& obseruat.Hoc genere est hæretica ista:q̃ cruce fideles nã debeant insigniri,aut quòd vsus signi crucis nõ debeat esse in ecclesia . ¶Quarta species hæresum est earum falsarum assertionum, quæ veritatibus quarti modi catholicarum veritatum contradicunt : videlicet diffinitis & determinatis iudicio vniuersalis ecclesiæ in concilijs vniuersalibus.¶Quinta species hæresum est earum falsarum assertionũ, quæ veritatibus quinti modi veritatum catholicarum contrariantur: videlicet determinatis & diffinitis apostolicę sedis iudicio . ¶Sexta species hæresum est earũ falsarũ assertionũ, quæ veritatibꝰ sexti modi catholicarũ veritatum contradicũt,scilicet doctrinis sanctorum patrum ab ecclesia vniuersali approbatorum in his quæ de recta fide & condemnatione hæreticorum exposuerunt. ¶Septima species hæresum est earum falsarũ assertionum,quę veritatibus septimi modi catholicarum veritatum contradicunt, scilicet veritatibus quæ ex quarto quinto & sexto genere catholicarum veritatum necessaria& formali consequentia inferuntur. ¶Præter autẽ has species hæresum distinguitur quædã species falsæ assertionis:videlicet assertionũ,quæ etsi absolutè hæreticæ non sint,sunt tamẽ hæresim sapientes,quia hęresi propinquę:qualis est quæ asserit dogma peruersum , ex quo cũ notorio vero quod negari non potest , sequitur hæresis propriè dicta. Verbi gratia : ista propositio.omnis homo existens romę est in peccato mortali : potest dici sapere hæresim: quia ex ea cum aliquo vero coassũpto,videlicet,quòd infans nouiter baptizatus est Romæ, sequitur quòd infans nouiter baptizatus Romæ sit in peccato mortali:quod est hæreticum.Nam in baptismo omnis homo siue parulus siue magnus moritur peccato . vt testat Aug.in enchiridion.& habetur de cõs.di.4.c. A paruulo.vbi inquit.A paruulo recenter nato vsq; ad decrepitum senẽ sicut nullus prohibendus est à baptismo:ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo.&c. Item in.c. Regenerante.eadem dist.idem dicit.

¶De multiplici genere damnabilium propositionũ. Cap.XI.

SVMMARIVM.

1 *Propositionum damnabiliũ genera recensentur.*

SVperiùs iã dictis ritè intellectis,apparet q̃ nõ vnũ, sed multiplex sit genus dãnabiliũ propositionũ.Est enim propositio temeraria:est propositio erronea : est propositio iniuriosa : est propositio malè sonãs,siue scãdalosa,aut piarũ auriũ offensiua:est propositio seditiosa:est propositio hęretica:est propositio hęresim sapiẽs. ¶Propositio eñ temeraria est, ꝓpositio asserẽs aliquid tãquã certũ,quod nõ potest efficaciter probari ratione vel authoritate:sicut propositio asserẽs q̃ mũdus finietur infra cẽtũ vel ducẽtos annos.hęc aũt licèt posset esse vera,tñ hoc asserẽs tanquã certũ dicitur temeraria:quia ad hoc nec authoritas,nec ratio efficax habetur.¶Propositio erronea dicit propositio asserẽs aliquid,quod est falsum . vnde Aug.lib.de Academicis.dicit.Error est falsi ꝓ vero approbatio.¶Propositio verò iniuriosa est quæ detrahit statui alicui fideliũ,aut alicui notabili personæ. ¶Propositio scãdalosa,aut malè sonãs,siue piarũ auriũ offensiua , dicitur propositio,quę occasionẽ ruinæ præberet auditoribus.Vt propositiones multæ , quę licèt cũ modificatione adiũcta sint veræ, per setũ, & absolutè sine modificatione prolatę videntur fauere propositionibus hęreticalibus:vt si quis assereret simpliciter patrẽ maiorẽ filio: & Deũ in incarnatione factũ creaturã:& similes,quę iuxta doctores magis sunt exponẽdę, q̃ extẽdẽdæ. ¶Propositio seditiosa dicitur assertio,quę diuisionẽ,&schisma induceret in populo,vt est propositio illa, q̃ malo ꝑlato , aut principi nõ est obediẽdũ,& huiusmodi.¶Propositio aũt hęretica,aut hęresim sapiẽs quę sit, superiùs in.c.prędẽti explicauimꝰ. Est autẽ hic aduertendũ,q̃ ista ꝓpositionũ genera nõ ita distinguunt,quin quãdoq; simul multa eorũ in vnã propositionẽ cõcurrant.erit eñ vna eadẽ quãdoq; ꝓpositio& temeraria,erronea, iniuriosa,male sonans,& piarum auriũ offensiua,& etiã hæretica,vt manifestum est.

¶De varijs modis,quibꝰ quis dicitur hęreticus. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quibus modis quis dicitur.*

Exposi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXposito quid sit hæresis,& quę species eius:reliquum est videre quis sit hæreticus censendus. Pro quo imprimis notandum est, quòd vt tam ex gl.in cap.illi.§.quoniam.24.q. 3. q̃ ex alijs doctorum sententijs multis, varijs modis dicitur hæreticus. Glossa præfata ponit nouē modos,& ex alijs colliguntur tres: & ita possumus assignare duodecim modos,quibus dicatur hæreticus. ¶ Vno modo dicitur hæreticus quicunque est dubius in fide. extra de hæreti.cap.dubius.De fide enim nullus dubitare habet, sed firmiter tenere ea quæ sibi credenda proponuntur.extra de sum. tri .& fide ca. in prin.firmiter credimus. &c. Et in symbolo Athanasij.Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit,saluus esse nō poterit.Nam vt dicit Bernar. fides ambiguum non habet:& si habet, fides non est. Hoc tantùm intelligendum est de dubitante, qui determinatè, & animo deliberato in dubietate persistit, ęqualiter se habens ad vtranque partem contradictionis:secùs de illo, qui tentatur de fide cum dolore cordis & anxietate.¶ Secundo modo dicitur hęreticus omnis simoniacus.1.q.1. quisquis. vbi dicit Grego. Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc ꝙ sit hæreticus promouetur.¶ Tertio modo dicitur hęreticus omnis præscisus ab ecclesia secundùm ꝙ excommunicatus dicitur hęreticꝰ. 4.q.1.ꝙ autem.vbi super illud. Hęreticos autem inquiūt dicimus tam eos,qui olim ab ecclesia præscisi sunt, quàm qui pòst à nobis anathematizati sunt. dicit gloss. nota quòd omnis excōmunicatus dicitur hęreticus. vt infrà.vigesimatertia.quæstione quarta.ipsa pietas.¶ Quarto modo dicitur hęreticus,qui sentit contra sacram scripturam, siue contra ea, quæ necessaria,& formali consequentia ex ea eliciuntur, siue qui scripturam sanctam malè interpretatur. 24. quęstio. 3. capit. Hęresis. vbi beatus Hiero.ita loquitur. Quicunque sacram scripturam aliter intelligit,q̃ sensus spiritussancti efflagitat, à quo scripta est, licèt ab ecclesia non recesserit, tamē hæreticus appellari potest.¶ Quinto modo dicitur hæreticus, qui nouam opinionem inuenit,vel inuentam sequitur:inuenit vt hæresiarcha, puta Arrius & Sabellius. Sequitur:vt qui hęresiarchā imitatur velut Arriani & Sabelliani. 24. q.3.cap. Hæreticus.vbi dicit Augu. Hęreticus est, qui alicuius temporalis cōmodi, maximè gloriæ, principatusque sui gratia falsas, atque nouas opiniones vel gignit,vel sequit. ¶ Sexto modo dicitur hęreticus,qui romanę ecclesię priuilegia ab ipso summo ecclesiarum tradita auferre conatur.di.22.ca.omnes.¶ Septimo modo dicitur hęreticus, qui prędicta sedis apostolicę pertinaciter transgreditur. 19. di. cap. nulli.Quod vt dicit Iohan.in glo.intelligas: si dicat romanam ecclesiam non esse caput, nec posse cōdere canones:aliàs nō est hæreticus,licèt peccet.extra.de rescrip. si quem. ¶ Octauò largè dicitur hæreticus, qui nō tenet articulos fidei:& secundùm hoc Iudæi & gentiles sunt hæretici.¶ Nonò dicitur hęreticus, qui aliter sentit de articulis fidei,quàm romana ecclesia. 24.q.1.hæc est fides.Hi nouem modi sunt iuxta glo.superiùs assignatam. ¶ Possumus decimo loco dicere,ꝙ hęreticus sit,qui de ecclesiasticis sacramentis aliter sentit,& docere prę sumit,quàm sacrosancta romana ecclesia prædicat.vt notat Ber.in cap.ad abolēdam.extra. de hæreti. & Hostien. ¶ Vndecimò dicitur quis hæreticus,qui non recipit.4.concilia generalia. de quibus in capit. sicut sancti.di.15. ¶ Duodecimò in summa & generaliter dicitur hęreticus, qui aduersus quodcūque genus veritatis catholicę suprà expositæ opinionē suam peruersam atque prauam pertinaciter defendit.vt in cap.vbi in ecclesia.24.q.3.& est beati Aug.contra Manichæos.

¶Quis propriè dicendus sit hæreticus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis propriè sit dicendus.*

ASsignata varietate modorū, quibꝰ in generali dicitur quis hæreticus: nūc videndum est per definitionem quis propriè censendus veniat hæreticus. Et consideratis multis, quæ ad esse propriè hæreticum per doctores assignantur,possumus sic propriè hæreticum describere.Hæreticus est,qui post susceptam religionem christianam Christi fidem in generali profitens,aliquam,vel aliquas in speciali opinionem contrariam catholicæ veritati, pertinaciter tenet vel sequitur.Quæ definitio quo ad singulas eius partes,in quibus designātur quæ requirantur ad hoc quòd quis propriè hæreticus censeatur,sic declaratur. ¶ Dicitur autem in prima particula. Qui post susceptam religionem christianā. Ad hoc enim quòd *Definitio hæretici.* 1

ꝙ quis propriè cēseatur hæreticus,necessariò requiritur,ꝙ primò christianā religionem sit professus.Nā si errans in fide nūquā suscepisset per baptismum christianā religionem, nō diceretur propriè hæreticus,sed simpliciter in fidelis,aut paganus,Saracenus,aut Iudæus: & tales foris sunt, de quibus nihil ad nos iudicare. 1.Cor.5. ¶ Dicitur autem in secūda particula:Christi fidē profitens in generali.Quia vt dicit sanctus Tho.in.2.2.q.11.arti. 1.hæresis pertinet ad eos,qui fidē Christi profitētur,sed eius dogmata corrūpunt. Vnde qui sic à fide Christi recedit, ꝙ nihil de ea credit, & omnimodè à Christi nomine & eius veritate recedit, propriè non est hæreticus, sed apostata: quasi omnino recedens à cōsortio Christianorū:vnde tales, qui nihil tenent de Christi doctrina, nec gaudent,nec volūt esse sub nomine christiano,propriè hęretici nō sunt. quia vt dicit Gre.8.lib.moraliū.c.25. Ore cur eosdē patres quos nos veneramur,laudāt:sed intellectu deprauato ipsi nos eorū laudibus impugnāt?Hęreticus ergo aliquid tenet de fide & nomine christiano,sub quo impugnat fidei veritatē. Vnde Aug.18.de ciui.Dei.c.5.dicit. Diabolꝰ nouit hęreticos, q sub nomine christiano doctrinę resistūt christianę. ¶ Sequit tertia particula.Erronea opinionē aliquā in speciali.Hoc planè requiritur ad hoc ꝙ quis propriè cēseatur hæreticus: ꝙ erroneā opinionē habeat in intellectu,ita ꝙ malè sentiat de veritate. Vnde Aug.lib.de vtilitate credendi.& habetur in.c. Hæreticus.24.q.3.Hæreticus est,qui falsas,ac nouas opiniones vel gignit,vel sequitur. Et ratio huius est:quia hęresis est species infidelitatis.Infidelitas autem, vt suprà explanauimus, est in intellectu subiectiuè:& ita videtur, ꝙ hęresis,quæ est eius species, per necessitatē supponat errorem in intellectu. Ex quo sequitur correlariè, ꝙ factū sine errore in intellectu nō facit propriè hæreticum: vtputa si aliquis fornicatur,vel mœchatur,licèt agat cōtra veritatē,quæ dicit nō mœchandū,nō tamen ex hoc est hæreticus,nisi crederet,aut opinaretur esse licitū mœchari.Et ratio huius est:quia quādo cūq; aliqua necessariò requirūtur ad cōstitutionē alicuius, altero deficiente, impossibile est illud esse:qa da oppositū,videlicet ꝙ sine illo esse posset:nā nō requireret necessariò ad cōstitutionē illiꝰ. Sed vt ꝓbatū est ad hoc ꝙ aliquis propriè dicatur hæreticus,requiritur necessariò error in intellectu.Ergo nullū factum absolutè accipiendo sine errore in intellectu facit hæreticum. ¶ Sequitur quarta particula definitionis. Cōtraria catholicæ veritati.Hoc planè necessariò requiritur ad hoc quòd quis propriè hæreticus veniat nominandus: quòd opinionem habeat contrariam repugnantem catholicæ veritati:& hoc siue formaliter, siue incomposibiliter cōtrarietur: prout superiùs de multiplici genere catholicę veritatis loquētes explicauimus.In alijs autem,ęq ad fidem non pertinent,nec ad bonos mores, nec concernunt ea, quæ necessaria sunt ad vitæ æternæ consecutionem,vtputa quòd sol sit maior tota terra:vel, quòd circulus possit quadrari: aut piper in tot gradibus sit calidum:&huiusmodi errare non est periculum. Vnde Augu. 3.lib.de libe.ar.Si quid de creatura aliter q̃ se habeat sensérimus, non magnum periculum est.Item idem Aug.in enchiridion. ca. 13. In quibus autem rebus nihil interest ad capessendum regnum,vtrùm credantur an non,vel vtrùm vera sint siue putentur,an falsa:in his errare,id est aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum:aut si est,minimū, aut leuissimum.hæc Augu. Hæreticum ergo non facit quicunq; error, vel quæcūq; peruersa opinio:sed quæ catholicæ veritati formaliter, aut incomposibiliter repugnat. Quid autem vocemus veritatem catholicā,superiùs in.c.8. huius quarti libri explicauimus. ¶ Sequitur quinta particula.Pertinaciter tenet,vel sequitur.Hoc profectò maximè requiritur ad hoc, quòd aliquis veniat censendus propriè hęreticus:videlicet,quòd errorem, siue erroneam opinionem,quā contra veritatem autinuenit, aut sequitur,pertinaciter,siue obstinata mente teneat & sequatur.Hęresis enim secundùm Hiero. super epistolam ad Gal. & habetur in ca.hæresis.24.q.3.ab electione dicitur: quòd scilicet eā vnusquisq; eligat disciplinā,quā putat meliorem.Electio autem habet firmam ad hęsionem.Et ideo vt dicit S.Tho.super.2. epistolā ad Cor.11.c.hęreticus dicitur, qui spernens disciplinā fidei, quæ diuinitùs traditur, pertinaciter propriū errorem sectatur.Et ideo secūdùm Aug.nō qui falsas opiniones gignūt tantùm,sed qui eas pertinaciter defendūt hęretici sunt cēsendi.Si enim aliquis malè sentiret & nō pertinaci malitia,sed ignorātia, paratus semper corrigi,si id quod sentit,falsum sibi ostenderetur esse contra fidem,aut determinationem ecclesiæ sanctæ Dei,non esset hæreticus.Quia vt dicit August.in de vera religione cap.7.error tandiu potest tolerari, donec accusetur,vel defendatur ab errante.Dicit enim sic. Tandiu error cuiuslibet sustinetur,donec accusatorem inueniat, aut prauam opinionē pertinaci animositate defendat.Et in epistola ad Glo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Glorium & Eleusium dicit Augu.& habetur in.c.dixit apostolus.24.q.3.Qui sententiã suam quanuis falsam & peruersam non pertinaci animositate defendunt,præsertim quam non audacia præsumptionis suæ pepererint, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt,quærunt autem cauta solicitudine veritatẽ, corrigi parati cùm inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos computandi.Item hoc Augu.contra Manichæos, vt in cap.qui in ecclesia.24.q. 3. cõfirmat ita dicẽs. Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid pra uumque sapiunt:si correcti vt sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter, suaq; pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt,sed defensare persistũt,hæretici sunt.Hæc autem descriptio hæretici posita & exposita videtur omnino cõuenire cum illa, quam sanctus Tho.ponit in.4.di.13.ita dicẽs.Secundũ nos hæreticus dicitur, qui à Christi fide, quæ catholica dicitur,discedit,contrariæ opinioni vehementer inhærens per electionem. Et illi, quam Bonauen.ponit in eodem loco di. Hæreticus est,qui diuinæ legis ignorantia, vel cõtemptu pertinax inuentor erroris, aut alieni sectator catholicæ veritati mauult aduersari, quàm subijci. Quam definitionem confirmat ex illo Aug.quod habetur.24.q.3.qui sententiam suam.&c.suprà est positum.

¶In quo obijcitur contra descriptionem hæretici iã positam. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici definitio octo obiectionibus impugnatur.*

PRo ampliori illustratione veritatis mouebimus aliquas obiectiones contra prædictam descriptionem. ¶Et arguitur primò contra particulam primã, in qua dicitur. Qui post susceptam religionem christianam. in quo videtur innui requiri ad esse hæreticum, vt primò fuerit christianæ religioni per susceptionem baptismatis incorporatus. Cõtra quod arguitur primò sic.Sicut hæreses & sectæ in christianis sunt,ita etiam fuerunt in pharisæis & Iudæis, sicut Isido.dicit lib.etymo.ergo de ratione hæresis non videtur esse, quòd primò susceperit religionem christianã. ¶Secundò sic. Omnis qui non tenet articulos fidei,est hæreticus, vt habet glo. 24. q. 3. §. quia verò.sed multi qui nunquam susceperunt religionem christianã, vt Gentiles,Pagani,Iudæi,& Saraceni,non tenẽt articulos fidei,imò contrarias assertiones illis:ergo ad hoc q̃ quis hæreticus sit dicẽdus, non requiritur quòd primò fuerit in religione christiana. ¶Tertiò contra particulam secundã,in qua dicitur. Christi fidẽ profitens. in generali sic.Nõ videt possibile, q̃ qs Christi fidẽ in generali profiteat,& neget,aut dubitet de aliquo particulari articulo ad fidẽ Christi pertinente, quòd sit verus.sicut nemo vtẽs ratione profitetur quòd omnis homo currit, & neget fortẽ currere.ergo videtur quòd particula ista nõ sit bene posita.¶Quartò sic contra eandem.Qui discredit vnum articulum fidei,de nullo articulo fidei potest habere fidẽ, etiam informem.Patet: quoniam sicut peccatum mortale opponitur charitati,ita fidei discredere vnum articulũ fidei: sed charitas non remanet in homine post vnum peccatũ mortale,ergo nec fides postquam discredit vnum articulum fidei:ergo sequitur,q̃ non sit possibile,quòd aliquis fidem Christi profiteatur,& discredat in aliquo articulo ad fidem pertinẽte.¶Quintò arguitur cõtra particulam illam, vbi dicitur.Opinionem contrariam catholicę veritati,sic.Augu.definiens hęreticum,vt habetur in.c.hæreticus.24.q.3.dicit sic. Hæreticus est,qui alicuius temporalis commodi maximè gloriæ principatusq; sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. Ex quibus verbis innuũtur duo esse de ratione hęretici.Primuũ est,q̃ alicuius temporalis cõmodi,& maximè glorię principatusq; gratia moueatur.Secũdũ est,q̃ nouas opiniones gignat vel sequatur.Sed ista duo nõ sunt communia omnibus,qui habent opinionem contrariam catholicæ veritati:cùm multi nec gratia commodi temporalis ad hoc moueãtur : multi insuper non nouas , sed antiquas opiniones sequantur.ergo vel definitio data est malè posita,vel Augustini.¶Sextò sic.Multi possunt tenere opiniones contrarias catholicæ veritati,qui tamen non sunt hæretici dicendi. ergo descriptio non est bene posita.Consequentia est bona. Antecedẽs probatur de multis, quæ continentur in sacra scriptura, quæ tamẽ non omnes credere tenentur explicitè. sicut quòd Abraham habuit duos filios:aut quòd Dauid fuerit filius Isai:aut Esau fuerit homo pilosus, & similia. Opposita autem talium credere nõ facit aliquem esse hæreticum,vt videtur.Item argu-

Argumentũ primum. 1

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

arguitur etiã de multis opinionibus inter doctores , quæ non sunt adhuc diffinitæ per ecclesiam vniuersãlem , & tamen nihilominus tangunt materiam fidei. ¶Septimò sic.Simoniaci dicuntur hæretici.vt in.c.quisquis. 1.q.1 & tamen non habẽt opinionem contrariam catholicæ veritati.ergo.&c.¶Octauò arguitur contra particulam illã de pertinacia , vbi dicit.Pertinaciter.&c.Arguitur primò sic, q̃ particula illa sit superflue posita. Innocẽtius 3.extra de verbo.sig.scribens comiti Tholosano ait.Tua deuotio postulauit à nobis,qui sint dicendi hæretici manifesti.Super quotibi duximus respondendum illos intelligendos manifestos hæreticos esse , qui contra fidem catholicam publicè disputant,atq; profitentur seu defendunt errorem: vel qui corã prælatis suis cõuicti sunt,vel confessi, vel ab eis sentẽtialiter damnati super hæretica pravitate.In quib⁹ verbis de pertinacia nulla fit mentio.Quicunq; ergo contra fidem catholicam licèt non pertinaciter erret, hæreticus videtur esse cẽsendus.Idẽ arguitur ex multis alijs locis, sicut ex illo Hier.Hæc est fides.24 q.1.& ex.c.quicunque.ibidem.Item ex cap. hæresis.& ex cap.hæreticus.24.q.3.vbi nulla mẽtio fit de pertinacia.ergo videtur,quòd pertinacia non pertineat ad definitionem hæretici.

Septimum.

Octauum.

¶In quo respondetur obiectionibus præmissis. Cap.XV.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones factæ aduersus definitionem hæretici diluuntur.*

HIs autem respondere perfacile est,si quis iam per nos in expositione descriptiõis propriæ hæretici notata memorari voluerit, & quæ magister Alexãder Alis in. 2. suo super sententias ponit.Dicit enim,quòd nomen hæretici, aliquando sumitur communiter,aliquando propriè, aliquando proprijssimè.Communiter,cùm dicitur,quòd hæreticus potest dici , quicunque scripturam sanctam aliter intelligit , quàm spiritus sanctus efflagitat,iuxta Hiero.in cap. hæreses. 24.q. 3.Proprie autẽ hæreticus dicit, quicũq; alicuius tẽporalis commodi,& maximè glorię principatusque sui gratia falsas, ac nouas opiniones gignit,vel sequitur:vt definit Aug. in ca. hæreticus.24.q.3. Proprijssimè autem dicitur hæreticus,cùm superadditur ipsa pertinacia in defendendo falsitatem, vel impugnando veritatem. Quo habito,respondendũ est ad singulas obiectiones.¶Ad primam cùm arguitur,quòd sectæ & hęreses fuerunt etiã in Iudæis.&c.respondetur negando cõsequentiam. Dicimus enim, quòd licèt de ratione hæretici communiter dicti , prout videlicet hæreticus dicitur sicut in primo cap. diximus omnis,qui ab aliorum communi disciplina diuisus propriam opinionem siue sectam constituit,non sit vt Christianam religionem susceperit,sed solùm quòd priùs fuerit aut Iudęus,aut Pharisæus,est tamen de ratione hæretici in Christianis. Nam,vt suprà dictum est,dicit sanctus Thom.ad hoc quòd quis propriè cẽsendus sit hæreticus, oportet quòd priùs Christianam religionem susceperit.¶Ad secũdam cùm arguitur. Omnis qui non tenet fidei articulos. &c.respondetur,q̃ assumptum est verum, loquendo de hæretico largo modo sumpto, sicut in cap.12.non autem de hæretico siue propriè siue proprijssimè dicto , de quo noster sermo est . ¶Ad tertiam cùm arguitur,quòd non videtur possibile.&c. respondetur negando hoc assumptum:quoniam stant simul,quòd aliquis credat fidem Christianam absolutè esse veram, & nihilominus aliquid,quod pertinet ad fidem Christianam, quod tamen ipse non credat ad ipsam pertinere,teneat esse falsum.Sicut etiam patet in exẽplo proposito : si quis negaret sortem esse hominem . ¶Ad quartã cùm arguitur. Qui discreditvnum articulum fidei.respondetur,quòd licèt qui discredit vnũ articulum fidei non habeat de alijs articulis fidẽ, habet tamẽ opinionem quandã secũdùm propriã voluntatem, vt dicit S.Tho.in 2.2.q.51.ar.3. Et hoc modo loquendo intelligitur id quod dictũ est in particula illa definitionis, q̃ Christi fidem sit profitens in generali:nõ quidẽ per fidei habitũ,quia hoc nõ posset stare cũ pertinaci errore alicuius articuli,sed q̃ aliquo modo teneat, scilicet iudicio proprię volũtatis,& hoc est bene possibile.¶Ad quintã rationẽ cùm arguitur de definitione beati Aug . respõdetur negãdo cõsequentiã. Dicimus enim,q̃ vtraq; definitio sit bene posita.Et cùm arguitur primò,q̃ multi sunt,qui habẽt opinionẽ contrariã catholicę fidei,qui nullius cõmoditatis tẽporalis gratia mouent. Respõdetur primò iuxta magistrũ Alexandrũ de Alis in secundo. q̃ Aug.non

Ad.1. arg.

Ad secũdũ.

Ad tertium

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponit id quasi essentiale sit hæretico, sed ponit id, quod frequẽtiùs accidit. Frequẽter enim accidit, quod hæretici hoc faciũt istis de causis. Iuxta tamẽ sanctũ Tho. in.4.dist. 13. ita respondetur, quòd illi qui hæresim cõfingũt de nouo, cõstat ꝙ aliquod cõmodũ expectant, saltẽ principatũ. volũt enim habere sequaces. hoc etiã in omnibus ex superbia procedit, quæ est amor propriæ excellentiæ, ꝙ à cõmuni via discedunt, aut leuitate, aut peruersitate. Ad id verò quod dicitur. Non oẽs sequũtur nouas opiniones. respondetur iuxta S. Tho. vbi suprà, ꝙ omnis opinio, quę nõ habet initiũ à doctrina Christi, quę est fundamentum, noua reputatur, quantuncunq; secundùm tẽpus sit antiqua. Vel dicendum, ꝙ Augu. loquitur quantũ ad primos hæresum
Ad sextum. inuentores. ¶ Ad sextam respõdetur, ꝙ descriptio illa intelligitur de opinione, quã manifestè cõstat contrariari catholicæ veritati: licèt aũt oẽs veritates cõtentæ in sacra scriptura, tã illæ, quas oẽs fideles explicitè credere tenẽtur, ꝙ aliæ plurimæ, quas nõ oẽs fideles credere tenẽtur sint veritates catholicæ, nõ tamen est notum omnibus oẽs illas esse veritates catholicas, nec hoc scire tenẽtur, propter ea, quæ ad articulos fidei pertinent, sed tantũ tunc, cùm ostẽditur eas in sacra scriptura cõtineri. Dicimus ergo, quòd omnes, qui tenẽt pertinaciter aliquid, quod eis constat contrarium esse dictis sacræ scripturæ, quodcunq; sit illud, sunt hæretici dicendi. Secus autẽ est cùm quis sine pertinacia tenet contrariũ huius, quod in sacra scriptura cõtinetur de numero eorũ, quę explicitè credere nõ tenẽi, ne sciens quòd oppositũ eius, quod tenet, in sacra scriptura contineatur, sicut infrà plenius enucleabimus. Quod verò arguebatur de opinionibus, quod nondũ per ecclesiam sunt diffinitæ, non est ad propositum: quia in illo
Ad septimũ casu, nescitur quæ sit catholica veritas. ¶ Ad septimam cùm arguitur de simonia cis: respõdetur iuxta S. Tho. vbi suprà, ꝙ simoniaci nõ dicũtur verè hæretici, sed per similitudinem quãdam: quia sicut hæreticus contra fidem sentit, ita simoniacus operatur, ac si contra fidẽ sentiret, dum pretio vult sacra adipisci, vel dare, ac si æstimaret douũ spiritus sancti pecunia possideri. ¶ Ad octauã cùm arguitur,
Ad octauũ. ꝙ particula, de pertinacia, sit superflue posita: respondetur ꝙ hoc sit falsum. Et cùm arguitur, ꝙ in definitionibus assignatis per sanctos patres non fit aliqua mentio de pertinacia: respondetur dupliciter. Primò iuxta distinctionẽ superiùs positã magistri Alexãdri, videlicet ꝙ in illis definitionibus nõ est desinitũ nomen hæretici proprijssimè, vt nũc loquimur, sed cõiter aut propriè, vt distinguitur contra proprijssimè. Secundò respondetur, & melius, ꝙ licèt in definitionibus præfatis non expresse ponatur pertinacia, intelligit tñ, cùm sit de essentia eius, vt suprà satis apertè ex authoritatib⁹ bãti Aug. ostẽdim⁹.

¶ Quid sit pertinacia, & de viginti modis, quib⁹ aliquis præsumitur pertinaciter errare cõtra fidem. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Pertinacia ꝙd sit. Et quomodo viginti modis præsumatur aliquis ptinaciter errare cõtra fidẽ ostẽdit.*

QVoniã ptinacia in errore, vt dixi mus, est quę maximè cõstituit alĩ quẽ hæreticũ: vtile duximus describere quid sit ptinacia, & assignare modos, per quos debeãt catholici aliquẽ cõtra fidẽ errãtẽ tãq pertinacẽ habere: & quõ de ptinacia in iudicio possit qs cõuinci. ¶ Circa primũ notãdũ, ꝙ vt S. Th. deducit in 2.2.q.138.ar.2. declarãs qualiter ptinacia & mollicies contrarientur perseuerantię. Pertinax vt dicit Isidor. libr. etymo. dicitur qui est impudenter tenens, quasi per omnia tenax. Et hic idem dicitur pertinax, eo quòd in proposito suo ad victoriam perseuerat. Antiqui enim dicebãt naciã, quã nos victoriã. Et hos philosoph⁹ vocat. 7. ethi. isichyronomones. i. fortis sniæ. vel idionomones. i. ꝓpriæ sniæ: quia. s. perseuerãt in ꝓpria sentẽtia plusquã oportet: mollis aũt min⁹ ꝙ oportet. Vnde patet, ꝙ pseuerãs laudat, sicut in medio existẽs: ptinax aũt vituperat, sicut secũdũ excessum medij: mollis aũt secũdũ defectũ. hæc S. Tho. Ex quib⁹ primò habetur, ꝙ ptinacia semp est vitiũ, & in malo sumit. Vnde Tul. in sua rhetorica dicit, ꝙ ita se habet ptinacia ad pseuerantiã, sicut superstitio ad religionẽ. Et Papias etiã assignãs differẽtiã inter pseuerãtiã & pertinaciã dicit, ꝙ perseuerãtia in virtute est: pertinacia verò in vitio. Secũdò habẽt, ꝙ pertinacia posset sic describi in ꝓposito nro. Pertinacia est impudẽs psistẽtia in ꝓprio errore. Alij verò definiũt ptinacẽ sic. Pertinax est, ꝙ persistit in eo, qđ de necessitate debet dimittere, videlicet in errore, vel dubitatione. Circa secũdũ notãdũ, ꝙ modi pluresponũtur ab aliquibus doctoribus, & ab Ockam in dialogo suo. ¶ Primus aũt modus, quo quispotest de per-

de pertinacia cõprehendi est: si facto, vel verbo monstrat se non firmiter credere fidem Christianam esse veram & sanam: putà si dixerit fidem Christianam esse falsam vel dubiam: vel ad sectam aliam, puta Iudæorũ, vel Saracenorum se conuertat: de tali enim licet cuilibet iudicare ꝙ pertinaciter errat. ¶ Secundus modus conuincendi aliquem de pertinacia in errore circa fidem est: si quis dicit aliquam partem noui aut veteris testamenti falsum aliquid asserere, vel non recipiendam esse: talis enim quicunque sit, est pertinax hęreticus iudicandus: nisi fortè fuerit adeò simplex, ꝙ nesciat quid per nouum & vetus testamentum importetur, & seductus ab alijs, dicat nouum, vel vetus testamentum, vel aliquam partem recipi non debere: firmiter tamen credens totam fidem ecclesiæ esse recipiendam. ¶ Tertius modus conuincendi de pertinacia est: si quis credit, aut teneat vniuersalẽ ecclesiã errare, vel errasse. ¶ Quartus modus conuincendi est: si quis Christianus capax rationis negat quancunque veritatẽ catholicam, quæ apud omnes catholicos fideles, cũ quibus conuersatus est, tanquam catholica diuulgatur, & à prædicantibus verbũ Dei publicè prędicatur: sicut de ista, Christus fuit crucifixus. & de similib⁹. ¶ Quintus modus conuincendi de pertinacia est: cùm quis negat aliquã assertionem, quam scit in scriptura diuina vel determinatione ecclesiæ contineri. ¶ Sextus modus conuincendi errãtes de pertinacia est: cùm quis scienter negat doctrinam sanctorũ. ¶ Septimus modus cõuincẽdi de pertinacia est: cùm quis correctus legitimè ostenso sibi, quòd error suus catholicę obuiat veritati, se non corrigit, nec emendat, suam videlicet hæresim reuocando. Hoc ex verbis Aug. in cap. Qui in ecclesia. 24.q.3. apertè colligitur. ¶ Octauus modus errantẽ de pertinacia cõuincendi est: si quis alios ad suum pertinaciter errorem defendendũ præceptis, comminationibus, pœnis, promissionibus, iuramẽtis, vel alio quouis modo arcta re molitur. Patet: quoniã si vt inquit Leo papa extra de hęre. ca. Qui alios. Qui alios, cùm potest ab errore nõ reuocat, seipsum errare denuntiat: multò magis qui compellit alios hæresim ptinaciter defensare, vel hæresi pertinaciter adhærere, est pertinax hæreticus iudicandus. ¶ Nonus modus conuincendi de pertinacia aliquem errantem est: si aliquam veritatem catholicam abiurare pœnis, minis vel præceptis, aut veritatem catholicam negare compellit. Patet ex præcedenti. ¶ Decimus modus conuincendi de pertinacia quẽpiam est: cùm quis abiurasse reperitur catholicam veritatem, vel iurat se quãcunq; assertionem, quæ est in rei veritate hæretica, tanquã catholicã in perpetuũ seruaturũ. ¶ Vndecimus modus conuincendi errantẽ de pertinacia est: si quis impedit veritatem catholicã defensantes, aut prauitatẽ hęreticã impugnãtes. ¶ Duodecimus modus conuincendi errãtem de pertinacia est: si errans cõtra fidẽ catholicam, correctioni, & emendationi illius, vel illorum, cuius, vel quorũ interest, subijcere se recusat. ¶ Terdecimus modus conuincẽdi est: si quis reprehensus à peritis de aliquo errore cõtra fidẽ, renuit de veritate informari. ¶ Decimusquartus modus cõuincẽdi est: si quis verbis, vel factis protestatur se assertionẽ suam, quæ est hæreticalis, minimè reuocaturũ. Patet: quia talis non est paratus corrigi, & per cõsequens pertinax est cẽsendus. ¶ Decimusquintus modus est: si quis in fauorẽ hęreticæ prauitatis prohibet legi scripturas catholicas, prædicari, vel publicari catholicas veritates. Patet: quia talis manifestus est defensor hęreticæ prauitatis, & catholicæ veritatis offensor. ¶ Decimussextus modus est, cùm quis in defensionẽ hæreticæ prauitatis nouos errores fingit, & defendit. Patet: quia talis nõ est paratus corrigi, nec quærit cauta sollicitudine veritatẽ. ergo pertinax est cẽsendus. ¶ Decimusseptimus modus conuincendi specialiter papã de ptinacia in hęretica prauitate est: si errorem diffinit solenniter, & à Christianis asserit tanquã catholicũ esse tenẽdum. Patet: quia talis arctãs alios ad errorem pertinaciter defendẽdũ, est pertinax reputãdus. ¶ Decimusoctauus modus est: cùm quis præfatę diffinitioni hæreticę prauitatis facto consentit, cõsulendo, cooperando, inducẽdo vel diffiniendũ esse taliter asserendo. Patet: quia facientes, & consentientes iuxta canones par pœna constringit. ¶ Decimusnonus modus conuincendi errantẽ aliquẽ pertinacem est: si quis inferior sum. pon. aliquam assertionem hæreticam per sententiã diffinitiuam determinet esse tenẽdam, iniungẽs alijs & imponens, ꝙ ipsam sentiãt, & reputẽt esse catholicam: quicunque enim tali determinationi cõsenserit, pertinax, & hæreticus videtur esse censendus: sicut patet ex præcedentibus. ¶ Vigesimus modus conuincendi errantem de pertinacia est: si quis protestatem habens, prauitati hæreticæ non resistit. Patet per illud Hiero. in. c. error. di. 83. Error cui nõ resistitur, approbatur. Qui autẽ errorẽ appro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat, videtur pertinax iudicandus: ergo qui errori nō resistit, cùm potest, pertinax est cē sendus. Itē Leo papa, & habet extra de hær. c. Qui alios. ait. Qui alios cū potest ab errore nō reuocat, seipsum errare demōstrat. & in. c. Faciētis. di. 86. dicit Io. papa. Faciētis procul dubiò culpā habet, qui quod potest corrigere, negligit emēdare. Præterea est circa hoc aduertendū, q̄ pertinacia nō est tantū iudicā da ex actu exteriori, vtputa q̄ solus reputetur pertinax, quiverbis, aut scriptis, aut factis cōtra catholicā veritatē resistit aliquo modorū iā expositorum: verū etiam videtur cōtumax cōtra apertā & prędicatam catholicam veritatē, qui in ecclesia latenter in errore diu persistit, vel vsq; ad mortē. Talis enim cùm nouerit talē errorem esse dānatum per ecclesiā, excusari non potest per ignorantiā, cùm magis per obstinatam malitiam persistere in errore videatur. Et ideo ecclesia tales quos reperit cōtra catholicā veritatem in errore vsq; ad mortē perseuerasse, tanquam hæreticos præsumit, iudicat, & punit.

¶ De auditoribus diuersorum magistrorum tenentium contrarias opiniones: an excusantur à peccato, opiniones eorū sequendo, etiam si sint contra veritatem catholicæ fidei.

Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Auditores diuersorum magistrorū tenentiū contrarias opiniones, an excusentur à peccato opiniones eorundem sequendo, etiam si sint contra ueritatem fidei, disquiritur.*

QVoniā non paruus scrupulus nascitur apud multorū animos, An doctoribus sentientibus cōtraria possit homo securè quācunq; illorū opinionē sequi. Ideo super hoc visum est nobis meritò aliquid esse dicendū. Quia aūt dicit Aug. lib. 2. de prędestinatione sanctorū. interest inquantū, & in quibus rebus erretur, & q̄ facilè se quisquā corrigat, vel quāta pertinacia suū defendere conetur errorem. ideo ad plenū respondendo quæstioni propositę multiplici opus est cōsideratione. ¶ Prima quidem cōsideratio est de materia, circa quā

Quinq; cōsiderationes notandæ.

est varietas opinionū inter doctores. Secūda de ipsorū doctorū opinantium conditionibus. Tertia de efficacia rationū & fundamentorū, quibus ipsi doctores astruūt suas varias opiniones. Quarta est de ipsorū auditorum qualitatib⁹. Quinta de modo adhęrendi audi torū varijs opinionib⁹ ipsorū doctorū. ¶ Primò ergo cōsideranda est materia circa quā est varietas opinionū inter doctores: q̄ vel est materia ad fidē, & ad bonos mores pertinens, vel non, sed est circa alias facultates, puta de geometricalib⁹, aut logicalibus, & similibus, circa quæ nihil eorū interest ad fidem, vtrùm sic vel aliter se habeant. Si sit materia ad fidē pertinens, & ad bonos mores, tunc distinguendū est. Quia aut ea quę ad fidē pertinent & ad bonos mores expresse habētur in sacra scriptura, vel etiam authoritate vniuersalis ecclesiæ sunt manifestè exposita fidelibus ad credendū: aut sunt talia, quorū nec expressum testimoniū ex sacra scriptura habetur, nec doctrina ecclesiæ vniuersalis aliquid de eis expresse docet. ¶ Qua consideratione habita, sit ista prima cōclusio. In materijs nō pertinētibus ad fidē, nec ad bonos mores sine peccati periculo quantūest ex parte materiæ possent auditores vtranq; opinionē sequi magistrorum. Ista cōclusio patet: quia in talibus, vt inquit S. Tho. cuius est præfata cōclusio quotlibeto. 3. art. 10. habet locū q̄d dicit Apostolus. Vnusquisq; in suo sensu abundat. Notāter dicim⁹, quantū est ex parte materiæ opinionū: quia ex parte intentionis bene potest ibi quis peccare, vtputa ex inordinatione affectus: vt si ex inuidia, odio, amore, pretio, vel ex inordinata affectione potius sequeretur vnā opi. quàm aliā. Si verò materia circa quam est varietas doctorū pertineat ad fidē & bonos mores primo modo dicto, videlicet q̄ expresse habeat in sacra scriptura, est adhuc distinguendū iuxta S. Tho. tam in. 2. 2. q̄ in quæstionibus de veritate. q̄ ad fidem pertineat aliquid dupliciter. Vno modo directè & principaliter: sicut sunt ea quę sunt in articulis fidei explicata, & de talib⁹ sit ista conclusio secunda. ¶ In his quæ sic principaliter pertinēt ad fidem catholicam nullus rationis capax excusatur à peccato, si opinionem erroneā alicuius magistri sequatur. Ista conclusio est beati Tho. in quotlibeto suprà nominato. in talibus enim (inquit) ignorātia non excusat: alioquin qui secuti sunt opi. Arrij, & Nestorij, & aliorum hæresiarcharū, essent excusati. Neq; possent habere excusationem propter simplicitatē, si in talibus opinerentur

Prima cōsideratio.

Primacōclusio primæ considerationis.

Secunda.

ronea sequantur. In rebus enim dubijs nō est de facili præstandus assensus, sed potiùs vt dicit Aug. 3. de doct. Christiana. consulere dicit quis regulam fidei, quam de scripturarū planioribus locis & ecclesiæ authoritate percepit. Concludit ergo S. Tho. vbi suprà. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestū scripturæ testimoniū, siue contra id, quod publicè tenetur secundùm ecclesiæ authoritatē, nō potest ab erroris vitio excusari. Si verò materia, circa quā est varietas magistrorum, sit de pertinentibus ad fidē in directè & secundariò, quæ explicitè credenda omnibus non proponuntur, sit ista cōclusio tertia. ¶ Absque peccati periculo potest quis tenere contrarium quod expresse habetur in canone sacrę scripturæ: vt q̄ Abraham non habuit duos filios: aut q̄ Dauid non fuit filius Isai, & similia. Patet cōclusio: quia cùm talia non teneatur quis explicitè credere, sed solùm implicitè, vt scilicet paratus sit credere quicquid in diuina scriptura continetur, sed tunc solùm tenetur explicitè credere, quādo ei hoc in doctrina fidei constiterit contineri. Interim verò q̄ non constat, cùm credere explicitè non teneatur, potest aliquis sine periculo cōtrariam opinionem (absq; tamē pertinacia) tenere & sequi. Si verò ea quæ pertinent ad fidem sint talia, quorum nec scripturæ sacræ testimoniū expressum habetur, nec expressa vniuersalis ecclesię doctrina de eis aliquid docet, quāquā includatur in his, quorum explicita fides necessaria est omnibus fidelibus, sit ista quarta conclusio. ¶ In talibus absque periculo peccati potest quis sequi opinionem alicuius magistri contrariā veritati fidei: dum tamen facta determinatione, doctrinam amplectatur ecclesiæ. Hæc conclusio est S. Tho. in. 2. 2. q. 11. art. 2. Et ratio sancti Thomæ est: quia tales pro illo tēpore nō hābent electionē cōtradicentem ecclesiæ doctrinæ. Si autem postquā essent authoritate vniuersalis ecclesiæ determinata quis tali determinationi ecclesiæ repugnaret, hæreticus censeretur. ¶ Secunda consideratio principalis est de doctorum diuersa opinantium conditionibus, scilicet quales sint, si famosi, si experti in facultate sua, si moribus graues, si iudicio humiles, vt magis delectētur sequi sanctorum patrū doctrinas, quàm proprias adinuentiones, & fantasias: secundùm hanc cōsiderationem potest esse ista quinta conclusio. ¶ Non videtur esse omnino immunis à peccato, qui in materijs fidem tangentibus non nititur sequi opinionē magistrorū magis doctorū, & celebriū, ac expertorum in facultate sua, & qui in moribus grauiores existunt: quoniā aliàs videtur habere locū verbum euāgelij, Si cæcus cæco ducatū præstat, ambo in foueā cadunt. Debet enim quilibet in huiusmodi materia magistrorū diuersa opinantium animū suū conformare regulariter doctoribus, qui sanctorū patrū doctrinis magis soliti sunt adhærere. vnde Eccle. 8. dicitur. Ne despicias narrationē presbyterorū, id est doctrinā seniorū doctorū, & in prouerbijs eorum conuersare, id est secundùm eorū doctrinā viue: ab istis enim disces sapientiam scilicet diuinorū: cuiusmodi sunt credibilia, & doctrinā intellectus, quæ est bonorū morum, in quibus vita fidelium est adornanda. Cæterū consideranda est quantitas discreta magistrorū: quot videlicet sint doctores pro vna opinione, quot p alia: quia probabilius est cæteris paribus veriorem esse illā, in quā plures magistri docti concurrunt, quàm illā, quā vnus, aut pauci sequuntur: sicut de sentētia dicit, quæ pluriū iudicio roborat. di. 79. sitrāsitus. & extra de elec. c. Licèt. Vnde Eccle. 6. dicitur. In multitudine presbyterorū prudentiū sta: & sapientiæ illorū ex corde conjungere. Secūdum quā consideratione sit ista cōclusio sexta. Non videtur immunis à peccato, qui in tāgentibus fidē ac bonos mores relicta opinione pluriū magistrorum sequitur opinionē vnius aut paucorū cæteris paribus. Cōclusio patet ex dictis: & colligitur ex dictis beati Aug. lib. de doctrina Christiana. & habetur in. c. In canonicis. di. 19. vbi ait. In his verò scilicet scripturis, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioresq; accipiunt eis, quas pauciores minoriscq; authoritatis ecclesia tenet. ¶ Tertia consideratio est habēda circa motiua & fundamēta, quibus doctores suas opiniones sundare ac fulcire nituntur: quæ cōsideratio meritò est habenda. Tū, quia in rebus dubijs nō de facili est præstādus assēnsus. Vnde Eccle. 19. dicitur. Qui citò credit, leuis est corde. Tū quia ea quæ præstantiori ratione, aut efficaciori motiuo fulcita sunt, cùm sint maioris authoritatis, alijs præferenda veniunt. Vnde in opinione vtrùm raptor possit contrahere cum rapta, beatus Hieroñ. præfertur opinioni concilij Aquisgrani dicentis q̄ non. vt patet in. c. Placuit. 36. q. 2. Et hoc, quia vt dicit glo. beatus Hiero. roborat opinionem cōtrariam authoritate veteris testamenti, & authoritate cōcilij Meldeñ. & ita statur sentētię beati Hieroñ. Hinc Monaldus in prologo sum-

Tertia.

Secunda cōsideratio.

Quarta.

Quinta cōclusio

Sexta cōclusio.

Tertia cōsideratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mæ ſuæ dicit, ꝙ non generatur aliſquãdo pręiudiciũ erga veritatis ſententiã, cũ inter opiniones diuerſas, quæ à magiſtris, & probatis doctoribus ſcriptis authẽticis annotatas illã opinionẽ quis amplectitur, quæ ſibi magis conſona videtur rationi. Itẽ Hoſti. ext. de cogn. ſpi. ſuper ca. Sed vir. dicit, ꝙ vbi ſunt diuerſæ opiniones, & diuerſa iura, ſemper humanior eſt præferenda, id eſt rationabilior, & ęquior. extra de tranſla. c. fi. vbi verò vtraque humana eſt, ſtandum eſt illi, quæ meliori innititur rationi. extra de feĩ. cap. Capellanus. ſecũdũ quã conſiderationẽ poſſet poni talis ſeptima concluſio. ¶ Quòd culpãdus venit, qui abſq; huiuſmodi inueſtigatione diligenti, & ponderatione rationum, & motiuorum, quibus doctores ſuas varias fundãt opiniones, leuitate quadã animi amplectitur opinionẽ contrariã veritati fidei. Patet cõcluſio. agit enim cõtra illud Iob. 29. Cauſam quã neſciebã, diligẽtiſsimè inueſtigabã. Et Amb. lib. de paradiſo dicit. Nemo debet ſe alteri credere, niſi cuius virtutem probauit. ¶ Quarta cõſideratio habẽda eſt circa qualitates auditorũ. Circa quos conſiderandũ eſt: ꝙ nõ oẽs æqualiter tenentur habere fidem explicitã: nec omnes ſunt eiuſdẽ capacitatis ad diſcernendũ conditiones & differentias magiſtrorum diuerſorũ diuerſa opinantium, ſiue docentiũ, & ad ponderandum robur, & virtutẽ, ac efficaciam motiuorũ, ſiue rationũ, quibus præfati magiſtri ſuas fundant opiniones: ſed ſunt plures eorum valde ſimplices, qui bona ſimplicitate adhærẽt doctrinæ ſuorum maiorum, credentes in omnibus bene credere, in quibus ab illis informantur. De quibus Iob 1. dicit. Boues arabãt, & aſinæ paſcebant circa eos. quia videlicet minores, qui ſignificantur per aſinas, debent in credendis adhærere maioribus, qui per boues ſignificãtur. vt Grego. exponit. 2. moralium. ſecundũ quã cõſiderationem ponitur iſta octaua concluſio. ¶ Quòd ſimplex homo ſequẽs opinionẽ alicuius magiſtri contrariã fidei non veniet culpandus, vbi veniret alius intelligens, aut ſuperioris ſtatus, & conditionis. Concluſio patet ex dictis. Verũ ne ex hoc qd dictũ eſt, ꝙ minores habẽt fidẽ implicitã in fide maiorũ, videat aliquod periculũ, aut pręiudiciũ fidei minorũ generari, cùm cõtingeret maiores ipſos magiſtros errare: eſt notandũ iuxta S. Tho. in. 2. 2. q. 2. art. 6. ꝙ minores non habent fidẽ implicitã in fide maiorum niſi quatenus maiores adhęrẽt doctrinę diuinæ. Vnde & Apoſtolus dicit. Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti, cùm humana cognitio non ſit regula fidei, ſed veritas diuinaà qua ſi quis maiorũ deficiat, non præiudicat fidei ſimpliciũ, qui eos rectam fidẽ habere credunt, niſi pertinaciter eorum erroribus in particulari adhæreant contra vniuerſalis eccleſiæ fidẽ, quę deficere nõ poteſt, dicente domino, Ego pro te rogaui petre vt nõ ďficiat fides tua. ¶ Quinta conſideratio habenda hęc eſt circa modũ adhærendi auditorũ opinionibus magiſtrorum opinantium contra veritatẽ fidei in his quæ nec ſcriptura ſacra expreſsè habentur: aut ſi habentur, nõ pertinent directè, & principaliter ad fidẽ: nec vniuerſalis eccleſię authoritate diffinita fidelibꝫ credenda reperiũtur expoſita. Eſt enim quidam modus adhærendi cum pertinacia. Alius modus adhęrendi eſt ſine pertinacia, videlicet cũ animi præparatione tenendi contrariũ, ſi contrariũ verum eſſe ſibi oſtenſum fuerit aut ratione, aut authoritate ſcripturæ ſanctę, aut authoritate vniuerſalis eccleſię. De quorũ varietate modorũ plura ſunt dicta ſuperiùs. Sit ergo iuxta iſtam conſiderationem nona concluſio. ¶ Qui pertinaciter adhęret opinioni alicuius magiſtri contrarię catholicę veritati, erat, & errando peccat, & hęreticus cenſendus venit. Iſta cõcluſio eſt beati Aug. cõtra Manichęos. & habet. 24. q. 3. ca. Qui in eccleſia. vbi ita ait. Qui in eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumq; ſapiunt: ſi correcti vt ſanũ rectũq; ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera atq; mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hęretici ſunt. ¶ Decima concluſio. Adhęrere ſine quacunq; pertinacia opinioni alicuius magiſtri contrarię veritati fidei in his materijs fidei, de quibus in principio conſiderationis huius fecimus mentionem, nullum poteſt eſſe peccatum. Hęc concluſio ex ſententia beati Auguſt. colligitur: qui vt habetur in capit. Apoſtolus. 24. q. 3. ita inquit. Si qui ſententiã ſuam quanuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt: pręſertim quam non audacia ſuę pręſumptionis pepererint, ſed à ſeductis atque in errorem lapſis parentibus acceperunt: quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem, corrigi parati cùm inuenerint, nequaquam ſunt inter hęreticos computandi. hęc Auguſtin. Et hęc de præſenti queſtione (ſaluo ſemper meliori iudicio) dicta ſunt, maximè quia doloribus podagræ laborantes illud taliter qualiter explemus.

Septima cõcluſio. *Quarta cõſideratio.* *Octaua cõcluſio.* *Luc. 22.* *Quinta cõſideratio.* *Nona concluſio.* *Decima cõcluſio.* *1. Cor. 4.*

In quo

¶ In quo inueſtigatur, an omnis prælatus eccleſiaſticus ſiue ſit papa, ſiue quicunq; alius ipſo facto, quòd factus ſit verè & propriè hæreticus, ſit prælatione priuatus. Cap. XVIII

SVMMARIVM.

1 *Prælatus omnis eccleſiaſticus, ſiue ſit papa, ſiue alius, ipſo facto, quo cõuincitur uerè hæreticus quòd omni prælatione priuetur, oſtenditur.*

CVm autem iuxta canones ſacros hęreticus quadrupliciter puniri dicatur, videlicet excommunicatione, depoſitione, rerum ablatione, & militari perſecutione: duximus hic meritò diſputandũ, an prælatus eccleſiaſticus, ſiue ſit papa, ſiue quicunq; alius inferior prælatus factus hæreticus pertinax ſit ipſo facto, iure, & poteſtate prælationis priuatus. Et circa hoc reperimus duos modos extremos dicendi. Quidam enim dicunt quòd ſic: quidam quòd non. Primi verò dicẽtes quòd prælatus, ſiue papa, ſiue quicunq; alius inferior factus hæreticus ſiue manifeſtus ſiue occultus eſt ipſo facto prælatione, & poteſtate iuriſdictionis priuatus, nituntur opinionem ſuam veram oſtẽdere & roborare primò authoritatibus ſacræ ſcripturæ, & ita iure diuino. Secũdò authoritatibus ſacrorũ canonũ, ſiue ſanctorum patrum, & ita iure humano. Tertiò efficacia rationum. ¶ Pro primo inducunt decem authoritates ſacræ ſcripturæ, quibus præcipitur, vt hæretici omnes indifferenter vitentur, non ſuſtineantur, nõ admittantur ad ſocietatem fidelium, ſed profugentur, ſiue interficiantur, arbitrantes quòd talia vniuerſaliter contra omnes indifferenter hæreticos non fuiſſent diuina lege ſancita, ſi prælati facti hæretici manerẽt adhuc prælati: maximè cùm dominus dicat de malis prælatis, bonis tamẽ quo ad doctrinam, Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia ergo quæcunq; dixerint vobis ſeruate, & facite: ſecundùm opera autem eorum nolite facere. Et Apoſtolus ait Obedite præpoſitis veſtris, non tantùm modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Prima ſacræ ſcripturæ authoritas eſt illa Deute. 17. Eum cõſtitues, quem dominus Deus tuus elegit de numero fratrum tuorum. gloſ. interli. Non de aliena ſecta. Sequitur. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus. Ex qua authoritate videtur, ꝙ ſicut ex lege populus non poterat habere regem in temporalibus, qui non eſſet de numero filiorum Iſraël: ita populus Dei non poſſet habere prælatum, & rectorem in ſpiritualibus, qui non eſſet de numero fideliũ. Iſraël enim interpretatur videns Deum. Secunda authoritas eſt illa Deutero. 18. Propheta autem, qui arrogantia deprauatus, voluerit loqui in nomine meo. gloſſ. interli. vt ſibi credatur quæ ego nõ præcepi illi vt diceret: aut ex nomine alienorum deorum, interficietur. Ex quo videtur, quòd quicunque nullo excepto viſus fuerit de via domini, & veritate catholica fideles auertere ſit de medio fidelũ auferendus. Tertia authoritas eſt illa Numer. 16. Recedite à tabernaculis hominũ impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum. Quarta authoritas eſt illa Matth. 5. Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal euanuerit. gloſſ. id eſt doctor errauerit. in quo ſalietur? gl. id eſt populus firmabitur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras. gloſſ. ab officio docẽdi, vel eccleſia. Quinta authoritas eſt illa Matth. 24. Surgent pſeudoprophetæ, & pſeudo Chriſti, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur etiam electi, ſi fieri poteſt: ſi ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt, nolite exire. &c. Sexta authoritas eſt illa Luc. 21. Multi venient in nomine meo dicẽtes: quia ego ſum, & tẽpus appropinquabit: nolite ergo ire poſt illos. Septima authoritas eſt illa. 2. Theſ. 3. Denuntiamus vobis fratres in nomine dñi nr̃i Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm traditionem, quam receperunt à vobis. gloſſ. in nomine Ieſu Chriſti, id eſt per Ieſu Chriſti authoritatem præcipimus. Octaua authoritas eſt illa ad Gala. 1. Si quis (generaliter ſcilicet quicunq; ſit ille) euangelizauerit pręter id quod accepiſtis, anathema ſit. Nona authoritas eſt illa ad Ti. vltim. Hęreticum hominem poſt vnam & ſecũdam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & delinquit, cũ ſit proprio iudicio condemnatus. Decima authoritas eſt. 2. Iohã. 2. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domũ, nec Aue ei dixeritis: qui enim illi di

Prima tria primæ opinionis. *Matth. 23.* *Heb. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi dixit Aue,communicat operibus eius malignis.Ex quibus omnibus dicunt haberi manifestè,q hæretici sunt omnino fugiendi, & vitandi authoritate diuinæ scripturæ, & per consequens q prælati facti hæretici ipso facto prælatione ecclesiastica & honore sint priuati:quia aliàs si prælati manerent,honor reuerentia, & obedientia deberetur eis,& nõ contraria eis exhiberi præciperentur.¶Secũda via,videlicet authoritatibus sanctorũ patrum, idẽ sic probare nituntur.Primò sic.Dicit beatus Cypria.in quadam epistola,& habetur.7.q.1.in ca.Nouatianus.q qui nec vnitatem spiritus, nec cõmunionem pacis obseruat,& se ab ecclesiæ vinculo, atq; sacerdotũ collegio separat, episcopi nec potestatẽ potest habere,nec honorẽ.¶Secundò ad idem inducunt,quod Inno.papa ait,& habetur in ca.hæretici.24.q.1.vbi dicitur:q hæretici dũ à fide catholica destiterint, perfectionem spiritus,quã acceperunt,amiserũt.perfectio autem spiritus videtur hic nominari potestas spiritualis ecclesiæ.¶Tertiò ad idẽ inducunt quod beatus Ambr.dicit,& habetur in.c.qui dignior. ita di. Si verò præceptor hæreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorũ communio, fugienda synagoga censetur.

¶Quartò ad hoc est Beda super Matth.& habetur in ca.Quicunq;.Quicũq; ab vnitate fidei vel societatis Petri Apostoli quomodolibet seipsos segregant,tales nec à vinculis peccatorum absoluunt, nec ianuam possunt regni cælestis ingredi.vbi videtur,q hæreticus sit priuatus ligandi,& absoluendi potestate.¶Quintò ad idẽ inducit btũs Cypria.in.c.Dicim⁹.q ait.Didicim⁹ oẽs omnino hæreticos nihil habere potestatis atq; iuris.¶Sextò ad idem est ca.Achatius.24.q.1.vbi dicit Gelasius, q quicunq; in hæresim semel damnatã labitur, eius damnatione seipsum inuoluit. vbi glos.inquit.Hic est casus,in quo papa papam ligare potest: in quo papa in canonem latæ sententiæ incidit. Nec huic obuiat regula illa,Par parẽ soluere vel ligare non potest. quia si papa hæreticus est,in eo quia hæreticus est,minor est quolibet catholico. 12.q.1. scimus.§.promulgator. quia lex factum notat etiam sine sententia,vt.ff.de ritu nup.l.palàm.§.vlt. ¶Septimò ad idem est idem in.c.2 Achatius.§.si ergo.vbi sic dicit.Si ergo episcopus ille in hæresim damnatam lapsus est,antiqua excommunicatione damnatus alios damnare non poterit: excommunicatus enim alios excommunicare nõ valet.¶Octauò ad idem est cap. Audiuimus. vbi sic dicitur. Si autem in corde suo nouam hæresim confinxit,ex quo talia prædicare cœpit,neminem damnare potuit: quia non potest deijcere quenquam iam prostratus.¶Nonò ad idem est quod in eodem cap. in fine legitur, vbi sic dicitur.Liquidum cõstat eum, qui ab integritate catholicæ fidei recedit,maledicẽdi,& benedicendi potestatem minimè habere:vtpote se superiorem maledicere non valet,in alienum à fide tanquam sibi æqualem sententiam dare non potest. ¶Tertia via,sicet rationibus præfatorum doctorum opinio multipliciter roboratur. Primò sic.Ecclesia, & eius iurisdictionis authoritas fundata est super fidei petram. Vnde confitenti Petro,& dicenti ad Christum,Tu es Christus filius Dei viui. ait Christus Petro, Super hanc petram.glos.id est fidei confessionem:ædificabo ecclesiam meam.Et sequitur,Tibi dabo claues regni cęlorũ.&c. ergo sequitur,quòd quicunq; cadit à fidei petra, cadat ab omni honore prælationis ecclesię. Consequentia videtur necessaria: quoniam sublato fundamento, necesse est ruere quæ super illud fundata sunt.Ista est ratio domini Vlrici in summa sua theologię, qui videtur esse opinionis præfatę.Vnde lib.6.tractatu.4.cap.22.dicit, quòd stabilis manet authoritas papæ quandiu in petra, quę est Christus, fundatur, & hoc fit etiam per informem fidem, quę sola manente non habet iudicem superiorem à quo iudicari possit.Et infrà. Si verò per infidelitatem à petra,in quaauthoritas Petri solidatur,remotus fuerit, tunc necesse est sublato fundamento ruat: non autem potest de hoc crimine etiam si non est notorium accusari,& condemnari.40. distinctio.capit. Si papa. hęc ille. Ex quibus manifestè datur intelligi, quòd ipso facto,quòd à petra Christi cadit papa,cadit ab authoritate. Secunda ratio est.Claues sunt datę ecclesię,vt ait Augusti.super Iohan.& habetur in capi.Quodcunque.24.quęstio.1. Petrus quando claues accepit,ecclesiam significauit: ergo existens extra ecclesiã,non habet eas.Consequẽtia est beati Amb.in pastorali suo .& habẽt de pœ. di.1.§.nemo.vbi ita ait. Dominus parius & soluendi esse voluit,& ligandi. Et infrà.Certum est,q ecclesię vtrunq; licet: hæresis vtrũque nõ habet. Ius enim hoc solũ permissum est sacerdotibus.Rectè ergo ecclesia hoc vendicat,quę veros habet sacerdotes,hæresis vendicare nõ potest, quę sacerdotes Dei non habet.hęc ille.Item hoc idem argumentum ponitur in capitu. Audiuimus.24. quęst.1. vbi sic habetur.Ligandi nãq; & soluẽdi potestas veris, non fallis sacerdotibus à dño traditur. apostolis enĩ dicturus,Quorũ remiseritis peccata,&c.præmisit, Accipite Spiritũsanctum. vt euidẽter cunctis ostenderet eum,qui Spiritũsanctum non habet,peccata nõ posse tenere,vel remittere.Porro Spiritũsanctum nemo nisi intra ecclesiã accipit.hæc ibi. ¶Tertia ratio.Hæreticus est ab ecclesiæ corpore separatus: ergo ipso facto q est hæreticus, est priuatus honore, & potestate ecclesiasticę iurisdictionis, si quam habuit.Antecedens est manifestum:quia cùm ecclesia dicitur collectio fidelium:vt in ca.Ecclesia.de conse. dist.1. quicunq; à fide Christi se diuidit, à corpore Christi, quod est ecclesia, necessariò diuisus & segregatus est censendus.Consequẽtia verò illa patet. Tũ ratione:quia mẽbrum à corpore separatũ priuatũ est omni vitali virtute,& sensu, ac motu. Tum authoritate beati Cypriani,q eadẽ ratione vtitur in.c.Nouatianus.7.q.1.ita di.Qui nec vnitatẽ spiritus,nec coniũctionẽ pacis obseruat, & se ab ecclesiæ vinculo & sacerdotũ collegio separat,episcopi nec potestatẽ potest habere, nec honorẽ. In hac etiã ratione fundatur beatus Tho. in 2.2.q.39.art.3.q in hæreticis & schismaticis potestas iurisdictionis nõ manet, etiã secundùm substãtiam : vñ non possũt absoluere, nec excõicare,nec indulgẽtias facere,nec aliquid huiusmodi:quod si fecerint, nihil est actũ.hæc S.Tho.Cui sententiæ alludit apertè ca.Audiuimus.24.q.1.vbi sic habetur.Quicunq; ab vnitate ecclesiæ, quæ per Petrũ intelligitur,fuerit alienus, execrare potest,consecrare nõ potest:excõicationis,vel recõciliationis potestatem nõ habet.Quarta ratio sic. Nullus præscisus à corpore ecclesiæ potest esse caput ecclesiæ, cùm caput nõ possit esse extra corpus: sed prælatus factus hæreticus pertinax ipso facto est præscisus à corpore: ergo ipso facto desinit esse caput ecclesiæ. Consequẽtia patet.Ista est ratio Petri de Palude in li.suo de ecclesiastica potestate.ita dicẽtis. Formaliter loquẽdo de papa quando papa labitur in hæresim, tunc eo ipso præscisus est ab ecclesia, & desinit esse papa, & tunc deponitur de facto,id est, ipso facto est depositus, non de iure : quia qui non credit, iam iudicatus est, de iure,scilicet hoc est autem iudicium : quia eoipso quòd est hæretireticus,ab ecclesia est præscisus. Non potest autẽ caput à corpore præscisum quãdiu est præscisum esse caput corporis,à quo est præscisum. Vnde papa per hoc desinit esse caput corporis ecclesiæ ipso facto,q ab illo per hæresim præsciditur, secundùm illud Deut.17. Non poteris alterius generis hominẽ facere regẽ. Vñ hæreticus nec potest esse,nec manere papa: qa extra ecclesiã existẽs,non potest habere claues ecclesiæ. Per peccata aũt alia est caput languidũ,& nõ propter hoc desinit esse caput, vñ nec potest per consequẽs à mẽbris iudicari.hęc dñs Petrus de Palude.Quintò prælatus ecclesiæ ipso facto q factꝰ est hæreticus,nõ potest influere amplius in corpus ecclesiæ nec sensum fidei, nec motum operationis sanctæ. Et patet. cùm careat fide,quæ principiũ est spiritualis influxus,cùm iustus ex fide viuat,& ipsa sit (vt ait Aug.in de fide ad Petrum) bonorum omniũ fundamẽtum: ergo prælatus eo ipso q factus est hæreticus, desinit esse rector,& caput corporis ecclesiæ. Patet consequẽtia : quia caput dicitur, vt dicit Isido.q inde alia mẽbra capiãt sensum, & motũ.Ista ratio est magistri Aug. de Ancona in li.suo de ecclesiastica potestate. q.5.ar.1.qui ita ait. Capitis est influere vitã omnibus mẽbris:principiũ autẽ vitę spiritualis est ipsa fides:quia sine fide est impossibile placere Deo. Vnde apostolus fidem dicit esse substantiam.i.fundamẽtum rerum sperãdarum. si ergo papa deprehenditur deuius à fide,caret vita spirituali, & per consequens alijs influere non potest. Vnde sicut mortuus non est homo, sic papa in hęresi deprehẽsus non est papa, propter quod ipso facto est depositus.hęc ille.Sextò ratione sic.Prælatus factus hęreticus eo ipso est antichristus. Vnde. 1.Iohann. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum,ex Deo non est,& hic antichristus est.ergo ipso facto quòd est hęreticus, est à cura pastorali absolutus siue priuatus. Patet consequentia: quoniam Christus , cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur,oues suas, quas prętioso sanguine redemit , non nisi fideli seruo committeret. vnde Luc. 11. Fidelis seruus & prudens,quem constituit dominus super familiam suam,glossa. 1. ecclesiam. Vnde Augusti. in sermone de pastore. hoc expresè videtur dicere , qui tractans illud Cant. Pasce hœdos tuos.ita inquit.Iam non oues:manẽti Petro,dicitur,Pasce oues meas:exeunti hęretico,pasce hœdos tuos.hęc ille. Item idem Augusti.in epistola ad Vinceñ. tractans prefatum verbum,pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum . dicit sic. Pasce hœdos tuos non sicut Petrus,cui dicitur,pasce oues meas in tabernaculis pastorum , non in tabernaculis pastoris:vbi est vnus grex , & vnus pastor.

Secunda via eiusdem.

Tertia via primæ opinionis.

Rom.1.

Hebr.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stor. hæc August. Ex quibus videtur colligi, quòd ipso facto, quòd quis pastor ouiũ Christi effectus est hæreticus, iam non ouiũ Christi, sed suorum hædorũ sit pastor. Et factus hæreticus, est ipso facto prælatione priuatus: vt quilibet hæreticus intelligat sibi dictum, quod dominus ait villico inquitatis. Ampliùs non poteris villicare. ¶Septimò ratione sic. Omnis ille censendus est iure diuino non prælatus, qui iure diuino præcipitur ab omnibus fidelibus vitari. Patet: quia iure diuino verus prælatus est sequẽdus: sed omnis hæreticus nullo excepto iure diuino præcipitur vitari ab omnibus fidelibus, vt ex superioribus patet: ergo omnis prælatus eo ipso quòd factus est hæreticus, desinit esse prælatus. ¶Octauò sic. Ad papam causæ fidei sunt deferendæ. 24. quæst. 1. quotiens. & hoc iure diuino, cùm ex institutione primatum habeat super omnes fideles. dist. 22. ca. Omnes. & ca. Sacrosancta. Vnde Lucæ. 22. dictum est Petro. Et tu conuersus confirma fratres. sed ad hæreticum non sunt causæ fidei deferendæ, cùm sit aduersarius fidei Christianæ: papa autem factus hæreticus est aduersarius fidei Christianæ: ergo videtur quòd papa factus hæreticus non sit verus papa. ¶Nonò sic. Impossibile est quòd quis simul sit pastor & lupus. Patet Iohann. 10. vbi Christus distinguit inter pastorem & lupum: sed prælatus factus hæreticus est factus lupus gregis dñici, cuiusmodi sunt omnes hæretici, secundùm illud Act. 22. vbi inquit Paulus. Scio q intrabunt post decessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. glo. 5. hæretici callidi in fraude, fortes in disputatione, crudeles in occisione. ergo pastor ecclesiæ factus hæreticus definit esse pastor, cùm incipiat esse lupus, &c.

Luc. 16.

¶ In quo ponitur aliorum opinio contraria & obiecta contra primam opinionem. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Papa, aut alius prælatus factus hæreticus, quòd nõ sit ipso facto iure diuino prælatione, siue papatu priuatus, quibusdam conclusionibus nonnulli ostendere conantur.*

SEcundus modus dicendi omnino contrarius est eorum, qui asserũt, q papa, aut alius prælatus factus hæreticus non sit ipso facto iure diuino prælatiõe, siue papatu priuatus. Quorũ assertio vt pleniùs intelligatur, & eius fundamenta quantæ firmitatis sint cognoscantur, inducemus quatuor conclusiones, quas aliqui eorum ponũt cum suis motiuis specialiter circa papam. ¶Prima cõclusio est: q papa occultè in hæresim lapsus non est ipso facto iure diuino papatu priuatus, aut suspensus. Hanc conclusionem probant multiplici ter. ¶Primò sic. Lex diuina non deijcit hæreticũ ipso facto de dignitate, siue administratione episcopali. ergo nec de papali. Consequentia patet. Antecedens probatur per ca. audiuim⁹. 24. q. 1. vbi dicitur de episcopo hæretico: si aũt in corde suo nouã hæresim confinxit, ex quo talia prædicare cœpit, neminẽ damnare potuit. Ex quo, vt dicunt, euidẽter colligitur, q antequã episcopus hæresim prę dicet, vel doceat, dãnare, seu excommunicare potest. sed hoc non est sine iurisdictione. ergo. &c. ¶Secundò arguunt de Iuda Scarioth, & de Iudæis, qui cognouerũt Christũ, & tamẽ non fuerũt ipso facto depositi. ¶Tertiò sic. Si sic esset, q papa propter occultã hæresim caderet à papatu, cùm dubitari possit de papa, an occultè esset hæreticus, dubium nasceretur, an robur haberent ea quæ ipse facit: sed hoc videtur inconueniens, & posset esse causa multorum errorum. ¶Quartò sic. Illa assertio nullatenus est tenenda, ad quam sequitur totius ecclesiasticæ hierarchiæ confusio: sed si papa occultè hæreticus diuino iure esset papatu priuatus, posset sequi totius ecclesiasticæ hierarchiæ confusio. ergo, &c. Maior est manifesta. Et minor probatur: qa si sic, tunc nullus prælatus factus per papam hæreticum esset verus prælatus, & per consequens totus ecclesiasticus ordo esset confusus: quia nullus esset verus prælatus: nec ecclesia Dei, quæ de occultis iudicare non potest, valeret tali confusioni obuiare: ergo non est tenendum, quòd papa effectus hæreticus statim iure diuino sit papatu primatus. ¶Secunda conclusio istorum est, quòd papa factus etiam hæreticus manifestus non est ipso facto iure diuino priuatus, nec suspẽsus. Pro ista conclusione inducunt plures rationes. ¶Primò sic. Sicut papa est caput fidelium, qui sunt sub noua lege, ita summus sacerdos quantum spectat ad legem diuinam caput erat fidelium qui erant sub lege veteri constituti:

Prima cõclusio secũdæ opi.
1
Probatio prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Secunda cõclusio eiusdem.
Probatio prima.

tuti: sed sacerdos summus in veteri lege quanuis erasset à fide nõ fuisset ipso facto iure diuino priuatus: quia vt videtur plures summi sacerdotes in antiqua lege deuiarunt à fide, tamen postea summo sacerdotio fungebantur. ergo licèt papa erret à fide, & efficeretur manifestus hæreticus, non propter hoc esset diuino iure papatu priuatus. ¶Secundò sic. Papa non est deterioris conditionis, q̃ prælati & episcopi: sed alij prælati & episcopi si efficiantur hęretici non sunt iure diuino omni dignitate priuati. ergo nec papa. Maior est certa. Minor probatur: quia si alij prælati & episcopi essẽti hæretici essent iure diuino omni dignitate priuati, nõ possent absq; noua electione ad suas recipi dignitates, vel saltem suas dignitates minimè retinerent: sed nonnulli prælati facti hæretici absq; noua electione ad suas dignitates recepti fuerunt, vel retinuerunt easdem. 1. q. 7. maximum. 2. q. 1. causas cuiuslibet. & ca. Quotquot. ergo & papa quanuis efficiatur hæreticus, papalem retinet dignitatem, & ita nequaquam est iure diuino priuatus. ¶Tertiò sic. Non deterioris conditionis est papa, q̃ imperator, vel princeps secularis: sed isti facti hæretici non sunt ipso facto iure diuino à suis dignitatibus priuati: ergo nec papa. Consequẽtia videtur bona. Maior patet. Minor etiam est manifesta. Nam in veteri lege multi reges idololatræ & hæretici effecti fuerũt, & tamen veri reges remãserũt. Iulianus aũt apostata hæreticus de Christiano fuit effectus: & tñ fuit verus imperator. 2. q. 9. Julian⁹. ¶Quartò. Si hoc esset verum, q papa factus hæreticus est iure diuino priuatus, hoc non esset propter aliã causam, nisi quia hæreticus catholicis præesse non potest: sed hoc non, quoniã hæreticos & infideles præfuisse catholicis, & catholicos illis obediuisse est manifestũ. Ioseph enim obediuit Pharaoni: & Daniel Nabuchodonosor: & Christiani plures infidelibus imperatoribus seruierunt: ergo non est cõtra legem diuinã, q hæreticus, vel infidelis fidelibus præsit: ergo nõ est contra scripturam sanctam, q papa hęreticus remaneat papa. ¶Quintò sic. Ad quem pertinet institutio alicuius, ad eundem destitutio spectat eiusdem. extra de hære. cũ ex iniũcto. sed papa non instituitur iure diuino, sed eligẽtium electione canonica: ergo nec papa destituitur iure diuino: sed si est destituendus, oportet q ipsum destituãt electores. ¶Sextò sic. Talis pœna papæ hæretici scilicet priuatiõis in tota scriptura scripta non reperitur: ergo falsum est q papa hę

Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.

reticus diuino iure sit priuatus. Consequẽtia patet. Et antecedẽs est manifestum, cùm nullus locus in lege diuina siue in veteri siue in nouo testamẽto reperiatur, in quo talis pœna contineatur: ergo, &c. ¶Tertia conclusio istorum sic opinantium est: q crimen hæresis etiam manifestum ex propria siue specifica natura ipsius hæresis non inducit quo ad homines effectum depositionis aut suspẽsionis in papa ipso facto. Hanc conclusionem probant ex glossa decreti dist. 21. nunc autẽ. super verbo. Marcellinus. vbi quæritglossator: quare concilium non deposuit Marcellinum de hæresi confessum? respondit q dicit Hugo: quia paratus erat corrigi, non deponitur. vt. 24. q. 3. dicit apostolus. Ex quo dicto (vt aiunt) manifestè inducitur præfata conclusio. ¶Quarta cõclusio. Nullus canon, nullaq; censura ecclesiastica aut humana papam iam lapsum in hæresim deponit, suspendit, aut priuat iurisdictione papali. Probatur conclusio: quia papa non potest incidere in canonem, cùm sit superior canonibus. ¶Cõ sequenter respondere volẽtes ad rationes primæ opinionis arguẽtes q hæreticus cùm sit à corpore præscisus non possit esse caput ecclesiæ, dicunt, q multæ sunt connexiones in corpore mystico. Vna est charitatis, & istam dicunt habere mẽbra ecclesiæ: alia verò sunt velut præscisa. Secunda est in donis naturæ: alia in similitudine participationis sacramentorum, præsertim in vnitate baptismatis, in quo character imprimit: in qua vnitate connectuntur omnes, qui baptisma ritè susceperunt, etiam vbi fidem actualem vel habitualem perdidissent: & hoc videtur absolutè sufficere ad hoc q aliquis ritè electus maneat caput ecclesiæ quousque fuerit per sententiam diffinitiuam depositus. Hęc sunt verba vnius magistri in quodã sermone siue tractatu de vnione intitulato.

Tertia conclusio.
Quarta cõclusio.
Probatio.
Responsio ad rationes primæ opi.

¶ In quo respondetur ad rationes factas pro secũda opinione. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones & conclusiones quorundam factæ contra id quod dicitur, uidelicet, quòd Papa, aut alius prælatus factus hæreticus omni prælatione priuetur, &c. diluuntur.*

Quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVoniam nobis (saluo semper meliori iudicio) rationabilior videtur primus modus dicendi atq; beati Tho. doctrinæ, quē ducē & magistrū in omnibus huiusmodi dubijs sequēdum duximus, conformior apparet: respondebimus ad rationes inductas pro secundo modo dicēdi. Obseruabimus autem in respondēdo ordinem obseruatū ab aduersarijs. Dicemus enim circa singulas cōclusiones eorum, quid nobis iuxta primū modum dicendi videtur, subiungentes respōsa ad singulas rationes pro eis inductas. ¶Prima autem cōclusio ex aduerso opinātium non videtur vera, in qua dicunt, q̄ papa occultè in hæresim lapsus nō sit iure diuino papatu priuatus: quoniā cùm factus hæreticus esset occultus ceciderit à petra fidei, supra quam totius ecclesiastici ædificij fabrica & potestas consurgit, necessariò videtur, quòd à potestate ecclesiastica ruerit. Nec rationes inductæ per aliter opinantes probant aliquo modo intentum. Vnde ad primam, quæ sumitur de ca. Audiuimus. 24. q. 1. respōdetur, quòd per hoc, quod in ca. illo dicitur, q̄ episcopus ille ex quo talia prædicare cœpit neminem damnare potuit, nō arguitur, quòd occultè hæreticus antequam publicè hæresim suam prę dicauit, posset damnare aliquem: cùm glossa in principio eiusdem quæstionis apertissmè doceat contrarium, sic dicens. Sed tu dic indistinctè, quòd siue veterem, siue nouam hæresim sequatur, excommunicatus est, licèt sit occultus: & ideo alium non potest excommunicare. extra de hęre. ad abolendam. Alia tamen quæ agit, tenent interim dum toleratur. art. 3. quæst. 7. §. tria. & sententia excommunicationis quam tulit, toleranda est, dum ipse est occultus, licèt sit nulla. Et infrà. Quia omnis hæreticus est excommunicatus quantumcunq; sit occultus, ideo non potest alios excommunicare. Vnde si scirem prælatum meum esse hæreticum; quia nouam fingit hęresim, nec tamen prædicat, si me excommunicaret, celebrare possem in occulto, non in aperto: quia enim nō possem probare illum esse hæreticum, sic me excommunicatum deponeret. Sed quid de alia sentētia? idem: quia nulla est sententia quam tulit, sed tamen alia quæ agit, tenent dum toleratur. hæc glo. Ex qua manifestè apparet ratio aduersariorum vacua. ¶Ad secūdam rationem, in qua arguitur de Iuda & Iudæis, respōdetur non facere ad propositum. Tum, quia illi nullam habebant iurisdictionem spiritualem ecclesiasticam. Tum, quia non probatur, q̄ illi in hæresim lapsi fuerint, & nō fuerint in veritate priuati potestate iurisdictionis si quam habuerint. ¶Ad tertiam rationē cùm agitur q̄ dubitari posset, &c. respondetur negando consequentiam: quoniam quandiu toleraretur, valida reputarentur ea quæ agit, iuxta glossā superiùs inductam de ea. Audiuimus. 24. q. 1. ¶Ad quartam rationem, in qua arguitur, q̄ totus ordo ecclesiasticus confunderetur, &c. respondetur negando consequentiam secundùm quosdam alterius opinionis. Dicūt enim, q̄ cùm vniuersalis ecclesia regatur à Spiritusancto, nunquam deficiet in his quæ necessaria sunt ad salutem, licèt in alijs deficere posset. Vnde si papa esset occultus hæreticus, & per consequens papatu priuatus, & ideo illa quæ iurisdictionis sunt exercere nō posset, quanuis posset facere ea quæ sunt ordinis, Deus ecclesiæ suæ prouideret, reuelando ei perfidiā papæ: & q̄ non valuerūt quantum ad ea quæ iurisdictionis sunt illa quæ fecit, vel præleruādo aliquos episcopos per alium modū sibi possibilē, licèt nobis ignotū. Et ideo nullus ordo ecclesiasticus necessarius ad salutem ecclesiæ vniuersalis confunderetur, licèt multa sine quibus potest esse salus, possent esse confusa. præseruaret enim Deus ne confunderentur illa quæ vniuersali ecclesiæ sunt necessaria ad salutē. Similis videtur esse responsio sancti Thomę in. 4. dist. 24. ad casum, in quo quidam non baptizatus promoueretur in episcopum, vbi ita dicit. Illi, quos talis ordinat, non habent ordinem: sed tamen piè credi potest, q̄ quātum advltimos effectus sacramētorū summus sacerdos suppleret defectū, & q̄ non permitteret hoc ita latere, per quod periculū ecclesiæ imminere posset. hæc sanctus Tho. Et ita in proposito videtur dicendū. Præterea ratio illa aduersariorū æqualiter cōcludit, q̄ mulier nō potest putari papa, & haberi pro papa: & q̄ pagan' & infidelis reputatus tn̄ Christianus & fidelis non pōt haberi pro papa: sicut q̄ papa hæreticus, & iure diuino papatu priuatus, non pōt haberi pro papa. Patet, qa si mulier, vel paganus haberet pro papa, & de facto conse craret epōs, & ordinaret, ac Christianos ad dignitates ecclesiasticas ꝓmoueret, nō minùs confunderet ecclesiastica hierarchia, q̄ si hæreticus iure diuino papatu priuatus putaret à catholicis esse papa. Licèt enim ordinādo d̄ facto & cōsecrando nulli tribueret executionem officij, veruntamē ordinē cōferret, dummodo

Improbatio primæ conclusionis secundæ opinionis.

Ad primam probationē eius.

Ad secundā rationem.

Ad tertiam.

Ad quartā.

modo formā seruaret ecclesiæ: mulier autē, aut Paganus, vel Iudæus, qui nunquam fuit Christianus, nec executionē, nec aliquem ordinem verum cōferret, licèt seruaret formam ecclesiæ. Cùm ergo cōstet, q̄ aliquando mulier à cunctis catholicis putabatur papa, & eadem ratione aliquis Paganus vel Iudæus retinens in corde infidelitatis perfidiam posset putari Christianus, & in papam assumi, non est incredibile, q̄ aliquando hæreticus habeatur pro papa, licèt verus papa non sit, eo q̄ iure diuino sit papatu priuatus. Sic ergo constat, q̄ maior difficultas est, si mulier habeatur pro papa, q̄ si papa fiat hæreticus, licèt iure diuino ipso facto sit papatu priuatus. Et ideo si in casu superiori diuina prouidentia ecclesiam suam protegente non est secuta totius ecclesiasticæ hierarchiæ confusio, multò minùs sequeretur in casu præfato, si papa occultè esset hæreticus. ¶Præterea nec secunda conclusio posita ex aduerso est vera, in qua dicitur, quòd papa factus hæreticus manifestus non sit ipso iure diuino papatu priuatus. Eius enim oppositā superiùs tam authoritatibus sacræ scripturæ, quàm canonū, quàm etiam rationibus probata est habere veritatem. Rationes aut factæ pro cōclusione illa etiam non procedunt. Vnde dicēdum est ad illas. ¶Ad primam cùm arguitur de sacerdote summo veteris legis, respondetur, dupliciter. Primò negando minorem. Dicitur enim, quòd summus sacerdos veteris legis eo ipso quòd efficiebatur hæreticus, fuit summo sacerdotio priuatus. Nec tunc erat summus sacerdos secundùm veritatem, licèt exiterit secundùm opinionem hominum summus sacerdos. Secundò respondetur, quòd non est simile de sacerdote summo antiquæ legis, & summo sacerdote nouæ legis. Tum primò: quia summus sacerdos antiquę legis sacerdotium habuit iure successionis: sacerdos verò summus nouæ legis non. Tum secūdò, quia sacerdotium antiquæ legis fuit carnale: sacerdotium verò nouæ legis spirituale. ¶Ad secundam rationem, cùm arguitur quòd papa non sit deterioris conditionis quàm alij prælati: respondetur negando minorem. Dicitur enim ab his, qui sunt primæ opinionis, quòd omnes episcopi & prælati incurrentes prauitatem hæreticam siue publicè siue occultè iure diuino suis dignitatibus sunt priuati: quia in his, quæ sunt propriæ religionis Christianæ nulla potest esse communicatio hæretici ad fidelem: & id eò quantum ad illa, quæ spiritualia sunt, hæreticus fidelibus præesse non posset. Quod sic ostenditur. Distinctio enim fidelis & infidelis non est ex iure humano canonico & ciuili, sed est ex iure diuino. Et ideo quòd infidelis, qualis est omnis hæreticus, fidelibus in spiritualibus præesse non debeat, est ex iure diuino: quare iure diuino omnis hæreticus omni prælatione ecclesiastica videtur priuatus. Quod apostolus insinuare videtur, cùm dicit. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? aut consensus templi cum idolis? In quibus verbis apostolus videtur præcipere fidelibus vniuersis, ne subsint infidelibus, & ne communicent cum eis: quod potissimè veritatem habet quantum ad spiritualia, & ea, quæ propria sunt religioni Christianæ. Quanuis enim in temporalibus possint fideles subesse infidelibus, & communicare ipsis, in spiritualibus tamen eis subesse non debent. Et ita omnis hæreticus cum sit infidelis, iure diuino omni prælatione ecclesiastica videtur esse priuatus: & ita minor illius rationis est falsa secundùm opinionem istorum: quæ nobis videtur magis apparēs. Et ad probationem eius respondetur, quòd licèt episcopi inferiores summo pōtifice, & alij prælati si hæreticam incurrerent prauitatem, sint iure diuino omni ecclesiastica prælatione priuati: tamen ex causa rationabili per ecclesiam potest dispensari, vt reuersi ad fidem, suis dignitatibus restituantur: & talis restitutio, vel est noua electio, vel æquiualens prouisioni nouæ. ¶Ad tertiam rationem, cùm arguitur de imperatore, & de regibus respondetur quòd non est simile. Et ratio est: quia prælatio ecclesiastica introducta est iure diuino, & fundata supra petrā fidei: ex ordinatione enim diuina est, quòd vnus fidelis alijs fidelibus in spiritualibus præsit. Erit vnum ouile, & vnus pastor. prælatio verò secularis introducta est iure humano. Ex ordinatione enim humana est, quòd vnus in temporalibus alijs præsit. Et ideo quia distinctio debet esse inter fideles & infideles quo ad spiritualia, nec in spiritualibus communicant, sed dissentiunt: cùm in ipsa fide, quæ fundamentum est omnium bonorum, vt ait Augustinus, discordent. possunt autem in temporalibus concordare, quæ fidelibus & infidelibus sunt cōmunia. Et ideo licèt principes seculares quāuis efficiātur hęretici non sint iure diuino principatu seculari priuati:

Improbatio secundæ conclusionis secundæ opinionis.

Ad primam probationē secūdæ opi.

Ad secundā.

Ad tertiam.

2. Cor. 6.

Iohan. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uati:prælati tamen ecclesiastici si efficiantur hæretici,iure diuino ipso facto principatu ecclesiastico sunt priuati.¶Ad quartam rationem cùm agitur de causa, patet ex dictis responsio.Dicimus enim,q causa,propter quã prælatus factus hæreticus est ipso facto prælatione priuatus,est: quia hæreticus non potest prçesse in spiritualibus catholicis.Quod verò inducitur de Ioseph,& Daniele, & alijs fidelibus,quibus præfuerũt infideles,non est ad propositum:quia præsidentia illa in temporalibus fuit, quæ iure diuino non tollitur ab infidelibus,sicut dictum est.¶Ad quintã cùm arguitur, q ad quem pertinet institutio &c. respondetur q hoc assumptum non est generaliter verũ.Metropolitanus potest cõfirmare,consecrare,& instituere electũ in episcopum,& tamẽ destituere eundem minimè valet. Præterea licèt illud assumptum generaliter esset verum, hoc tamen est falsum, quòd ad illum solum pertinet destitutio alicuius, ad quem institutio spectat : quia institutio sacerdotis pertinet ad episcopum, & tamen superior episcopo potest destituere ipsum. Et ita in proposito non sequitur quòd papa non potest destitui à iure diuino, quod est super omne ius humanũ, & omnium eligẽtium potestatem:imò sibi Deus reseruasse in speciali dicitur destitutionẽ summorum pon.iuxta ca.Ejectionem.distin.79. vbi sanctus Anacletus papa ita dicit.Ejectionem summorum pon.sibi dñs reseruauit : licèt electionem eorum bonis sacerdotibus,& spiritualibus populis cõmisit. vbi dicit glos. Et ita fallit regula, ad quẽ spectat institutio, & destitutio.16.q.5.visis.¶Ad sextam rationem cùm arguitur q non reperitur in sacra scriptura.respondetur negãdo hoc.Et ad probationem respondetur, q & si explicitè sub formalibus verbis non habeatur de sacra scriptura de priuatione officij prælationis papæ, aut cuiuscunq; alterius ecclesiastici prælati facti hęretici,nihilominus habetur implicitè sub alijs verbis in sacra scriptura:sicut patuit per multas authoritates superiùs in cap. 81.inductas.Ex quibus manifesta consequẽtia videtur haberi,q papa,& prælatus quisq; alius ecclesiasticus factus pertinax hæreticus,sit prælatione priuatus.Planè qui iure diuino non est sequẽdus,sed fugiẽdus: cui non est communicandum aut obediendum, sed contradicendum : qui non est suscipiendus, nec salutandus : qui non est sustinendus, sed potiùs interficiendus,videtur spirituali prælatione,quam super fideles habet, eodem iure priuatus. ¶Præterea nec tertia conclusio ex aduerso opinantium videtur esse vera,sed magis oppositanec ratio inducta probat intentum eorum. Patet primum :quoniã cùm per hæresim homo cadat à petra fidei, supra quam omnis ecclesiastica authoritas fundata est,hæresis ex sua natura specifica videtur inducere depositionẽ ab omni ecclesiastica dignitate in eo, qui in hæresim labitur, & ei pertinaciter inhæret.Secundum etiam,videlicet q ratio eorum,quam inducũt ex glossa decreti in ca.Nunc autem.dist. 21. non probat intẽtum.Patet:quoniam cùm nos loquamur de hæretico propriè dicto,qualis est,qui in hæresi, in quam lapsus est, habet pertinaciam,non videtur ad propositum aduersariorum aliquid facere glossa illa:quoniam Marcellinus nunquam fuit hæreticus pertinax. Tum,quia licèt timore mortis superatus idolis thurificasset,nunquam tamen mente contra aliquem articulũ fidei errauit. Tum etiã, quia paratus esset corrigi. ¶Cæterùm quarta conclusio ex aduerso opinantium non videtur vera : imò conclusio oppositaeius est vera:videlicet canon ecclesiasticus in casu hęresis etiã ligat papam sicut aliũ.Et ad probationem cùm dicitur, q papa sit superior canonibus, & solutus sit ab eis,respondetur q hoc falsum est de papa facto hæretico. talis enim in casu hęresis ligatur pœnis canonum sicut alius quisq;. Quod multiplici testimonio patet.Imprimis est ca.Si papa.distin.40. vbi dicitur papa venire iudicandus, si deprehendatur à fide deuius.vbi glo.ponit, q papa non possit instituere,q non posset accusari de hæresi:quia ex hoc periclitaretur tota ecclesia.Item glo.in ca.Achatius.24.q.1.dicit sic. Hic est casus,in quo papa papam ligare potest:in quo papa in canonẽ latæ sententiæ incidit. Nec huic obuiat regula illa, Parẽ soluere,vel ligare non potest. quia si papa hæreticus est,in eo q hęreticus,minor est quolibet catholico.12.q.1.scimus.Hoc idem dicit Hugo in ca.Inferior.dist.21.sub his verbis.Cùm papa cadit in hęresim,non iam maior, sed minor quolibet catholico intelligitur.Item dominus Archi.super ca.In fidei fauorem.de hære.li.6.dicit sic. Tãtus est fauor fidei,q de crimine hæresis etiam occulto potest papa accusari.40. dist. si papa. Ad idem est sanctus Tho.in.4.dist.19.loquens de correctione fraterna quasi in fi.art.2.dicit.Non enim prælati à subditis coram multitudine, sed humiliter in priuato corripiẽdi sunt : nisi immineret periculum fidei,tunc enim prælatus

Ad quartã.

Ad quintã.

Ad sextam.

Improbatio tertiæ conclusionis secundæ opinionis.

Improbatio quartæ conclusionis.

Ad probationem.

eus minor fieret,si in infidelitatem laberetur, & subditus fidelis maior. hæc ille.Item idem sanctus Thomas in.4.dist.18.in materia de excommunicatione respondens ad illud Gala.1.Si angelus de cælo aliud euangelizauerit,anathema sit.vbi videtur,q apostolus,qui erat inferior, angelum excommunicauerit, qui superior erat.respondet quòd apostolus loquitur sub hypothesi.1.si poneretur angelus peccasse : sic enim non esset apostolo superior. Item Raymũdus in summa titulo de hæresi.§.2.dicit.Punitur hæreticus quatuor modis, scilicet excommunicatione, depositione, rerum ablatione, & militari persecutione.Excõmunicatione : quia hodie omnis hæreticus siue occultus siue manifestus est ipso iure excommunicatus.24.quæst.1.&.2. & extra de hære.ad abolendam. Depositione : q a indistinctè siue sit clericus,siue laicus, papa, vel imperator, vel quilibet alius inferior debet deponi ab omni dignitate: vt. 40. dist.si papa.23.q.1.si contra pacem.extra de hære.ad abolendam.Concordat Goff.& Hostiẽs.& Iohã.in summa,&c.Ex quibus manifestè habetur,q in casu hæresis ita pœnis canonicis subijcitur papa,sicut & quilibet aliꝰ. Vnde in sexta synodo Honorius papa condẽnatur:quia dicitur negasse in Christo duas voluntates,& duas operationes. ¶Præterea responsio data per aliquos ex aduerso opinantes rationibus primæ assertionis non videtur satisfacere. Pro quo notandum iuxta sanctum Tho.in.3.sententiarum.dist.13.q in corpore naturali reperitur quadruplex vnitas adinuicem.Prima est secũdùm conformitatem naturæ:quoniã omnia mẽbra constant ex similibus partibus, & sunt vnius rationis:sicut manus,& pes ex carne & ossẽ,& sic dicũtur vnum genere vel specie. Secunda est secundùm colligationem eorum adinuicem per neruos & iuncturas, & sic dicuntur vnũ per cõtinuationem. Tertia est secũdùm quam diffunditur vitalis spiritus,& vires aiæ per totũ corpus.Quarta est secũdùm q omnia mẽbra perficiũtur per animã,quę est vna numero in omnibus mẽbris. Et hæ quatuor vniones reperiũtur in corpore mystico.Prima est inquãtum omnia mẽbra sunt vnius naturæ,vel specie,vel genere.Secũda est inquantum colligãtur adinuicem per fidem,quia sic continuãtur in vno credito. Tertia est secundùm q viuificãtur per gratiã & charitatem. Quarta est secũdùm q in eis est Spiritus sanctus, qui est vltima perfectio, & principalis totius corporis mystici quasi anima in corpore naturali.Prima dictarũ vnionũ non est vnio simpliciter:quia id,in quo est vnio,hæc non est vnum numero,sicut in tribus sequẽtibus:quia per fidẽ & charitatem vniuntur in vno credito secundùm numerũ, & amato.Similiter Spiritus sanctus vnus numero oẽs replet numero homines: ergo infideles nõ pertinent ad vnionẽ corporis ecclesiæ,secũdùm q est vnũ simpliciter. Et ideo respectu horũ Christus non est caput nisi in potẽtia, secundùm q vnibiles sunt corpori. Homines autẽ fideles pertinẽt aliquo modo ad vnitatem ecclesiæ inquãtum continuãtur ei per fidẽ,quę est vnitas materialis:non tñ possunt dici mẽbra propriè, sicut nec mẽbrum mortuũ nisi æquiuocè. Et sicut operationes quæ sunt ad alterũ, possunt aliquo modo fieri per mẽbra arida,vt percutere,vel aliud huiusmodi:nõ tamẽ operationes animę in mẽbris.Ita nec mali recipiũt opera spiritualis vitæ à Spiritu sancto : sed tñ Spiritus sanctus per eos operatur spiritualem vitã in alijs,secũdùm q alijs sacramenta ministrãt,vel docẽt. Homines fideles in gratia existẽtes vniũtur secũdùm tertiam vnionem, quæ est formalis respectu secũdæ: & iterũ secundùm quartã, quæ est cõpletiua totius, & ideo horũ Christus propriè est caput.hæc S.Tho. Ex quibus dictis sancti Thomæ habetur ista fundamẽtalis cõclusio,videlicet,q ad hoc q quis sit mẽbrum ecclesiæ,requiritur q in aliquo vno simpliciter, quod est vnũ numero, vniatur alijs ecclesiæ membris.¶Hinc sequitur correlariè primò,q nec naturę cõformitas,nec cõuenientia in donis facit aliquẽ esse de vnitate corporis ecclesiæ, aut mẽbrum eius.Patet. Tum ex cõclusione. Tum, quia aliàs oẽs homines etiã infideles, & etiã dãnati dicerentur pertinere ad corpus ecclesię tanquã eius mẽbra, quod est absurdum.¶Secũdò sequitur, q etiã vnitas in participatione sacramẽtorum sine fide nõ sufficit ad hoc,q quis sit,aut dicatur mẽbrum ecclesiæ.Patet. Tum ex cõclusione. Tum,quia doctrina est sanctorum, q omnis hæreticus, qui tamẽ præsupponitur aliàs Christianã religionẽ in sacro baptismo suscepisse,est separatus & præscisus à corpore ecclesiæ. Hinc est, q licèt character baptismalis sufficere videatur ad hoc,quòd quis sit capax potestatis sacramentalis, quæ datur in ordine : non tamen sufficere videtur ad susceptionem potestatis iurisdictionis spiritualis, nec per consequens ad rationem capitis, cuius est influere corpori cuius est caput spiritualem influxum : aliàs apostatæ à fide, & antichristus possent

Improbatio responsionis ad rationes ca. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

possent esse caput corporis Christi, quod est ecclesia: & q hi, qui sunt membra diaboli, & nullo modo pertinēt ad corpus Christi, sint caput corporis Christi, quod videtur absurdum. ¶ Tertiò sequitur ex prædicta conclusione, quòd ad hoc, vt quis dicatur mēbrum ecclesiæ, sit necesse, quòd aut fide, aut charitate, aut vtraque vniatur alijs ecclesiæ membris. Patet ex conclusione: quia solùm per has virtutes theologicas fit vnio in vno secū dùm numerum, videlicet credito, & amato. ¶ Quarto sequitur, quòd cadentes à charitate, tenentes tamen fidem integram non dicuntur membra præscisa. Patet, quia adhuc manet in eis vnitas materialis, quæ dicitur continuationis, sicut sunt membra arida, siue mortua in corpore aliquo: vt patet ex dictis. ¶ Quintò sequitur, quòd ad hoc, quòd quis sit caput ecclesiæ, siue prælatus, & Spiritus sanctus per eum operetur vitam in alijs spiritualem, sufficit quòd sit corpori ecclesię vnitus per fidem etiam informem. Patet ex dictis suprà sancti Thomę. ¶ Sextò sequitur, quòd qui nec fide, nec charitate est corpori ecclesiæ vnitus, non potest caput esse corporis ecclesiæ, aut prælatus spiritualis in ea. Patet, quia (vt dictum est) sine fide, aut charitate nemo potest esse membrum ecclesiæ, vt probatū est, & per consequēs nec caput eius. ¶ Septimò sequitur, quòd qui per infidelitatem desinunt esse membra ecclesiæ, cadunt ab omni potestate spirituali ecclesiastica iurisdictionis, quam Spiritus sanctus dederat eis ad regimen spirituale corporis ecclesiæ. Patet ex dictis. Item ex illo Innocen. papæ in cap. hæretici. 24. quæst. 1. vbi dicit. Hæretici cùm à fide catholica destiterint, perfectionem spiritus, quā acceperant, amiserunt. Quod non videtur exponendum de sanctitate, cùm etiā per quodlibet peccatum mortale amittatur sanctitas: sed videtur exponendum de perfectione potestatis, & honoris ecclesiasticæ. Vnde in ca. sequēti dicit Cypria. Didicimus omnes omnino hæreticos nihil habere potestatis, atq; iuris. In quo videtur manifestè dicere, quòd hæretici non tantùm executionem potestatis iurisdictionis, sed etiam substantiam potestatis perdunt. Quæ omnia sunt dicta, saluo semper meliori iudicio.

¶ Qui dicantur credentes hæreticorum, fautores, receptores, & defensores eorū. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum credentes, fautores, receptores & defensores qui dicantur. Et quæ sit eorum pœna, ostenditur.*

CVM nō solùm hæretici, sed etiam credentes, fautores, receptores, & defensores eorū excommunicationis sententiam incurrāt. vt patet in ca. sicut ait. extra de hære. & ca. excommunicamus. postquam exposuimus qui sunt vocandi hæretici, exponēdum iam est, qui dici debeant credentes eorum, fautores, receptores, & defensores eorū. ¶ Credentes autem hæreticorum dicuntur tripliciter. *Credētes hæreticorum.*

¶ Primò quidem, qui confitentur se credere 1
ita, sicut illi credunt. Nam ex errore suo se iudicant, & hoc sine dubitatione verum est. Secundò dicuntur credentes hæreticorū, qui adorant eos, qui reuerentiā suo more eis exhibent. Tertiò qui confessionem, & communionem ab eis iuxta eorum ritū acceperunt, vel similia perpetrarūt, quæ ad ritum eorum pertinent. omnes enim tales profectò credentes fuisse conuincuntur. Nam ex factis exterioribus præsumitur de affectu. artic. 32. q. 5. qui viderit. C. de dolo. l. dolum. Nec enim refert, vtrùm dictis, an factis quis voluntatem suam insinuet. ff. de le. & sen. cō. l. destituant. Nam negare, & confiteri non solùm ore sed etiā facto contingit. 11. quæst. 3. existimant.

¶ Fautores verò hæreticorum dicuntur multipliciter. Primò quidem, qui publica potestate fungentes, si condemnatos ab ecclesia fugant, & non puniant. Et q ex hoc fautores intelligantur, ad literā probant canones positi. 23. q. 3. sicut est. c. qui potest. quod est Damasi papæ, sic dicentis. Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & nō facit, nihil est aliud, quàm fauere impietati. Ad idem est. c. qui vitijs. 1. q. 5. & ca. præterea. q. 8. eiusdem causæ. Priuatæ autem personæ quę ad hoc, videlicet ad detinendum fugientes hæreticos, nec ex officio nec ex præstito iuramento tenentur, non videntur fautores hæreticorum dicendi: quia hoc non ad eos, sed ad eos pertinet, qui potestate funguntur. Secundò fautores esse iudicātur verbo, qui excusant eos, non ex linguæ lubrico, sed à proposito in cō uenticulis, vel etiā inter laicos, sicut sunt multi dicentes, Isti non sunt tales, scilicet hæretici, quales esse dicūtur, nec negant ista nec illa. Tales autem per mēdacia excusantes eorum excessus, possunt verè fautores dici, habita cōsideratione personarum, tēporis & loci, & locorū. Plerūq; enim verba talium simplices homines ad hæreticorū amorem prouocant, & deuotionē, quam habēt ad ecclesiam, minuūt, & eneruant. Tertiò dicūtur fautores hæreticorū facto: qui procurāt, qui mittunt hæreticis alimoniā, qui eos liberant, qui ea quibus liberantur, subministrant, & siqua sunt similia. Et est art. quāuis probatione nō egeat. 23. q. 4. c. est iniusta misericordia. Quarto qui extirpationē hæreticorū impediunt. Item non dāt ad id operā quam possunt secū dùm maius vel minus: & hoc secūdùm cōsideratione diuersarū circunstātiarum. Quintò fautores hæreticorū esse vidētur, qui hæreticos celāt, cùm eos possint & debeant indicare. Sextò dicūtur fautores, qui eos occultando, seu aliter ipsorū excōicationē, vel incarcerationem, vel punitionē malitiosè impedire præsumunt, aut captos, aut incarceratos relaxāt præter volūtatem ecclesiæ. Itē septimò possent dici fautores etiā, qui requisiti ab episcopo, vel inquisitore, nequiter recusant, vel prætermittūt iuuare eos, qui præfatos hæreticos capere cupiūt. *Fautores.*

Receptores

Defensores

¶ Præterea receptores dicūtur, q sciēter hæreticos recipiūt, siue latenter, siue manifestè. ¶ Cæterū defensores dicūtur primò, q defendūt errorē hæreticorū, & isti dānabiliores sunt illo, q errat: & non solū hæretici, sed hęresiarchæ dicūtur. 24. q. 4. qui alios. Secūdò dicūtur defensores, q defendūt pro suis viribus, vel potētia, ne ad manus iudicis eueniat examinandus, vel puniēdus. Et de simili defensione loquitur canon. 24. q. 3. in multis capitulis quæstiōis. & 27. q. 1. si cu stos. Quilibet talis credētium, fautorū, & receptorū, ac defensorū hæreticorū est excōicatus: & si nō satisfecerit infrà annū, tūc ipso iure est infamis, nec ad publica officia, seu cōcilia, nec ad eligendum aliquos ad huiusmodi: nec ad testimoniū debet admitti, nec pōt cōdere testamētum, nec ad alicuius hæreditatis successionē accedere. Nullus quoq; ei super quocūq; negotio, sed ipse alijs cogeretur respōdere. Si iudex est, eius sentētia non valet. Si aduocatus, nō admittitur eius patrocinium. Si tabellio, nō valēt eius instrumēta. & sic de similibus. Si verò sit clericus, ab omni officio & beneficio debet deponi. Et illi, q tales post quàm ab ecclesia fuerint denominati euitare contēpserint, debēt excōicari. Probātur hæc omnia extra de hære. c. excōicamus. Itē oēs clerici, qui talibus exhiberēt ecclesiastica sa- *Pœna prædictorum.*

cramēta, vel traderēt ecclesiasticæ sepulturę, aut eleemosynas, aut oblationes eorū reciperent, debēt priuari suo officio: ad quod nunq restituētur sine indulto sedis apostolicæ speciali. Similiter & regulares, quorum etiā priuilegia in illis locis non seruētur eis. vt in prę dicto. c. excōmunicamus. §. sanè clerici.

¶ De abiurationis forma obseruanda per hęreticos, cùm contingit eos ad fidem, & ad ecclesiam redire. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Hęresis abiurandæ forma describitur.*

QVoniam nulli hæreticorum ad fidem redeūti ecclesia sancta Dei gremiū suum claudit, reliquū est, vt dicamus in fine huius vltimæ partis de modo receptionis eorum, & forma abiurationis. De quacūq; hęresi quilibet conuertatur non est recipiēdus, nisi ad arbitrium sui episcopi, vel inquisitoris fidei, abiurata, & anathematizata hęresi. Ait enim Leo papa scribēs Ianuario episcopo Aquilieñ. & habetur in. c. saluberrimū. 1. q. 7. Saluberrimum (inquit) & spiritualis medicinæ vtilitate vtilissimū est, vt siue presbyteri, siue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri voluerint, atq; ad catholicam fidem, quam pridem amiserant, rursum reuerti ambiunt, primos errores suos, & ipsos auctores erroris à se damnatos sine ambiguitate fateantur, & sensibus prauis etiam peremptis nulla desperandi sit occasio, nec vllum membrum talium possit societate violari: cū per oia illis professio propria cœperit obuiare. hæc ille. Hinc Ephesina sanctissima synodus vna de quatuor principalibus de Nestorio episcopo, sed hæretico ita constituit. Consequens est (inquit) si resipiscere volueris, vt iureiurādo fatearis, & anathematizes tua polluta & prophana dogmata: sentias autem, & doceas quæ nos vniuersi per oriētem & occidentem episcopi & magistri præsules populorum credimus & docemus. Hinc in actione eiusdem synodi. c. 15. eiusdem forma iuramenti exprimitur in hunc modum. Ego Hysicius agnoscens veram fidem orthodoxam, & accedens ad sanctissimam & catholi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam ecclesiam anathematizo omnem hæresim, & maximè. N. in qua errabam: assentio autem præscriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans eos, qui non celebrant sanctum Dei pascha iuxta morem apostolicæ & catholicæ ecclesiæ. & iuro per sanctum omoousion, id est Trinitatẽ. & si quid ex his labefactauero, legum seueritati subiacebo. & expositioni mihi recitatæ subscripsi manu propria. hæc ibi. Hanc formam iuramenti inquit dominꝰ Aymarus in lib. de synodis. sancta Romana ecclesia de hæreticis conuersis
1 eligere consueuit. Apud practicam autem inquisitorum fidei, forma abiurationis hæretici post confessionem suæ hæresis ante pœnitentiæ impositionem plenior habetur sub tali verborum serie. Ego. N. recognosco, & cõfiteor corã vobis dominis me errasse in prædictis: & super his corde contrito & humiliato absolutionem & pœnitentiam requiro: & hanc hæresim, & omnem aliam quocunque nomine censeatur, abiuro: & promitto quòd de cætero seruabo illibatam fidem, quam Romana tenet ecclesia, & prædicat: & quòd hæreticos, & credentes eorum toto posse meo persequar: & tam eos, quàm eorum fautores receptores, & benefactores bona fide, & sine dolo, & sine mora manifestabo ecclesiæ, vel prælato: & pœnitentiam, quę mihi pro dicta mea culpa iniungetur, integrè seruabo, & cõplebo. Et volo, & concedo, quòd si ab hac hora in antea contigerit me relabi ad eundem errorem, vel alium cuiuscunq; hæresis, quocunq; nomine censeatur, errando fortè in aliquo casu, vel credendo, seu fidem habendo errantibus, vel eos, vel credentes eorum recipiendo sciẽter, aut defendendo, aut fouendo dicto vel facto, aut eis benefaciendo, qualitercunq; eos vel celando, aut non manifestãdo bona fide & sine mora. vel si pœnitentiã iniunctã à vobis integrè non seruauero, & perfectè non compleuero, ab inde ipso facto habear excommunicatus, & periurus, & hæreticus manifestus: & me ergo iudico: ita q̃ sine ampliori cognitione & sentẽtia, quæ iure relapsis & manifestis hæreticis indicitur, mihi pœna imponatur. Insup asserо, & protestor me puram & totam veritatem de me & alijs inquantum scio dixisse: & si fortè constare poterit me malitiosè de veritate aliquid suppressisse, vel tacuisse, imponenda, vel iniungenda mihi à vobis pœnitentia seu absolutio obtenta vel obtinenda nihil mihi prosit.

¶ In quo narrantur variæ antiquæ hæreses ab ecclesia Dei cõdemnatæ. & primò quæ in prima synodo Nicæna.

Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in prima synodo Nicæna condemnatæ recensentur.*

QVoniam non parum commoditatis arbitrati sumus afferre præsenti tractatui de hæresibus, si in prõptu ex eo posit haberi notitia, quę hæreses superioribus tẽporibus per sanctos patres in ecclesia sunt condemnatæ, Id circo decreuimus quantum possibile nobis fuerit hic sub breuitate cõmemorare errores, & hæreses, quæ per ecclesiã Dei, siue in cõcilijs, siue per sedẽ apostolicã reprobatæ inueniũtur. Incipimus autẽ ab vniuersali synodo, 2
Nicæna dicentes, quòd venerabilis & sancta synodus Nicæna. 318. patrum condemnauit Arrium pessimum hæreticum cum complicibus suis, qui inter alios errores, quos dogmatizauit, tres gradus asserebat in Trinitate: patrem scilicet maiorem, Filium minorem, Spiritũsanctum creaturam vel seruum. Cuius quidem Arrianæ perfidiæ de inæqualitate sanctæ Trinitatis condemnata blasphemia eadem sancta synodus consubstãtialem Deo Patri Filium per symbolum diffiniuit. vt in cap. canones. distin. 15.

¶ In quo narrantur hæreses condemnatæ in concilio Romano celebrato Romæ post concilium Nicænum.

Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in concilio Romano Romæ celebrato condemnatæ referuntur.*

CÆterùm in concilio Romano, qđ post conciliũ Nicænum est Romæ celebratum, anathematizatæ sunt plures hæreses. De quibus, scilicet cõcilio & hæresibus in eo condemnatis,

demnatis, Dama. papa loquitur, vt patet in lib. conciliorum. hoc modo scribens ad Antiochenum episcopum.

1 Post Nicęnum cõcilium aliud in vrbe Roma congregatũ est postea à catholicis episcopis: qui addiderũt de Spiritusancto. Et qa postea talis error exortus est, vt quidã dicere prophano ore præsumant Spiritum sanctum per Filiũ fuisse factũ, ideo anathematizamus eos, q̃ non cũ oi prędicãt libertate cũ Patre & Filio Spiritũ sanctũ vnius eiusdęq; substãtię atq; potestatis existere.

Similiter autẽ anathematizamus eos, qui errorem Sabellij sunt secuti: eundem dicentes esse patrem, quem & Filium.

Anathematizamus Arrium, & Eunomium, qui simili impietate, licèt verbis discrepent, Filium tamen & Spiritumsanctum creaturam esse confirmant.

Anathematizamus Macedonianos, qui ex Arriana radice deriuati, non impietatem, sed vocabulum mutauerunt.

Anathematizamus Focinũ, q̃ Ebeonis hæresim renouans, dñm nostrum Iesum Christum solùm ex Maria confitetur.

Anathematizamus etiã eos, q̃ duos filios esse profitentur, vnum ante secula, & alterum per carnis assumptionem ex virgine.

Anathematizamus etiã eos, q̃ pro aĩa rationali cõfirmãt, qa Dei verbũ in humanam carnem cõuersum est: ipse nãq; Filius Dei verbũ non pro rõnali anima & intelligibili in suo corpore factus est, sed nostrã, hoc est rationalẽ animã & intelligibilẽ animã sine peccato assumpsit, atq; saluauit.

Anathematizamus etiam eos, qui dicũt verbum Dei productione & correptione àpatre separatũ, & sine substãtia eum terminã dum esse blasphemant.

Si quis nõ dixerit semp Patrẽ, & semp Filiũ, & semp Spiritũsanctũ esse, anathema sit.

Si quis nõ dixerit Fliũ natũ ex Patre, hoc est ex diuina eius substãtia, anathema sit.

Si q̃s nõ dixerit verbũ dñi Filiũ Dei, sicut verum Deũ Patrẽ eius, & omnia posse, & oĩa nosse, & Patri æqualem esse, anathema sit.

Si quis dixerit, q̃ in carne degens Filius Dei cùm esset in terra in cælis & cũ Patre non fuerit, anathema sit.

Si quis dixerit, q̃ in passione crucis dolorem passus est Filius Dei Deus & nõ caro cum anima, qua induta est, aliàs quæ induerat formam serui, quam sibimet assumpsit, sicut scriptura dixit, anathema sit.

Si quis non dixerit, quia in carne quã assum

psit sedet ad dexterã Patris: in qua etiam venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit.

Si q̃s non dixerit Spiritũsanctũ ex Patre esse verè & proprie sicut & Filiũ ex diuina substantia & verum Deum, anathema sit.

Si q̃s non dixerit omnia posse Spũsanctum, & omnia nosse, & vbiq; adesse sicut & Filium & Patrem, anathema sit.

Si quis dixerit Spiritũsanctum facturam, aut per Filium factum, anathema sit.

Si quis non dixerit omnia per ipsum Filium & Spiritũsanctum fecisse Patrem, hoc est visibilia & inuisibila, anathema sit.

Si quis nõ dixerit Patris & Filij & Spiritꝰ sancti vnam diuinitatem, potestatem, deitatem, virtutem, vnam gloriam, dominationem, imperium, vnam voluntatem, & veritatem, anathema sit.

Si quis tres personas non dixerit veras Patris & Filij & Spiritussancti æquales, semper viuẽtes, omnia continẽtes visibilia & inuisibilia, omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia creantes, omnia saluantes, anathema sit.

Si quis non dixerit Spiritum Sanctum adorandũ ab vniuersa creatura sicut & Filium & Patrem, anathema.

Si quis de Patre & Filio bene sapit, de sancto autem spiritu non rectè crediderit, hæreticus est. Quia omnes hæretici de filio Dei & Spiritusancto malè sapientes, in Iudæorum atq; Gentilium incredulitate consistere conuincuntur: anathema sit.

Si quis autem diuiserit Deum Patrem dicẽs & Deũ Filium eius & Deũ Spiritũsanctum affirmans: deos dicit & non Deũ propter vnam deitatẽ atq; potestatem quam esse credimus & nouimus Patris & Filij & Spiritussancti: subtrahens verò Filiũ & Spiritumsanctum tanquã solum opinatus Patrem Deũ, sit anathema. Nomẽ enim deorũ & omnibus sanctis à Deo positũ est atq; donatũ: de patre verò & Filio & Spiritu sancto propter vnã æqualẽq; diuinitatem nõ deorũ nomina, sed vnũ Dei nomẽ traditur atq; significat, vt credamus quia in Patre & Filio & Spiritusancto solùmodò baptizamur, & non in archãgelorum nominibꝰ, sicut hæretici, aut sicut Iudæi Gentilesq; insaniũt. Hæc ergo Christianorum salus est, vt credẽtes Trinitati, hoc est Patri & Filio & Spũsancto, & in ea baptizati, vnã deitatẽ, & potestatẽ, & diuinitatem, & substãtiam in eo esse credamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In quo ponũtur errores condemnati in concilio Gangrensi. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in Gangrensi concilio condemnatæ narrantur.*

CÆterùm in cõcilio Gangrẽsi,quod post conciliũ Nicænum celebratũ est,sunt sequentes condẽnati errores. De quo habetur in decreto.dist.30.

1 Si qui filij parẽtes maximè fideles deseruerint occasione Dei cultus,hoc iustum indicantes,& non potiùs debitũ honorem parẽtibus reddiderint,vt hoc ipsum in eis veneretur,q̃ fideles sunt,anathema sint.

Item quæcũq; mulier religioni iudicãs cõuenire,comam sibi amputauerit,quam Deus ad velamẽ eius,& ad memoriam subiectionis illi dedit,tanquam resoluens ius subiectionis,anathema sit.

Itẽ si qua mulier derelicto viro discedere voluerit,soluto vinculo cõiugali nuptias cõdemnando,anathema sit.

Item si quis virginitatẽ propter Deum professus,in coniugio positos per arrogãtiam vituperauerit,anathema sit.

Item si quis virginitatem, vel continentiam professus,tanquã abominales nuptias iudicat,& non propter hoc solùm,quòd virginitatis bonũ sanctum propositum est, sit anathema.

Item si qua mulier suo proposito vtile iudicãs, vt virili veste vtatur,& propter hoc viri habitum imitetur,anathema sit.

Item si quis tanquã continẽtiæ conuenire iudicans,die dominico ieiunauerit in eiusdẽ diei contemptum,anathema sit.

Item si quis eorũ,qui in proposito sunt cõtinẽtiæ,præter necessitatẽ corporalẽ superbiat,& ieiunia cõia totius ecclesiæ putauerit cõtemnenda,perfectam in sua cõscientia iudicans rationem,anathema sit.

Item si quis per superbiã tãquam perfectum se existimãs,conuẽtus, qui per loca & basilicas sanctorũ martyrum fiũt,vel accusauerit,vel etiã oblationes,quę ibidẽ celebrãtur, spernẽdas esse crediderit,memoriasq; sanctorum contemnendas, anathema sit.

Item si quis extra ecclesiam priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones,ipsamq; ecclesiam apud se sine episcopi consilio cum presbytero agat, anathema sit.

Item si quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierẽ fidelem ac religiosissimam cum viro suo dormientem abominãdam crediderit,aut accusandam,tanquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

Item si quis carnem manducantem ex fide cum religione præter sanguinem & idolo immolatũ & suffocatum crediderit condemnandam tanquam spem non habentem qui eam manducat,anathema sit.

Item si quis dereliquerit proprios filios,& non eos aluerit,& quod pietatis est,necessaria nõ præbuerit,sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit.

Item si quis virorum putauerit sacro proposito,id est continentiæ conuenire, vt pallio vtatur,tanquam ex eo habiturus iustitiam,& reprehendat, vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur,& alia veste communi,quæ in vsu est,anathema sit.

Item hæc scripsimus,nõ abscindẽtes eos,qui in ecclesia Dei secũdùm scripturas propositum sanctum continẽtiæ eligunt,sed eos qui suscipiunt habitũ eiusdem,& in superbiã efferuntur aduersus eos,qui simpliciùs viuunt. Sed & hos condẽnamus,qui se extollũt aduersus scripturas,& ecclesiasticos canones, & noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur,& continẽtiam cum castitate,& religionem cum charitate Deo acceptissima dicimus,& renuntiationes secularium negotiorũ atq; actuum cum humilitate approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod secũdùm castitatem perdurat,honoramus, & diuites cum iustitia & operibus bonis non abijcimus.

¶In quo ponuntur hæreses condemnatæ in secunda synodo vniuersali. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in secunda uniuersali synodo Constantinopoli celebrata condemnatæ,recitantur.*

AMpliùs secũda synodus vniuersalis Constantinopol. 150. patrũ Macedonium Constãtinum Spiritũsanctum Deum esse negãtem condemnans,consubstantialem Patri & Filio Spiritũsanctum demõstrauit:dans symboliformã,quam tota Latinorũ & Græcorum confessio in ecclesijs prædicat: vt scribit Isid.7. Ety. & ponitur ca.canones.dist.15. Quæ synodus anathematizauit omnem hæresim, specialiter Eunominiorum, imò Anomianorum, quæ latinè sine lege dicũtur,vt Airanorũ, siue Eudoxianorũ.i. qui cõtra Spiritũsanctum pugnant,& Sabellianorũ,& Marcellianorũ,& Cosmorũ,& Molonariscarum.

¶In quo ponuntur errores condemnati in concilio Milmitano. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in concilio Milmitano condemnatæ referuntur.*

PRæterea in concilio Milmitano,quod fuit tẽpore Innocẽ.1.condẽnata est hæresis Pelagiana: cõtra quã diffinita fũt ea quæ sequũtur,scilicet,

1 Placuit igitur omnibus episcopis q̃ fuerunt in hac sancta synodo cõstituere hæc quæ in p̃senti cõcilio diffinita sunt:vt quicũq; dicit Adam primum hominem mortalẽ factũ,ita vt siue peccaret,siue nõ peccaret moriret in corpore,hoc est,de corpore exiret,non peccati merito,sed necessitate naturæ.

Item placuit,vt quicũq; paruulos recẽter ab vteris matrũ baptizãdos, negat aut dicit in remissionẽ quidẽ peccatorũ baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati,quod lauacro regenerationis expietur: vnde sit consequẽs,vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera,sed falsa intelligatur,anathema sit.

Item placuit,vt quicunq; dixerit gratiã Dei, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrũ, ad solam remissionẽ peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium vt non committantur,anathema sit.

Item placuit, vt quicũq; dixerit eandem gratiã Dei per Iesum Christum dñm nostrũ propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccãdum:quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum vt sciamus quid appetere,quid vitare debeamus, atq; valeamus,anathema sit.

Item placuit,vt quisq; dixerit ideo nobis gratiam iustificatiõis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur,faciliùs possimus implere per gratiã, tanquam & si gratia non daretur, non quidem facilè,sed tamen possumus etiam sine illa implere diuina mandata,anathema sit.

Si dixerimus,q̃a peccatũ non habemus,nosmetipsos seducimus,& veritas in nobis nõ est.quisquis sic accipiendum putauerit,vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est,anathema sit.

Item placuit, vt quicũq; dixerit in oratione dominica ideo dicere sanctos:dimitte nobis debita nostra.vt non pro seipsis hoc dicant,quia nõ est iam eis necessãria ista petitio:sed pro alijs, qui sunt in suo populo peccatores: & ideo nõ dicere vnumquẽq; sanctorum, dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, vt hoc pro alijs potiùs quàm pro se iustus petere intelligatur,anathema sit.

Item placuit, vt quicũq; ipsa verba dominicæ orationis vbi dicimus: dimitte nobis debita nostra.ita voluerit à sanctis dici, vt humiliter,non veraciter hoc dicatur, anathema sit.

¶In quo ponuntur errores condemnati in tertia synodo vniuersali, videlicet Ephesina. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in tertia synodo uniuersali Ephesina condemnatæ recensentur.*

PRætereatertia synod⁹ vniuersalis, videlicet Ephesina prima. 200. patrũ siue episcoporũ,Nestoriũ duas psonas allerẽtem in Christo iusto anathemate condemnauit:ostendens

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens manere in Christo duas naturas, & vnam domini nostri Iesu Christi personā. Quæ quidem synodus sequētes condēnauit errores.

Si quis non confitetur Deum veraciter esse Emmanuel, & propterea Dei genitricē sanctam virginē Mariam. peperit enim secundùm carnem secundùm Dei verbū, secundùm quod scriptum est, Verbum caro factum est: anathema sit.

Si quis non confitetur carni secundùm substantiam vnicum verbū Dei patris vnūq; esse Christum cum propria carne eundem scilicet Deum & hominem, anathema sit.

Si quis in vno Christo diuidit substantiam post vnitatem sola eas connexione coniungens ea quæ secundùm dignitatem, vel etiam authoritatē, aut potestatem, aut non potiùs conuentu qui per vnitatem factus est naturalem, anathema sit.

Si quis personis duabus vel subsistentijs eas voces, quę in apostolicis scriptis cōtinentur, & euangelicis diuidit, vel de Christo dicūtur à sanctis vel ab ipso, & aliquas qui dē ex his velut huiusmodi, qui præter verbum Dei specialiter intelligatur, aptauerit: illas autem tanquā Deo dignas Deo soli Dei Patris verbo deputauerit, anathema sit.

Si quis audeat dicere Christū hominem Deopion, id est Deum factum, & non potiùs Deum esse veraciter dixerit tanquam filium per naturam secundùm ꝙ verbum caro factum est & cōmunicauit similiter vt nos carni & sanguini, anathema sit.

Si quis dicit Deum esse vel dōm Christum Dei Patris verbum, & non potiùs eūdem ipsum cōfitetur Deum simul & hominem propterea ꝙ verbum caro factum est secundùm scripturas, anathema sit.

Si quis velut hominem Iesum operante Deo verbo dicit adiutum, & vnigeniti gloriam tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

Si quis audet dicere assumptū hominem coadorandū Deo verbo, & cōglorificādū, & conūcupādum Deū tanquā alterū cum altero. nam cō syllaba semper adiecta hoc cogit intelligi Deum potiùs vna supplicatione veneratur Emmanuel, vnāq; ei glorificationem depēdit iuxta quod verbum caro factum est, anathema sit.

Si quis vnum dōm nostrū Iesum Christum glorificatū dicit à Spiritusancto, tanquam qui aliena virtute per eum vsus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam cōtra immundos spiritus posse & corā hominibus diuina signa perficere, cùm non potiùs proprium fatetur eius spiritū, per quem diuina signa expleuit, anathema sit.

Pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse Christum diuina scriptura cōmemorat: obtulit enim semetipsum pro nobis in odorē suauitatis Deo & Patri.

Si qs ergo apostolū & pōtificem nostrū dicit esse factū nō per ipsum Dei verbū qñ caro factū est, & iuxta nos hominē, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere. Aut qui dicit, ꝙ pro se obtulisset semetipsum oblationem, & non potiùs pro nobis solis (nō enim eguit oblatione, q peccatū omnino nesciuit) anathema sit.

Si quis nō confitetur carnē dñi viuificatricē esse, & propriā verbi Dei Patris: sed velut alterius præter ipsum coniunctī ei per dignitatem, aut quasi diuinā habētis habitationem, ac non potiùs viuificatricem esse: quia facta est propria verbi viuificare valentis: anathema sit.

Si quis non cōfitetur Dei verbū passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumq; primogenitum ex mortuis, secundùm ꝙ vita est, & viuificator vt Deus: anathema sit.

¶ In quo ponuntur hæreses condemnatæ in quarta synodo vniuersali. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in quarta synodo vniuersali Chalced. celebrata condemnatæ narrantur.*

CÆterùm quarta synodus vniuersalis Chalcedonen. 630. Episcoporum condemnauit Euticen Constantinopolitanum abbatem, verbi Dei & carnis vnā naturam pronuntiantem, & eiusdem Dioscorum defensorem quondam Alexandrinum episcopum, & ipsum Nestoriū episcopum cum reliquis hæreticis vna patrum sententia damnauit: prædicās eadem synodus Christum Deum sic natum de virgine, vt in eo substantiam & diuinæ & humanæ confiteatur naturæ in. c. canones. dist. 15.

¶ In

¶ In quo ponuntur errores condemnati in synodo Toletana. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in synodo Toletana condemnatæ referuntur.*

1 ITem prima synodus Toletana cōgregata authoritate & iussu Leonis papæ condemnauit errores, & hæreses sequentes contra Priscilliani stas.

Si quis dixerit, aut crediderit à Deo omnipotente mundū hunc factum non fuisse, atq; eius omnia instrumenta, anathema sit.

Si quis dixerit, atq; crediderit Deum Patrem eundem esse Filium vel paracletū, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit filium eundem esse patrem vel paracletum, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit paracletum vel patrem esse filium, anathema sit.

Si quis dixerit carnem tantùm sine anima à filio Dei fuisse susceptam, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit deitatem nascibilem esse, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit deitatem Christi conuertibilem vel passibilem, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit alterum esse Deum priscæ legis, alterum angelorum, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit ab altero Deo mundum fuisse factum, & non ab eodem secundùm ꝙ scriptum est, In principio fecit Deus cælum & terram: anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit animam humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit alias scripturas, præter quas ecclesia catholica recipit, in authoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit deitatis & carnis vnam in Christo esse naturam, anathema sit.

Si qs dixerit, vel crediderit esse aliquid, quod se extra diuinam Trinitatem possit extendere, anathema sit.

Si quis astrologiæ, vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit coniugia hominum, quæ secundùm legem diuinam licet habere, execrabilia esse, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit carnes animum, vel pecudum, quæ ad escam datæ sunt, nō tantùm pro castigatione corporum abstinendas, sed execrandas esse, anathema sit.

Si quis in erroribus Priscilliani sectam sequitur vel profitetur, vt aliud in salutari baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

¶ In quo ponuntur hæreses condemnatæ in quinta synodo vniuersali. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in quinta synodo vniuersali Constantinopoli celebrata condemnatæ, recenseneur.*

COnsequenter quinta synodus vniuersalis Constantinopolitana condēnauit Theodorum Mopsothenum, & omnes hæreticos sequaces eius, qui dicebant esse alium Dei verbum, & alium Christū, & sanctam virginem negabant Dei genitricem fuisse: vt in ca. sexta synodus. distin. 16. In qua quidem. 5. synodo patres diffinisse leguntur. 1

Si quis non confitetur Patris & Filij & Spiritus sancti vnam naturam, siue essentiam, vnam virtutem & potestatem, Trinitatem consubstantialem, vnam deitatem in tribus subsistentijs siue personis adorādam, talis anathema sit. Vnus enim Deus & pater, ex quo omnia: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia: & vnus Spiritus sanctus, in quo omnia.

Si quis non confitetur Dei verbi esse duas natiuitates, vnam quidem ante secula & sine tempore ex patre incomparabiliter: aliam vero eiusdem in vltimis diebus descendente de cælo & incarnato ex sancta gloriosa Dei Genitrice semperq; virgine, q natus est ex ea, talis anathema sit.

Si quis dicit aliū esse Deum verbum, qui miracula fecit, & alium Christum qui passus est: vel Deum verbū cum Christo esse dicit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit,quãdo ex muliere naſcebaꝰ: vel in ipſo eſſe,vt alterum in altero,& nõ vnum eundem dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ Dei verbum incarnatũ & hominẽ factũ,atq; eiusdẽ miracula & paſsiones,quas ſponte paſſus eſt carne, talis anathema.

Si quis dicit ſecũdùm gratiã, vel ſecũdùm operationẽ,vel ſecũdùm dignitatẽ,vel ſecũdùm æqualitatẽ honoris, vel ſecũdùm authoritatẽ,aut relationẽ, aut effectũ,aut virtutẽ vnitionẽ Dei verbi ad hominẽ factã eſſe,aut ſecũdũ bonã volũtatẽ,quaſi ꝙ placuit Deo verbo hõi:qa bene viſum eſt ei de ipſo,ſicut Theodorus inſaniẽs dicit,vel ſecũdùm ſolã hominis ſimilitudinẽ quã Græci omonaemiã vocant,per quã Neſtorius verbũ dñi Ieſum Chriſtũ vocãtes & hominẽ ſeparatũ Chriſtũ & Filiũ nominãtes & duas ꝓſonas manifeſtè dicẽtes per ſolã nominationẽ,& honorẽ,& dignitatẽ,& adorationẽ,& vnã perſonã, & vnũ Chriſtũ cõfingũt dicere, ſed nõ confitẽtur ſicut ſancti patres docuerũt vnitatẽ verbi ad carnẽ animatã anima rõnali & intellectuali ſecũdùm cõpoſitionem. i. ſecũdùm ſubſiſtentiam factã,& propterea vnã eius ſubſiſtentiã, qui eſt dñs noſter Ieſus Chriſtus vnus de ſancta Trinitate,talis anathema ſit. Cũ enim multis modis vnitas intelligitur. Aliquãdo quidẽ impietatẽ Apollinaris & Eutichis ſequũtur in perẽptionem eorũ,qui cõuenerũt,colẽtes vnitionẽ ſecundũ cõfuſionẽ prædicãt. Theodori aũt & Neſtorij ſequaces diuiſione gaudẽtes,affectualẽ vnitatẽ introducũt. Sancta verò Dei eccleſia vtriuſq; pfidiæ impietatẽ ejiciẽs, vnionem Dei verbi ad carnẽ ſecundũ cõpoſitionem cõfitetur,quod eſt ſecũdùm ſubſiſtẽtiam. Vnitio enim per cõpoſitionem in myſterio Chriſti nõ ſolũ incõfuſa ea quæ cõuenerũt cõſeruat, ſed nec diuiſionẽ ſuſcipit.

Si qs ſubſtãtiam dñi nri Ieſu Chriſti ita intelligit, tanq; ſuſcipiẽtem multarũ ſubſtãtiarũ ſignificationẽ, & propterea conatur introducere in myſterio Chriſti duas ſubſiſtẽtias vel ꝓſonas,& ab eo introductis duabus perſonis vnã perſonã dicit ꝓ dignitatẽ, & honorẽ,& adorationẽ,ſicut Theodorus & Neſtorius inſaniẽtes cõſcripſerũt,& calumniãtur ſanctã Chalcedonẽ.ſynodum tanq; ſecũdùm hunc impiiſsimũ intellectũ vſam vnius intelligẽtiæ vocabulũ,ſed non cõfitetur Dei verbũ carni ſubſtãtialiter vniri,& propterea vnã eius ſubſiſtẽtiam vel vnam perſonam. & ita ſanctam Chalcẽdonẽ.ſynodũ vnam ſubſiſtẽtiam dñi noſtri Ieſu Chriſti confiteri,talis anathema. Nec enim adiectionem perſonæ vel ſubſiſtentiæ ſancta Trinitas ſuſcepit, & incarnato vno de eadem Trinitate verbo.

Si quis abuſiuè & nõ verè Dei genitricẽ ſanctã gloriоſam ſemper Virginẽ Mariã aut per velationẽ tanquã hominẽ puro nato. Non enim Deo verbo ex ea incarnato ſed relati ſecũdùm illos hominis natiuitate in Deum verbũ tanquã cohærẽs naſcenti homini & criminatur ſanctã Chalcedonẽn. ſynodũ tanquã ſecũdùm eũdem impium intellectũ à Theodoro commẽtatum Dei genitricẽ Virginẽ aſſerentẽ: aut ſi quis hominis genitricẽ vocat eam aut Chriſti genitricẽ: vtpote Chriſto nõ exiſtẽte Deo & non ſpecialiter & ſecundùm veritatẽ Dei genitricẽ eandẽ cõfitetur ob id ꝙ ante ſecula à Patre genitus Deus verbũ in vltimis dierũ ex ea incarnatus & natꝰ eſt: atq; ita piè ſanctã Chalcedonẽn. ſynodũ Dei genitricem eam confiteris talis anathema ſit.

Si quis in duabus naturis dicẽs nõ vt in deitate & humanitate vnũ dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ cognoſci cõfitetur, vt per hoc ſignificet differẽtiam naturarum,ex quibus incõfuſa & ineffabilis vnitas factaeſt,neq; verbo in naturã carnis transfigurato,neq; ad verbi naturã tranſlatã:manet eũ vtrunq; quod eſt ſecũdùm naturã & poſt factã vnitatẽ ſubſtãtialiter ſed in diuiſionẽ per partem huiuſmodi ſuſcepit vocẽ in myſterio Chriſti,aut numerũ naturarũ cõſitens in vno eodẽq; dño nr̃o Ieſu Chriſto Deo verbo incarnato, & nõ tantummodo contẽplatione differẽtiam eorum accepit, ex quibus & compoſitus eſt non interempta *ouſia*. vnus enim ex vtriſq; & ꝓ vnũ vtraq; ſed propterea numero vtitur tanquã diuiſas & propriæ ſubſiſtentiæ cõſiſtentes naturas,talis anathema. *Latinè autẽ eſſentia.*

Si ex duabꝰ naturis deitate & humanitate cõfitẽs vnitionẽ factã fuiſſe,vel vnã naturam Dei verbi incarnatã dicẽs, & nõ ſic has voces intelligit ſicut ſancti patres docuerunt, quòd ex diuina natura & humana vnitionẽ ſecundùm ſubſiſtentiam factam vnus Chriſtus factus,ſed ex huiuſmodi vocibus vnam naturam ſiue ſubſiſtentiam deitatis & carnis Chriſti introducere conatur,talis anathema. Secundũ ſubſiſtẽtiam enim dicentes carne vnigenitum verbum vnitum eſſe,nõ confuſione quadã ad vices naturarum factã fuiſſe dicimus magis aũt manẽte

te vtraq; hoc quod eſt vnitũ eſſe carni intelligimus verbum, propter quod & vnus eſt Chriſtus idem Deus & homo conſubſtantialis patri ſecundùm deitatem,& conſubſtantialis nobis& idem ſecundũ humanitatẽ. Similiter enim & hos, qui per partes diuidunt,vel incidunt, & confundunt diſpenſationis myſteriũ Chriſti auertitur & anathematizat ſancta Dei eccleſia.

Si quis adorari in duabus naturis dicit Chriſtũ,ex quo duas adorationes introducunt ſemotim Dei verbo, & ſemotim homini: aut ſi quis peremptionẽ carnis,aut in cõfuſione deitatis& humanitatis vnã naturam ſiue eſſentiã conuenientiũ portentioſe dicit ſic adorat Chriſtũ ſed vna adoratione diuinum verbũ incarnatum cũ eius carne adorat,iuxta quod ſanctę Dei eccleſiæ ab initio traditum eſt,talis anathema ſit.

Si quis confitetur non crucifixum carne dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ eſſe verum, & dominũ gloriæ & vnum ſanctæ trinitatis,talis anathema.

Si quis non anathematizat Arrium, Eunomiũ,Macedoniũ,Apollinarẽ,Neſtorium, Eutícen,& Origenem cũ impijs eorũ ſcriptis,& omnes alios hæreticos, qui condẽnati ſunt, & anathematizati à ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia,vel prædictis quatuor cõcilijs, ſed & eos,qui ſimilia cũ prædictis hæreticis ſapuerunt,aut ſapere noſcuntur, & vſq; ad finẽ permanſerũt in propria impietate,talis anathema.

Si quis defendit Theodorũ impiiſsimum mopſueſtenũ,qui dixit aliũ eſſe Deum verbũ & alium Chriſtũ,& paſsionibus animę & concupiſcentijs carnis moleſtum, & à malis paulatim ſeparantẽ ſe, & ita ex promotione operum melioratum, & ex vitę conuerſatione incertaminatum conſtitutum tanquãpurũ hominem baptizari in nomine dei patris,& filij,& ſpiritus ſancti,& per baptiſmum gratiam ſancti ſpiritus accipere, & adoptionem promoueri,& ad ſimilitudinem imperialis imaginis in perſonam Dei verbi adorari poſt reſurrectionẽ incõuertibilẽ ſecũdùm intellectum, & ſine peccato penitus factum. Et iterum dicente eodem impiiſsimo Theodoro vnitionẽ Dei verbi ad Chriſtum talem factã fuiſſe, qualem dixit Apoſtolus in marito & vxore. erunt duo in carne vna. Et ſuper alias innumerabiles blaſphemias, præſumente dicere,ꝙ poſt reſurrectionem ſufflans dominus in diſcipulos ſuos, & dicens, Accipite ſpiritum ſanctum. non dedit ſpiritum ſanctum: ſed tñ ſtemate ſufflauit. Hic autem & cõfeſsionẽ Thomę,quã dũ palparet manum, vel latus dñi poſt reſurrectionẽ, per quã dixit: Deus meus & dominus meus. aſſeruit non fuiſſe dictã de Chro à Thoma. nec enim tũc eũ Deũ dicit,ſed miraculo reſurrectionis obſtupeſcens Thomas glorificauit Deũ,qui ſuſcitauit Chriſtũ. Quod autẽ peius eſt, & interpretatione facta ab eo in geſta apoſtolorũ quaſi in interpretatione cõparãs idẽ Theodorus Chriſtũ Platoni,vel Manichęo,& Epicuro,& Marcioni dicit:qa ſicut vnuſquiſq; illorũ inueniẽs propriã ſectã diſcipulos ſuos fecit nõminari Platonicos,& Manichęos,& Epicureos, & Marcioniſtas: ſimili modo & Chriſto inueniente ſectã,ex ipſa Chriſtianos vocari. Si quis igit defendit impiiſsimũ Theodorũ, vel impia eius cõſcripta, in quibꝰ tã prædictas,q̃ alias innumerabiles blaſphemias euomuit aduerſus magnũ Deũ& ſaluatorẽ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, & nõ anathematizat eũ,& impia eiꝰ cõſcripta, & oẽs,qui ſuſceperint,aut defendũt eũ,aut dicentes eũ rectè exponere,& eos q̃ ꝓ ipſo ſcripſerũt, & ſimilia ei ſapuerũt,aut ꝓ eo ſcribũt,aut eius impia cõſcripta, & eos q̃ ſimilia ei ſapiũt aut ſapuerũt aliqñ,& vſq; ad finẽ permãſerũt aut permanent in huiuſmodi impietate,talis anathema.

Si qs defendit impia ſcripta Theodorici,quę contra rectã fidẽ expoſita ſunt,& primam Epheſinã ſanctã ſynodũ, & S. Cyrillũ,vel 12. eius capitula,& ea omnia quæ conſcripſit pro Theodoro & Neſtorio impijſsimis vel alijs,qui ſimilia Theodoro, & Neſtorio impijſsimis ſapuerũt,& recipit eos, vel impietatẽ eorũ, atq; propterea impios vocat eccleſia doctores,qui ſubſtantialiter Dei vnitionem Dei verbi ad carnem cõfitentur,& nõ anathematizat prædicta impijſsima conſcripta, & eos, qui ſimilia his ſapuerunt, vel ſapiunt, ſed etiã omnes,qui contra rectã fidẽ ſcripſerunt,aut eõtra beatæ me. Cyrillũ,vel 12. eiꝰ capitula,& in hac impietate defuncti ſunt,talis anathema.

Si qs defendit epiſtolã,quã dicit ſcripſiſſe Iba ad Marimpſam, q̃ denegat quidẽ dñi verbũ de ſcã genitrice ſempvirgine Maria incarnatũ hominẽ factũ. dicit autẽ purũ hominẽ ex ea natũ eſſe,quem templũ vocat, tanquã alio exiſtẽte Deo verbo,& alio homine,ſed & S. Cyrillũ ſectã Chriſtianorũ pdicãtẽ reprehẽdit hęreticũ,& ſimilia ſeleſti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apollinaris ſcribentē,atq; vituperat Epheſinam ſanctam primam ſynodum tanquā ſine iudicio,& requiſitione Neſtorium deponentē,ſed &.12.capitula beatę me.Cyrylli impia & aduerſa rectæ fidei nominat prædicta impia epiſtola,& defendit Theodorum & Neſtoriū & impia eorū dogmata,& conſcripta. Si quis igitur prædictam epiſtolam defendit,& non eam anathemati ſubmittit, & eos qui defendūt eam,& dicūt rectam eſſe,aut partem eius,& eos qui ſcripſerunt vel ſcribūt pro ea,ſiue pro impietatibus,quæ in ipſa continentur,& prę ſumentes eam defendere, aut poſitas in ea impietates ex nomine ſanctorum patrum aut ſanctę Chalcedon. ſynodi,& vſq; ad finem in his permanſerūt, talis anathema.

His igitur ita confeſsis à nobis,quæ etiam accepimus de diuina ſcriptura, & ſanctorū patrum doctrina: & de factis de vna eadēque fide à prædictis quatuor cōcilijs:facta verò etiam à nobis ſuper hæreticos,vel impietatem eorum,ſed etiam contra eos,qui defendere præſumpſerunt aut defendunt tria prædicta capitula,& permanſerūt aut permanent in proprio errore, condemnatione.

Si quis conatus fuerit contra hæc quæ à nobis piè terminata ſunt tradere,aut docere, aut ſcribere:ſiquidem epiſcopus eſt,aut in clero connumeratus, talis extraneus, & à ſacerdotum & eccleſiaſtica diſciplina peragēs denudabitur ab epiſcopatu,aut à clero:ſi autem monachus,aut laicus fuerit anathematizabitur.

¶In quo ponūtur errorescondēnati in ſynodo prima Bracarē ſi. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſes in ſynodo prima Bracarenſi condemnatæ referuntur.*

1 AMpliùs ſynodus prima Bracarēn.cōtra Priſcillianiſtas ſequētes errores reprobat, & anathematizat.

Si quis patrē,& filium,& ſpiritum ſanctum non confitetur tres perſonas vniusſubſtantiæ,& virtutis,ac poteſtatis, ſicut catholica & apoſtolica eccleſia docet:ſed vnam tantùm ac ſolitariam dicit eſſe perſonā, ita vt ipſe ſit pater qui filius, ipſe etiā ſit paracletus ſpiritus, ſicut Sabellius & Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis extra ſanctam trinitatē mala neſcio quæ diuinitatis nomina introducit, dicēs: q̄ ipſa diuinitas ſit trinitas, ſicut Gnoſtici, & Priſcillianus dixerunt,anathema.

Si quis dicit filium Dei dominum noſtrum antequam ex virgine naſceretur non fuiſſe,ſicut Paulus Samoſathenus & Fotinus & Priſcillanus dixeruntianathema ſit.

Si quis natalē Chriſti ſecundùm carnem nō verè honorat,ſed honorare ſe ſimulat, ieiunans in eodem die in dnico, quia Chriſtū in hominis natura natū eſſe nō credit, ſicut Cerdiō,Marcion,Manichæus, & Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis animas humanas dicit prius in cæleſti habitatione peccaſſe,& per hoc in corpora humana in terra deiectas,ſicut Priſcillianus dixit,anathema.

Si quis humanas animas, vel angelos ex Dei credit ſubſtātia extitiſſe,ſicut Manichęus, & Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis dicit diabolum non fuiſſe prius bonū angelum à Deo factum, nec Dei opificiū fuiſſe naturam eius, ſed dicit eum ex tenebris emerſiſſe,nec aliquem ſui habere authorem,ſed ipſum eſſe principiū atq; ſubſtantiam mali, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis credit,quia aliquantas in mūdo creaturas diabolus fecerit,& tonitrua, & fulgura,& tempeſtates, ſiccitates ipſe diabolus ſua authoritate faciat,ſicut Priſcillianus dixit,anathema ſit.

Si quis animas & corpora humana fatali ſigno credit aſtringi,ſicut pagani, & Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis.12.ſigna,id eſt ſydera, quæ Mathematici obſeruare ſolēt,per ſingula animæ vel corporis membra diſsipata credunt,& nominibus patriarcharū aſcripta dicunt, vt Priſcillianus dixit,anathema ſit.

Si quis cōiugia damnat, & procreationē naſcentium abhorreſcit,ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis plaſmationem humani corporis diabolidicit eſſe figmentum,& conceptiones in vteris matrum operibus dicit dæmonū figurari,propter quod & reſurrectionē carnis non credit ſicut Manichæus,& Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis dicit creationem vniuerſæ carnis non opificiū Dei,ſed malorum eſſe angelorum,ſicut Manichęus,& Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis immundos putat cibos carniū, quas Deus in vſum omnium dedit,& non propter afflictionem corporis, ſed quaſi immunditiam putauerit, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cū carnibus præguſtet, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerūt, anathema ſit.

Si quis clericorum præter matrem,& germanam,vel etiam quæ proximè cōſanguinitate iunguntur,aliquas alias quaſi adoptiuas fœminas ſecum retinet,& cū ipſis habitat,ſicut Priſcilliani ſecta docuit,anathema ſit.

Si quis quinta feria paſchali,quę vocatur cœna domini, hora legitima poſt nonam ieiunus in eccleſia miſſas non tenet,ſed ſecūdùm ſectam Priſcilliani feſtiuitatē ipſius diei ab hora tertia per miſſas defunctorū ſoluto ieiunio colit,anathema ſit.

Si quis ſcripturas,quas Priſcillianus ſecundùm ſuum deprauauit errorem, vel tractatus Dictimi, quos ipſe Dictimus antequā conuerteretur ſcripſit ſub nomine patriarcharum, prophetarum, vel apoſtolorum, & ſuo errori cōſona confinxit,legit, & impia eorum figmēta ſequitur, aut defendit, anathema ſit.

¶In quo ponuntur hæreſes condemnatæ in ſexta ſynodo vniuerſali & ſeptima.

Cap.XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſes in ſexta ſynodo Cōſtantinopolitana, & in ſeptima Nicæna condemnatæ, narrantur.*

1 SExta ſynodus Conſtantinopolitana.150. patrum condemnauit ſtultitiam hæreſis Macharij, & ſociorum eius, qui vnam tantùm voluntatem, & operationē in Chriſto falſa ſuſpicione aſtruebant: vt in capitu. ſexta ſynodus. diſtinctio. 16. Septima ſynodus dicta Nicæna. 367. patrum condemnauit hæreſim execrantium imagines ſanctorum in eccleſia dicentium illas nec colendas,nec venerandas fore.

¶De hæreſibus ab Iſidoro deſcriptis libro Etymologiarum, & poſitis in Decreto, quæ ab Apoſtolis, & ſanctis patribus, vel concilijs damnatæ dicuntur.

Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorū ſectæ quot ſint,& unde nomina deſumpſerint,deſcribitur.*

SEctæ verò hęreticorum quot ſint,& vnde nomina acceperint, beatus Iſidor. 8. Etymologia. capitu.5.ita determinat dicens. Quidam verò hæretici, quide eccleſia receſſerunt, ex nomine ſuorum authorum nuncupantur. Quidam verò ex cauſis, quas eligentes inſtituerunt. ¶Simoniaci à Simone dicti magicæ diſciplinæ perito:cui Petrus in actibus Apoſtolorum maledixit pro eo, quòd ab apoſtolis ſpiritus ſancti gratiam pecunia emere voluiſſet. Hi dicunt creaturam non à Deo eſſe, ſed à virtute quadam ſuperna creatam. ¶Menādriani à Menandro mago diſcipulo Simonis nuncupati: qui mundum non à Deo, ſed ab angelis factum aſſerunt. ¶Baſilidiani à Baſilide appellati:qui inter reliquas blaſphemias paſſum Ieſum abnegauit. ¶Nicolaitæ dicti à Nicolao diacono eccleſiæ Hieroſolymitanorum:qui cum Stephano, & cum alijs conſtitutus eſt à Petro:quipropter pulchritudinē relinquēs vxorem, dixit, vt qui vellet, ea vteretur,verſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo,vt inuicem coniugia commutarent, quos Iohan. in Apoca. improbat dicens. Sed hoc habes,quòd odiſti facta Nicolaitarum. ¶Gnoſtici,qui propter excellentiam ſcientiæ ita ſe appellare voluerunt: animam naturam Dei eſſe dicūt: bonum & malum Deum ſuis dogmatibus fingunt. ¶Carpograti ani à Carpograte quodam vocantur: qui dixit Chriſtum hominē fuiſſe tātū de vtroq; ſexu ꝓgenitū. ¶Cherin

tiani

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiani à Cherinto quodam nuncupati. Hi inter cętera circunciſionem obſeruant, mille annos poſt reſurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant, vnde & Græcè Alioſtæ, Latinè Milliaſti ſunt appellati. ¶ Nazaræi dicti: quia dum Chriſtum, qui à vico Nazarenus eſt appellatus, filium Dei licet confiteantur, omnia tamē veteris legis cuſtodiūt. ¶ Ophycæ à Colubro nominati ſunt: Coluber enim Græcè Ophys dicitur. colunt enim ſerpentem, dicentes ipſum in paradiſo induxiſſe virtutis cognitionem. ¶ Valentiniani à Valentino quodam platonico ſectatore vocati: qui conas, id eſt ſcelera quędā in originē creatoris induxit: Chriſtum quoq; de virgine nihil corporis, ſed per eā quaſi p fiſtulam trāſiſſe aſſeruit. ¶ Apellitæ, quorū author Apelles princeps fuit: qui creatorem angelum neſcio quem gloriolum ſuperioris Dei faciens Deū legis igneum affirmans: qui dixit Chriſtum non Deum in veritate, ſed hominē in phantaſia apparuiſſe. ¶ Archontiati à principibus appellantur, qui vniuerſitatem, quam Deus condidit, archangelorum opera eſſe defendunt. ¶ Adamiani vocati: quia Adę nuditatem imitentur. Vnde & nudi orant, & nudi inter ſe mares fœminæq; conueniunt.

¶ Cayani proinde ſunt appellati: quoniam Cayn adorant. ¶ Sethiani nomen acceperūt à filio Adæ, qui vocatus eſt Seth, dicentes cūdem eſſe Chriſtum. ¶ Melchiſedechiani vocati; pro eo quòd Melchiſedech ſacerdotē Dei, nō hominem fuiſſe, ſed virtutem Dei eſſe arbitrantur. ¶ Angelici vocati: quia angelos colūt. ¶ Apoſtolici vocati hoc ſibi nomen ſumpſerūt, q̄ nihil poſſidentes proprium, nequaquam recipiunt eos, qui aliquo in hoc mūdo vtuntur. ¶ Cerdoniani à Cerdone quodam nominati: qui duo contraria principia aſſerunt. ¶ Marcioniſtæ à Marcione ſtoico philoſopho appellati: qui Cerdonis dogma ſecutus, alterum bonum, alterum iuſtum Deum aſſeruit, tanquam duo principia creationis, & bonitatis. ¶ Artateritæ ab oblatione vocati: panem etenim & caſeum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & à fœtibus ouium fuiſſe celebratam. ¶ Aquarij appellati: eo q̄ aquam ſolùm offerunt in calice ſacramenti. ¶ Seueriani à Seuero exorti: vinum non bibunt, vetus teſtamentum & reſurrectionem non recipiūt. ¶ Tatiani à Tatiano vocati: qui & Encratici dicti: quia carnes abominantur. ¶ Alogij vocantur tanquā ſine verbo. logos enim Græcè verbum dicitur: domini enim verbum nō credunt, reſpuentes Io. euangelium, & apocalypſin. ¶ Latafrigijs nomē prouincia dedit: qa ibi extiterunt, authores eorum Montanus, Priſca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum ſpiritus ſancti non in apoſtolos, ſed in ſe traditum aſſerunt. ¶ Catharoæ propter mundi tiam ita ſe nominarunt. gloriantes enim de ſuis meritis, negant pœnitentibus veniā peccatorum: viduas ſi nupſerint, tanquam adulteras damnant: mundiores ſe cæteris prædicant. qui nomen ſuum ſi cognoſcere vellent, mundanos potiùs ſe, quàm mūdos vocarēt. ¶ Pauliani à Paulo Samoſathenoe exorti ſunt, qui dixit non ſemper fuiſſe Chriſtum, ſed à Maria ſumpſiſſe initiū. ¶ Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati: qui materiā nō naturam introducens, Deo, non naturæ eam comparauit: matremq; elementorum ideam aſſeruit, quos apoſtolus comparat elementis ſeruientes. ¶ Manichæi à quodam Perſa extiterunt, qui vocatus eſt Manes. Hic duas naturas & ſubſtantias introduxit, id eſt bonam & malam: & animas ex Deo quaſi ab aliquo fonte manare aſſeruit. Teſtamentum vetus reſpuunt: nouum ex parte recipiunt. ¶ Anthropomorphitæ dicti pro eo, quòd ſimplicitate ruſtica Deum habere humana membra, quæ in diuinis libris ſcripta ſunt, arbitrātur. Anthroposenim Græcè, Latinè homo interpretatur: ignorantes vocē dñi, qui ait, Spiritus eſt Deus. incorporeus eſt enim. nec em̄ mēbris diſtinguitur, nec corporis mole cenſetur. ¶ Eraclitæ ab Eraclio authore exorti: monachos tantū recipiunt: cōiugia reſpuūt: regna cęlorum paruulos habere non credūt. ¶ Nouatiani à Nouato Romæ vrbis presbytero exorti: qui aduerſum Cornelium cathedram ſacerdotalem conatus inuadere, hæreſim inſtituit: noluit apoſtatas ſuſcipere: & rebaptizans baptizatos. ¶ Montani hæretici dicti, q̄ tēpore perſecutionis in montibus latuerunt, qua occaſione ſe à catholięę eccleſię corpore diuiſerunt. ¶ Ebionitæ ab Ebione dicti, ſiue à paupertate: Chriſtū enim per prouētum ſolū virum iuſtū putant effectum. vnde & competenter Ebionitæ pro paupertate intelligētiæ appellati ſunt. Hi enim Iudęi ſunt, & ita tenent euangelium, vt legem carnaliter ſeruēt: aduerſus quos Apoſtolus ad Galatas ſcribens, inuehitur. ¶ Fotiniani à Fotiniano Gallogræciæ Smirnæ epiſcopo nuncupati, qui Ebionitarū hæreſim ſuſcitās, aſſeruit Chriſtū ex Maria per Ioſeph nuptiali coitu fuiſſe cōceptū. ¶ Aëriani ab Aërio quodā nūcupati ſūt. hi offerre ſacrificū, p̄ dfunctis ſpnūt.

Aëtia-

¶ Aëtiani ab Aëtio ſunt vocati, idemq; Eunomiani ab Eunomio quodā Dialectico Aërij diſcipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, diſſimilem patri aſſerentes filium, & filio ſpiritum ſanctum: dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentiū. ¶ Origeniani ab Origene authore exorti ſunt, dicentes, quòd non poſſit filius videre patrem nec ſpiritus ſanctus filium. Animas quoq; in mundi principio dicunt peccaſſe, & pro diuerſitate peccatorum de cęlis vſq; ad terram diuerſa corpora quaſi vincula meruiſſe, eaq; cauſa factū eſſe mundum. ¶ Noëtiani quoque à quodam Noëto vocati: qui dicebant Chriſtum eundem eſſe patrem & ſpiritū ſanctum, ipſamq; trinitatem in officiorum nominibus, non perſonis accipiunt. Vnde & Patripaſsiani vocantur, quia patrem paſſum dicunt. ¶ Sabelliani ab eodem Noëto pulluluſſe dicuntur, cuius diſcipulum perhibent fuiſſe Sabellium, ex nomine cuius maximè innotuerunt, vnde & Sabelliani vocati. Hi vnam perſonam patris, & filij & ſpiritus ſancti aſtruūt. ¶ Arriani ab Arrio Alexandrino presbytero exorti ſunt, qui coæternum patri filium non agnoſcens, diuerſas in trinitate ſubſtantias aſſeruit, contra illud quod ait dominus, Ego & pater vnum ſumus. ¶ Macedoniani à Macedonio ſunt dicti: negātes ſpiritum ſanctum eſſe Deum. ¶ Apollinariſtæ ab Apollinare vocati ſunt: dicentes Chriſtū corpus tantùm ſine anima aſſumpſiſſe. ¶ Antidicomaritæ appellati ſunt, eo quòd Mariæ virginitati contradicunt, aſſerētes eam poſt Chriſtum natum viro ſuo fuiſſe commixtā. ¶ Metangi nominati ideo tale nomen acceperūt: quia angios Græcè, vas dicitur, aſſerentes ſic patrem eſſe intra filium, ſicut vas minus intra vas maius. ¶ Patriciani à quodam Patricio nuncupati ſunt: qui ſubſtantiam humanę carnis à diabolo conditā dicunt. ¶ Collitiani à quodam Collitio nominati: qui dicunt Deum non facere mala, contra id quod dictum eſt. Ego dominus creās malum. ¶ Floriani à Floriano: qui contrariò dicunt Deum creaſſe mala, contra hoc quod ſcriptum eſt, Fecit Deus bona omnia. ¶ Donatiſtæ à Donato quodam Aphro nūcupati ſunt: qui de Numidia veniens, totam penè Aphricam ſua perſuaſione decepit, aſſerēs minorem patre filium, & minorem filio ſpiritum ſanctum, & rebaptizans catholicos. ¶ Bonoſiani à Bonoſo quodam epiſcopo exorti produntur: qui Chriſtum filium Dei adoptiuū, non propriū aſſerunt. ¶ Circuncelliones dicti, eo q̄ agreſtes ſint, quos Scotopicos vocant ſupradictę hæreſis habentes doctrinam. Hi amore martyrij ſeipſos perimunt, vt violenter de hac vita recedentes, martyres nominētur. ¶ Priſcillianiſtę à Priſcilliano vocati: qui in Hiſpania ex errore Gnoſticorum Manichæorum permixtum dogma compoſuit. ¶ Luciferiani à Lucifero Smirnæ epiſcopo orti: qui epiſcopos catholicos, qui inſtanti perſecutione per fidiæ Arrianorum conſentientes erant, & poſtea correcti redire in cathedram elegerunt, damnantes quod crediderunt, ſiue quod credidiſſe diſſimulauerunt. Quos eccleſia mater no recepit ſinu tanquā Petrū poſt fletum negationis: hanc illi matris charitatem ſuperbè accipientes, eos recipere nolētes, ab eccleſia ſſica communione receſſerunt, & cum ipſo Lucifero authore ſuo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt. ¶ Iouinianiſtæ à Iouiniano quodam monacho dicti: aſſerentes nullā nuptiarum & virginū eſſe diſtantiam, nullū que inter abſtinentes & ſimpliciter epulantes eſſe diſcrimē. ¶ Eluidiani ab Eluidio nominati: qui dicūt poſt natū Chriſtū alios Mariā filios ex viro ſuo Ioſeph peperiſſe. ¶ Paterniani à Paterno quodā exorti: qui inferiores corporis partes à diabolo factas opinantī. ¶ Arabici nuncupati, eo q̄ in Arabia exorti ſunt: dicentes animā cum corpore mori, atq; innouiſſimo vtrūq; reſurgere. ¶ Terculiani dicti à Terculiano presbytero Aphricanę prouinciæ ciuitatis Carthagineñ. animā immortalem eſſe, ſed corporeā prædicantes, & animas peccatorum hominum poſt mortē in dæmones conuerti putantes. ¶ Teſſeredecatæ dicti, q̄. 14. luna paſcha cum Iudæis obſeruandum contendunt. nam teſſera quatuor: deca decē ſignificat. ¶ Nyctages à ſomno nūcupati: q̄ vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicētes iura temerari diuina, qui no ctem ad requiem tribuit. ¶ Pelagiani à Pelagio monacho exorti: hi liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponunt, dicentes ſufficere voluntatem ad implendum diuina iuſſa. ¶ Neſtoriani, à Neſtorio Conſtantinopolitano epiſcopo nuncupati: qui beatam virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantùm modo matrem aſſeruit, vt aliam perſonā patris, aliam faceret deitatis, nec vnum Chriſtū in verbo Dei, & carne credit, ſed ſeparatim atque ſeiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prędicauit. ¶ Euticiani dicti ab Eutice Conſtantinopolitano abbate, qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionem negauit exiſtere de duabus naturis, ſed ſolùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum in eo diuinam asserunt esse naturã. ¶ Acephalitæ dicti, id est sine capite: nullus enim reperitur eorum author, à quo exorti sint. Hi trium Chalcedoñ. capitulorũ impugnatores duarum in Christo substãtiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona prædicant naturam. ¶ Theodosiani, & Gaianitæ appellati, à Theodosio & Gaiano: qui tẽporibus Iustiniani principis in Alexandria populi peruersi electione vna die ordinati sunt epi. Hi errorem Euticis & Dioscori sequentes Chalcedoneñ. concilium respuunt, ex duabus vnam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ incorruptã contendunt. ¶ Gnoitæ & Tritoitæ à Theodosianis exorti sunt: ex quibus Gnoitæ ab ignorantia dicti: qui ad peruersitatem, à qua orti sunt, id adijciunt, quòd Christi diuinitas ignorat quæ sunt futura scripta de die & hora nouissima, nec recordantes Christi personam in Esaia loquentem: dies iudicij in corde meo. ¶ Tritoitæ verò vocati sunt, q̃ sicut tres psonas in trinitate, ita quoq; asserũt tres deos esse, cõtra illud quod scriptum est. Audi Israël, dñs Deus tuus vnus est. ¶ Sunt & aliæ hæreses sine authore, & sine nominibus, ex quibus aliæ putant trinum esse Deũ. Alię Christi diuinitatem pasibilem dicunt. Alię Christi natiuitatem de patre in tempore initium tẽporis dant. Aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descensionem non credunt. Aliæ animam imaginẽ Dei negant. Aliæ animas conuerti in dæmones & in quæcunq; animalia existimãt. Alię de mundi statu dissentiunt. Aliæ innumerabiles mundos opinantur. Aliæ aquã Deo co æternam faciunt. Aliæ nudis pedibus ambulant. Aliæ cum hominibus non manducant. Hæ sunt hereses aduersus catholicam fidem exortę, ab Apostolis & sanctis patribus vel concilijs condemnatæ: quę dum in se multis erroribus diuisę inuicem sibi dissentiunt, cõmuni tamẽ nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant. Sed & quicunq; aliter scripturã sanctã intelligit, quàm spiritus sancti sensus efflagitat, à quo scripta est, licèt de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, teste Aug.

¶ De erroribus & hęresibus condemnatis in decretalibus.

Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses in decretalibus condẽnatæ, recensentur.*

INter hęreses damnatas in decretalibus, prima occurit illa abbatis Ioachim, de qua extra de sum. tri. & fide catho. damnamus. vbi Innocen. 3. in concilio generali ita loquitur. Damnamus ergo, & reprobamus libellũ siue tractatum, quem abbas Ioachim edidit contra magistrum Pet. Lombardi de vnitate seu essentia trinitatis. &c. Hæresis autem abbatis Ioachim arguentis contra Petrum Lõbardi, qui docuerat, quòd quędã summa res est pater & filiꝰ & spiritus sanctus, & illa nec est generans, nec genita, nec procedens, fuit ista scilicet, q̃ nulla res est pater & filius & spiritus sanctus, atq; q̃ vnitas, qua pater & filius & spũs sanctus dicũtur vna essentia, vna natura, nec sit vera & ꝓpria vnitas, sed similitudinaria: quemadmodum multi homines dicuntur vnus populus. Hanc hęresim meritò damnauit prefatus Romanus põtifex, credens, & confitens cũ Petro Lombardi, quòd vna quędam res est incomprehensibilis quidem, & ineffabilis quę veraciter est pater & filius & spiritus sanctus, tres simul personę, ac sigillatim quælibet earundem. ¶ Secundo loco hereses, & errores condemnati & reprobati in fine prefati capituli, sunt errores pessimi hęretici Almarici. Cuius errores fuerunt plures, vt colligitur ex cronica Rõ. pontifi. tempore Inno. 3. ¶ Primus error fuit, q̃ asseruit ideas, quę sunt in mente diuina, & creare & creari, cùm tamen secundùm Augusti. nihil nisi ęternũ atq; incommutabile sit in mẽte diuina. ¶ Secũdus error fuit, quòd asseruit quòd ideo Deus dicitur finis omnium: quia omnia reuersura sunt in ipsum, vt in Deo immutabiliter quiescant, & vnum individuum atque incommutabile in eo permanebunt. ¶ Tertius error fuit, quòd sicut alterius naturę non est Abrahã, & alterius Isaac, sed vnius atque eiusdem: sic dixit omnia esse vnum, & omnia esse Deum: dixit enim Deum essentiam esse omnium creaturarum, & esse omniũ. ¶ Quartus error fuit, quòd asseruit q̃ sicut lux non videtur nisi in aëre, sic Deus nec ab angelis, nec ab homine videtur in se, sed tantùm in creaturis. ¶ Quintus error fuit, quòd asseruit, quòd si homo non peccasset, in duplicem sexum partitus non fuisset, nec generasset: sed eodem modo quo angeli sancti multiplicati sunt, fuissent & homines.

¶ Sextus error eius fuit, quòd in charitate cõstituto nullum peccatum imputabitur. Vnde sub tali specie pietatis ei⁹ sequaces omnẽ turpitudinem committebant. Vnde non immeritò prædictus dominus Innocen. dicit vbi suprà de dicto Almarico loquens: ita eum pater mendacij excæcauerat, vt eius doctrina nõ tam hæretica asserenda sit, quàm insana. ¶ Tertio loco in. c. cùm Christus. extra de hęreti. condemnat hæresis dicentium Christũ non esse aliquid secundùm quòd homo. ¶ Quarto loco condemnatæ dicuntur hæreses multorum hæreticorum. vbi ita habetur. Excõmunicamus, & anathematizamus vniuersos hęreticos Catharos, Paterinos, Paupares de Lugduno, Passaguinos, Iosepinos, Arnolditas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur. Qui autem fuerint errores istorum, plenè reperire non valuimus, nisi tantùm Catharorum, siue Paterinorum & pauperũ de Lugduno: & fortasis omnes alij sequentes cõmunicant cum istis, aut parum discrepant ab eis. Errores autem Catharorũ siue Paterinorum sunt varij: quia secta eorũ diuisa est in tres partes, siue sectas principales: quarum prima vocatur Albaneñ. Secũda Cozoreñ⁹. Tertia Baioleñ. nihilominus omnes Cathari conueniunt in erroribꝰ sequentibus, secundùm quòd ex lib. inquisitionis hæreticorum colligitur, dimissis alijs, in quibus particulariter inter se discrepant.

Primus eorum error cõmunis est, quòd diabolus fecit hunc mundum, & omnia quæ in eo sunt.

Secundus, q̃ omnia sacramenta ecclesiæ nihil prosunt ad salutem.

Tertius, quòd sacramenta Christi, & ecclesiæ non sunt vera, sed falsa, & deceptoria.

Quartus, quòd carnale matrimoniũ est peccatum mortale.

Quintus, negant carnis resurrectionem.

Sextus, credũt quòd comedere carnes, & oua & caseum, etiam vrgente necessitate, est peccatum mortale.

Septimus, quòd non licet iurare in aliquo casu.

Octauus, quòd potestates seculares peccant mortaliter puniendo malefactores, vel hæreticos.

Nonus, quòd nemo potest fieri saluus, nisi per eos.

Decimus, quòd paruuli baptizati nõ leuiùs punientur æternaliter, quàm latrones, & homicidæ. Verum est tamen, quòd Albanẽses in hoc dissentire videntur.

Vndecimus, quòd dicunt non esse purgatorium.

Duodecimus error est, quòd fingunt multa inania & falsa, & sacrilega sacramenta.

Tredecimus error est, quòd dicunt, quòd panis non potest benedici, quia est creatura diaboli.

Decimusquartus error est, quòd dicũt, quòd ex pane non conficitur corpus Christi.

Decimusquintus est, quòd per pœnitentiam nec gloria augetur, nec pœna minuitur in ferni.

Decimussextus, quòd non plus punietur Iudas proditor, quàm infans vnius dici.

Decimusseptimus, quòd omnes erunt ęquales in gloria, vel in pœna.

Decimusoctauus, quòd de peccatis non est pœnitendum.

Decimusnonus, quòd malè acquisita per vsuram vel rapinam non sunt restituenda, vsuram dicentes nullum esse peccatum.

Vigesimus error est, quòd non implorãt auxilia beatę virginis, nec angelorũ, nec sanctorum, nec muniunt se signo crucis.

Hi sunt errores communes Catharorum, siue Paterinorum: relinquimus autem errores speciales, quos habuerunt prefatę sectæ eorum.

¶ *Errores pauperum de Lugduno, qui alio nomine, Valdeñ. & Boemistæ nominãtur.*

¶ Primus, quòd contemnentes ecclesiasticã potestatem dicunt se non subesse Romano põtifici, nec prelatis ecclesiæ Romanę.

Secundus, quòd se solos esse ecclesiã, & Christi discipulos affirmant.

Tertius, quòd se dicunt apostolorum successores, & habere authoritatem apostolicã ligandi & soluendi.

Quartus, q̃ dicunt Romanam ecclesiam esse meretricem Babylonem, & omnes ei obedientes dicunt damnandos.

Quintus, q̃ dicunt omnes sanctos & fideles à tẽpore Syluestri papæ esse dãnatos.

Sextus error, dicunt, q̃ nullã miracula in ecclesia vera fiant, quia nullus eorũ aliquãdo miracula fecit.

Septimus, quòd dicũt post Ascensionẽ Christi nulla esse seruanda statuta ecclesiæ, nec esse alicuius valoris.

¶ In quo ponuntur hæreses condemnatę in Sexto & in Clemẽtinis. Cap. XXXVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Hæreſes in ſexto & in Clementinis reprobatæ referuntur.*

1 CONſequenter de erroribus ſiue hæreſibus, quæ in Sexto & in Clemẽtinis reprobatę ſunt, dicendum eſt. Sunt autẽ hæ hæreſes quę ſequuntur.

In ſexto tit.de ſum.tri.& fide cat. in fine.cõdemnatæ leguntur duæ hæreſes.

Prima negantium ſpiritum ſanctum à patre & filio æternaliter procedere.

Secunda dicentium, quòd ſpiritus ſanctus à patre & filio tanquam ex duobus principijs,& non tanquam ex vno procedat.

¶ *Hæreſes in Clementinis condemnatæ.*

¶Prima hæreſis eſt dicentiũ, quòd Chriſto adhuc viuente latus eius fuerit lancea perforatum in cap.primo de ſum.trini.& fide catholi.

Secunda hæreſis dicentium,quòd anima rationalis,ſiue intellectiua nõ ſit verè & per ſe forma humani corporis. in ca. de ſum. tri.& fide catho.

Tertia hæreſis dicentium , quòd paruulis licèt per baptiſmum culpa remittatur, gratia tamen informans non infundatur,nec virtutes.vbi ſuprà.

¶*Quarto loco condemnatur ſecta Beguardorũ & Beguinarum in.c.ad noſtrũ.de hæ.re.Cuius ſectæ errores ſunt qui ſequũtur.*

¶Primus error: dicunt enim,quòd homo in vita præſenti tãtum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere , quòd reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere nõ valebit.nã(vt dicunt) ſi quis ſemp proficere poſſet,poſſet aliquis perfectior Chriſto inueniri.

Secundò ieiunare non oportet hominem,q̃ vel orare poſtquam gradum perfectionis huius fuerit aſſecutus , quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta , quòd homo poteſt liberè concedere corpori quicquid placet

Tertiò, quòd illi qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis,non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ:nec ad aliqua præcepta eccleſię obligantur:quia(vt aſſerunt)vbi ſpiritus domini,ibi libertas.

Quartò,quòd homo poteſt finalem beatitudinem ſecundùm omnem gradum perfectionis in præſenti vita aſſequi , ſicut eam in vita beata vel patria obtinebit.

Quintò, quòd quælibet intellectualis natura ſeipſa naturaliter eſt beata,ita q̃ anima nõ indigebit lumine gloriæ ipſam eleuãte ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.

Sextò,quòd ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à ſe virtutes.

Septimò , quòd mulieris oſculũ cùm ad hoc non inclinet natura , eſt mortale peccatũ: actus tamen carnalis cùm ad hoc inclinet natura,peccatum non eſt,maximè cũ tentatur exercens.

Octauò,quòd in eleuatione corporis Chriſti Ieſu homio non debeat aſſurgere, nec eidem reuerentiam exhibere,aſſerentes,q̃ eſſet imperfectionis eiſdem ſi à puritate,& altitudine ſuæ contemplationis tantũ deſcenderent, quòd circa myſterium, ſeu ſacramentum euchariſtiæ, aut circa paſsionẽ humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Nõnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie dicunt,faciunt,& cõmittunt,quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt , & graue in ſe continent periculum animarũ.Cùm autem ex debito commiſſi nobis officij huiuſmodi ſectam deteſtabilem,& præmiſſos ipſius execrandos errores ne propagentur vlteriùs , & per eos corda fidelium dãnabiliter corrũpantur, extirpare ab eccleſia catholica neceſſariò habeamus,nos ſacro approbante cõcilio ſectam ipſam cum prædictis erroribus dãnamus,& reprobamus: omnino inhibentes diſtrictius,ne quis ipſos de cætero teneat,& approbet,vel defendat.Eos autem qui ſecùs egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos. Quinto loco condemnatur hæreſis dicentium vſuram non eſſe peccatum in cap. graui.de vſuris. §.vltimo.

¶In quo ponũtur errores & hæreſes condemnatæ in extrauagantibus Alexandri quarti,& Honorij. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſes in extrauagantibus Alexandri. 4.& Honorij pap. & aliorum ſummorum pontificũ condemnatæ recẽſentur.*

Alexan

ALexander quartus in extrauagante ſua,quę incipit. Quidam ſcripturę ſacrę intelligentiam ſe habere fatentes &c.libellum magiſtri Guilielmi de Sctõ amore , quẽ contra religioſos mẽdicantes in detractionem & denigrationem ſtatus eorum ediderat,qui intitulatur, De periculis nouiſsimorum temporum.tanquam iniquum,& ſceleſtum,& execrabilem,continentẽ documenta praua,falſa,erronea,& nepharia damnat,& reprobat:mandans,vt vbicunque talis libellus reperiatur, comburatur & aboleatur omnino ſub pœna excommunicationis.

Conſequenter idem Romanus pontifex per alias extrauagãtes ſimiliter damnat,& reprobat ſupradictũ libellum,& alios famoſos libellos erroribus plenos, quos quidã alij magiſtri Pariſienſ. in detractionẽ ordinum mendicantium malitioſè cõdiderũt: ſicut patet in extrauagante , quæ incipit. Ex alto fuiſſe conſpicimus. Et in extrauagante quæ incipit.Cùm olim.

Ampliùs papa Honorius in extrauagãte ſua quæ incipit.Olim felicis recordatiõis Gregorius papa. 10.reprobat,&damnat ſectas eorum, qui ſe dicunt de ordine apoſtolorum:aſſerentes ſevitam apoſtolorum tenere,& euangelicam paupertatem. Quorum hæreticorum capita & principes Geraldus Segnerelli de Parma,& Dulcinus diſcipulus eius diœceſis Nouarienſis. Quorum errores condẽnati ſunt qui ſequuntur,prout ex lib.inquiſitionis hęreticorũ colligit.

Primus eſt,quòd authoritas Romanæ eccleſiæ eſt omnino euacuata,& iam dudũ ceſſauit propter malitiam prælatorum.

Secundus eſt,quòd eccleſia,quam tenent papa,& cardinales,& clerici,& religioſi non eſt eccleſia Dei , ſed probata eccleſia ſine fructu.

Tertius,quòd eccleſia Romana eſt illa meretrix,quæ à fide Chriſti apoſtatauit,de qua ſcribit Iohan.in Apocalypſi.

Quartus,quòd tota illa poteſtas ſpiritualis, quam Chriſtus dedit eccleſiæ ab initio,trãſlata ſit in ſectam eorũ, qui dicuntur apoſtoli,ſiue de ordine apoſtolorum,quam ſacram vocant congregationem ſpecialiter à Deo miſſam , & electam in iſtis nouiſſimis diebus,& quòd ipſi & nulli alij habeãt poteſtatem , quam habuit beatus Petrus apoſtolus.

Quintus,quòd ipſi ſoli,qui dicunt apoſtoli, de prædicta ſecta ſeu congregatione,ſunt eccleſia Dei, & ſunt in illa perfectione, in qua fuerunt Apoſtoli Chriſti.

Sextus,quòd nõ tenentur alicui huiuſmodi obedire, nec ſummo pontifici , nec alteri: quia eorum regula, quæ fuit immediatè à Chriſto,libera eſt,& perfectiſsima vita.

Septimus , quòd nec papa , nec aliquis alius poteſt eis præcipere quòd deponãt ſtatũ illum,ſeu ritũ tantæ perfectionis, nec etiã poteſt eos excommunicare.

Octauus,q̃ de quolibet ſtatu, & ordine poteſt quilibet licitètranſire ad eorumvitam & ſtatum,ſeu ordinem, ſiue ſit religioſus, ſiue ſecularis,ita q̃ vir ſine conſenſu vxoris & èconuerſo poteſt relinquere matrimonium,& ordinem intrare ipſorum.

Nonus,quòd nullus prælatus eccleſię Romanæ poteſt ſeparare matrimonium,ſed ipſi poſſunt.

Decimus,q̃ nullus de vita,ſeu ſtatu, vel ordine ipſorum poteſt licitè intrare alium ordinẽ ſeu regulã ſine peccato mortali, nec poteſt ſe ſupponere obedientiæ hominis cuiuſque,quia hoc eſſet deſcendere à vita perfectiſsima ad minùs perfectam.

Vndecimus , quòd nullus poteſt ſaluari,nec intrare regnum cælorum , niſi ſit de ſtatu ſeu ordine ipſorum.

Duodecim⁹,q̃ omnes,qui perſequũtur eos, peccant,& ſunt in ſtatu damnationis.

Decimustertius,q̃ nullus papa Romanæ eccleſiæ poteſt aliquẽ abſoluere à peccatis, niſi eſſet ita ſctũs,ſicut fuit beatus Petrus ap̃lus in viuendo in omnimoda paupertate,& ſine proprio,& in humilitate , non faciẽdo guerras,nec aliquẽ pſequẽdo,ſed pmittẽdo viuere quẽlibet in ſua libertate.

Decimusquartus,q̃ omnes prẽlati eccleſię romanæ tãmaiores q̃ minores à tẽpore ſancti Sylueſtri papæ declinauerunt à modo viuendi priorũ ſanctorũ, ſunt prævaricatores,& ſeductores , excepto fratre Petro de Marrone,q̃ fuit papa Celeſtin⁹ vocatus

Decimusquintus,q̃ oẽs ordines religioſorũ, & ſacerdotum,& diaconorum,& ſubdiaconorum,& prælatorum ſunt ad fidei catholicæ detrimentum.

Decimusſextus,q̃ laici nõ tenẽtur nec debẽt decimas alicui ſacerdoti ſiue prẽlato Romanę eccleſiæ,q̃ nõ ſit in tãta pfectione,& in tãta paupertate,in quãta fuerũt Chriſti Apoſtoli:& ideo decimęnõ debẽt dari niſi ipſis,q̃ dicunt ap̃li, & ſunt pauperes Chri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decimusseptim⁹,q̃ qlibetvir,& quelibet mulier nudi simul possunt iacere licitè in vno & eodē lecto,& licite tāgere mutuò vnus alterū omni parte sui, & osculari scinuicē sine peccato,& cōiūgere vētrē suū cūvētre mulieris ad nudū si quis stimulet carnaliter vt cesset tentatio,non est peccatum.

Decimusoctauus,q̃ iacere cū muliere, & nō cognoscere carnaliter,maius est, q̃ suscitare mortuum.

Decimusnonus, q̃ perfectior vita est viuere sine voto,quàm cum voto.

Vigesimus,q̃ ecclesia consecrata nō plus valet ad orandū Deum,q̃ stabulum equorū, siue porcorum.

Vigesimusprimus,q̃ ita bene potest adorari Christus in nemorib⁹,sicut in ecclesijs,vel meliùs.

Vigesimussecūdus,q̃ ꝑ nulla causa debet hō iurare nisi ꝑ articulis fidei,vel ꝑceptis Dei & oia alia possunt celari,quantūcunq; iurēt dicere veritatē,& mentiri,& dolosè pal liare,vt sit vnum in ore, & aliud in corde.

¶ *In extrauagāte Bonifacij.8.quæ incipit,Vnā sanctā.&c. sunt errores sequēties condemnati.*

¶Primus error est dicentiū,q̃ totius vniuersalis ecclesiæ non sit vnum caput assignādū.Contra quem errorem diffinit, q̃ cùm ecclesia vna sit, corporis ecclesiæ non sunt capita,sed vnum est,scilicet Christus,eiusque vicarius Romanus pontifex.

Secūdus error est dicētiū gladiū tēporalēnul lo modo pertinere ad ecclesiā, nec subesse gladio spūali.Cōtraquē diffinit in potesta te ecclesię duos esse gladios.s.spūalem,& tēporalē,gladiūq; tēporalē subesse gladio spirituali, & potestatem temporalem spirituali.

Tertius est error dicentiū nō oēs fideles subiectos esse Rom.pon. Cōtra quem diffinit subesse Romano pontifici omnem humanā creaturam esse de necessitate salutis.

¶ *In extrauagante Clementis. 5.quæ incipit,Gloriosam ecclesiam.&c. condēnantur errores quorundam fratrum minorum, qui sequuntur.*

¶Primus error eorum est,q̃ fingunt duas ecclesias.Vnā carnalem, & affluentem diuitijs,scelerib⁹ maculatam:cui Romanū præsulē,aliosq; inferiores prælatos dominari asserūt.Aliā spiritualē,virtute decorā, paupertate succinctam:in qua ipsi soli,eorumque complices continentur.

Secundus error eorū est: q̃ oīs iurisdictionis authoritas sit omnino in ministris ecclesię Romanę euacuata,& in solis ipsis maneat sicut spiritualis vitæ sanctitas.

Tertius error est,quòd in nullo euentu iurādum est.

Quartus error,quòd sacerdos in mortali peccato existens non consecrat, non cōficit, non potest ecclesiastica sacramenta conferre.

Quintus error est, quòd euangelium Christi in se solis hoc in tempore asserunt esse cōpletum,quod hactenus dicunt fuisse abiectum,imò prorsus extinctum.Et vt in præcedenti extrauagān. habetur, sunt multa alia,quæ isti præsumptuosi homines contra coniugij venerabile sacramentum garrire dicuntur:multaque de cursu temporis siue seculi somniant, multaque de Antichristi aduentu, quem iamiā instruere asserunt,flebili vanitate diuulgant. Quæ omnia quia partim hęretica,partim insana, partim fabulosa cognoscimus,damnanda potiùs cū suis authoribus, quàm stilo prosequeda,aut referenda censemus.

¶ *In extrauagantibus Iohan.22.condemnātur sequentes errores & hæreses Marsilij de Padua, & Iohan.de Ianduno.*

¶In extrauagāte,quę incipit:Licet iuxta doctrinam Apostoli.condemnantur specialiter septem errores, quos Marsilius de Padua,& Iohan. de Iāduno dogmatizarunt. Quorum

Primus est,quòd id quod legitur in euangelio Matth. quòd Christus soluit tributum Cæsari,quādo staterem sumptum ex ore piscis illis qui petebant didrachma iussit dari,hoc fecit non condescensione & liberalitate suæ pietatis, sed necessitate coactus.

Secundus, q̃ btūs Petrus Apostolus nō plus fuit caput ecclesię,quàm quilibet aliorum Apostolorum.

Tertiò,quòd beatus Petrus non habuit plus authoritatis, quàm habuerunt alij Apostoli.

Quartus,quòd Christus nullum caput dimsit ecclesiæ, nec aliquem fecit vicarium suum.

Quintus,quòd ad imperatorem spectat corrigere papam,ac instituere.

Sextus, quòd omnes sacerdotes, siue sit papa, siue archiepiscopus, siue sacerdos simplex quicunque,sunt æqualis authoritatis & iurisdictionis ex institutione Christi, sed quòd vnus plus habeat alio, hoc est secundùm quòd imperator concesit, & sicut concesit,ita reuocare potest.

Septimus,

Septimus, quòd papa,vel tota ecclesia simul iuncta nullum hominem quantuncunq; sceleratum potest punire punitione coactiua,nisi imperator daret eis authoritatē.

¶ *In extrauagante eiusdem Iohan.22.quæ incipit Cùm inter nullos.&c.damnat, & reprobat errorem sequentem.*

¶Condemnat tanquam erroneum & hæreticum, si quis pertinaciter affirmauerit,q̃ rsdēptori nostro eiusque apostolis in his quę ipsos habuisse sacra scriptura testatur nequaquā ius vtendi,seu consumendi cōpetierit,nec illa vendendi,seu donandi ius habuerint,aut ex ipsis alia acquirēdi,quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur,seu ipsos potuisse facere supponit expresè.

¶ *In extrauaganti eiusdem Iohan. 22. quæ incipit. Vas electionis.condemnantur errores Iohā. de Poliaco magistri Parisiēn. circa audientium confessionum sequentes.*

¶Primus error condemnatus præfati magistri de Poliaco est,quòd asserebat, q̃ confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerāt,iterum confiteri proprio sacerdoti.

Secundus error fuit,quòd stante statuto.Omnis vtriusque sexus.edito in concilio generali,Romanus pontifex non potest facere,quòd parochiani non teneantur oīa peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialē curatum:imò nec Deus posset hoc facere quia(vt dicebat) implicat cōtradictionem

Tertius error est,quòd papa non potest dare generalem potestatem audiendi confessiones,imò nec Deus:quoniam confessus habenti generalem licentiam teneatur eadem iterum confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse vt præmittitur parochialē curatum.

Istos errores tanquam falsos,& erroneos,& à doctrina sana deuios authoritate apostolica damnat, & reprobat præfatus dominus Iohan.22.doctrinam ipsam contrariam veram esse, & catholicam asserens:q̃ illi,qui prædictis fratribus confitentur,nō magis teneantur eadem peccata iterū confiteri,quàm si aliàs illa confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta dictum concilium generale.

¶De erroribus & hæresibus Iohannis Witcleff & Iohā. Hus in concilio Constantien. condemnatis.Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses Iohan. Witcleff, & Iohan. Hus in concilio Constantiensi condemnatæ describuntur.*

IAm describendæ veniunt hęreses Iohā. Witcleff,& Iohan.Hus,quæ in concilio Constantien. condemnatę leguntur.Ponemus aūt in primis errores & hæreses Iohan. Witcleff.Secundò errores & hęreses Iohan.Hus. Et primò sequitur tenor articulorum Iohan. Witcleff.

Substantia panis materialis,& similiter substantia vini materialis remanent in sacramento altaris. 1

Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

Christus non est in eodem sacramento identicè & realiter in propria præsentia corporali.

Si episcopus, vel sacerdos existat in peccato mortali,non ordinat,non consecrat, non conficit,non baptizat.

Non est fundamentum in euangelio, quòd Christus missam ordinauerat.

Deus dedit obedire diabolo.

Si homo debitè fuerit contritus, omnis cōfessio exterior est sibi superflua,& inutilis

Si papa sit præscitus, & malus,& per consequens membrum diaboli,non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi datam, nisi fortè à Cęsare.

Post Vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in papam, sed viuendum est more Græcorum sub legibus proprijs.

Contra scripturam sacram est, quòd viri ecclesiastici habeant possesiones.

Nullus prælatus debet aliquem excommunicare,nisi sciat ipsum priùs excommunicatum à Deo:& qui sic excommunicat,sit ex hoc hæreticus, vel excommunicatus.

Prælatus excommunicans clericum,qui appellauit ad regem,vel ad concilium regni, ipse traditor est regis & regni.

Illi qui dimittunt prædicare, siue verbū Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

audire propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in die iudicij traditores Christi habebuntur.

Licet alicui diacono, vel presbytero prædicare verbum Dei absq; authoritate sedis apostolicæ, siue episcopi catholici.

Nullus est dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.

Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab ecclesia possessionatis habitualiter delinquentibus, id est ex habitu, non solo actu delinquentibus.

Populares possunt ad sum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

Decimæ sunt puræ eleemosynę, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum eas auferre.

Speciales orationes applicare vni personæ per prælatos, vel religiosos, non plus prosunt eidem, quàm generales, cæteris paribus.

Conferens eleemosynam fratribus, est excõmunicatus eo facto.

Si quis ingreditur religionem priuatam qualemcunq; tam possessionatorum, quàm mendicantium, redditur ineptior, & inhabilior ad obseruationes mãdatorum Dei.

Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo, peccauerunt.

Religiosi viuẽtes in religionibus priuatis nõ sunt de religione Christiana.

Fratres tenentur per labores manuum victũ acquirere, & non per mendicationem.

Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro alijs eis in tẽporalibus subuenientib⁹.

Oratio præsciti nulli valet.

Omnia de necessitate absoluta eueniunt.

Confirmatio, ieiunium, clericorũ ordinatio, locorum consecratio reseruantur papæ & episcopis propter cupiditatem lucri tẽporalis & honoris.

Vniuersitates, studia, collegia, graduationes, & magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt ecclesiæ sicut diabolus.

Excommunicatio papæ, vel cuiuscunq; prælati non est metuenda, quia est cẽsura Antichristi.

Peccant fundantes claustra, & ingredientes sunt veri diaboli.

Ditare clerum, est contra regulam Christi.

Syluester papa, & Constantinus Imperator errauerunt ecclesiam dotando.

Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici, & dantes eis eleemosynam, sunt excõmunicati.

Ingredientes religionem, aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad obseruãdũ diuina præcepta, & per consequens peruenidi ad regnum cælorum, nisi apostata uerint ab eisdem.

Papa cũ omnibus suis possessiones habẽtibus sunt hęretici, eo quod possessiones habẽt, & omnes consentientes eis, scilicet domini seculares, & laici cæteri.

Ecclesia Romana est synagoga sathanæ: nec papa est immediatus vicarius Christi, & apostolorum.

Decretales epistolę sunt apocryphę, & seducũt à fide Christi, & clerici sunt stulti, qui studeant eas.

Imperator, & domini temporales sunt seducti à diabolo, vt ecclesiam suam dotarent de bonis temporalibus.

Electio papæ à cardinalibus per diabolum est introducta.

Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias.

Error esset, si per Romanam ecclesiam intelligatur vniuersalis ecclesia, aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi pontificis super alias ecclesias particulares.

Fatuum est credere indulgentias papæ, & episcoporum.

Iuramenta illicita sunt, quæ fiunt ad roborãdũ humanos cõtractus, & cõmercia ciuilia

Augustinus, Benedictus, & Bernardus damnati sunt, nisi pœnituerint de hoc, q̃ habuerunt possessiones, & instituerunt, & intra uerunt religiones, & sic à papa vsq; ad vltimum religiosum omnes sunt hæretici.

Omnes religiones indifferenter introductæ sunt à diabolo.

¶ *Secundo tenor articulorum Iohan. Hus sequitur & est talis.*

Vnica est sancta vniuersalis ecclesia, tantùm est vna, sicut tãtùm vnus numerus omniũ prędestinatorum.

Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licèt fecerit quosdam actus actibus ecclesię malignantium similes.

Prędsciti non sunt partes ecclesię, cùm nulla eius pars finaliter ab ea excidit, eo q̃ prędestinationis eius charitas, quę ipsam ligat, non excidit.

Duę

Duæ naturæ diuinitas, & humanitas sunt vnus Christus.

Prędsitus etsi aliquando sit in gratia secundũ præsentem iustitiam, tamen nunquam est pars sanctæ ecclesiæ, & prædestinatus semper manet membrum ecclesiæ, licèt aliquãdo excidat à gratia aduentitia, sed non à gratia prædestinationis.

Sumendo ecclesiam pro conuocatione prædestinatorum, siue sint in gratia, siue non secundùm præsentem iustitiã isto modo ecclesia est articulus fidei.

Petrus non est, nec fuit caput ecclesiæ sanctę catholicæ.

Sacerdotes quomodolibet criminosè viuentes sacerdotij polluunt potestatem, & sic vt filij infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiæ, de clauibus, officijs, cẽsuris, ceremonijs sacris, rebus ecclesię, veneratione reliquiarum, indulgentijs, & ordinibus.

Papalis dignitas à Cæsare inoleuit, & papæ perfectio & institutio à Cæsare emanauit.

Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se vel de alio quòd esset caput ecclesiæ particularis sanctæ, vel Romanus pontifex caput Romanæ ecclesiæ.

Non oportet credere, quòd iste quicunq; est Romanus pontifex, sit caput cuiuslibet ecclesiæ particularis sanctæ, nisi Deus eum prędestinauerit.

Nemo gerit vicem Christi, vel patris, nisi sequatur eum in moribus: cùm nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter recipiat à Deo procuratoriam potestatem: quoniã ad illud officium vicariatus requiritur & morum conformitas, & institutentis authoritas.

Papa non est verus, nec manifestus successor principis Apostolorum, si viuit moribus contrarijs Petro, & si quærit auaritiam, tũc est vicarius Iudæ Scarioth. Et pari euidentia cardinales nõ sunt veri & manifesti successores collegij aliorum apostolorũ Christi, nisi vixerint more apostolorum, seruãtes mandata, & consilia domini nostri Iesu Christi.

Doctores ponẽtes q̃ aliquis per cẽsurã ecclesiasticam emendãdus si corrigi noluerit seculari iudicio est tradẽdus, pro certo sequũtur in hoc põtifices scribas, & pharisæos, qui Christũ non volentem eis obedire in omnibus, dicẽtes, Nobis nõ licet occidere quẽquã. ipsum seculari iudicio tradiderũt:

& q̃ tales sunt homicidę graviores, q̃ Pilat⁹.

Obedientia ecclesiastica est obedientia secũdùm adinuentionem sacerdotum ecclesiæ præter expressam authoritatẽ scripturæ.

Diuisio immediata humanorũ operũ est, q̃ sunt vel virtuosa, vel vitiosa: quia si homo est vitiosus & agit quicquã, tũc est vitiosus: si virtuosus, & agit quicquã, agit virtuosè: quia sicut vitium, quod crimen dicitur, seu peccatum mortale, inficit vniuersaliter actus hominis vitiosi: sic virtus viuificat oẽs actus hominis virtuosi.

Sacerdos Christi viuens secundùm legẽ eius habens scripturæ notitiam, & affectum ad ædificandum populum, debet prædicare, non obstante prætensa excommunicatione. Fit infrà, q̃ si papa, vel aliquis præpositus mandat sacerdoti sic disposito nõ prædicare, non debet subditus obedire.

Quilibet prædicantis officium accipit de mãdato, qui ad sacerdotiũ accedit: & illud mãdatum debet exequi prætensa excommunicatione non obstante.

Per censuras excõicationis, suspẽsionis, & interdicti ad sui exaltationẽ clerus populũ laicalẽ sibi suppeditat, auaritiam multiplicat, malitiã protegit, & viã præparat Antichristo. Signũ autem euidẽs est, q̃ ab Antichristo procedunt tales censurę, quas vocãt in suis processibus fulminationes, quibus clerus principalissimè procedit cõtra illos, qui denuẽãt nequitiam Antichristi, qui clerum pro se maximè vsurpauit.

Si papa est malus, & præsertim si est prescitus, tunc vt Iudas apostolus est diabolus, fur, & filius perditionis, & nõ est caput ecclesiæ sanctę militãtis, cũ nec sit mẽbrũ ei⁹

Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiæ, & quodlibet eius mẽbrũ iungitur Christo capiti insolubiliter.

Papa vel prælatus malus, & præscitus est æquiuocè pastor, & verè fur & latro.

Papa nõ debet dici sanctissimus, etiã secũdũ officiũ: quia aliàs etiã rex deberet dici sanctissim⁹ secũdũ officiũ: & tortores, & præcones dicerentẽ sancti, imò etiã diabolus deberet vocari sanctus, cùm sit officiari⁹ Dei.

Si papa viuit Chro cõtrariè, etiã si ascẽderet per ritã & legitimã electionẽ secundũ constitutionẽ humanã vulgatã, tamẽ aliunde ascẽderet, q̃ per Christũ, dato etiã q̃ intraret per electionẽ à Deo principaliter factã. Nam Iudas Scharioth ritè & legitimè est electus à Deo Christo Iesu ad episcopatũ, & tamen ascendit aliunde in ouile ouium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Condemnatio.45.articulorum Iohan.Wiclef per doctores facta est irrationabilis, & iniqua, & malè facta, & ficta est causa per eos allegata,scilicet,quòd nullus ex eis est catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut erroneus,aut scandalosus.

Non eo ipso quòd electores, vel maior pars eorum consenserint viua voce secundùm ritus hominum in personam aliquam,eo ipso illa persona legitimè est electa,vel q eo ipso est verus, & manifestus successor vel vicarius Petri apostoli,vel alterius apostoli in officio ecclesiastico. Vnde siue electores benè vel malè egerint, operibus electi debemus credere.Nã eo ipso, quo quis copiosiùs operatur meritorie ad profectũ ecclesiæ,habet à Deo ad hoc copiosiùs testatem.

Non est scintilla apparentiæ,quòd oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam,quod semper cum illa militãte ecclesia conuersetur.

Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet.

Apostoli, & fideles, & sacerdotes domini strenuè in necessarijs ad salutem regularunt ecclesiam antequam papæ officium fuerit introductum:sic facerent deficiente per summè possibile papa vsque ad diem iudicij.

Nullus est dominus ciuilis, nullus est prælatus,nullus est episcopus dum est in peccato mortali.

AVTHORIS PERORATIO.

HAEC pro complemento huius quarti libri dixisse sufficiant, & per consequens huius totius nostri operis. Habito ergo fine istius nostræ Summæ,quam quatuor libris distinctam de ecclesia intitulandam duximus, erectis sursum luminibus,ac manibus ad ipsius sanctæ ecclesiæ caput & sponsum Iesum Christum dominum nostrum fontem sapientiæ, cuius dignissima gratia hoc opus,licèt multis laboribus & infirmitatibus fatigati,consummauimus, ingentes illi gratias offerentes dicimus,Tibi laus,tibi gloria,tibi gratiarum actio in secula seculorum. Amen.

HVIVS SVMMÆ LONGE REVErendi patris & domini domini Iohã. de Turrecremata, sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Mariæ in Trãstyberim presbyteri cardinalis sancti Sixti vulgariter nuncupati,contra ecclesiæ & primatus Apostoli Petri aduersarios intitulata, Finis.

TRACTATVS COMPENDIOSISSIMI SEPTVAGINtatrium quæstionum super potestate & authoritate Papali ex sententijs Sancti Thomæ collectarũ per Magistrum Ioannem de Turrecremata, ordinis prædicatorum, ad Iulianum Cardinalem incipit præfatio.

MANDASTI Reuerendissime pater,& domine præstantissime domine Iuliane dignissime presbyter Cardinalis,vt ea, quæ de Summi Pontificis potestate gloriosus doctor Sanctus Thomas de Aquino sparsim ponit in suis operibus,in vnum colligerem tractatulum. In quo pro nascentibus difficultatibus circa Romani pontificatus singularem authoritatem Reuerendissima Paternitas vestra posset sine laboriosa multorum reuolutione librorum huius splendidissimi doctoris ad manum habere sententias. Optassem planè hoc onus aut studiosiori viro,cui familiarior esset præfati doctoris doctrina,fuisse iniunctũ,aut alio clariori tempore mihi,in quo laboriosiori animo & sollicitudine magis integra perscrutationi tantorum librorum vacare potuissem. Verùm quia omnino Paternitati vestræ Reuerendissimæ placuit,vt hoc per me & nunc fieret, mandata vestræ dominationis complexus,sequentes sententiarum flores eiusdem beatissimi doctoris Thomæ librorum, quos nunc perfunctoriè transcurrere potui,in hunc codicellum tanquam in vnum manipulum florum collegi. Qui vt gratior vestræ redderetur Reuerẽdissimæ Paternitati, & apertiùs eius redoleret vtilitas, formatis circa ipsam authoritatem summi pontificis titulis septuagintatrium quæstionum, quibus ex præfati doctoris sancti libris satisfieri repereram, ante nominatos sententiarum flores per modum responsionum ordine debito seruato,contexui.

Sequitur quæstio prima.

Quæst. 1. QVestioprima est, Vtrùm supra episcopos aliquis dãdus sit superior in ecclesia? ¶ Ad hanc quæstionem respondet Sanctus Thomas affirmatiuè q sic in multis locis.Primò in quarto senten.dist.24.q.vlt.vbi rationem assignãs loquitur. Vbicũq; multa sunt ordinata in vnũ, oportet esse aliquod vniuersale regimẽ super particularia regitiua: quia in omnibus virtutibus,& actibus, vt dicitur 1.Ethic.est ordo secũdùm ordinẽ finis.Bonũ autem cõe est diuinius, q̃ bonum speciale, id eò super potestatẽ regitiuã,quæ cõicat bonũ speciale,oportet esse potestatem regitiuã vniuersalẽ respectu boni cõis, aliàs non põt esse colligatio ad vnũ. Et ideo cũ ecclesia sit vnũ corp⁹, oportet si ista vnitas debeat seruari,q̃ sit aliqua potestas regitiua respectu totius ecclesię supra potestatem episcopalẽ,qua vnaquęq; specialis ecclesia regitur, & hæc est potestas papæ. ¶ Et ad argumẽtum quo sic arguit in oppositũ,q̃ oẽs episcopi sunt apostolorum successores: sed potestas quæ data est vni apostolorũ.s.Petro.Matt.16. etiam data est omnibus apostolis Roma.20.ergo oẽs episcopi sunt pares: & ita vnus nõ est super alterum. *Arguitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respõdetur

terũ. ¶ Rñdet. S. Tho. in eodẽ loco sic. Quòd quãuis omnibus apłis data sit cõiter potestas ligãdi & soluẽdi: tñ in hac potestate vt ordo aliqs seruaretur, primò soli Petro dasta est, vt ostẽderetur, q ab eo debeat ista ptãs descẽdere: propter quod etiã ei dixit singulariter, Cõfirma fratres tuos. & pasce oues meas. i. loco mei. & vt dicit Chryso. Præpositus & caput esto fratrũ, vt ipsi te in loco meo assumẽtes, vbiq; terrarũ te in throno tuo sedẽtem prædicẽt, & confirmẽt. Cæterùm secũdò ad eandem quæstionẽ inducit idẽ doctor sanctꝰ plures rõnes in quarto cõtra Gentiles. c. 77. vbi ita ait. Manifestum est aũt, q quãuis populi per diuersas diœceses & ciuitates distinguantur: tñ sicut est vna ecclesia, ita oportet esse vnũ populũ Christianũ. Sicut ergo in vno speciali populo Christi reqritur vnus ep̃s, q sit totius populi caput: ita in toto populo Christiano reqritur q sit vnũ totius ecclesiæ caput. Itẽ ad vnionẽ ecclesiæ reqritur q oẽs fideles in fide cõueniant. Circa verò ea quæ fidei sunt, cõuenit quæstiões mouere. Per diuersitatẽ aũt sentẽtiarũ diuideretur ecclesia, nisi in vnitate p vnius sentẽtiam conseruaretur. Exigitur ergo ad vnitatẽ ecclesiæ seruandã, q sit vnus, qui toti ecclesiæ præsit. Manifestũ est aũt, q Christus ecclesię nõ deficit in necessarijs quã dilexit, & pro qua sanguinẽ suũ fudit: cùm etiã de synagoga dicatur p dominũ, Quid vltra debui facere & non feci vineæ meæ? Non est ergo dubitãdum, quin ex ordinatione Christi vnꝰ toti ecclesiæ præsit. Adhuc nulli dubiũ, quin ecclesiæ regimẽ sit optimè ordinatũ, vtpote p eũ dispositũ, per quẽ reges regnãt, & legũ conditores diffiniũt iusta. Optimũ autẽ regimẽ multitudinis est, q regatur p vnũ. Quod patet ex fine regiminis, quæ est pax. Pax eñ & vnitas subditorũ, est finis regẽtis: vnitatis aũt causa cõgruẽtior est vnus, q̃ multi. Manifestũ est igitur regimẽ ecclesię sic esse dispositũ, vt vnꝰ toti ecclesiæ præsit. Ampliùs ecclesia militãs à triumphãti ecclesia p similitudinẽ deriuatur. Vñ & Iohã. Apo. 21. Vidi Ierusalẽ descendentẽ de cælo. Et Moysi dictũ est, vt faceret oĩa scdm exẽplar, qd ei in mõte monstratũ est. In triũphãte aũt ecclesia vnus præsidet, q etiã p̃sidet in toto vniuerso, scilicet Deus. Dicitur enim Apo. 21. Et ipsi populꝰ eius erũt: & ipse Deus cũ eis, erit corũ Deus. igit & in ecclesia militãte vnus est, qui p̃sidet vniuersis. Hinc est q Ioel. 1. dicitur. Congregabũtur filij Iudę, & filij Israël pariter, & ponẽt sibi caput vnũ. & dñs dicit Iohã. 10. & fiet vnũ ouile, & vnꝰ pastor. Si qs aũt dicat, q vnũ caput, & vnus pastor est Christus, q est vnus, & vnius ecclesiæ spõsus, nõ sufficiẽter respõdet. Manifestũ est eñ, q oĩa ecclesię sacramẽta ipse Christus pficit. ipse eñ est q baptizat: ipse est qui peccata remittit: ipse est verus sacerdos, q se obtulit in ara crucis, & cuius virtute corpꝰ eius in altari quotidiè cõsecratur. Et tñ qa corporaliter non cũ omnibus fidelibus præsentialiter erat futurus, elegit ministros ecclesiæ, per quos sacramẽta fidelibus dispẽsaret, vt suprà dictũ est. Eadẽ igitur rõne: qa præsentiã corporalẽ erat ecclesię subtracturus, oportuit q alicui cõmitteret, q loco sui vniuersalis ecclesiæ gereret curã. Hinc est q Petro dixit ante Ascẽsionem: pasce oues meas. Iohã. vlt. & añ passionẽ. Tu aliquãdo cõuersus cõfirma fratres tuos. Luc. 22. Et ei soli promisit, tibi dabo claues regni cælorum. vt ostẽderet potestas clauiũ per eum ad alios deriuãda ad conseruandam ecclesiæ vnitatem. hæc ille.

Esa. 5.

Quæstio secunda est, Vtrùm Romanus pontifex sit primus & maximus oĩm episcoporũ? Quæst. 2.

Ad hãc quæstionẽ rñdet. S. Th. affirmatiuè in tractatu cõtra errores Græcorũ in. c. 66. vbi titulus talis est, q Rom. põ. est primus & maximus inter oẽs ep̃os, pro vna parte inducẽs authoritates sic ait. Quòd eñ Roma. põ. successor Petri & Christi vicarius sit primus & maximus oĩm ep̃orum, canon cõcilij expresè ostendit sic dicens. Veneramur secundùm scripturas & canonum diffinitiones sanctissimum antiquæ Romæ ep̃m primũ esse, & maximũ oĩm ep̃orum. Hoc aũt authoritati cõsonat sacræ scripturæ, quæ inter apłos Petro attribuit primũ locum tam in euãgelijs, q̃ in actibus apłorum. Vnde dicit Chryso. sup Matt. super illud, accesserũt discipuli ad Iohã. dicentes, Quis maior est in regno cælorũ? q quidem humanũ scãdalũ cõceperũt: qd & iam in se occultare nõ poterãt & tumore cordis nõ sustinebant in eo, q viderant Petrum sibi præferri, & prẽhonorari.

Quæstio tertia est, Vtrùm Romanus pont. existat cæteris patriarchis prælatus? Quæst. 3.

Ad hanc quæstionẽ respondet S. Tho. affirmatiuè in tractatu supradicto. c. 71. vbi ita dicit. Patet etiã, q ipse patriarchis prælatus existat ex hoc, q Cyrillus dicit, q ipsius. s. apłici throni Roma. pon. solius est reprehendere, statuere, corrigere, disponere, soluere, & loco ipsiꝰ ligare, q ipsum ædificauit. Et Chryso. super actus apostolorũ dicit, q Petrus est vertex

vertex sanctissimus beati apostolici throni pastor bonus. Et hoc etiã patet ex authoritate domini dicentis Luc. 22. Tu aliquãdo conuersus confirma fratres tuos.

Quæst. 4. Quæstio quarta est, Vtrùm Papa in totã ecclesiã Christi vniuersalem prẽlationem habeat? Ad hãc quæstionẽ respõdet S. Tho. affirmatiuè in præsato tractatu cõtra errores Græcorũ in. c. 67. vbi ita dicit, q prędictus Christi vicarius in totã ecclesiam Christi vniuersalem prælationẽ obtineat. Legitur eñ in Chalcedoñ. cõcilio, q tota synodꝰ acclamauerit Leoni papæ, Leo sanctissimus & œcumenicus. i. vniuersalis patriarcha, per multos annos viuat. Et Chryso. super Matt. Filius qui patris est ipsius filij potestatem Petro vniuersalẽ cõcesit vbiq; terrarũ, & homini mortali oĩm quę in cælo sunt dedit authoritatẽ, dando ei claues ad hoc, vt etiã ecclesiã vbiq; terrarũ amplificet. Et sup Iohã. in homil. 85. Iacobum localiter in loco terminat, Petrum aũt totius orbis mgr̃m & doctorem ordinat. Idẽ super actus apostolorũ. Petrus à filio super oẽs, qui filij sunt, potestatẽ accepit: non vt Moyses in gẽte vna, sed in vniuerso orbe. Hoc etiam trahitur ex authoritate sacræ scripturę. Nã Petro indistinctè oues suas Christus cõmisit, dicẽs Iohan. vlt. pasce oues meas. & Iohã. 10. sit vnũ ouile & vnꝰ pastor.

Quæst. 5. Quæstio quinta est, Vtrùm sit error dicere Romanæ ecclesiæ põtificem nõ habere vniuersalis ecclesiæ primatũ? Respondet S. Tho. affirmatiuè in antedicto tractatu contra errores Græcorum. in. c. 66. vbi sic dicit. Similis aũt error est dicẽtium Christi vicarium Romanæ ecclesiæ põtificem non habere vniuersalis ecclesiæ primatũ, errori dicentium Spiritũsanctum à filio nõ procedere. Ipse eñ Christus Dei filius suã ecclesiam cõsecrat, & sibi Spũsancto quasi ex suo charactere & sigillo, vt ex suprapositis authoritatibꝰ manifestè habetur. Et similiter Christi vicarius suo primatu & prouidẽtia vlem ecclesiã tanq̃ fidelis minister Christo subiectã seruat. Et ad illud qd dicit. dis. 49. c. nullus. nullus patriarcharũ vniuersitatis vocabulo vnq̃ vtatur Et. in. c. seq. vbi Grego. prohibet se vniuersalem vocari. respondet S. Thomas in tractatu contra impugnantes religionem sic dicens. Quòd autẽ papa vniuersalẽ pontificem se prohibet nominari, nõ hoc ideo est, q ipse non habeat authoritatem immediatam, & plenam in qualibet ecclesia: sed quia nõ prę-

ficitur cuilibet particulari ecclesię vt ꝓprius & specialis illius ecclesiæ rector. Sic eñ cessãrent omniũ aliorum pontificum potestates. & hoc ca. inductum pro ratione inducit.

Quæst. 6. Quæstio sexta est, Vtrùm Papa sit superior in tota ecclesia? Respõdet S. Tho. affirmatiuè. patet primò ex iam dictis. Sed secundò hoc idem asserere videtur in quarto. dist. 15. vbi quærit, an omnes teneantur ad ieiunium, arguendo in tertio argumento. dicit secundùm Vtba. in libr. de dispensatione vt præcepto. In præcepto superioris nõ potest dispensare inferior, sed quęlibet singularium personarũ est inferior q̃ ecclesia, quæ ieiuniũ sub præcepto statuit: nisi fortè ille, qui est caput totius ecclesię, vel loco capitis, scilicet papa. ergo sequitur q nullus potest despensare.

Quæst. 7. Quæstio septima est, Vtrùm Papa sit caput vniuersalis ecclesiæ. Respondet affirmatiuè sanctus Tho. in multis locis, sed potissimè in tertia parte. q. 8. arti. 6. vbi quærens, vtrùm sit propriũ Christo esse caput ecclesiæ, ita dicit: q caput in alia membra dupliciter influit. Vno modo quodam intrinseco fluxu, prout virtus motiua & sensitiua à capite deriuatur ad cætera mẽbra. Alio modo secũdùm exteriorem quandam gubernationẽ, prout scilicet secũdùm visum, & alios sensus, qui in capite radicãtur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autẽ fluxus gratiæ nõ est ab aliquo, nisi à solo Christo, cuius humanitas ex hoc quòd est diuinitati coniũcta habet iustificãdi virtutem. Sed influxus in mẽbra ecclesiæ quãtum ad exteriorem gubernationẽ potest alij conuenire: & secũdùm hoc alij possunt dici capita ecclesiæ. secũdùm illud. Optimates capita populorũ. differẽter tamen à Christo. Primò quidẽ quãtum ad hoc, q Christus est caput omniũ corũ, quæ ad ecclesiã pertineãt secundũ oẽm locũ, & tẽpus, & statũ. Alij autẽ hoĩes dicuntur capita secũdùm quædã specialia loca: sicut ep̃i suarũ ecclesiarũ: vel etiã secũdùm determinatũ tẽpus: sicut papa est caput totius ecclesiæ. s. tempore sui põtificatus: & secundùm determinatũ statũ, prout. s. sunt in statu viatorum. Alio modo secũdùm q Christus est caput ecclesiæ propria virtute. Alij verò dicũtur capita inquãtum vicẽ gerũt Christi: vt. 2. Cor. 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi. &. 2. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur tanquàm Deo exhortante per hoc nos.

Amos. 6.

Quæstio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst. 8. Quæstio octaua est, Vtrùm Papa sit tantùm caput fidelium viatorum? Respondet S.Tho. affirmatiuè in responsione data ante proximam quæstionem dicens, q̃ papa est caput totius ecclesiæ, scilicet tempore sui pontificatus secundùm determinatum statum, vt scilicet sunt in statu viatoris.

Quæst. 9. Quæstio nona est, Vtrùm Papa sit sponsus vniuersalis ecclesiæ? Respondet S.Tho. affirmatiuè in tractatu contra impugnantes religionem. ita dicens, q̃ sponsus ecclesiæ propriè loquẽdo Christus est: de quo dicitur. Qui habet sponsam sponsus est. Ipse eñ de ecclesia suo nomini filios generat. Alij autem dicuntur sponsi sicut ministri sponsi exterius cooperantes ad generationem spiritualium filiorum: quos quidem non sibi, sed Christo generant. Qui quidem ministri intantum sponsi dicuntur, inquantum vicem veri sponsi obtinent: & ideo papa, qui obtinet vicem sponsi in tota ecclesia, vniuersalis ecclesiæ sponsus dicitur. Est autem huic adijciendum ad dicti illius Bernardi intelligentiam ad Eugenium dicentis, q̃ papa non sit spõsus ecclesiæ, sed paranymphus, & amicus sponsi. qđ S.Tho. in. 4. dist. 38. dicit sic: q̃ episcopus, cui ecclesiæ cura committitur, virgines desponsat: non sibi, sed Christo, quia est sponsi peranymphus & amicus.

Iohan. 4.

Quæst. 10 Quæstio decima est, Vtrũ Christus & papa dicendi sint duo spõsi vñs ecclesiæ? Rñdet S.Tho. negatiuè in tractatu immediatè allegato, sic di. Eps autem suæ diœcesis spõsus est, & presbyter suæ ecclesiæ: vnde & diœcesis sponsus papa est, & eps parochiæ: nec propter hoc sequitur, q̃ sint plures sponsi vnius ecclesiæ: qa sacerdos suo ministerio cooperatur episcopo tanquã principali: & similiter episcopi papæ: & papa ipsi Christo. Vnde Christus, & papa, episcopus, & sacerdos non computantur nisi vnus spõsus ecclesiæ.

Quæst. 11 Quæstio. xj. est, Vtrùm præter papã, qui est caput, & spõsus, & pastor vniuersalis ecclesiæ, sint necessarij alij prælati in ecclesia? Rñdet S. Tho. affirmatiuè in quarto. dist. 19. vbi quærens, an sacerdos quilibet vti possit claue in quẽlibet: ita prefatã quæstionẽ probat dicens: ea quæ singularia oportet operari, non eodem modo omnibus competunt. Vnde sicut præter generalia medicinæ præcepta oportet adhibere medicos, quib⁹ præcepta vniuersalis medicinæ singulis infirmis secundùm q̃ debent, aptẽtur: Ita in quolibet principatu præter illum qui vniuersaliter p̃cepta legis tradit, oportet esse aliquos, q̃ ea singulis secũdùm q̃ debent aptent. Et propter hoc etiam in cęlesti hierarchia sub potestatibus, qui indistinctè præsunt, ponuntur principatus, qui singulis prouincijs describũtur: & sub his angeli, qui singulis hominibus in custodiam deputãtur. Vnde & ita esse debet in prælatione ecclesiæ militantis, vt apud aliquem esset pręlatio indistinctè in omnes, & sub hoc essent aliqui, qui super diuersos distinctam potestatem acciperent.

Quæst. 12 Quæstio. xij. est, Vtrùm reges & principes Christiani, & per cõsequẽs omnes fideles teneãtur esse subditi Rom. põ. Respõdet S.Tho. affirmatiuè, libr. 1. in tractatu suo de rege ad regem Cypri. vbi in. c. 14. loquens de regno ecclesiæ & regali sacerdotio, ita ait. Huius regni ministeriũ vt à terrenis spiritualia essent discreta, non terrenis regibus, sed sacerdotibus est cõmissum, & præcipuè summo sacerdoti Christi vicario Roma. pon. cui oẽs Christianos reges oportet esse subiectos sicut ipsi dño Iesu Christo. Sicut (vt dictum est) ei, ad quem vltimi finis pertinet directio, subijci debent illi, ad quos ptinet cura antecedentium finium, & etiam imperio dirigi: & quia sacerdotiũ gentium & totus diuinorũ cultus erat propter temporalia cõquirenda, quæ omnia ordinãtur ad multitudinis bonũ cõe, cuius regi cura conuenit, conuenienter sacerdotes gentilium regibus subdebantur: sed etiam in veteri lege promittebantur bona temporalia siue terrena non à dæmonib⁹, sed à bono Deo religioso populo exhibenda. Vñ & in veteri lege sacerdotes leguntur regibus fuisse subiecti: sed in noua lege est sacerdotium altius, per quod homines traducuntur ad bona cælestia. Vnde in lege Christi reges debent esse sacerdotibus subiecti. Vnde mirabiliter ex diuina sapientia factũ est, vt Romana vrbe, quã Deus præuiderat Christiani sacerdotij principalem sedem futuram, hic mos paulatim inolesceret, vt ciuitatis rectores sacerdotibus subderentẽ. Sic eñ Valerius Maximus refert. Oia post religionẽ ponenda semper nr̃a ciuitas duxit: etiam in quibus summę maiestatis decus cõspici voluit. Quapropter nõ dubitauerunt sacris imperia seruire. Ita se humanarum rerum habitura regimen existimãtia, si prouidentię diuinæ beneatq; prudẽter constãteréq; fuissent famulata. Quia etiã futurum erat vt in Gallia Christiani

sacerdotij plurimùm vigeret religio: diuinitus est prouisum, vt etiã apud Gallos gentiles sacerdotes, quos Druidas nominabant, totius Galliæ ius diffinirent, vt refert Iulius Cæsar in libro cõmentariorum, quem de bello Gallico scripsit.

Quæst. 13 Quæstio. xiij. est, An sit de necessitate salutis subesse Rom. ponti. Rñdet S. Tho. affirmatiuè in lib. de erroribus Græcorũ. c. 72. vbi sic ait. Ostẽditur etiam, q̃ subesse Rom. pon. sit de necessitate salutis. Dicit eñ Cyrillus in lib. thesaurorũ. Itaq; fratres mei sic Christũ imitemur, vt ipsius oues vocẽ audiam⁹, manẽtes in ecclesia Petri: nõ inflemur vẽto superbię, ne fortè tortuosus serpẽs propter nostrã contẽtionem nos ejiciat vt Euam olim de paradiso. Et Maximus in epistola oriẽtalibus directa dicit. Coadunatã, & fundatã supra petram cõfessionis Petri dicimus vniuersalẽ ecclesiam secundùm diffinitionem Saluatoris, in qua de necessitate salutis animarum nostrarum est manere, & ei est obedire, suam seruantes fidem & confessionem.

Quæst. 14 Quæstio. xiiij. est, Vtrùm sit hæreticũ dicere non esse obediẽdum statutis palibus? Respõdet. S. Tho. affirmatiuè in lib. contra impugnantes religionẽ. sic dicẽs. Dicitur in decretis. dist. 22. c. oẽs. Qui Romanæ ecclesiæ priuilegiũ ab ipso summo omnium ecclesiarũ capite traditũ auferre conatur, pro culdubiò in hæresim labitur. Et infrà. Fidem quippe violat, qui aduersus illã agit, quæ est fidei mater. Hoc aũt priuilegium dedit Christus Romanę ecclesiæ, vt oẽs ei sicut Christo obediãt. Vñ dicit Cyrillus Alexãdrinus eps in lib. 2. thesaurorũ. vt mẽbra maneamus, in capite nostro apostolico throno Rom. pon. à quo nostrũ est quærere quid credere, quid tenere debeamus: ipsum venerãtes, ipsum rogantes præ omnibus: qñ ipsius solius est reprehẽdere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & in loco illius ligare, qui ipsum ædificauerit: & nulli alij quod suũ est plenum, sed ipsi soli dedit, cui oẽs iure diuino caput inclinant, & primates mũdi tanq̃ ipsi dño Iesu obediunt. Vnde patet, q̃ quicunque dicit non esse obediendum in his quæ per papam statuuntur, in hæresim labitur. Item ad idem est summa contra Gentiles. libro. 4. cap. 78. vbi post assignatas rationes pro prima conclusione superiùs adductas concludens ita dicit. Per hoc excluditur quorundã error præsumptuosus, quo se subducere nituntur ab obedientia & subiectione Petri, successorem eius Romanum pont. vniuersalis ecclesiæ pastorem non recognoscentes.

Quæst. 15 Quæstio. xv. est, Vtrùm non obediẽtes Rom. pon. sint schismatici? Respõdet. S. Tho. affirmatiuè in. 4. sentẽ. di. 13. vbi suprà ponit rõnes probãtes, q̃ necessariũ sit dare vnam ptãtem regitiuam respectu totius ecclesiæ supra potestatẽ episcopalem, cuiusmodi est ptãs papæ, dicẽs sic. Et ideo illi qui hanc ptãtem negãt, schismatici dicũtur, quasi diuisores ecclesiasticæ vnitatis. Cæterùm hoc idẽ in. 2. 2. q. 39. art. 1. repetit ita dicẽs. Sicut dicit Isidorus in lib. Etymo. Nomẽ schismatis à scissura animarũ vocatũ est: scisio autem vnitati opponitur. Vnde peccatũ schismatis dicitur, qđ directè, & per se opponitur vnitati. Sicut enim in rebus naturalibus id qđ est per accidẽs nõ cõstituit spẽm: ita etiam in rebus moralibus, in quibus id qđ est intentũ per se est, qđ autẽ sequitur præter intentionẽ est quasi p accidẽs: & ideo peccatũ schismatis propriè est speciale peccatũ, ex eo q̃ intendit se ab vnitate separare, quã charitas facit: quę non solũ alterã pſonã alteri vnit speciali dilectionis vinculo, sed etiã totã ecclesiam in vnitate spiritꝰ: & ideo propriè schismatici dicũtur illi, q̃ propria spõte & intentione se ab vnitate ecclesię separãt, quæ est vnitas principalis. Nã vnitas particularis aliquorũ adinuicẽ ordinatur ad vnitatẽ ecclesiæ: sicut cõpositio singulorũ mẽbrorum in corpore naturali ordinatur ad totius corporis vnitatẽ. Ecclesiæ autẽ vnitas in duobus attẽditur. s. in cõnexione membrorum ecclesiæ adinuicẽ, seu cõmunicatiõe. Et iterũ in ordinatione ad oium membrorum ecclesiæ ad vnũ caput, secundũ illud. Inflatus sensu carnis suæ, & non tenẽs caput, ex quo totũ corpus per nexus & coniunctiones membrorũ subministratũ, & cõstructum, crescit in augmentũ Dei. Hoc autem caput est ipse Christꝰ, cuius vicem in ecclesia gerit summus pontifex. Et ideo schismatici dicũtur, qui renuunt se subijcere Romano pon. & qui membris ecclesię eius subiectis communicare recusant. Coloſ. 2.

Quæst. 16 Quæstio. xvj. est, Vtrùm magis sit obediendum papæ, quàm alteri potestati cuicũq; inferiori? Respõdet sanctus Thomas affirmatiuè in secundo sententiarũ. dist. vlti. in expositione literæ, vbi quęrens vtrùm magis sit obediendum maiori potestati q̃ minori, sic dicit: quòd potestas superior & inferior

Universidad de Deusto
Biblioteca

rior dupliciter se pñt habere. Aut ita, q̄ inferior potestas ex toto oriat̄ ex supiori, & tūc virtus tota inferioris fundat̄ super virtutē superioris: & ideo simpliciter in omnib⁹ est magis obediēdum potestati superiori, q̄ inferiori. Sicut etiā in naturalibus causa prima plus influit sup causatū causæ secūdæ, q̄ etiā ipsa causa secūda. vt in lib. de causis dicitur. Et sic se habet ptās Dei ad oēm potestatē creatam. Sic etiā se habet ptās imperatoris ad ptātem procōsulis. Sic etiā se habet ptās papæ ad oīnē ptātem in ecclesia: qa ab ipso papa gradus dignitatū diuersi in ecclesia disponūtur, & ordinātur. vñ eius ptās est quoddā ecclesię fundamētum, vt patet Matth. 16. & ita magis tenemur obedire papæ, q̄ epis, vel archiepiscopis, vel etiā monach⁹ abbati absq; vlla distinctione. Possunt iterū ptās superior & inferior ita se habere: q̄ ambæ oriant̄ ex vna quadā suprema potestate, quæ vnā alteri subijcit. s. quam vult, & tūc vna non est superior altera, nisi in illis, in quib⁹ vna superponitur alteri à supma ptāte, & in illis tm̄ est magis obediendum superiori, q̄ inferiori. Et hoc mō se habent potestates episcopi, & archiepiscopi descendentes à potestate papæ.

Quæst. 17 Quæstio. xvij. est, Vtrùm Papa posit præcepto suo cogere aliquē ad suscipiendū episcopatū? Respōdet S. Tho. affirmatiue in. 4. senten. in fin. dist. 28. vbi sic ait. Quidā dicūt, q̄ papa nō potest præcipere alicui, q̄ accipiat epatum: qa consensus debet esse liber. Sed hoc posito, periret ecclesiasticus ordo. Nisi enim quidā possent cogi ad suscipendum regimē ecclesiæ, conseruari non posset, cùm quādoq; illi q̄ sunt idonei, onus hoc nolunt suscipere nisi coacti, hæc ille.

Quæst. 18 Quæstio. xviij. est, Vtrùm qui facit contra cōstitutionem papę per ignorātiam peccet? Rūdet S. Tho. in quolibet. 1. q. 19. q̄ quandoq; sic. s. qñ ignorātia est peccatum. Pro quo notat, q̄ ignorātia, quæ est act⁹ causa, causat inuolūtariū, vñ semper excusat nisi ignorātia sit peccatū. Est aūt ignorantia peccatum, qñ quis ignorat qd potest scire, & tenetur. Constitutionē aūt papæ oēs suo modo scire tenentur. Si ergo aliquis nō sciat per negligētiam, nō excusatur à culpa, si contra cōstitutionē agat. Si verò aliquis habeat sufficiens impedimētum, propter quod scire nō poterit, puta si fuerit in carceribus, siue in terris extraneis, ad quas cōstitutio nō peruenit, vel aliquod simile, talis ignorātia excusat vt non peccet, contra constitutionem papæ agens. hæc ille.

Quæst. 19 Quæstio. xix. est, Vtrùm Romanus ponti. succedat beato Petro in ea perfectione ptātis & dignitate vicariatus Christi, quā ipse beatus Petrus à Chro in ecclesia sublimatus? Ad hāc quæstionē S. Tho. rñdet affirmatiuē primò in lib. 4. cōtra Geñ. c. 16. vbi post sermonē de institutione, qua beatus Petrus à Christo caput & pastor vniuersalis ecclesiæ cōstitutus est, ita loquitur. Non pōt autem dici, q̄ si Christus Petro hāc potestatem dederit, q̄ ad alios non deriuetur. Manifestū est eñ, q̄ Christus ecclesiā sic instituit, vt esset vsq; ad finē seculi duratura: secūdùm illud Esa. 9. Super soliū Dauid, & super regnū eius sedebit, vt cōfirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodò & vsq; in sempiternum. Manifestū est igitur, q̄ ita illos q̄ erant tūc in ministerio cōstituit, vt eorum ptās deriuaretur ad posteros, p vtilitate ecclesiæ vsq; ad seculi finem: præsertim cū ipse dicat. Ecce ego vobiscū sum ad cōsummationē seculi. Per hoc aūt excludit quorūdam error præsumptuosus, qui se subducere nitūtur ab obedientia & subiectione Petri successoris eius, Roma. Ponti. vniuersalis ecclesiæ pastorem non recognoscētes. hæc ille. Cæterùm hanc quæstionē determinat ipse S. Tho. in tractatu cōtra errores Græcorū. vbi in. c. 69. ita loquitur. Ostēditur etiā, q̄ Petrus sit Christi vicarius, & Roma. pont. Petri successor in eadē potestate, vt à Christo collata dicitur, cùm dicat canon Chalcedonen. concilij. Si quis epūs prædicatur infamis, liberā habeat sentētiam appellādi ad beatissimum epm̄ antiquæ Romæ, quē habemus Petrū petrā refugij: & ipsi soli libera potestate Dei loco sit ius discernēdi epōi infamiā secūdùm claues àdño sibi datas. Et infrà. & ideo omnia diffinita ab eo teneātur tanq̄ à vicario apostolici throni. Item Cyrillus Hierosolymitanus patriarcha dicit ex persona Christi loquens. Tu cum sine & etiā sine fine cum omnibus, quos loco tui ponā, plenè & perfectè sacro authoritate cū eis ero sicut sum & tecū. Et Cyrillus Alexandrinus in libro thesaurorū dixit, q̄ apostoli in euangelijs & epistolis affirmauerūt in omni doctrina Petrū esse loco dñi, & eius ecclesiā, eidem dātes locū in omni cōcilio, & synagoga in cōi electione & cōfirmatione. Et infrà. Cui. s. Petro oēs iure diuino caput inclinant, & primates mūdi tanquam ipsi dño Iesu oēs obediunt. Et Chrysost. dicit ex persona filij loquens. Pasce oues meas, id est loco mei pę positus esto fratrum.

Quæst. 20 Quæstio. xx. est, Vtrùm Papa in ecclesia habeat plenitudinē potestatis? Ad hanc quæstionem S. Tho. respondet affirmatiuē in tractatu contra errores Græcorum. in ca. 68. vbi dicit sic. Habetur etiam ex prædictorum authoritatibus, q̄ Romanus pontifex habeat in ecclesia plenitudinem potestatis. Dicit enim Cyrillus patriarcha Alexādrinus in libro thesaurorum. Sicut Christus accepit à patre duplex sceptrū ecclesiæ gentium ex Israël egrediens super omnem principatum & potestatem, & super omne quod cunq; est, vt ei genua cuncta curuentur, plenissimam potestatem sic & Petro & eius successoribus plenissimè cōmisit. Et infrà. Nulli alij quàm Petro Christus quod suum est plenum & ipsi soli dedit. Et infrà. Pedes Christi humanitas est, ipse homo, cui tota Trinitas dedit plenissimam potestatē, quam vnus triū assumpsit, & in vnitate personæ transuexit ad patrem super omnē principatum, & potestatem, & super omne quodcūq; est, vt ei genua cuncta curuētur, & adorent eum oēs angeli Dei. Dimisit par sacramētum & potestatem Petro & eius ecclesiæ. Et Chryso. ad consulta vulgatorum ex persona Christi loquēs. Ter te interrogo si me diligis, qui ter me trepidus & timidus negasti. Nunc autem reductus ne credant te fratres gratiam & authoritatem clauium amisisse, quia amas me coram ipsis, iam tibi confirmo quod meum est plenum. Hoc etiā trahitur ex authoritate sacræ scripturæ. Nam dominus Matth. 16. vniuersaliter Petro dixit, Quodcūq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. &c.

Quæst. 21 Quæstio. xxj. est, Vtrùm errent contra vnitatem ecclesiæ, qui Romanum pontificem negant plenam habere in ecclesia potestatem? Respōdet sanctus Thomas affirmatiuē in tractatu prænominato cōtra errores Græcorum. in cap. 73. ita dicens. Sicut autem prædicti errantes cōtra vnitatem corporis mystici peccant Romani pontificis potestatem plenariam abnegantes: sic contra puritatem corporis Christi sacri delinquunt dicentes ex azymo pane non posse corpus Christi consecrari.

Quæst. 22 Quæstio. xxij. est, Vtrùm Papa habeat plenitudinem pontificalis potestatis sicut rex in regno? Respondet S. Tho. affirmatiuè in. 4. sentent. dist. 19. vbi quærens, an episcopus posit dare indulgentias, dicit sic. Papa habet plenitudinem potestatis pontificalis quasi rex in regno: sed episcopi assumūtur in partem solicitudinis quasi iudices singulis ciuitatib⁹ præpositi: propter quod etiā solos eos in literis suis fratres vocat, reliquos autem omnes vocat filios. Notandum etiam breuiter, q̄ idem doctor in eodem. dis. 7. q. 1. art. 1. dicit, q̄ in regno tota potestatis plenitudo penes regem residet: in aristocratia autem apud vnum non residet plenitudo potestatis, sed apud omnes.

Quæst. 23 Quæstio. xxiij. est, Vtrùm à Papa deriuet̄ potestas in alijs prælatis? Ad hāc quęstionem respondet S. Thom. affirmatiuè in locis superiùs annotatis. Primò in quarto contra Gentiles. c. 76. vbi ita dicit. Petro scilicet promisit soli dicens, Tibi dabo claues regni cælorum. vt ostēderetur potestas clauiū per eum ad alios deriuanda ad conseruādum ecclesiæ vnitatem. Item hoc idem dicit in. 4. senten. dist. 24. q. vlti. sub his verbis. Quanuis apostolis data sit cōiter potestas ligādi atq; soluendi: tamen in hac potestate vt ordo aliquis seruaretur, primò soli Petro data est, vt ostendatar q̄ ab eo debeat ista potestas descendere. Cæterùm secūdò hāc quæstionem plenius declarat in fine vltimæ distinctionis secundi sentētiarum, vbi allegatum est in responsione. 16. quæstionis, sic ait. Potestas superior & inferior dupliciter se possunt habere: aut ita, q̄ inferior potestas ex toto oriatur à superiori: & tunc virtus tota inferioris fundatur super virtutem superioris: & ideo simpliciter in omnibus est magis obediendum potestati superiori, quàm inferiori. Sicut etiā in naturalibus causa prima plus influit super causatum causæ secundæ, q̄ etiam ipsa causa secunda: vt in libris de causis dicitur: & sic se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam. Sic etiam se habet potestas imperatoris ad potestatem proconsulis: sic etiam se habet potestas papæ ad omnem potestatem in ecclesia: quia ab ipso papa gradus dignitatum diuersi in ecclesia disponūtur & ordinātur: vnde eius potestas est quoddam ecclesiæ fundamentum, vt patet Matth. 16. &c.

Quæst. 24 Quæstio. xxiiij. est, Vtrùm Papa posit vti potestate clauis in quēlibet de ecclesia? Respondet. S. Tho. in. 4. dist. 19. art. 3. ita dicens, q̄ vsus clauium requirit aliquam prælationis potestatem, per quam ille, ad quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem vsus clauium communicatur, efficitur materia propria illius actus: & ideo ille, qui habet indistinctam potestatē super omnes, potest vti clauibus in quemlibet. Illi autem, qui sub illo distinctas potestates acceperunt, non in quemlibet vti possunt clauibus, sed in eos, qui eis in potestatem veniunt: nisi in necessitatis articulo, vbi nemini sacramēta sunt deneganda. Cæterùm secundò sanctus Thomas idem declarat in tractatu contra impugnantes religionem, dicens. Episcopi in ecclesia tenent locum domini nostri Iesu Christi. Vñ. di. Dionysius. in. 5. c. ecclesiasticæ hierarchiæ. Pontificum ordo primus quidem est diuinarū ordinationū sublimissimus, & nouissimus idem. Etenim in ipsum perficitur & impletur omnis nostræ hierarchiæ dispositio. Vt enim oēm hierarchiam videmus in Christum consummatā, sic vnaquęq; in propriū diuinum summū sacerdotem. i. episcopum. Vnde etiam primæ Pet. secūdo dicitur. Conuersi estis ad pastorē animarum vestrarū & episcopum. Hoc autem pręcipuè verū est de Roma. pon. cui vt Cyrillus dicit, omnes iure diuino caput inclinant, & tanquā ipsi dño Iesu obediunt. vt etiam Chrysosto. dicit super illud Iohan. vlt. Pasce oues meas.

Quæst. 25 Quæstio. xxv. est, Vtrùm Papa possit concedere potestatem alicui, ꝙ quis vtatur potestate clauium in eum in foro conscientiæ? Respondet S. Thom. affirmatiuè in quarto. dist. superiùs assignata. q. 9. ita dicens. Potestas clauium quātum est de se extendit se ad omnes: sed ꝙ in aliquem sacerdos non possit vti potestate clauium, contingit hoc, ꝙ eius potestas ad aliquod specialiter est limitata. Vnde ille qui limitauit, potest extendere in quem voluerit: & propter hoc etiam potest sibi dare potestatem in seipsum, quanuis ipse in seipsum vti potestate clauium nō possit: quia potestas clauiū requirit pro materia aliquē subiectū, & ita alium. sibijpsi cū aliquis esse subiectus non possit. hæc ille.

Quæst. 26 Quæstio. xxvj. est, Vtrùm Papa possit concedere potestatem alicui, vt vtatur in eum potestate clauium in foro exteriori, videlicet ꝙ aliquis excōicet eum? Respondet sanctus Thom. negatiuè in eodem loco, ita di. in solutione vnius argumenti. Iudiciū exterius est secūdùm homines: sed iudiciū confessionis est quo ad Deum, apud quem aliquis redditur minor ex eo quòd peccat. Non autem apud hominum prælationes: & ideo in exteriori iudicio sicut nullus in seipsum sentētiam excommunicationis dare potest, ita nec alteri committere, nec se excommunicare: sed in foro conscientiæ potest alteri cōmittere suam absolutionē, qua ipse vti nō posset. Vel dicēdum, ꝙ absolutio in foro cōfessiōis est principalis potestatis clauiū, & ex consequēti respicit iurisdictionem: sed excōmunicatio respicit totaliter iurisdictionem. Quantum autem ad potestatem ordinis oēs sunt æquales, non autem quantum ad iurisdictionem, & ideo non est simile.

Quæstio. xxvij. est, Vtrùm papa sit proprius sacerdos dicendus aliquo modo cuiuslibet parochiæ? Quæst. 27

Respondet. S. Tho. affir. in tractatu contra impugnantes religionem. ita dicens ad id quod obijcitur, ꝙ quilibet tenetur semel in anno confiteri proprio sacerdoti. Dicendū ꝙ proprius sacerdos non solùm est sacerdos parochialis, sed etiam episcopus, vel papa, ad quos etiam magis pertinet cura eius, ꝙ ad sacerdotē, vt multipliciter ostensum est. Propriū enim hic non accipitur secūdùm ꝙ diuiditur cōtra cōe, sed solum ꝙ diuiditur contra alienum. Vnde qui cōfessus est episcopo suo, vel alicui habenti vicem eius, cōfessus est proprio sacerdoti. hæc ille.

Quæstio. xxviij. est, Vtrùm Papa sit immediatus prælatus cuiuslibet fidel? Quæst. 28

Respondet sanctus Thom. affirmatiuè in. 4. distin. 17. quæst. 47. dicens. Inconueniens esset, ꝙ duo æqualiter super eandem plebem constituerentur. Sed ꝙ duo, quorum vnus est principalior alio super eandem plebem constituantur, non est inconueniens: & secundùm hoc super eandem plebē immediatè sunt & sacerdos parochialis, & episcopus, & papa: & quilibet horum potest committere ea quæ sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia alteri. hæc ille. Item in eodem tractatu ait. Papa habet immediatā iurisdictionem in omnes Christianos: quia Romana ecclesia nullis synodicis constitutionibus cæteris ecclesijs prælata est: sed euāgelica voce domini & saluatoris sui primatum obtinuit, vt habetur in decreto. dist. 21. c. quanuis. hæc ille.

Quæstio. xxix. est, Vtrùm Papa possit committere aliquibus prędicare, & fidelium confessiones audire, & audiendo vti potestate clauium, irrequisitis proprijs sacerdotibus parochialibus? Quæst. 29

Respondet. S. Tho. affirmatiuè in. 4. dist. 17. q. 47. cuius inter alias vna

vna est ratio hæc. Quicquid potest inferior, potest & superior: sed ipse sacerdos parochialis potest dare licentiam suo parochiano, ꝙ cōfiteatur alteri: ergo multò fortiùs superior eius hoc potest. In corpore verò quæstionis ita dicit. Dicēdum, ꝙ sacerdos aliquis potest dupl'r impediri ne cōfessionem audiat. Vno modo propter defectū iurisdictiōis. Alio mō propter defectū ordinis: sicut excōicati, & degradati, & hmōi. Quicunq; aūt habent iurisdictionē, pūt ea quæ sunt iurisdictionis committere: & ideo si quis impediatur ꝙ alterius confessionē audire non possit pp iurisdictionis defectū, potest sibi per quēcunq; habentem iurisdictionē immediatā in illos cōmitti ꝙ confessionem audiat, & absoluat, siue per ipsum sacerdotē, siue per episcopum, siue per papam. Si autē propter executionis ordinis impedimētum audire non possit, pōt ei concedi, ꝙ cōfessionem audiat p eum, qui impedimētum amouere pōt. Demū secūdò hanc quæstionem in tractatu cōtra impugnantes religionē manifestā facit, & clarissimā ex cōsuetudine, quæ in Romana ecclesia ab antiquissimis tēporibus obseruata est, ita dicens post multas alias rōnes. Ad hoc facit consuetudo ratione ecclesiæ, ad quā accedētes à pœnitētiarijs papæ ad quoscūq; sacerdotes literas impetrāt vt eis confiteantur. Itē legati papæ, & eorū pœnitentiarij cōfessiones audiūt non petita licētia à parochialibus presbyteris, & etiā authoritate papæ vbiq; prędicant: & ita patet, ꝙ prædicare, & audire confessiones potest alijs committi sine licentia parochialium sacerdotum. hæc ille.

Quæst. 30 Quæstio. xxx. est, Vtrùm præter duos ordines institutos à Deo. s. episcoporum & sacerdotū parochialium posset papa instituere tertium ordinem talium prædicatorum, qui propria authoritate prędicarent? Ad hanc quæstionē respondet sanctus Tho. affirmatiuè. 2. 2. q. 188. art. 3. ostendens quomodo expediat huiusmodi prædicatores institui: & quomodo eos instituere potest præcipuè papa, qui habet plenitudinem potestatis in ecclesia, sicut & in primitiua ecclesia fuerunt duo ordines sacri. s. presbyteri & diaconi, & tñ postea minores ordines sibi constituit, vt magister in sententijs dicit.

Quæst. 31 Quæstio. xxxj. est, Vtrùm Papa possit cōpellere collegia generaliū studiorū, vt ad eorum societatem religiosi admittātur? Respondet S. Tho. affirmatiuè in prefato tractatu sic dicēs in respōsione ad vnū argumentum. Quod autē obijciunt, ꝙ nullo modo potest cogi ad societatem inuitus, vt lex dicit, patet ꝙ intelligitur de priuata societate, quæ consensu duorum vel trium constituitur, & ad societatē publicam, quæ nō potest constitui nisi ex superioris cōsensu, à superioris authoritate cōpelli pōt: sicut princeps, q pręest reipublicæ, potest cōpellere ciues, vt in sua societate aliquē recipiant. Sic collegiū alicuius ecclesiæ cogitur vt aliquē recipiat in canonicum, & in fratrem. Vnde cùm collegium studij generalis sit publica societas, ad eam potest aliquis induci authoritate superioris cogente, vt infrà. Vnde nullum dubium esse debet seculares compelli posse authoritate apostolica vt ad societatem studij religiosos admittant. hæc ille.

Quæstio. xxxij. est, Vtrùm ad papam maximè pertineat ordinatio studiorum & vniuersitatum? Quæst. 32.

Respōdet. S. Tho. affirmatiuè in tractatu proximè nominato, vbi ita dicit. Ad eum em, qui regit rempublicam, pertinet ordinare de nutritionib', & adinuētionibus iuuenū, in quibus exerceri debēt, vt dicitur. 10. ethicorū. & politia ordinat, vt dicitur. 1. ethi. quas disciplinas debitū est esse in ciuilibus, & quales est vnūquenq; addiscere, & vsq; quo. Et sic patet, ꝙ ordinare de studio pertinet ad eum, qui præst reipublicæ: & præcipuè ad authoritatem sedis apostolicæ, qua vniuersalis ecclesia gubernatur, cui per generale studium prouidetur. hæc ille.

Quæstio. xxxiij. est, Vtrùm solus papa habeat plenitudinem potestatis dispensandi in votis dispēsabilibus? Quæst. 33

Respondet S. Tho. in. 4. dist. 38. q. 4. art. 2. sic dicens. Plenitudo potestatis in dispensando refidet penes summum ponti. Alij autem de hac potestate participant quātum eis concessum est. Sed quia omnes ad vnū concurrere non possunt, vnde in votis illis, quæ non de facili dispensationem recipiunt, nec frequenter, sed rarò, sicut votum religionis, & alia huiusmodi vota perpetua, solus papa dispensare potest. In alijs verò temporalibus votis: sicut peregrinationū, ieiuniorum, & huiusmodi, possunt etiam episcopi dispensare, nisi aliquod horum sibi papa reseruaret: sicut dispensatio in voto terræ sanctæ. Ad quod inter alia talē rationē inducit S. Tho. ibidē. In corpore humano sunt quædam actiones, quę solis membris principalibus conueniūt, & quædā soli

Universidad de Deusto
Biblioteca

capiti. Sed in ecclesia vicem capitis tenet papa, & vicem principaliũ membrorũ prælati maiores, vt episcopi: igitur aliquæ dispensatiões sunt, quas solus papa potest facere. Præterea ad idem est. 2.2.q.78.art.vlt. in responsione vltimi argumẽti. vbi sic dicit, q̃ qa summus põtifex gerit plenariè vicem Christi in tota ecclesia, ipse habet plenitudinem ptãtis dispẽsandi in omnibus dispẽsabilibus votis. Alijs verò prælatis inferioribus committitur dispẽsatio in votis, quæ cõiter fiunt, & indigent frequẽti dispẽsatione, vt habeant de facili homines ad quem recurrãt: sicut sunt vota peregrinationum, ieiuniorum, & aliorum huiusmodi. Vota autem maiora, puta continentiæ, & peregrinationis, terræ sanctæ reseruantur summo pontifici.

Quæst. 34 Quæstio. xxxiiij. est, Vtrùm Papa posit dispensare in voto continentiæ solennizato per professionem religionis?

Quæst. 35 Quæstio. xxxv. est, Vtrùm Papa posit facere, q̃ ille, qui est professus religionem, non sit religiosus? Ad has duas quæstiones respondet S. Tho. negatiuè in. 2.2.q.88. art. 11. vbi narrata opinione dicẽtium, quam etiam prosecutus fuerat in. 4. senten. dist. 38. q̃ in voto solenni continẽtię propter aliquã cõmunem vtilitatem seu necessitatem, vt puta propter pacificationem terrarum ex aliquo matrimonio contrahẽdo: & hac opinione dimissa, quia in oppositũ eius videtur militare decretalis illa in. c. cùm ad monasteriũ. de statu monachorũ. Abdicatio enim proprietatis similiter & custodia castitatis adeò est annexa regulæ monachali, vt nec summ⁹ pontifex posit indulgere, dicit sic. & ideo aliter videtur dicendum quod supra dictum est. & habetur Leui. vlt. Illud quod semel sanctificatum est domino, non potest in alios vsus mutari. Non autem potest aliquis prælatus ecclesiæ facere, vt illud, quod est sanctificatum, sanctificationem amittat, etiam in rebus inanimatis, putà q̃ calix consecratus desinat esse cõsecratus, si manet integer. Vnde multò minùs hoc potest facere prælatus aliquis, vt homo Deo cõsecratus quandiu vivit, consecratus esse desistat. Solẽnitas autem voti consistit in quadam consecratione seu benedictione vouentis, vt dictum est: & ideò non potest fieri per aliquem prælatum, q̃ ille, qui votum solenne emisit, desistat ab eo ad quod est consecratus, puta, quòd ille qui est sacerdos, non sit sacerdos, licèt prælatus ob aliquam causam posit executionem ordinis inhibere: & simili modo papa non potest facere q̃ ille qui est professus religionem, nõ sit religiosus; licèt quidam iuristæ ignoranter contradicant. Est igitur considerandum, vtrùm continentia sit essentialiter annexa ei, ad quod votum solennizatur: quia si non est ei essentialiter annexa, potest manere solennitas cõsecrationis sine debito continentiæ: quod non potest contingere, si sit essentialiter annexum, & ad votum solẽnizatur. non est autem essentialiter annexum debitũ continentiæ ordini sacro, sed ex statuto ecclesię. Vnde videtur, q̃ per ecclesiam posit dispensari in voto continentiæ solennizato per susceptionem sacri ordinis. Est autem debitum continentiæ essentiale statui religionis, per quam homo abrenũtiat seculo, totaliter Dei seruitio mancipatus, quod non potest simul stare cum matrimonio, in quo incumbit necessitas procurandæ vxoris, & prolis, ac familiæ, & rerum quæ ad hoc requiruntur. Vnde Apostolus primę Corin. septimo. Qui est cum vxore, sollicitus est quæ sunt mũdi, quomodò vxori placeat, & diuisus est. Vnde nomen monachi ab vnitate sumitur per oppositum ad diuisionem prædictã: & ideo in voto solennizato per professionem religionis non potest per ecclesiam dispensari. Et rationem assignat decretalis: quia castitas est annexa regulæ monasticali. hæc ille.

Quæst. 36 Quæstio. xxxvj. est, Vtrùm Papa posit dispensare in voto continentiæ solennizato per susceptionem sacri ordinis? Respondet sanctus Tho. affirmatiuè, quod satis patet ex proximè dictis.

Quæst. 37 Quæstio. xxxvij. est, Vtrùm Papa in voto obedientiæ posit dispensare simpliciter cum religioso? Respondet sanctus Thomas secunda secundæ. quæst. 86. artic. 8. in respõsione ad tertium ita dicens. Papa in voto obedientiæ in his, quę ad perfectionem vitæ pertinent, dispensare non potest. Non enim potest ipsum à sua obedientia eximere: potest tamen eum eximere ab inferioris prælati subiectione, quod non est in voto obedientiæ dispensare.

Quæst. 38 Quæstio. xxxviij. est, Vtrùm ad papam maximè pertinet dispẽsatio, vel commutatio, aut relaxatio iuramẽtorum? Respõdet S. Thom. affirmatiuè in. 2.2.q. 89. arti. 9. vbi

vbi in solutione tertij argumenti sic alt. Notandũ, q̃ quãdoq; illud quod cadit sub iuramento promissorio, est manifestè repugnãs iustitiæ. Vel quia est peccatũ: sicut cùm quis iurat se factorũ homicidiũ. Vel quia est maioris boni impedimentum: sicut cùm aliquis iurat se non intraturum religionẽ. Et tale iuramentum dispensatione non indiget: sed in primo casu tenetur aliquis iuramentum tale non seruare. In secũdo autem casu licitũ est & seruare, & non seruare, vt dictũ est. Quandoq; verò sub iuramento aliquid promittitur, de quo dubium est, vtrũ licitũ, vel illicitũ, proficuum, vel nociuũ, vel simpliciter, aut in aliquo casu: & in hoc potest quilibet episcopus dispensare. Quãdoq; verò sub iuramẽto promittitur aliquid, quod est manifestè licitum, & vtile: & in tali iuramẽto non videtur habere locum dispensatio, sed vel cõmutatio in aliquod melius occurrat faciẽdum ad cõmunem vtilitatẽ: quod maximè videtur pertinere ad potestatẽ papæ, qui habet curã vniuersalis ecclesiæ. vel etiã absoluta relaxatio, quod etiam ad papã pertinet in omnibus generaliter quæ ad dispẽsationem pertinẽt rerum ecclesiarum, super quas habet plenitudinem potestatis: sicut & ad vnumquẽq; pertinet irritare iuramentum, quod sibi à subditis factum est circa ea quę eius potestati subdũntur: sicut pater potest irritare iuramentum puellę, & vir vxoris: sicut dicitur numeri. 30. & suprà de voto dictum est.

Quæst. 39 Quæstio. xxxix. est, Vtrùm solius authoritate papæ potest episcopus curã episcopalem deserere? Respondet S. Tho. affirmatiuè in. 2.2.q. 18. art. 4. vbi sic dicit post multa. Oportet tamen, q̃ sicut curam regiminis assumit aliquis per prouidentiã superioris prælati: ita etiam per eius authoritatem ex causis prædictis deserat susceptam. Vnde extra de renuntia. dicit Innocentius tertius. Si pennas habeas, quibus fatagas in solitudinem euolare: ita tamen astrictæ sunt nexibus præceptorum, vt liberum non habeas absq; permissione volatum. Soli enim papæ licet in voto perpetuo dispensare, quo quis ad curam subditorum se astringit, episcopatum suscipiens.

Quæst. 40 Quæstio. xl. est, Vtrùm solius Papa posit dispensare in votis perpetuis ad vacandum diuinis obsequijs? Respondet sanctus Tho. affirmatiuè in. 2.2.q. 189. art. 7. vbi quęrẽs, an presbyteri curati possint religionẽ ingredi, sic dicit. Sicut dictũ est obligatio voti perpetui præfertur omni alię obligationi. Obligari autem voto solenni & perpetuo ad vacandum diuinis officijs, competit propriè episcopis & religiosis: presbyteri autem curati, & archidiaconi non obligãtur voto perpetuo & solenni ad curam animarũ retinendum, sicut ad hoc obligantur episcopi. Vnde episcopi præsulatum nõ possunt deserere quacũq; occasione absq; authoritate Romani põtificis: vt habetur extra de regularibus & transeuntibus ad religionem. c. licet. Archidiaconi autem, & presbyteri curati possunt liberè abrenuntiare episcopo curam eis commissam absq; speciali licentia papæ, qui solus potest in votis perpetuis dispẽsare. Vnde manifestum est & archidiaconos, & presbyteros posse religionem intrare.

Quæst. 41 Quæstio. xlj. est, Vtrùm Papa ex plenitudine potestatis posit committere simplici sacerdoti q̃ confirmet, seu conferat Sacramentum confirmationis?

Quæst. 42 Quæstio. xlij. est, Vtrùm Papa posit cõmittere diacono absoluere aliquem in foro pœnitentiali?

Quæst. 43 Quæstio. xliij. est, Vtrùm Papa posit committere simplici sacerdoti conferre ordinem sacerdotij?

Quæst. 44 Quæstio. xliiij. est, Vtrùm Papa posit committere simplici sacerdoti conferre minores ordines? Ad has quatuor quæstiones respõdet sanctus Tho. simul in. 4. dist. 7. q. 13. ad primam & vltimam affirmatiuè: ad duas medias negatiuè, vbi sic formaliter dicit: q̃ cùm episcopatus non addat aliquid supra sacerdotium per relationẽ ad corpus domini verum, sed solùm per relationẽ ad corpus domini mysticum papa propter hoc q̃ dicitur episcoporum summus, nõ dicitur habere plenitudinem potestatis per relationẽ ad corpus domini verum, sed solùm per relationem ad corpus domini mysticũ. Et quia gratia sacramentalis, per quam gratia datur, dependet ab operatione sacramẽtali super corpus Christi verũ: & ideo sol⁹ sacerdos potest absoluere in foro pœnitentiali, & baptizare ex officio. Et ideo dicendum, q̃ promouere ad illas perfectiones, quæ non respiciunt corpus Christi verum, sed solũ corpus mysticũ, possunt à papa p plenitudinẽ potestatis pontificalis committi sacerdoti, qui habet actum summum supra corpus domini verum: non

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem diacono, vel alicui inferiori, qui nõ habet perficere corpus dñicum, sicut nec absoluere in foro pœnitẽtiali: non aũt põt simplici sacerdoti cõmittere promouere ad perfectionẽ, quę respicit aliquo modo corpus dñi verum. Et ideo simplex sacerdos ex mãdato papæ non potest conferre ordinẽ sacerdotij: qa oportet q̃ ordines sacri habeãt actũ supra corpus dñi verum, vel supra materiã eius. Potest aũt cõcedere simplici sacerdoti q̃ conferat minores ordines: quia isti actum non habent supra corpus Christi verũ, vel supra materiã eius: nec etiã supra corpus Christi mysticum actũ, per quẽ gratia cõferatur, sed habẽt ex officio quoddã act⁹ sacerdotis secũdarios & præparatorios. Et similiter põt concedere sacerdoti, q̃ cõfirmet, & quia cõfirmatio pficit cũ in actu corporis mystici: nõ autẽ relationẽ aliquã habet ad corpus dñi verũ. Item ad idẽ est in. 3. part. q. 62. ar. 11. ita dicẽs in rẽ spõsione ad primũ argumẽtum. Papa in ecclesia habet plenitudinem potestatis: ex quo põt quædam quæ sunt superiorũ ordinũ cõmittere inferioribus quibusdã: sicut presbyteris cõferre minores ordines: qd pertinet ad ptãtem epalẽ: & ex plenitudine ptãtis cõcessit beatus Greg. papa, q̃ simplices sacerdotes conferrent hoc sacramentum, scilicet sacramentum confirmationis. hæc ille.

Quæst. 45 **Quæstio. xlv. est, Vtrùm solus papa possit dare plenas indulgentias?** Respõdet S. Tho. affirmatiuè in. 4. dist. 12. quia thesaurus ecclesiæ est cõis toti ecclesiæ: sed illud quod est ecclesiæ totius plenè nõ potest dispẽsari nisi per illũ, q̃ toti ecclesiæ præest, cuiusmodi est papa. Pro cuius clariori intelligẽtia prosequitur sic. Papa habet plenitudinẽ põtificalis potestatis quasi rex in regno: sed episcopi assumũtur in partem sollicitudinis quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi: propter qd etiam solos eos in suis literis fratres vocat, reliquos autẽ omnes filios vocat: & ideo potestas faciẽdi indulgẽtias plenè residet in papa: quia potest facere prout vult, causa tamen existẽte legitima: sed in episcopis est taxata secũdũm ordinationem papæ, & idcirco possunt facere secundũm q̃ eis taxatum est, & non amplius.

Quæst. 46 **Quæstio. xlvj. est, Vtrùm papa possit nouos articulos fidei facere: aut editos remouere?** Respõdet S. Tho. negatiuè in 4. dist. 17. q. 41. dicens, q̃ ministri ecclesiæ instituũtur in ecclesia diuinitùs fundata: & idẽ institutio ecclesiæ præsupponitur ad operationem ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad opus naturę: & quia ecclesia fundat in fide, & sacris, ideo ad ministros ecclesiæ nec nouos articulos fidei edere, aut editos remouere, aut noua sacramenta instituere, aut edita remouere pertinet: sed hoc est potestatis excellentiæ, quæ soli Christo debetur, qui est ecclesiæ fundamentum: & ideo sicut papa non potest dispẽsare vt quis sine baptismo saluaretur: ita q̃ nec saluetur sine cõfessione secundũm q̃ obligat ipsa vi sacramenti: sed potest dispensare in confessione secũdũm q̃ obligat de præcepto ecclesiæ vt possit aliquis diutiùs confessionem differre, quàm ab ecclesia sit institutum.

Quæst. 47 **Quæstio. xlvij. est, Vtrùm ad papã pertineat determinare ea quæ sunt fidei?** Respõdet S. Tho. affirmatiuè in tractatu cõtra errores Græcorum in. c. 7. ita dicẽs. Ostẽditur etiam, q̃ ad ipsum põtificem pertineat quæ sunt fidei determinare. Dicit enim Cyrillus in lib. thesaurorum. vt membra mancamus in capite nostro throno apostolico Roma. pon. à quo nostrum est quærere quid credere, & quid tenere debeamus. Et Maximus in epistola orientalibus directa dicit, q̃ oẽs fratres orbis, qui dñm sincere susceperunt, & vbiq; terrarum catholicè veram fidem confitentes in ecclesiam Romanorũ tanquã in solem respiciunt, & ex ipso sole lumen catholicæ & apostolicæ fidei recipiũt: nec immeritò. Nam Petrus legitur primò perfectam fidem esse cõfessus domino reuelante. Matth. 16. tu es Christus filius Dei viui. vnde & ei dominus dicit. Luc. 22. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua.

Quæst. 48 **Quæstio. xlviij. est, Vtrùm ad summum ponti. pertineat symbolum ordinare?** Respõdet S. Tho. affirmatiuè i. 2. 2. q. 1. ar ti. vlti. sic arguẽs primò. Editio symboli facta est in concilio generali: sed huiusmodi synodus authoritate solius summi põtificis põt cõgregari, vt habetur in decretis. dist. 17. ergo editio symboli ptinet ad authoritatẽ summi põti. Pro cuius ampliori intelligẽtia vlteriùs procedens ita dicit. Noua editio symboli necessaria est ad vitãdum insurgentes errores. Ad illius igitur authoritatẽ pertinet sentẽtialiter determinare ea quę sunt fidei, vt ab oñibus incõcussã fide teneanť: hoc aũt pertinet ad authoritatẽ summi põti. ad quẽ maiores q. & difficiliores referũtur, vt dicit in decretis.

tis. dist. 17. vñ & dñs Lucæ. 22. Petro, quẽ fum mũ põtificẽ cõstituit. Ego pro te rogaui Petrę, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando cõuersus confirma fratres tuos. Et huiusmodi ratio est: quia vna fides debet esse toti⁹ ecclesię, secũdũ illud. Idipsum dicatis omnes, & nõ sint in vobis schismata. quod seruari non põt, nisi quęstio de fide exorta determinaret p eũ qui toti ecclesię præest, vt sic ei⁹ sentẽtia à tota ecclesia teneatur firmiter: & ideo ad authoritatẽ solã summi põ. pertinet noua editio symboli, sicut & omnia alia, quę pertinẽt ad totã ecclesiã, sicut cõgregare synodũ generalẽ, & alia huiusmodi. Si arguatur in oppositũ. Illud quod est anathemate interdictũ ab vniuersali ecclesia, nõ subest potestati hominis: sed noua editio symboli interdicta est sub anathemate vlis ecclię authoritate. dicit enim in gestis primę synodi Ephesinæ, q̃ completo symbolo Nicænæ synodi, decreuit sancta synodus nulli licere aliã fidẽ proferre, vel scribere, vel cõponere pręter diffinitã à sanctis pribus, quæ in Nicæna synodo cõgregati sunt à spũ sancto. Et subdit etiã anathematis pœna. Et idẽ reiterat in gestis Chalcedoñ. synodi. igit videt q̃ nõ ptineat ad authoritatẽ summi põtificis noua editio symboli. Rñ. idẽ S. Th. q̃ phibitio & sentẽtia synodi se extendũt ad plonas priuatas, quarũ nõ est determinare de fide. Nõ enim per huiusmodi sententiã synodi generalis ablata est potestas sequẽti synodo nouã editionem symboli facere: nõ quidẽ aliã fidẽ cõtinentẽ, sed eandẽ magis exposità. Sic enim quælibet synodus obseruauit, vt sequẽs synodus aliquid exponeret supra id quod præcedẽs synodus exposuerat propter necessitatẽ alicuius hæresis insurgentis: vnde ptenet ad summũ põtificẽ, cuius authoritate synodus cõgregatur, & eius sententia confirmatur.

Quæst. 49 **Quæstio. xlix. est, Vtrùm authoritas vlis ecclię in determinatione fidei principaliter resideat in papa.** Rñ. S. Th. affirmatiuè in. 2. 2. q. 11. ar. 3. in solutione ad tertiũ argumẽtũ. ita dicẽs. Postq̃ aũt aliqua essent authoritate vlis ecclię determinata, si qs illi determinationi ptinaciter repugnaret, hęretic⁹ cẽ seret, quæ quidẽ authoritas principaliter resident in summo põ. Dicit enim. 24. q. 1. quotiẽs fidei rõ vẽtilat, arbitror oẽs fratres meos & copos nõ nisi ad Petrũ & sui nois authoritatẽ recurrere debere. cõtra cui⁹ authoritatẽ nec Hiero. nec Aug. nec aliquis sanctorũ suã sentẽtiã defendit. Vñ dicit Hiero. Hæc est fides papa beatissime, quã in catholica didicimus ecclia: in qua si minùs peritè, aut parũ cautè forte aliqd positũ est, emẽdari cupimus à te, qui Petri fidẽ & sedẽ tenes. Si autẽ hæc nra cõfessio apostolatus tui iudicio cõprobať, q cũq; me culpare voluerit, se imperitũ, vel maleuolũ, vel etiã non catholicum, sed hæreticũ comprobabit.

Quæst. 50 **Quæstio. l. est, Vtrùm ad papam pertineat sanctorum canonizatio.**

Quæst. 51 **Quæstio. lj. est, Vtrùm papa in diffiniendo ea quæ sunt fidei, aut in canonizatione sanctorũ possit errare?** Ad has duas quæstiones rñdet S. Th. affirmatiuè & negatiuè. Ad secũdã simul in quotlibeto. 8. ar. vlt. vbi quærẽs, an oẽs sẽti, qui sunt canonizati p ecclesiã, sint in gloria, vel aliqui eorũ sint in inferno. Respõdet sic dicẽs. Aliquid põt iudicari possibile secũdùm se cõsideratũ, quod relatũ ad aliquid extrinsecũ impossibile inuenit. Dico igit, q̃ iudiciũ eorũ, qui præsunt ecclesiæ errare in quibuscũq; si eorũ personæ respiciũtur tm̃ possibile est: si verò cõsideret diuina prouidẽtia, quę ecclesiã suã spũsancto dirigit vt nõ erret, sicut ipse ꝓmisit Io. 14. q̃ spũs sanctus doceret eos omnẽ veritatẽ de necessarijs ad salutẽ. certũ est, q̃ iudiciũ vlis ecclesiæ errare nõ põt in his, quæ ad fidẽ pertinẽt. hoc enim impossibile est. vñ magis est snię papæ standũ, ad quẽ ptinet determinare de fide, quã in iudicio ꝓferret, q̃ quorũlibet sapiẽtiũ hominũ in scripturis exptorũ. Cũ Caiphas quãuis nequã: tñ quia põtifex, legit inscius ꝓphetasse Iohan. 11. In alijs verò scientijs, quę ad facta particularia ptinẽt: vt cũ agitur de possessionib⁹, vel de criminib⁹, vel huiusmodi, possibile est iudiciũ ecclesię errare propter falsos testes. Canonizatio verò sanctorũ mediũ est inter hęc duo: quia tñ honor quẽ sanctis exhibem⁹, quædã protestatio est fidei quo ad sanctorũ gloriã, piè credẽdũ est, q̃ nec in his etiã iudiciũ ecclesię errare possit. Et eũ arguit primò sic, q̃ null⁹ põt esse cert⁹ ita de statu alicui⁹ sicut ipsemet: qa quæ sunt hominis nemo nouit nisi spũs hois q̃ in ipso est. sicut. 1. Cor. 1. sed nemo põt esse certus ď seipso vtrùm sit in statu salutis. Eccle. 9. nemo scit vtrũ dign⁹ odio vel amore. ergo multomin⁹ papa scit: igit põt in canonizatione errare. Rñ. q̃ summus põtifex, cuius est canonizare sctos, põt certificari de statu alicuius p inquisitionẽ vitæ, p attestationẽ miraculorũ & pcipuè p instinctũ spũs sancti, qui oia scrutat, etiã ꝓfunda Dei. Secũdò arguit sic. Quicunq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

cūq; innitit in iudicio medio fallibili,pōt errare:sed ecclesia canonizādo innititur medio fallibili. s. testimonio humano, cū inquirit p testes de vita & miraculis.igit cū testimoniū hominū sit fallibile,videt q ecclesia in canonizando sanctos possit errare. Rndet q diuina prouidentia præseruat ecclesiam, ne in talibus per fallibile testimonium fallatur.

Quæst.52. **Quæstio.lij.est,Vtrùm solius papæ authoritate habeat vlis synod⁹ cōgregari?**

Quæst.53 **Quæstio.liij.est,Vtrùm ad papā pertineat cōfirmare sententias synodorum?**

Quæst.54 **Quęstio.liiij.est,Vtrùm ad papā à synodo appelletur?**

Quæst.55. **Quæstio.lv. est,Vtrū necesse habeat papa cōgregare cōciliū vle quotiescūq; habet aliqd de fide determinare? Ad oēs istas qōes simul rndet S.Tho. Ad primas tres affirmatiue.ad quartā negatiue in qōne d potētia Dei.q.10.ar.4.vbi quærit,vtrū spūs sētūs,pcedat à filio.vbi rndēs. 14.ar. facto in cōtrariū dicit sic.Sicut posterior synodus habet ptātē interptādi symbolū à priori cōditū, ac ponē di aliqua ad ei⁹ explanationē:ita etiā Ro.pō. hoc sua authoritate pōt,cuius sola authoritate synod⁹ pōt,& à quo sntia synodi cōfirmat, & ad ipsum à synodo appellat:quę oia patēt ex gestis Chalcedon. cōcilijsic dicētis. Nō est necessariū,q ad hmōi expositionē faciēdam vle concilū congregetur,cū qnq; id fieri ꝓhibeāt bellorū diſsidia:sicut in.6.synodo legitur,q Cōstantinus Augustus dixit,q ꝓpter imminētia bella vlr ēpos cōgregare non potuit:sed tū illi,q cōuenerūt,quędā dubia in fide orta sequētes sntiam Agathon.papę determinauerūt.s.q in Chro sint duæ voluntates, & duæ actiones: & sic patres in Chalcedon. synodo congregati secuti sunt sntiam Leonis papæ,qui determinauit Christū esse in duabus naturis post incarnationem.hæc ille.**

Quæst. 56 **Quæstio.lvj.est,Vtrū patres existentes in cōcilio vli possint aliquid statuere sine authoritate papæ? Rn.S.Th.negatiue in tractatu cōtra impugnātes religionem. di.q scti pres in cōcilio congregati nihil statuere potuissent, nisi authoritate summi pōtificis interueniente,sine qua etiam concilium congregari non potest.**

Quæst. 57 **Quæstio.lvij.est,Vtrū subijcian tur statutis cōciliorū? Huic qōni rndet S.Th. sub distinctione in prima secūdæ.q.96. ar.6. vbi quærit,an oēs legi subijciantur, ita dicēs.** Secūdùm q lex de sui ratione duo habet.s.q est regula humanorū actuū, & q habet vim coactiuā,dupliciter pōt quis esse subditus legi. Vno modo sicut regulatū reguląe, & hoc modo oēs qui subdūtur ptāti, subdunt legi, quā fert ptās. Alio modo sicut coactū cogēti, & hoc mō hoies virtuosi & iusti nō subdunt legi,sed soli mali. Et infrà tractās illud quod dicit legis peritus,q princeps dr solutus à lege quātū ad vim coactiuā legis.nullus em ꝓprie cogit à seipso. lex aūt nō habet vim coactiuā nisi ex principis ptāte.sic igit princeps dr esse solutus à lege:quia null⁹ pōt in ipsum iudiciū cōdēnationis ferre,si cōtra legē agat. Vñ sup illud psal. 50. Tibi soli peccaui.&c.dicit,q rex nō habet hoies,qui facta ei⁹ dijudicēt:sed quātū ad vim directiuā legis princeps subdit legi ꝓpria volūtate,secūdū qđ dicitur extra de consti.c.cū oēs.ibi.Quod quisq; iuris in aliū cōstituerit,ipse eo debet vti. & Sapiētis dicat authoritas. Patere legē q ipse tuleris

Quæst. 58 **Quæstio.lviij.est,Vtrū papa possit mutare statuta sctōrū patrū in cōciliis vli b⁹,aut in eis dispēsare. Rn.S.Th.affirmatiue in tractatu cōtra impugnantes religionē. vbi rndet ad illud Zosimi papæ, qđ habet in ca. cōtra.25.q.1. Cōtra statuta patrū cōdere aliquid,vel mutare authoritas quidē huius sedis nō pōt. sic dicit. Dicēdū q hoc est verū in illis quę sanctorū patrū statuta decreuerūt esse de iure diuino,sicut articuli, q determinati sunt p cōcilia:sed illa, quæ sancti patres determinauerūt de iure positiuo, sunt relicta sub papę dispositione, vt ea possit mutare vel dispēsare secūdū opportunitatē tēporū, vel negotiorum. Sācti em pres in cōciliis cōgregati nihil statuere potuissent, nisi authoritate Ro. pō. interueniēte, sine qua etiā cōciliū congregari nō pōt. Nec tū papa qū aliquid aliud facit alter q à sanctis patrib⁹ statutū sit, cōtra statuta facit: qa seruat intētio statuentiū, etiā si nō seruētur verba statutorū, quæ nō possunt in omnibus casibus, & in omnib⁹ tēporibus obseruari, seruata intētione statuētiū, quę est vtilitas ecclesiæ, sicut & in omni iure positiuo accidit: nec derogatur priorib⁹ statis per statuta sequentia. Hæc ille.**

Quæst. 59 **Quæstio.lix. est, Vtrū papa habeat plenitudinē ptātis dispensandi in oibus statutis cōstitutis p ecclesiā vel eccłę platos?**

Quæst.60. **Quæstio.lx. est, Vtrū papa possit dispensare circa ea, quæ sunt iuris diuini, vel iuris naturalis?**

Quæst. 61 **Quæstio.lxj.est,Vtrū papa possit di**

sit dispensare cū bigamo vt promoueatur?

Quæst.62. **Quæstio.lxij.est,Vtrū papa possit dispēsare q aliqs sacerdos nō indutus vestibus sacris cōsecret corpus Chri? Ad has.4. qōes Rndet S.Tho.sic in quotlibeto.4.ar.14 Ad primā tertiā & quartā affirmatiue:ad secūdā negatiue sic dicēs. Nō dicēdū est, q papa habeat plenitudinē ptātis in eccłia: ita tn, q quæcūq; sint instituta p ecclesiā,vel eccłesiæ platos,sint dispēsabilia à papa. hæc em sunt quę dicūtur esse iuris hūani,vel iuris positiui circa ea quæ sunt iuris diuini,vel iuris naturalis dispēsare nō pōt, quia ista habet efficaciā ex institutione diuina. Ius aūt diuinū est, qđ ptinet ad legē nouā, vel veterē. Sed hæc est differē ia inter legē vtrāq;:quia lex vetus determinabat multa tā in ꝑceptis ceremonialibus ptinētibus ad cultū Dei,q in ꝑceptis iudicialibus ptinētibus ad iustitiā inter hoies cōseruandam. Sed lex noua,quæ est libertatis, hmōi determinationes nō habet:sed est cōtenta ꝑceptis moralibus naturalis legis,& articulis fidei,& sacrisgię. Vñ etiā dicit lex fidei,& lex gręę,ppter determinatiōes articulorū fidei,& efficaciā sacrorū. Cętera verò quę ptinēt ad determinationē iudiciorū hūanorū, vel ad determinationem diuini cultus, liberè permisit Christus, qui est nouæ legis lator, prælatis ecclesiæ,& principibus populi determinanda. Vnde huiusmodi determinationes pertinēt ad ius humanū,in quo papa pōt dispensare. In solis verò his, quæ sunt de lege naturæ, & in articulis fidei,& sacramētis nouæ legis dispēsare nō pōt. hoc em nō esset posse ꝓ veritate, sed cōtra veritatē. Manifestū est autē, q bigamū ꝓmoueri, nō est de lege naturæ, nec ptinet ad articulos fidei: nec etiā est de necessitate sacramēti. qđ patet ex hoc: quia si bigamus ꝓmoueatur, seu ordinet, ordinis recipit sacramentū: sed hoc ptinet ad quādādeterminationem diuini cultus: vnde circa hoc papa pōt dispēsare: licēt dispēsare nō debet, nisi ex magna & euidēti causa. Sicut etiā posset dispensare circa hoc, q sacerdos nō indutus vestibus sacris cōsecret corpus Christi. Et eadē est ratio de omnibus alijs huiusmodi, quę ex institutione humana processerūt. hæc ille.**

Quæst.63 **Quęstio. lxiij. est, Vtrùm papa possit dispēsare, aut aliquid facere cōtra apostolum? Rn.S.Th.affirmatiue in quotlibeto & ar.suprà notatis. vbi rndēs ad primū argumentū dicit. Quod aplus dupler in sua doctrina aliqua posuit. Quædā nāq; sicut promulgās ius diuinū: sicut est illud qđ habet ad Gal. 5. Si circūcidimini, Chrs vobis nihil ꝓderit. & multa hmōdi. & in hoc papa nō pōt dispēsare. Quædā verò posuit sicut ꝓpria authoritate aliq statuēs. Nā ipse dicit. 1. Cor. 11. Cętera cū venero disponā. Et infrà decimo sexto. vt collectę, quę fiūt in sctōs, pvnā sabbati fiāt qđ nō ptinet ad ius diuinū. Et simil etiā qđ dicit de bigamo nō ꝓmouēdo, nō est iuris diuini, sed institutio hūanę authoritatis diuinitus hommi cōcessę. hęc ille. Ad idē in.4.di.28 in solutiōe vni⁹ arg̃nmēti cū arguit, q nō possit dispēsare circa ea, quæ dicūt in canone, dicit q quātū ad ea quæ sunt de iure naturali, & quātū ad ea quę sunt de necessitate sacrorū, & fidei: sed de his quę sunt de institutiōe apostolorū cū eccłia habeat nūc eādē ptātem statuēdi & discernēdi quam tūc habuit, pōt per cū, q primatū tenet in eccłia dispēsari. Cæterū ad idē est in tractatu cōtra impugnātes religionē, rndēs ad illud qđ dicit Vrba. pap. in c. sunt quidā. 25.q.1. videlicet. Siqđ docuerūt apli & prophetæ destruere (qđ absit) niteret scilicet pon. Ro. nō sniam dare, sed magis errare cōuinceret. sic dicit. Nō est verū, q papa nō possit aliqd facere cōtra aplum. Dispēsat em cū bigamo, & in pœna, quā canones apostolorū statuerūt pbro fornicanti: ex decreto aūt inducto nō pōt amplius haberi, nisi q papa nō pōt destruere canonicā scripturam apostolorum & prophetarum, quæ est in eccłesia fidei fundamentum. hæc ille.**

Quæst.64 **Quæstio.lxiiij.est, Vtrū in papa resideat vtraq; ptās, tā secularis, q spūalis? Rndet S.Th. affirmatiue in.2. sentē. di. vlt. in fi. sic dicens. Ptās secularis, & spūalis vtraq; deducit à ptāte diuina, & ideo intn potestas secularis est sub spūali, inq̃tū ei à Deo supposita est. s. in ijs, quæ ad salutem pertinēt aię, & ideo in ijs magis est obediendū potestati spirituali, secūdū illud Mat. 22. reddite quę sunt Cæsaris Cæsari. nisi forte potestati seculari etiā potestas spūalis cōiungatur: sicut in papa, quiv trius q; ptātis apicē tenet, scilicet temporalis, & spūalis: hoc illo disponēte, qui est sacerdos, & rex: sacerdos in æternū secūdùm ordinem Melchisedech: rex regum, & dominus dominantium, cuius potestas non auferet, & regnū nō corrūpetur in seculū seculi.**

Quæst.65. **Quæstio.lxv.est, Vtrū papa possit committere simoniam? Respondet sanct⁹ Thomas affirmatiue in.2.2.quæst.100.ar.1. vbi sic dicit in responsione ad argumentum. Dicendum, quod papa potest incurrere vitium simoniæ sicut & quælibet alia persona**

Pecca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccatū ēm in aliqua psona tātò est grauius, quātò maiorē obtinet locū. Quāuis ēm res ecclīæ sint ei⁹ vt dispēsatoris principalis, nō tn sunt eius vt dñi & possessoris: & ideo si reciperet ꝑ aliqua re spūali pecuniā de redditibus alicuius ecclīæ, nō careret vitio simoniæ. Et silr etiā posset simoniā cōmittere, recipiēdo pecuniā ab aliquo laico nō ḋ bonis ecclīę

Quæst.66. Quęstio.lxvj.est, Vtrū opinio dicēs papā nō posse cōmittere simoniā, & maximè cū psona ecclīastica, qa res ecclīæ sunt suæ, sit erronea? Rndet S.Tho. affirmatiuè in quarto sentētiarū. di. 25. q. 1 5. dicēs in respōsione ad tertiū argumentū, ꝙ opinio illa erronea est. Si ēm papa pro aliqua re spūali munus acciperet, simoniam committeret sicut & alius homo: qa in ipso Petro, cui papa succedit, simoniæ vitiū dānationē inchoauit in nouo testō. Quāuis ēm res ecclīæ sint aliqūo papæ, nō tn sunt eius oībus modis habendi, sicut illud, qd à manu habet, nō est dubiū ꝙ simoniā cōmitteret, si qs aliquod spūale debitori suo daret, vt qd suū recuparet: & ita etiā in ꝓposito papa à simonia nō excusaret, si (quod absit) spiritualia pro temporalibus rebus ecclesiarum daret.

Quæst.67. Quæstio.lxvij.est, Vtrū clerici tenēātur decimas dare papę si ab eis exigat?

Quæst. 68 Quæstio.lxviij.est, Vtrū teneatur cōitas religiōis Christianę ꝓuidere papę de necessarijs ad regimē, & gubernationem ipsius ecclīę? Ad has duas qōnes rndet S.Th. affirmatiuè in. 2.2.q.87.ar.4. in rnsiōe ad tertiū argumētū, sic dicēs. In veteri lege primitiæ debebant sacerdotib⁹, decimę aūt leuitis, & quia sub sacerdotib⁹ leuitæ erāt, dns mādauit, vt ipsi loco primitiarū soluerēt sacerdoti summo decimā decimæ. Vn nūc eadē rōne tenent clerici sum. pon. decimā dare, si exigeret. Naturalis ēm rō dictat, vt illi, q habet curā de cōi multitudinis statu, ꝓuideat vn possit exeq ea, q̄ ptinēt ad cōem salutē. hæc ille.

Quæst. 69 Quęstio.lxix.est, Vtrū papa vtatur baculo sicut epi? Rn. S.Th. in. 4. di. 24. in fine negatiuè, dupliciter ad hoc rōnēa signās. Primò, qa Petr⁹ misit ipsum ad suscitādū quēdā discipulū suū, q postea factus est eps Treuerēn. ideo in diœcesi Treuerēn. baculū portat, & nō in alijs. Vel secūdò in signūq nō habet ptātē coartatā, quod curuatio baculi signat.

Quæst.70. Quæstio.lxx.est, Vtrū sit laudabile in papa viliorē habitū extra metas habitus assumere? Rn. S.Th. negatiuè in tractatu cōtra impugnātes religionē. dicēs. Quidā sūt status hoium, qbus habitus est determinatus, sicut quelibet religio suū determinatū habet habitū: ita etiā antiqs tpibus in dignitatibus cōstituti determinatos habitus habebāt, qua si suę dignitatis insignia: & sic nūc sum. pontifex determinato habitu vtit. Vn sicut religioso vni⁹ religionis nō liceret assumere viliorē habitū, q suæ religionis metas excederet, quāuis intra metas suæ religiōis si viliorib⁹ vtat, nō sit reprehensibilis, sed laudet: ita etiā nō fuisset laudabilis in antiquis principib⁹, nec mō esset in summo pōtifice, si viliorē habitum assumeret extra metas habit⁹ assueti. Secūs aūt est de principibus, & alijs hoibus, qui nō habēt certū habitū deputatū: in eis ēm nō esset vitupabile, si vilioribus vtant, q̄ eis cōuenire possit. Vn legit. 2. Regū. 6. ꝙ Micol deridens Dauid. Quàm gloriosus fuit rex Israēl discooperiēs se ante ancillas seruorū suorū: & nudatus est quasi si nudet vn⁹ de scurris. Et Dauid rndit. Ludā & vilior fiā plusquā fact⁹ sum, & ero humilis in oculis meis. Et Hester. 14. Tu scis infirmitatē meā, & necessitatē meā, ꝙ abominer signū supbiæ meæ, quod est super caput meū in die ostēsionis meę, & nō portē illud in dieb⁹ silentij mei. Ex quo patet, ꝙ in regibus, & principibus est laudabile, ꝙ humilibus sint cōtenti, quando sine scandalo fieri potest, & sine detrimēto ꝓprię authoritatis.

Quęstio.lxxj.est, Vtrū correctio fraterna se extēdat ad papā? Rn. S.Tho. affirmatiuè in. 2.2.q.33.ar.4. ita dicēs. Correctio, quæ est actus iustitiæ, ꝙ correctionē pœnæ nō cōpetit subdito respectu ꝓlati: sed correctio fraterna, quæ est actus charitatis, ptinet ad vnūquēq; respectu cuiuslibet psonæ, ad quā charitatē debet habere, si in eo aliquod corrigibile inueniat. Actus ēm ex aliquo vel potētia ꝓcedēs se extēdit ad oīa, quæ cōtinētur sub obiecto ejus: sed qa actus virtuosus debet esse moderatus debitis circūstātijs, ideo in correctione, qua subditi corrigūt prelatos, debet modus cōgruus adhiberi. i. vt nō cū ꝓteruia, & duritia, sed cū mansuetudine corrigāt. Vn Apostus dicit. Seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrē. Et ideo Dionysi. redarguit Demophilū monachū, quia sacerdotem irreuerenter correxerat, eum percutiens, & de ecclesia ejiciens. Quæ. 71.

Quæstio.lxxij.est, Vtrū papa in aliquo casu sit à subditis publicè arguendus? Rn. S.Th. in. 2.2.q.2.ar. proximè nominato, tractans authoritatē Apostoli ad Gal. 2. In faciem cię ei restiti. & glo. ait vt par. dicit sic. In faciē resistere coram omnibus, excedit modū fraternæ correctionis: & ideo sic Paulus Petrū nō reprehēdisset, nisi aliquo modo par esset quātum ad fidei defensionem: sed in occulto admonere: & reuerēter hoc etiā potest illeq non est par. Vnde apostolus ad Col. vlti. scribit vt prelatū suū admoneāt, cū dicit. Dicite archiepiscopo, ministeriū tuū imple. Sciēdū tn, ꝙ vbi immineret periculū scādali cōtra fidē, publicè essent prælati à subditis etiā corrigēdi. Vnde & Paulus, qui erat subditus Petro, propter imminens periculū scandali cōtra fidē Petrū publicè arguit. Et sicut glo. Augu. dicit ad Gal. secūdo. Ipse Petrus maiorib⁹ exēplum præbuit, vt si cubi fortè rectū tramitē reliquissent, nō dedignentur etiā à posterioribus corrigi. Itēidē S. Tho. sup epistola ad Gal. præfatā authoritatē tractās, cū dicitur, ꝙ glo. ait, restitit ei tanq̄ par. dicit, ꝙ apostolus fuit par Petro in executione authoritatis, non autē regiminis. Ex prædictis igitur habemus exēplū prælati. s. humilitatis, vt nō dedignetur à minoribus & subditis corrigi. Subdit exemplū zeli & libertatis, vt non verentur prælatos corrigere, si crimen est publicū, & in periculū totius multitudinis vergat. In. 4. verò sentē. di. 19. dicit, ꝙ hoc ꝙ Paulus Petro in faciem restitit: excedit modū fraternæ correctiōis, quæ prælatis à subditis debetur. Nō enim prælati à subditis corā multitudine, sed humiliter in priuato corripiendi sunt, nisi immineret periculum fidei: tūc ēm prælatus minor fieret, si in infidelitatē labere tur, & subditus fidelis maior.

Quęstio.lxxiij.est, Vtrùm papa correctus à subditis possit, aut debeat corrigi per correctionem pœnalem? Respōdet S. Thom. negatiuè in quarto. di. &. q. proximè nominatis: vbi respondens ad tertium argumentum, ita dicit: quòd quanuis prælati à subditis sint corrigendi, non tamen est eis pœna infligenda, sed recurrendum vel ad superiorem denuntiando, vel si non habent superiorem, recurrant ad Deum, vt eum emēdet, vel de medio subtrahat. Quæst.73

PERORATIO AVTHORIS.

HAEC *sunt, reuerendißime pater, quæ ego ueſter humilis capellanus frater Ioānes de Turrecremata natione Hiſpanus ex libris beatißimi doctoris Thomæ de Aquino iuſſu ueſtræ reuerendißimæ paternitatis de authoritate ſummi pontificis collegi: quæ & ſi minùs integrè collecta ſint, dominatio ueſtra gratanter fuſcipere dignetur.*

¶Expliciunt flores sententiarum beati Thomæ de Aquino de authoritate summi pontificis collecti per magistrū Ioannem de Turrecremata in concilio Basilieñ. Anno domini Millesimo quadringentesimo, trigesimo septimo: ordinis fratrum prædicatorum, sacri Apostolici palatij magistrum.

Deo gratias.

Index chartarum.

* ** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr.

¶Omnes sunt quaterniones, præter. *. qui est duernio, &. **. quinternio. Q q. vero, & Rr. sunt terniones.

¶Index operis per se patet.

SALMANTICÆ,

Apud Ioannem Mariam à Terranoua.

M. D. LX.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca